a sit esse sine dote,[a] vt sæpius dictum est: vnde non sumus in casu l.curabit.C de actio.emp. Secundò, quia præstatio quæ debet fieri ex parte viri, non est commensurata præstationi dotis æqualiter: quia sicut dicit tex. quem ipse non alle. in c.saluberiter. in fin. de vsur. frequenter onera matrimonij excedunt redditꝰ dotis. Tertiò, qa vẽditor qñ tradit rẽ non vr̃ tradere, nisi vt consequaẽ pretiũ: & ecõtra, emptor qñ tradit ꝑtiũ, hoc facit vt cõsequaẽ rẽ: sed maritꝰ qñ facit expẽsas vxori nõ vr̃ soluere expẽsas cõtẽplatione dotis, & suorũ redditũ: sed magis ꝓpter affectũ mr̃imonij: ar.l.tutor petitꝰ.§.q̃ tutoribꝰ.ff. de excu.tu. Sed istis rõnibꝰ elegãter & optime rñdet hic d.m. ¶ Ad primã dicit, ꝙ cõtractus matrimonij nõ habet correlationẽ ad dotẽ: sed ipsa dos postq̃ est ꝓmissa seu cõstituta, habet correlationẽ ad onera sustinẽda: & sic est cõtractus vltro citroq; obligatorius: vt l. ꝓ oneribꝰ.C. de iu.do.& l.dotis fructꝰ.ff.eo.& iõ si vna ex partibus impleuit ꝓ parte sua, altera vr̃ cõstitui in mora: nõ esset eñ cõsiderare dotẽ, nisi onera nõ posset subire. Casus est no. quẽ ipse allegat in l.si pater mulie.

8 in fi.ff.de iure do. Et ita diffiniẽ dos, vt s̃. vidisti in rub. ¶ † Ad secũdã rõnẽ respõdet ipse, ꝙ imo onus matrimonij est cõmensuratũ doti: vnde maritꝰ nõ teneẽ sustinere onera, nisi pro qualitate redditũ dotis: vt l.si cũ dotẽ.§.cũ autẽ in sæuissimo. j. eo. Et probaẽ ex tex.no. quẽ ipse adducit in l.cũ annua. ĩ prin. ff.de do.inter vir.& vxo. vbi dr̃, ꝙ si maritus ꝓmittit aliquid annuũ vxori, vt se alat, nõ valet promissio, quatenus illa qualitas excedat facultates dotis. ¶ Ad tertiã rõnẽ rñdet, ꝙ imo quando fuit cõstituta dos ꝓpter ipsum, vr̃ maritus soluisse onera matrimonij, ne alioqn ꝑsumaẽ donatio, & iactatio sui. cõtra l.si cũ aurũ.ff.de so.& l.cũ de ĩdebito.in prin.C.de ꝓb. Et inde est, ꝙ maritꝰ dr̃ in dote habere titulũ onerosum: quia ꝓpter dotẽ ꝑsumiẽ sustinere onera: vt l.ex promissione.ff.de act.& oblig.& per Bar.in l.fi.§.si à socero.ff.q̃ in frau.cre. & l.Meuius.§.duobꝰ.de leg.ij. Et illa dicta placent. Nõ ob. ratio d.Io.de Imo. qui dicit impugnando rñsionẽ Bar.in l.fi.§.præterea.C.de iure dot. ꝙ satis dicitur maritus implere extraneo, qui promisit dotem, quia implet mulieri, cui extraneus voluit impleri: vt l.si rẽ.§.satisfactũ.de pig.act. Nam hoc posset esse, si extraneo maritus esset obligatus ad aliquid: tunc enim paria essent soluere sibi, vel alteri de voluntate sua: vt l. solutũ. §.solutã.& ibi per Bart.ff.de pig.act. quod non est in casu nostro: quia extraneus promittẽdo dotẽ videtur donare eã vxori: vt l.j.§.accedit.C.de rei vxo.act. Vnde maritus ad nihilum est sibi obligatus, sed mulieri, cui videtur dare dotem. Pro illa cõclusiõe est tex.ĩ c.salubriter, ĩ fi.de vsu.iũcto c. cõquestꝰ. eo.ti. diciẽ eñ ĩ c.cõquestꝰ. ꝙ creditor fructus ꝑceptos ex re pignorata cõputat sibi in sortẽ: vt l. j. C.de pi.ac. Sed in c.salubriter. dr̃ ꝙ maritꝰ qui habet rẽ pignori, pro dote dãda lucraẽ eos ꝓpter onera mr̃imonij. Sed hoc nõ eẽt verũ, si maritꝰ implendo ex parte sua, nõ induceret in mulierẽ, vel in parte ipsiꝰ morã re ipsa: quia interesse in contractibus bo.fi. non põt peti nisi post morã: vt l.ij.§.fi.ff.de eo qđ cer.lo.& tenet Io. An. & cõmuniter omnes in c.nauiganti.de vsu.& Imo.in c.sacro. de sen.excõ. Vt ergo procedat illa litera, oportet intelligere, vel ꝙ ꝑcesit interpellatio vera, & hoc est diuinare ad tex. vel ꝙ inducit morã re ipsa: & ita videẽ intelligere illũ tex.d.Ant. licet Ab.& Mod.aliter sentiant, & non bene, iudicio meo. Sed relinquitur vna dubitatio in ista q. quia si maritꝰ perfectẽ nõ implet ex parte sua, vnde est ꝙ possit petere dotẽ, vel fructus fundi dotalis, cũ regulariter ille qui implet ex parte, non constituat aduersarium in mora: secũdũ ea q̃ habentur in l. Iulianus.§.offerri.de act.emp. Et potest responderi, ꝙ licet contractus sit vltro citroq; obligatorius, non tamen obligat vtranq; partẽ eodẽ tempore: nã maritus ante dotem receptã non obligatur ad onera matrimonij, vñ potest expellere vxorẽ, si non soluitur sibi dos: vt declarat Inn.in c. ꝑ vestras de do.inter vi. & vxo.& ꝓbaẽ in l.fi.& ibi per Bart.C.ad Vel. vnde maritus hic ante dotẽ traditã ad nihilũ erat obligatus. Et iõ simplr̃ sustinuit onera matrimonij ꝓ parte tpis: æquũ est ꝙ lucreẽ pro illa rata fructus, sicut lucraẽ in matrimonio putatiuo: vt l.in sulã.§.j.j.eo.& videbis in l.si ante.j.eo.arg.l.tuto.C.de ne. gest. Iura aũt alle.ĩ oppositũ loquũtur, qñ ille q implebat, debebat implere, vt cõsequereẽ emolumẽtũ ab altero: qđ nõ est ĩ casu nostro: qa etiã anteq̃ subeat onera matrimonij, maritꝰ põt petere dotẽ: nã illa responsio Bar. quam facit ꝑ l.si seruus.§.j. ff. de stip.ser. ꝙ sicut ille, q locat fundũ pro pluribꝰ annis, cũ vna sit locatio pro oĩbꝰ, licet nõ impleat ꝓ primo anno totaliter ex parte sua, qa primũ põt petere partẽ pensionis primi anni, nõ est sĩlis ad casum nostrũ, qa diuisio ꝑstationũ fc̃tã ꝑ annos in illo casu nõ põt aliđ ĩportare, nisi ꝓ singulis annis fiat solutio. Vnde hoc ꝓcedit ex cõuẽtiõe partiũ: sed nõ est ita in casu nostro. vñ dic, vt dixi superiꝰ. Et qa gl. tua nõ sentit hic, ꝙ mulier cõstituta in mora ꝑ iplementũ viri non teneẽ de fructibꝰ quos ꝑcipere potuit. aduerte, qa hãc gl. ꝑõderat hic sing. Pau. de Cas. dicens, ꝙ hoc est, quia illa mora est irregularis: vnde nõ operaẽ tantum effectum, sicut mora q̃ fieret ꝑ interpellationem: alleg.glo. in simili l.sed si reipublicę.in fin.ff.de vsu. Sed do.me. tenet hic oppositũ: & quia eius ll. satis fuit responsum in voce, omissis dictis suis, dico esse distinguendũ: & pone in illa materia tres notabiles cõclusiones. Prima cõclusio est ista, qñ mora irregularis cõtrahitur propter minorẽ ætatem; tũc verũ est, ꝙ debitor teneẽ de ꝑceptis & percipiẽdis, quos tñ ipse percipere potuit. Casus est notab. cũ gl. sua in l.patri pro filio. §.item ex diuerso.ff.de mino.& ꝓbaẽ illa cõclusio in l.minorum.C.in quib.cau.in integ.rest.non est neces. vbi diciẽ scđm intellectũ Butri.& Bald. ꝙ si minor tradidit fundũ emptori, & non accepit ꝑtium, debentur vsuræ pretij venditori, qui est minor, etiã si emptor nullos perceperit fructus. Sicut ergo vẽditori debentur vsuræ, si emptor potuit percipere, & non percepit, ita econtra emptori debebunẽ fructus, licet non fuerint percepti à venditore, fauore minoris ætatis: & ita põt procedere glo.in l.Iul.la ij.in prin.ff.de vsu. Scđa conclusio est ista, si mora irregularis contrahiẽ propter implementũ factum ab vna parte, ab eo ꝙ non est minor: nõ teneẽ alter de fructibus percipiendis, sed solũ de ꝑceptis. Casus est not.in l.in minori. scđm Bal.& But.ibi: & bene facit tex.in l.venditor ex hæreditate.§.quemadmodũ.ff.de hære.vel act.vend. Non eñ tñ operatur mora irregularis, quantũ regularis: & ita procedit illa glo.& est vera, licet Bal. teneat oppositũ, & non bene in l.si traditio.ver.nono q̃ro.de act.empt. mouetur ꝑ l.venditor. de act.emp. quæ nil facit, quia nõ loquitur de diligentia culturæ, sed cõseruatiõis rei, ad quã tenetur venditor, etiã anteq̃ recipiat ꝑtium: vt Insti.de emp.& ven.§.cũ autẽ.& in l. custodiã. C.de act.emp. Pro illa cõclusione facit tex.in l.ij.C.de fruct. & lit expẽ. quẽ ibi Bart.no.ad hoc. vbi ꝓbaẽ, ꝙ licet malę fid. possessor verus teneatur de ꝑceptis & ꝑcipiẽdis, tñ malę fidei poss. fictꝰ nõ teneẽ, nisi de ꝑceptis. Sed cõtra ista dicta facit tex. not.in l.si ea res.ff.de acti.emp. vbi videẽ ꝓbari, ꝙ vẽditor qui est in mora, teneẽ nõ solũ de eo qđ acquisiuit seruus venditus apud emptorẽ: sed etiã de eo qđ potuisset acquirere, si fuisset apud emptorẽ. Sed possumus dicere, concordãdo iura iuribꝰ, ꝙ ibi interuenerat mora regularis.i.interpellatio: vel ꝙ ibi loqtur in accessiõibus quę poterant ꝑuenire ex persona serui, sine aliqua ĩdustria & cultura dñi. Vltima cõclusio est ista: si vxor nõ ꝑcepit fructꝰ, nec potuit ꝑcipere, videẽ ꝙ difficultas excusat eam, qcquid dixerit Bal.in simili in oppositũ, in l.ij. C.de vsu. nã etiã ille qui est debitor q̃titatis, excusatur propter difficultatẽ à mora irregulari. Glo. est not.in l.diuortio.in vlt. solut.ff.de ne.gest.& est tex.in l.tuis.§.j.ff.de fideicom.lib. secũdũm intellectum Io.de Imo. quẽ ibi ego sum secutus in l. cõtinuꝰ.§.illud.de ver.ob. Multo ergo fortius excusabatur illa, quæ debet fructus: considerantur enim hæc vt species, & nõ vt quãtitas. Sequitur l.si ante.

a ¶ Matrimoniũ possit esse sine dote. Adde Bal.ĩ c.iurauit. de prob.& per Io. An.ĩ reg. accessoriũ. de reg.iu.lib. vj.in mercurialibꝰ.

SVMMARIVM.

1 ☞ Tempus traditionis non attenditur secundũ tẽpus nuptiarum, quando traditio præcessit nuptias.
2 Fructus ante matrimonium contractum à viro percepti augẽt dotem.
3 Dictio, quasi, non significat semper improprietatẽ, vt hic: sed est veritatis expressiua.
4 Minor & ecclesia, equiparantur.
5 Prelatus dicitur esse vsufructuarius in vita: & æquiparatur potius patri, q̃ tutori.
6 Maritus non lucratur dotem, antequàm vxor sit domum traducta.

SI ante. Si traditio ꝑcesit nuptias, annus cõputatꝰ, siue ãni pricipiũ à tpe nuptiarũ, & fructus ꝑcepti ante nuptias augent dotẽ, nec lucraẽ eos maritꝰ. Scđa ibi: idẽ. Tertia ibi: nam añ.

1 ¶ † Not. primò, ꝙ tps traditiõis nõ attẽdiẽ scđm tps nuptiarũ, qñ traditio ꝑcesit nuptias. Et aduerte ad duo. Et primò, ꝙ hoc verbũ, ante nuptias, exponiẽ.s.nuptias ĩchoatas: qa sic dictat rõ & subiecta materia. aliqñ tñ exponiẽ.s.finitas & ĩchoatas. Tñ vide qđ scribit Bart.& Mod.in l.ij.in prin.ff.si cer.pet. & ibi scripsi. Scđò aduerte scđm Mod.& bene, quia nõ dicit, annus incipiat ex die matrimonij, sed ex die nuptiarũ, quo tpe maritus incipit sustinere onera matrimonij: vt l.sancimꝰ.C.de nuptijs.& ideo posset inferri ad quæstionẽ, quã tangit hic Paul. de Ca. ꝙ si statutũ dicit, ꝙ filia nupta excludaẽ à filio masculo, hoc

lo, hoc statutū nō solū excludit filiā desponsatā de futuro, secūdū Cy. in l. nā siue. C. de bo. q̄ li. quē etiā adducit: sed nō cōprehendit desponsatā p verba de pn̄ti: qđ est fortius: qa verbū, nupta, & nuptiæ, vr̄ significare diē nuptiarū, cùm vxor traducitr̄ ad domū: vt d. l. sancim⁹. super quo vide qđ scribit Bar. in fi. q. ī l. Titio cetū. §. Titio genero. de cōdit. & demō. & ille act⁹ determinabitr̄ in lectiōe se. ¶ † Scđò no. ꝙ fructus pcepti ante matrimoniū cōtractū à viro, debent restitui vt pars dotis, & augent dotē: & idē probatur in l. si filius. §. j. eo. & est verum respectu actionis de dote, q̄ competit vxori ad dotē restituendā: quia hoc ipso ꝙ est tradita, efficitr̄ quoddā ius vniuersale: respectu aūt mariti, cui promittitr̄ dos, vtrū pro actione quæ sibi cōpetit ad dotē exigēdā, dos dicatr̄ ius vniuersale, est maior difficultas, quā ego declaraui in rub. s. eo. in vl. q. ¶ † Vltimò no. ꝙ dictio, quasi,[a] nō significat hic improprietatē, sed est veritas expressiua: super quo vide Bar. hic qui alle. multa iura, de quo no. in l. si quis nō quasi hæres. de acqui. hæ. & ibi dixi: de proprietate tn̄ significat nō idem, sed quasi idē. Vnde in libello, q̄ deducit dn̄ium, vel quasi, per illa verba vr̄ deducere Publicianā, q̄ est aliquid simile dn̄io: vt not. Insti. de acti. §. alie. & in l. & an eandē. §. actiones. ff. de excep. rei iud. & ī c. abbate sane. de reg. iur. li. vj. ¶ In gl. vl. ibi: hæc æquitas seruatr̄ Bononiæ. Gl. hic in prin. vr̄ clarè sentire, ꝙ illa opi. Azo. de rigore non sit vera: sed in l. dotis fructus. in prin. ff. de iu. dot. gl. cōfirmat eā. Bar. hic declarando dicta Dy. & Cy. in l. si pro ea. C. de do. promis. in effectu concludit, ꝙ in themate ꝓposito pro opi. Azo. videlicet, in puella q̄ ꝓpter ętatē nō poterat contrahere matrimoniū, nullo mō pōt dici, ꝙ valeat pactū expressum de lucrādo fruct⁹: & multo min⁹, ꝙ tacite videatr̄ facta donatio fructuū: sicut dicit Cy. qa minor neq; rē imobilē neq; mobilē pōt donare, etiā cū decreto iudicis, nisi in donatione propter nuptias permissa à iure. alle. duas ll. sed est tex. melior, quē adducūt Moder. in l. si. C. si maior factus fu. quā l. alleg. & extendit hic Bar. qđ est dictū valde nouū, videlicet ꝙ non solū res immobiles cū decreto iudicis nō pn̄t donare, sed etiā mobiles quæ seruando seruari non possent, sicut fructus: iuxta l. j. C. si aduer. trāſ. Et scribit Barto. in l. j. ff. ad Treb. Sed do. meus hīc hanc sing. doct. impugnat duobus modis. Primò qdem, quia speciale est in sponsa, vel sponso, ꝙ possit donare res mobiles ex sponsalitia largitate tutore autore: vt l. j. C. si aduer. donat. ergo illa sponsa poterit donare fructus ante matrimoniū consummatū. Scđò, quia ex quo illa donatio est remuneratoria, vr̄ posse fieri de quibuscūq; reb⁹, cū autoritate tuto. & decreto iudicis, nā hoc permittitur prælato in pׄiudiciū ecclesiæ. xij. q. ij. c. quicunq; suffragio. Et no. in c. ad hæc. de testa. & in c. cęterū. de don. † Cū ergo minor & ecclesia[b] æquiparantur: vt in c. j. de in integ. restitu. lib. vj. Sicut hoc permittitur in præiudiciū ecclesiæ, ita permittatur in præiudicium pupilli. Præterea dicit ipse, ego video, quòd libertus qui non potest alienari in fraudem patroni, tamen non potest donare remunerationis causa: vt l. diuus. ff. si quid in frau. patr. ergo similiter poterit pupillus. Io. de Imo. hic vr̄ approbare opi. do. mei, sed loquitr̄ obscurè: vult tn̄, ꝙ istđ pactū de lucrando fruct⁹ marito sustinēte onera matrimonij valeat: quia videtr̄ subesse iusta cā, qua si sentiat, ꝙ non sit propriè donatio, licet nihil alleget. Pōt tn̄ allegari pro illa opi. tex. in l. fi. cū l. se. ff. de pac. do. & l. si ex annua. vel in l. si stipulatus. ff. de do. inter virū. In quibus ꝓbatr̄, ꝙ pactū de pstando certū quid mulieri, vel ꝙ maritus non lucretr̄ fruct⁹ dotis, si mulier ipsa sustinet onera matrimonij, nō dr̄ donatio: & ideo valet inter vi. & vxo. & sic videtr̄ valere, si sit interpositū super fructibus cū autoritate tutoris, vt in casu nostro. Sed contra hoc facit tex. in l. insulā. §. j. scđo rn̄so. j. eo. vbi illa recōpēsatio inducit lucrū fructuū, solū in eo ꝙ fuit in bona fide: ergo datr̄ intelligi, ꝙ in eo qui fuit in mala fide, illa recōpensatio non faceret, ꝙ maritus lucraretr̄ fructus. Sed pōt responderi, ꝙ est verū, si pactū non fuit factū expresse de lucrando fructus: secus si expresse fuisset interpositū: nam quod dicit Cy. in l. si procura. ꝙ tacite videtur facta donatio remuneratoria: videtur contra illū tex. qui loquitur in casu dubio, qn̄ dos fuit data simpliciter: & etiā subest alia ratio, secūdùm do. me. hic. quia in themate ꝓposito, qn̄ puella minor, etiam si tutor expresse consentiendo posset pׄiudicare pupillo, non tamē potuit præiudicare in tanta dona. quia autoritas tutoris, q̄ debet interponi, requirit verba: vt l. fi. s. de tute. & per Bart. in l. j. in fi. ff. de auto. tuto. Et anteq; veniam ad perfectam declarationem quæstionis: respondendū est prius, ad quædam dicta do. mei. Et primò dum alleg. l. j. C. si aduer. dona. dicendū est ꝙ illa lex loquitr̄ de mulieribus consuetis communiter dari à quolibet spōso sponsæ: & econtra, in qbus minor donās, si nō lucretur, læditur, secundùm Bal. ibi: quia vtitur iure communi. Pro illa responsione est casus not. cum gl. in l. cùm plures. §. ij. ff. de admi. tu. vbi dicitur in tex. cū gloss. ꝙ licet solus tutor non possit facere dona solennia, nisi quando expedit pupillo: hoc tn̄ potest facere ipse pupillus autore tutore: & ad materiam vide gl. in l. tutor. ad vtilitatem. ff. eo. Sed donatio de qua agitr̄ in casu nostro, non est talis: quia non consueuit communiter maritus lucrari fructus, nec apponi hoc pactum à sponsa in fauorem sponsi. Nec obst. quod dicitur de ecclesia & liberto, vt s. retuli: quia fortius prohibetur alienatio pupillo rerū suarū, q̄ ecclesiæ, vel liberto. Vn̄ cū alienatiōne rerū suarum isti non sunt ī oīb⁹ similes, quia ecclesię res mobiles, vel quæ seruando seruari possunt ex causa vtilitatis possunt alienari: vt in c. j. extrà, ne se. vacan. & in c. j. de eccl. no alie. li. vj. Ideo non potest argui ab istis tanq; æquiparatis, scđm gl. j. c. sicut vrgeri. & in l. sin autē. §. possidere. ff. de rei ven. † cōtrà, plus iuris habet plat⁹ in bonis ecclesiæ, q̄ tutor in bonis pupilli, cū sit vsufructuarius in vita,[c] & æquiparetur magis patri, q̄ tutori: iuxta no. in c. præsenti. de of. or. lib. vj. Tex. aūt, qui loquitur de liberto, minus facit, quia non prohibetr̄ liberto alienatio simpliciter, sed si alienat in fraudem patroni: non pōt autē dici fraus donatio quę fit ob merita, & cā remunerationis, q̄ obligat nos in genere ad antidora. i. ad idem: vt l. sed si l. ff. de pe. hęre. & l. si testamento. in prin. ff. de fideiuſ. Vnde reiectis rōnibus suis possumus distinguēdo dicta Io. de Imo. ita cōcludere, videlicet ꝙ aut appositum est pactū expressum de lucrando fructus, & econtra, ꝙ maritus sustineat onera matrimonij: & tūc etiam in pupillis idē pactū pōt tolerari: qa nō est donatio: vt l. ex annuo. in prin. ff. de do. inter vi. & l. si mouerit. in fi. s. alle. intellige vsq; ad competentem quantitatem fructuū & onerū: & ab inde s. esset donatio: vt ꝓbatr̄ d. l. ex annuo. bene facit tex. in l. si sponsus. §. circa. ff. eod. tit. Aut appositū pactū simplr̄ de lucro fructuū, nec econtra maritus obligatr̄ ad onera: & tunc credo opi. Bar. esse verissimam, qa nō reperitur iure cautū, ꝙ cā remunerationis pupillus possit donare: qa etiā si cā donādi sit honesta, debet tn̄ seruari in tēpus pubertatis: vt dicit tex. secūdū vnā expositionē in l. cū proles. §. ij. ꝓal. bene facit tex. & qđ ibi no. in l. §. sed nōnullos. ff. de tu. & ra. dist. & sic in matrimonio putatiuo marit⁹ nō lucratr̄ fruct⁹: ita etiā pactū de dote lucranda non habet locū in matrimonio putatiuo: vt l. an in patre. ff. ꝙ fal. tu auto. quā l. adducit hic Bar. Sed dubitatr̄ secundū intellectū istius, nūquid in lucro dotis proueniente ex pacto sit facienda distinctio, quæ fit in loco fructuū in l. insulā. §. j. j. eo. vtrū si maritus sit in bona fide, vel nō: super quo dixit Ang. sing. in l. nec vllā. §. omnib⁹. ff. de pe. hæ. qđ debet distingui eodē modo: sed in auť. de. nu. §. ascriptitias. colla. iiij. simpliciter tenet, ꝙ in matrimonio putatiuo lucrū nō habeat locū: & hoc est verius, quia cùm istud lucrū sit quædā donatio facta à muliere marito post mortem suam, donatio illa facta tāq; marito, non valet ipso iure, quia deficit causa finalis, propter quā fuit facta. Casus est sin. & clarus in l. cū hic status. §. pen. ff. de do. inter vir. quā l. tanq; sing. alle. Bald. ad hoc in l. eā. in sua repe. C. de fideicō. Et hoc satis colligitur ex mente d. l. an in patre. vbi dicitur, ꝙ tunc marit⁹ lucratur ex pacto, quando fuit deceptus per dolum, ab aduersario: ergo cessante dolo videtur innuere, ꝙ pactum nunq; habeat locū. Sed quærit hic Pau. de Cast. post quæstionem præmissam, nunquid si ex forma statuti lucrū dotis defertur in totū, vel in parte in marito, ꝓdecedente vxore ī matrimonio maritus admittatur ad lucrū ex forma statuti, si vxor decessisset anteq; veniret ad domū viri, & consummaretr̄ matrimoniū: super qua quæstiōe dixit Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. quam etiā adducit hic d. Pau. ꝙ sine dubio habet locum lucrū statuti. mouetur per tex. in l. deo nobis. §. j. vbi dicitur, ꝙ si alter ex coniugibus ingreditur religionem, remanens in seculo lucratur dotē, ac si ingrediens esset naturaliter mortu⁹. Modo dicit ipse, ꝙ quando matrimonium est consummatum copula carnali, vnus coniugum non potest ingredi religionem inuito altero: vt c. ex publico. de cōuersione cōiuga. Intelligitr̄ ergo ille tex. quando matrimonium non erat consummatum copula carnali. & eādē tenet opinionē in l. non sine. circa prin. C. de bonis quæ liber. addit tamē vnum, qđ in statuto addere tur, muliere decedente in matrimonio, & copulata viro, vir lucretur dotem: tunc vt illa verba aliquid operentur, debent intelligi de traducta ad domū, cum qua est consummatum matrimonium. Sed Salyce. in l. cum te. C. de donatio. ante nupti. diffusissimè tractans illum articulum, tenet oppositum. Et ita dicit se consuluisse cum multis alijs in ciuitate Florent. rationibus infrà dicendis. & ad legem, deo nobis. quæ allegabatr̄ pro casu in contrarium, responde dupliciter. Et primò, quòd illa l. loquitur, quando erat consummatum matrimonium:

[a] ¶ Dictio, quasi. Adde gl. in l. si mulier. ff. ad Trebel. gl. ī c. parrochianos. de deci. & in c. ab exordio. xxxv. dist.

[b] ¶ Minor & eccl̄ia ęquiparātur. Adde gl. & doc. in l. imperatores. ff. de re iu. gl. in c. ex literis. de iureiu. doc. in c. causam. de iu. Ioan. de Imo. in l. quæsitū. sup gl. j. ff. de re iu.

[c] ¶ Cū sit vsufructuarius in vita. Adde gl. fin. in c. cū olim. de rerū pmu. & ibi Abb. gl. ij. in c. fi. & ibi Abbas, de pec. cle. gl. j. & ibi Abb. in c. ex literis. de ꝓba. gl. fi. ī c. quā sit. de ele. lib. vj. Host. in c. requisisti. de testa. Io. de Lig. Car. Zab. & Io. de Imo. in cle. gręc. de rescr. Raph. Ful. in l. ij. C. de epi. & cle. Bal. in l. cū oportet. in §. non autem. C. bo. quæ lib. Salyc. in l. cùm plures. C. de sa. san. eccle.

a ¶Q̄d marit⁹ nō lucrat dotē. Adde qd de statuto cauēte, ꝙ vxore prædecedente vir lucretur dotem, & contractū est m̄r̄moniū ꝑverba d̄ p̄nti, & ꝑ morit̄ vxor, q̄ non dū erat traducta ad domū, an habet locū dictū statutū, vide p Car. Zab. in c. ex tenore. de testi. idē Car. ī c. cū dilect⁹. de cōsu. Mathesilan⁹ in c. si verò. d̄ sen. ex. Pe. de Anc. in c. quēadmodū. d̄ iureiu. idē in repet. c. j. de const. Ab. in rub. de spō. Ab. ī c. si inter virū. eo. tit. Ab. ī c. tertio loco. de p̄sump. Abb. in c. ex publico. de cōsue. cō. Ab. cōsi. j. incipi. qdā A. ij. vol. Abb. cō. lxxix. īci. stāte statuto. in ij. vol. Signorolus de Homodeis de Mediolano cōsi. cxlvj. inci. ī q. vertēte inter dominiū Vianium &c.

b ¶Dictio, mox. Adde ꝙ aliqñ sit infra biduū vl̄ triduū. gl. est ī verbo, mox. in l. post rē. ff. de trāsac. aliqñ īportat spatiū x. die. vt in l. ad pemptoriū edictū. ad fi. ff. d̄ iu. & Spe. in ti. de appel. ī §. j. post prin. aliqñ importat spatiū duorū mensiū: vt in l. à diuo Pio. ī §. j. ff. d̄ iud. aliqñ importat post annū. tex. ē in c. si in qualibet. & ibi gl. ij. q. ij. & ī c. lōginquitate. ī xxij. dist. aliqñ itelligitur. s. āno seq. l. sed & si qs. ī §. operas. cū §. seq. & ibi gl. ī ver. mox. ff. d̄ vsuf. Aliqñ capit̄ ꝓ triēnio: vt est tex. in l. sed si in cōciōe. ī §. si seru⁹ alien⁹. ff. d̄ hæ. isti. Aliqñ īportat tps incertū arbitrio iudicis statuēdū: vt ī l. si is àquo. ff. vt in poss. leg. tu dic ꝙ licet ista dictio, mox, varijs modis capiatur, vt hic vidimus: tamē ꝓprie sumpta stat pro confestim, & sic sine vllo interuallo.

quo casu de iure ciuili permittebatur separari matrimoniū cā religionis, sicut & in multis alijs causis: quod est hodie correctum de iure cano. Sed qa ll. correctio debet vitari, quantum potest: vt ī l. ꝑcipimus. in fin. C. de app. & l. sancimus. C. de testa. mihi videtur esse secunda responsio: videlicet, ꝙ ibi non deciditur, vtrum, si mulier premoritur naturaliter, anteꝙ̄ ducat̄ ad domum, maritus lucretur: sed solum hoc dicitur ibi, ꝙ eo casu quo lucraretur vxore moriente naturaliter, eo modo lucrabitur vxore moriente ciuiliter. Tex. tamē innuit, ꝙ pactū dotale haberet locū: vnde melius & subtilius respōdendo Abba. Sicu. in c. ex publico. de conuer. cōiuga. vbi inclinat in sententiā Saly. dicit em̄, ꝙ in l. deo nobis. pactum lucrādi, vel erat aliqualiter appositum vtriq;. i. tam viro q̄ vxori: vnde non potest dici, ꝙ quando pacta sunt interposita hincinde æqualiter, maritus lucretur dotem in recōpensationem onerum matrimonij: quia econtra vxor, q̄ non sustinet aliqua onera, nil debet lucrari. Et ideo infert hic, ꝙ statutum æqualiter deferret lucrū vtrunq;: tunc haberet locum etiam antē q̄ vxor ducerec̄ ad domum. Sed in c. iij. loco. de præsum. referens latè consiliū, quod fecit in vna causa, videtur sentire oppositum: dicit enim versus finem, ꝙ in materia indifferenti quæ non est odiosa, neque fauorabilis, appellatione viri & vxoris venit desponsata per verba de præsenti: & hoc posset dici, quando mens statuti non repugnaret. Sed in casu nostro præcipue est videndū pro intellectu quæstionis, quare deferatur lucrum marito à statuto: nā si causa videtur esse recompensatio onerū matrimonij, tunc videtur ꝙ maritus non cepit sustinere onera matrimonij, statutum deberet restringi, vt non loquatur in hoc casu, quia regula est, quòd semper l. dispositio restringitur, ne qs indebite lucretur: vt l. vt gradatim. §. primo. ff. de munc. & honor. 6 Et per Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. † Et per hanc a rationem Saly. concludit, ꝙ maritus non lucratur dotem[a], anteꝙ̄ vxor sit traducta ad domum, in d. l. cū te. Pro illa conclusione videtur casus fin. quē not. ibi Ang. ad hoc in l. j. §. lucratiuus. C. de impo. lucra. descrip. hoc etiam dixit gl. in l. si donaturus. ff. de condi. ob causam, quam adducit Ange. in authen. de nup. §. quia verò. In contrarium videtur casus not. in l. cū quis. circa medium. ff. de do. præle. vbi videtur probari, ꝙ lucrum dotis quod facit maritus ex pacto, dicitur fieri causa matrimonij: verbum autē, causa, in dubio respicit causam immediatam: vt l. in l. censoria. ff. de verbor. signi. & l. socium qui in eo. cum l. seq. ff. pro socio. & plene in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vul. & pup. Vnde illa verba videntur significare, ꝙ propter ipsum matrimonium, & coniunctionem quæ fit extraneo, pactum videatur appositum. Pro illa conclusione allego casum not. in l. dotem. ff. de castren. pecu. vbi dicitur, quòd quicquid filiusfam. lucratur ex pacto interposito super dote, dicitur esse aduentitiū, licet pater sustineat onera matrimonij. Sed hoc esset falsum, si lucrum istud fieret in recompensatione onerum matrimonij: ergo sentit quòd non videatur datū propter hoc: vnde quæstio redditur satis dubia. Et ad materiam vide tex. not. quem ibi ponderat Rapha. in l. si cū dotem. §. finau tem. infrà eod. de cuius intellectu dicam tibi in lectione seq. nō potui videre eam. Communior opi. est, quòd istud lucrum deferatur à statuto in recompensationem onerum matrimonij: & ita tenet Bart. in tract. suo, de duobus fratribus. in illa q. vtrum istud lucrum sit profectitium, vel aduentitium, quem sequitur Bal. in l. ij. C. famil. ercis. Idem tenuit in authen. præterea. C. vnde ista opin. tanq̄ communior est sequenda, maxime per text. in lege prima. §. lucratiuas. non obst. text. in l. cū quis. quia ibi verbum, causa, potest exponi non pro causa immediata, sed pro causa mediata non multum remota, quæ accipitur tanquàm causa immediata: vt lege, qui vxor. ff. de aur. & argent. leg. quam adducit Barto. ad hoc in lege, ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. fac. De intellectu autem doctor. Barto. in tractatu, de duob. fratrib. dicemus plenius in lege, si cum dotē. §. transgrediamur. infrà eodem. Et adde ad materiam, quod eleganter posuit Bald. in lege, non tantum. C. de le. vbi dixit, quòd etiā si modico tempore maritus cepit sustinere onera matrimonij, adhuc locum habet dispositio statuti: & attende diligenter, quia ista procedunt in dote tradita: nam si dos esset promissa, & non tradita, licet mulier fuisset traducta, est alia pulchra dubitatio, quam posuit not. Barto. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. eccle. & tangit Saly. in dicta lege, cū te. & est optimus tex. in materia in lege, ex morte. in fi. C. de pactis conuen. & in au. de nup. §. dotes. in fi. de quo dicam aliàs, vbi melius cadet. Tāgit etiā Pau. de Cas. hic illā no. q. nūqd si filia dotata excludit̄ à statuto stāte masculo, sufficiat quòd sit dotata in testamento, licet adhuc matrimonium non sit cōtractum: sup quo vide quod scribit Bar. in l. no. quā etiā ipse adducit ī l. Titio. §. Titio genero. j. de cōd. & demō. & vltra eū vide qd ponit Bal. ī l. si plures. C. de cōd. inser. vbi etiā declarat, quid si fratres post matrimonium cōtractū velint eā dotare. & plura alia pertinentia ad hoc. Eandē etiā quæstionē ponit solenniter ī l. nō fine. C. de bo. q̄ li. Et super materia vide Pe. de Anc. qui refert dicta Bal. ī varijs locis, in c. j. de cōsti. charta xxxv. Et quid si pater est paratus dare dotem, sed mulier nō vult nubere, vide Bald. in l. pactum. C. de colla.

SVMMARIVM.

1 ☞Fructuū mentio cùm fit à l. intelligitur sumptibus deductis. & vide in nu. 4. & 5.
2 Dictio, mox, quid significet. & vide in nume. 6.
3 Fructus vltimi anni in causa dotis succedūt loco fructuum primi anni.
7 Dictio, postea, quid significet.

FRuctus. Fructus appellatione veniunt fructus, deducta impensa tam ex parte vxoris, q̄ mariti. Et diuidit̄ in duas partes. Prima declarat, quid iuris, qñ matrimoniū fuit solutū primo anno nō cōpleto. In secūda ibi: ita est etiā. q. ponit̄, qñ in matrimonio fuerūt trāsacti plures anni, & obligatur de diuisione fructuū vl. anno cōpleto. Prima subdiuidit̄, quia in prima ponit̄ dictū. In secūda ponitur declaratio Scæuolæ ꝓcedētis dicti. In tertia ibi: sed si mulier. exēplificatur id qd̄ Scęuo-1 la dixit. ¶†No. primò, ꝙ qñ ipsa mentio fructuū fit à l. intelligunt̄ deductis sumptib⁹, secūdū Iaco. d̄ Are. & Barto. fallit in decimis in quibus soluit̄ decima pars fructuū, non deductis sumptibus, vt in c. pastoralis. & ī c. tua nos. extrà. de decimis. intellige in decimis prædialibus: vt ibi not. super quo vide gl. in l. si dn̄o. §. si. ff. de pe. hæ. Et hunc articulū tam in dispositione l. q̄ hominis late prosequitur hic Barto. & Moder. de quo plene dicemus in gloss. Debes tamen scire, ꝙ qñ fundus datur in dotem æstimatus, ita ꝙ æstimatio facit emptionem: iuxta not. in l. quoties. & l. si inter. C. de iure do. tūc non habent locū istæ ll. de diuisione fructuum, quia oēs pertinēt ad maritū, tanq̄ emptorē: vt d. l. j. §. cūq; l. C. de rei vxo. acti. Vnde potest dici, declarando dicta Bar. ꝙ post factā æstimationē fundi contracto matrimonio fructus pertinebūt ad maritū, etiā si sint percepti ante traditū fundū: vt l. Iulia. §. si fun-2 dus. ff. de act. emp. & plene ꝑ Bal. in l. fructus. C. eod. ¶†Secū-b dò no. iuncta gl. sua, prout dictio, mox,[b] respicit verbū, diuertit, ꝙ licet illa dictio ex proprietate sermonis significet ex incōtinēti: vt in au. de nup. §. j. & in l. j. in prin. de verb. obl. pōt tamen ex largo significatu etiam intelligi in eo, qd̄ fit ex interuallo. & idem d. Bar. post Dy. in dictione, postea. vt plene ☞dicemus in quæstione hic posita per eum. ¶†Tertiò not. in ver. cōcurrāt. iuncta gl. q̄ exponit, ꝙ vterq; inducit suas expēsas: arg. ꝙ quando in vna cā actor & reus succubuerunt in diuersis articulis, vterq; sit cōdēnād⁹ in expensis formaliter, quę p̄nt liquidari in executiōe: iuxta no. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & in c. fina. quod met. cau. Glos. tamen in l. generaliter. §. j. C. de reb. credi. inducit pulchram practicam, vt iudex compenset inuicem expensas, quando vterq; est victor, & victus. Et hic communiter seruatur: intellige vsq; ad con-3 currentem quantitatem, vel si expensæ sunt æquales. ¶†Vltimò not. ꝙ in causa dotis fructus vltimi anni succedunt loco fructuum primi anni. Et hoc est rationabile, cùm dos sit ius vniuersale, ꝓpter quod vna res potest succedere loco alteri⁹: vt l. imperator. & quod ibi not. ff. de leg. ij. ¶In gl. super verbo, impensas. & hoc inspecto not. hanc glo. perpetuo, q̄ vult ꝙ illa interpretatio, quę fit in tex. habeat locum ex improprietate sermonis magis, q̄ ex veritate. Et ideo in quibusdam casibus veniunt fructus, etiam non deductis impensis. Et si quæris, quare tex. restringit tex. ad impensas factas gratia quærendorum fructuum? Est respondendū, ꝙ si expēsæ essent factæ ad perpetuam vtilitatem rei, nihi repeteretur à marito, quia vtilitas pertineret ad vxorē. Si autem essent factæ à marito, ideo non fit deductio de fructibus incontinenti, donec cōes sunt, interest mariti, qui fecit expēsas ad ꝑpetuā rei vtilitatē, vt prius fiat diuisio fructuū, ne expēsæ deducātur de cōi, & deducerentur ex parte vxoris: iuxta not. in l. iij. §. non dicitur. j. 4 de impensis. secundùm Paul. de Castro. ¶†In eadem glo. ibi: tamen vere est fructus. Bart. hic diffuse tractat materiam, qualiter computatur appellatio fructuum, vtrum deductis impensis: cuius dicta retuli in voce, & personæ suæ, quatenus dicitur quòd quando mentio fructuum fit à l. intellige regulariter, deductis

deductis sumptibus: unde etiã malæ fidei possessor istos sumptus detrahit: vt l.j.de fru.& lit.expen.& l.fundus qui.ff.fa.er.cui adde tex.in l.fructus.& in l.fin.ff.de ope.seruo.& text. singu.quem ponderat Ang.in l.in fundo.ff.de rei vendi. in l.si seruus seruũ.§.si oliuã.ad l.Aquil.vbi videtur probari, ꝙ quando ille qui non possidet clam,& vi separat fructus ab agro nomine suo,tunc non potest deducere sumptus de fructibus qui sunt penes possessorẽ rei,dum dicit ibi:& dominium. licet ipse eos retineat. Et vere intellect⁹ su⁹ multũ applaudit literæ,glo.tamen videtur intelligere,ꝙ si fructus essent penes eum,posset deducere:sed quia essent penes dominum,nõ potest agere pro sumptibus. Secundũ hũc intellectũ habes vnũ not.ad intellectum illarum legum, ꝙ non solum malæ fi.possessor detrahit fructuũ gratia quærendorũ fructuũ: sed etiam ille qui colligit fructus,nec tamen possidebat rem. Secundò dubitatur circa illã regulã,quid si l.iubeat restitui fructus integros à malæ fi.possessore,vtrum propter istud verbum,integros.intelligatur ꝙ restituat nõ deductis expensis? Super quo dixit Bal.in l.j.C.de fru.& lit expen.ꝙ deducuntur sumptus: alleg.tex.in l.de his quib.vt indi.vbi imperator mandat restitui integros fructus ab hæredibus,quia mala fide possident: & tamen certum est,ꝙ debent deduci expensæ:iuxta l.fund⁹ qui.prealle.vbi dicitur,ꝙ nullus casus euitet hic deductionẽ impensarum. Et hoc dictum adducit etiã hic d.me. Quid sit si verba ponantur à dispositione hominis,dicemus in sequentibus conclusionibus. Et quia ista regula fallit in decimis prædialibus,vt in c.j.de deci.arguit hic Bar. ꝙ si ex forma statuti de fructibus natis in agro debet solui certa pars fisco, quia fiscus & ecclesiæ æquiparantur:vt l.fi.C.de sacrosan.eccle.idẽ erit in fisco,quod ĩ decima soluẽda ecclesiæ. Sed illa opi. sua, quam ponit hic,reprehenditur per ipsummet in l.si à domino.§.fi.de pet.hære. Et plenius in l.j.C.de fru.& lit.expẽ.vbi refert Bart.contrarium consuluisse, quia non est eadem ratio in vtroq; casu,quia præstatio decimarum est fauorabilis, est enim tributũ egentiũ animarũ:vt dicitur in d.c.j. sed solutio facienda fisco est quædam gabella, q̃ soluitur de fructibus,q̃ est odiosa: & tangit Bar.in l.si pupillus.in fi.ad l.Fal.vnde nõ potest argui ad similitudinem rationis,& maxime quia æquiparatio de fisco ad ecclesiam habet multas differentias. Vnde non potest argui ab æquiparatis,vt dixi in l.si quando.s.eod. Et hanc opi.sequitur hic Ioan.de Imo.& do.me. Sed Pau. de Castro tenet opi.Bal.& ponit nouam regulam ĩ illa materia, dicens, ꝙ quando verbum,fructus,profertur à l.nõ distinguẽdo sicut facit Bal.vtrum debeat solui certa quantitas,vel omnes fructus ĩ genere,vel aliqua pars fructuum. Dicendum est ꝙ debet attendi causa l.condendæ.nam in casu l. vtrum ideo nomine fructuum veniunt deductis impensis: quia maritus lucratur fructus propter onera matrimonij,vt notum est: vnde si diceremus fructus intelligi non deductis impensis,posset contingere,ꝙ quando fructus non excedent quantitatem expensarum,maritus nihil lucraretur,& tamen supportaret onera m̃rimonij:& vt seruet̃ æqualitas inter maritũ & vxorẽ,etiã mulier deducit sumptus de fructibus. Sed qñ statutum vult dari certam partẽ fructuum fisco vel reipu.intẽtio statuti est, non afferre lucrũ possessori,sed eum grauare: & ideo fructus intelligent̃ non deductis sumptibus. Quæ opi.est falsa, quia etiam qñ l.dicit,ꝙ malæ fidei possessor debet dare fructus,nõ intendit auferre sibi lucrũ,sed dãnũ,& tñ deducit sumptus,vt in iuribus ꝑal. Vnde tenenda est sententia Bal.& Mod.in locis ꝑall. †Sed quæro pro declaratione,nunqd expensæ factæ in custodiendo agrũ vel fortilicium,qđ est in agro, dicantur factæ gratia quærendorũ fructuũ, ita ꝙ possint deduci de fructibus. Quã qõnẽ tãgit hic Pau.de Ca. & refert Bar.tenere in l.cũ q̃reret̃.ff.de le.iij.ꝙ nõ possunt retineri de fructibus,quia nõ videntur factæ gratia culturæ,& sic gratia q̃rendorũ fructuũ:vt dr̃ in d.§.ꝑdijs.& ꝑ hoc infert,ꝙ malæ fidei possessor nõ posset deducere istos sumpt⁹. Sed in cõtrariũ vr̃ tex.secdm intellectũ Bart.in l.fi.j.de impẽ.ꝑ quẽ tex.Bart.dicit,ꝙ impẽsæ factæ causa custodiæ,sunt similes impensis factis gratia q̃rendorum fructuum. Et ideo in vtrisq; fit deductio. Spe.in ti. cõmo.§.fi.quem adducit Bald.in l.j.C.de fruct.& lit.expẽ.vr̃ tenere,ꝙ illæ expensæ possunt repeti,non tamen dici,ꝙ possint deduci de fructibus. Ange.autem in l.si sumptus.ff.de le.j.dicit,ꝙ si vxor dedit marito castellum seu fortilicium in dotem,ꝙ quia maritus ex natura contractus dotis tenetur ad custodiam,non potest repetere expensas factas in custodiendo per illum tex.secundùm vnam lect. Possumus cõcordare opi. isto modo,sicut tangit hic do.Paul.ꝙ aut sine custodia loci:& illa expensa fructus nõ poterant colligi,vel conseruari,& tũc possunt deduci expensæ factæ in custodia. Ita intellige text. in l.fi.ꝑall.non obst.text.in §.ꝑdijs.quia vel potest dici,quia sine custodia non poterãt colligi,vel conseruari,vel ꝙ licet custodia nõ pertineat ad culturam agri, si tñ pertinet ad fructus colligendos,vel cõseruandos,satis est. Scđo casu non poterũt diuidi fruct⁹,quinimo nec repeti illa expensa,per ea quę scribit Ang.in d.l.sumptus.& etiam,qa si marit⁹ q custodit forticiliũ,habitauit in eo ipse,& familia sua:illa habitatio est loco cuiusdam fructus, q compensat̃ cũ expensa: vt tangit hic do. Pau.& adde ad prædicta,ꝙ de decima papali detrahant̃ expẽsæ,q̃ fiunt gratia quærendorũ fructuũ,sicut declarat quædam extrauagans Io.Papæ.idem q facit mentionem glo.no.in clemen.j.de deci.sup verbo,testatoris. Et vtrũ in illa decima fiat diuisio oneris ꝓ rata anni,sicut fit diuisio fructuũ hic,& expẽsarũ,quando vno & eodẽ anno inueniunt̃ duo prælati in ecclesia,vide quæstionẽ disputatã,quã refert Io.And.in regula, non est in mora.de re.iu.in mercu.†Et sicut quando verbum, fructus[a], profertur à l.intelligitur deductis expensis: ita quãdo fit mẽtio pretij,patrimonij, vel alicuius loci, iure fit deductio expensarum diminuentiũ:vt l.quantitas.ad l.Falci.& ibi Bar.& per eundẽ in l.vbi plures.§.fi.vbi est casus.ff.ad Treb. super quo vide qđ distinguit ipse idem Bart.in l.si vir.§.j.de condi.& demõ.& glo.no.quã ibi ponderat Bal.& Ang.in l.ꝑ diuersas.C.mand. Et attende,quia Bar.hic in fi. distinguendo videtur modificare hanc primã conclusionẽ, vt habeat locum qñ fit mentio de fructib⁹,nõ expressa certa quãtitate, nã si exprimeret̃ certa quãtitas:verbigratia,dicit statutum ꝙ pro qualibet corbe frumẽti collecti in agro soluatur tantũ:tunc enim non deducuntur expensæ de illa quantitate.alle.l.si debitor. §.verisimile.cum materia.ff.de contrahen.emp.& qđ ipse ponit in l.inter stipulantẽ.§.sacrã.de ver.obl. Et cõmuniter hoc dictum approbant omnes:cõtra quod facit tex.& qđ ipse ibi dicit,ꝙ donatio non dicitur excedere quingẽtos aureos, licet donetur maior quantitas,quando de illa quantitate diminuit̃ tantum pro solutione gabellæ,ꝙ considerata illa diminutiõe donatio summam quingentorum non excedit: & sic vide ꝙ etiã qñ in dispositione est quantitas,illa intelligitur deducto onere. Sed potest dici,ꝙ & d.l.quot.& do.Bal. loquitur vt re lictum vel dispositio saluetur, & valeat,quæ aliàs non valeret. In alijs autem casibus fit vera opi.sua. Hic secundò principaliter adde,inquantum ipse vult hic, ꝙ quando fit mentio fructuũ futurorum,in dubio intelligat̃ fieri mentio deductis sumptibus:nam Bal.hic,quem sequitur do.me.videtur dicere hoc esse verũ,vbicunq; dispositio continet causam lucratiuam,& verè iura allegata per Bart.loquũtur in hoc casu. Sed vbi causa esset onerosa,siue dispositio,tũc ipse tenet ꝙ ꝑmissio fructuum intelligatur nõ deductis sumptibus:& dicit d.m. hic,ꝙ de illa quæstio. est casus in c.tua. de deci.quem alleg. Bal.in l.j.C.de fru.& lit.expen.& hoc est quod dicit Iaco. de Aret.quem sequitur hic Bald.ꝙ si dominus locat fundum ad partem fructuum,ex illa parte præstanda domino non deducuntur expensæ factæ à colono pro rata fructuũ: argu.l.si in cõeunda.ff.pro socio.vt etiam refert Cy.ĩ l.j.C.pro socio.quẽ adducit etiam do.Pau.hic. Sed ipsi non perpendunt, quomodo Bar.respondit huic obiectioni:dicit enĩ, ꝙ conclusio prędicta est vera,nisi tacitè vel expressè aliud paciscat̃, sicut est ĩ casu Iaco.de Aret.sed non bene declarat:vnde oritur istud tacitũ pactum, vel ex qua coniectura: nam si dicis, ꝙ oriatur ex consuetudine,iuxta not.in l.finali.C.de fideiusso.& in l.quòd si notabilis.§.si assidua.ff.de ædil.edict.illa consuetudo esset probanda. Vnde videndum semota consuetudine,ꝙ istud tacitum pactum adijcitur,& potest dici defendendo d.Barto.ꝙ hoc est propter naturam operæ,quã tenetur præstare colon⁹ pro mercede partis fructuũ,quos lucratur,seu pro recompensatione. Est enim regula, quòd ille qui præstat operam non gratuitam: tenetur enim præstare suis sumptibus: quinimo etiam si præstat operam gratuitam remuneratoriam,sicut eleganter declarat Barto.in l.si non sortem.§.libertus.de condictio.indebi.& Bald. in l.liberti libertæq;. C.de ope. libert. Vnde possumus tenere conclusionem Bar.ne multiplicemus opiniones. Inductio tamen quam facit hic domi.Ioan.pro opinione Barto.non multum stringit:dicit enim,ꝙ maritus habet dotem ex causa onerosa:vt l.ex promissione.ff.de acti.& obli.& l.fina.§.si à socero.ff.quæ in frau.credi.& tamen non lucratur fructus non deductis sumptibus: sed non perpendit, qđ Ia.de Are.hic & Bar.dicunt,ꝙ illa l. loquitur, qñ fit mentio à l.nõ ab homine. Est etiam l.illa, quæ disponit, ꝙ marit⁹ lucrat̃ fructus pro rata anni:& dato etiam, ꝙ hoc deduceret̃ in conuentionem expressam,non esset mirandum,si illa cõuẽtio interpretaretur secdm naturã cõtract⁹,& l.dispositionẽ: vt l.si stipulatus.ff.de vsucapi.& l.emptorem. in prin.ff.de act.

[a] ¶Qñ verbum,fruct⁹. Adde c.tua nobis.& c. pastoralis. de deci.glo.in l.si à patre.in §.fi.de pe. hære. & per Sal. in l.j.C.de fruct.& li. expen.

6 emp.cũ simi.¶ †In glo.super verbo,diuertit.gl.exponit tex. a duplicciter,vt vides:& scđm ꝙ dictio, maxime, [a] refertur ad verbũ, diuertit,apparet & colligit̃ ex isto tex.ꝙ dictio, mox, significat aliquãdo ex interuallo,nõ incontinẽti:& idẽ vr̃ di cẽdũ ĩ dictiõe,postea,vt possit significare vtrũq;,secũdũ Bar. hic.Pro quo vide tex.not.& ibi Bart.&Moder.in l.quo .§.si quis ita.ff.de hæ. inst.quã adducit hic do.meus.& ex hoc inferunt Dy.& Bar.ꝙ si testes producti ad probandum testamẽtũ dicunt, ꝙ Titius instituit Sẽproniũ,& postea Caiũ: isti testes nõ probant vnũ testm̃,in quo sunt instituti duo hæredes. Sed d.m.cõsiderat istã qõnẽ diligentius:dicit em̃,ꝙ si testis deponit per verbũ,mox,vel statim,illa doctrina doc.esset vera: qa licet illę dictiones aliqñ improprient̃,vt significent actum factum ex interuallo:ex proprietate tamẽ vocabuli significat actũ factum incontinenti:vt probatur in l.j.in princ.de verb. ob.Vnde dictũ testis non diceret̃ ambiguũ, ex quo attenta proprietate sermonis non significat nisi vnum :licet ex largo vocabulo possit significare aliud. & hoc sin.no.ad limitatio-nẽ c.in pñtia.extrà,de pręb.†Sed dictio,postea,[b]secũdũ eum vr̃ posse significare incontinẽti post, & ex interuallo post.Et ideo dictũ testis videtur obscurũ,& interpretandũ cõtra producentẽ:vt d.c.in pñtia.& ita dicit Bald.in d.§.si quis ita.vbi vult,ꝙ si testis dicit, ꝙ Petr⁹ insultauit Io.postea vulnerauit, accusatus nõ punit̃ de insultu,qa potuit esse,ꝙ vulnerauit postea incõtinẽti,& postea ex interuallo.Vñ dctm̃ testis reddit̃ ambiguũ,&interpretat̃ cõtra pdictã inst.quia vr̃,ꝙ illa actio postea ex proprietate sermonis significet ex interuallo , non incõtinenti:qa qñ ponit̃ absolute,semp significat̃ aliquid esse factũ ex interuallo .Casus est no.in l.iurisg.§.ita rñsum.ff.de pact.& melius in l.illud.§.fi.ad l. Aquil.& l.in duobus.ff.de duo.re.& ĩ l.pacta cõuẽta.in prin.ff.de cõ.emp.Si aũt illa verba ꝓponerentur cũ adiuncto:verbigratia,post diem termini: tunc possent intelligi post lapsum diei incontinenti, vel post diẽ de l.cõmisso.& l.si cũ dies.§.si ĩter.ff.de arbit. Vnde si ex ꝓprietate sermonis illa dictio significet ex interuallo,necessario infertur, ꝙ testes ꝓbant scđm testm̃,per qđ reuocat̃ primũ.qđ tñ nõ determino:nã ꝓpter autoritatẽ cõis snĩæ posset tñ dici, ꝙ si verbũ,postea,licet significet vtrũq; tps ex proprietate sermonis,vera est opinio d.m.ꝙ fit interpretatio cõtra producẽtẽ.Scias tñ ꝙ dictio,postea, licet ex ꝓprietate verbi significet interuallũ, aliqñ tñ ponit̃ pro modico ĩteruallo. i.paucorũ dierũ,secũdũ materiã subiectã: vt l. ab hostibus.§. sed cũ simpliciter.& ibi per Bart.ff.ex quib.cau.ma. Et ad ea q̃ diximus suprà,de expensa deducẽda de fructibus, vel non, addo duas no.limitationes.Prima est,ꝙ in dispositione hominis non deducentur expensæ de fructibus: quoniã si deducerẽtur,legatũ esset pene inutile.Casus est no.in gl.sua.l.cõcubina.§.qui hortos.ff.de le.iij.& dicit Bar.in l.his verbis.§.testastor.ff.eod.titu.vñ aliqs dr̃ in simi. ꝙ si legãt alicui c.cũ onere ꝙ ædificet hẽredi domũ, intelligit̃ ꝙ ædificet eã sumptibus hæredis,qñquidẽ si esset ædificata sumptibus legatarij, legatũ nullã sibi affert vtilitatẽ.Casus est not.in l.Titius.ff.de le. iij.quã adducit Bald.ad hoc in l.j.§.ne autẽ.C.de cad.tol.Scđò debes limitare secũdũ do.m.ꝓut tetigi in voce, nisi in dispositione hoĩs ponat̃ verbũ, integros: cũ em̃ illa dictio significet sine diminutione : vt l.fi.C.ad l.Fal.videtur actũ,ꝙ nulli sumptus deducantur:alleg.bo.tex.in l.Meuio.§.à me.ff.de leg iij. cui adde primò tex.in l.diuortio.in prin.j.e.vbi verbum,integros fructus, importat sine aliqua diminutiõe.Scđò adde,qđ ponit Bal.in l.ꝙ nomine.ff.de cõdi.in.vbi dicit,ꝙ si hæres mariti primi promittit scđo viro integrã dotẽ,non potest vti beneficio.l.marito.j.eo.vide etiã bo.tex.in l.si quãdo.C. de bo. vacã.lib.x.vbi probatur,ꝙ illa verba,do tibi fundum integro statu:importãt,ꝙ nõ solũm fundus,sed alia instrumenta fundi videantur legata, & quicquid ad fundum pertinet &c.

a ¶Dictio, maxime. Adde Bar.ĩ extraua.ad repri.ĩ verb. maxime.Raph.Cuma.cõ.lxxxvij. incip.Frã.de la Cani. in vlti.colũ. Phil. Cor.cõs.lxix.ĩci.visis.in j.vo.tu dic, ꝙ ista dictio qñ iũgit̃ cũ verbis ĩportãtibus causam finalẽ, tũc abũdat,nec stat implicatiue : vt est tex.iũcta gl.in verbo,maxime.in c.si qs ep̃s dãnat̃.xj.q. iij.& ĩ c.cũ olim.in verbo,maxime senex.iuncta gl.fina. de testi. & in c. cũ cõtingat.iuncta gl. j.de for.cõpet. & p Io.And.Anto. de But.Ioan.de Imo. &alios ĩ c.ad abolẽdã.de fil. p̃sby.& p Alex.de Imo.cõsi, lxxvij.inci. visis dubitationibus elegãter formatis.in vlt. col.in iij.vol.

b ¶Dictio , postea, Adde quòd si ista dictio est bis posita in textu , denotat ĩteruallum: vt in l. nõ erit.ĩ §. fi.ff.de iureiu. doc. in l. quoties.in §.si quis ita scripserit. ff.de hære.ĩsti.& p Barba.in c. potuit. de loca.

SVMMARIVM.

1 ☞Fructuũ appellatione,veniunt etiam obuentiones ciuiles.
2 Factũ esse aliquid certo tẽpore dicitur, qđ est factum parum ante illud tempus.
3 Id statim fieri dici potest,qđ post interuallũ temporis fit.
4 Mulier nõ habens dotẽ,nec vnde se alere possit,an debet do nec est vidua , ali ab hæredibus viri.
5 Iudex vel arbiter potest ferre sententiam in tertia persona.
6 Inquilinus cùm deserit habitationem,potest peti pẽsio incontinenti præterita & futura.
7 Vsufructus potest constitui ad tempus, ita ꝙ post tempus desinit ipso iure.
8 Electio collata marito ex facto,intelligi debet secundùm naturam contractus.
9 Annus artificialis à quo computetur.

Diuortio. Si fundus datur plenus fructib⁹, computatur annus à die locationis secuto post fruct⁹ exemptos, vt sciam⁹ quãta pensio debeatur,vel videatur percepta:sed vt sciamus quãtã partẽ pensiõis maritus lucretur,cõputatur annus à die matrimonij contracti,& traditi fundi.h.d.vsque ad versi. 1 econtrario.¶ †Not.primò,ꝙ sicut in fructibus naturalibus diuisio fructuum fit inter virum & vxorem pro rata temporis, quo durauit annus:ita etiam in fructibus ciuilibus,sicut sunt pẽsiones,debet similiter fieri diuisio. Et ex gl.sequit̃,ꝙ appellatione fructuũ veniunt etiam obuentiones ciuiles,& hoc sequuntur hic quædã glo.super quo vide quod traditur in c. generaliter.de elect.lib.vj.& l.fructus.C.de act.emp. Hæc autẽ diuisio fit inter virum & vxor.modo prædicto, non tamen ꝙ sit seruandus in vsufructuario,& vasallo, vt videbis in gloss. Quid autem fit in beneficiali,vtrum ille qui colligit fructus, licet moriatur modo imperfecto,vel successerit alteri,nõ pro toto anno,sed tempore messiũ,lucretur ipse fructus,vel in primo casu teneatur eos seruare successori,tetigit Bart.hic, & in l. j.C.de anno.& trib.lib.x.vt referunt Moder.hic,& referunt se ad not.per cano.in c.in præsentia.de offi.ordi.lib.vj.& per Archid.in c.statutũ.§.assessorem.de rescrip.eo.lib.Et per Ho 2 stien.in c.fi.de pecu.cleri.¶ †Secundò not.ibi:tempore vindemiæ &c.prout exponitur ille tex.i.parum ante vindemiã, ꝙ aliquid dicitur factũ certo tempore,qđ est factũ parũ ante illud tempus:verbi gratia,preparabatur vindemia.Et ex hoc arguit Bar.ꝙ si testes dicunt aliquid esse factũ tempore guerræ, non est dictũ eorũ falsum,sed potest saluari,si fuit factũ post causam,ex qua statim secuta est guerra,vel non multo post. Sed Io.de Imol.dicit,ꝙ ibi tex. potest intelligi propriè: vide licet ꝙ vindemia esset cepta,& tamen mulier adhuc in illo agro non fecisset vindemiam:ad questionem vide optimũ tex. & melius,quẽ ibi ponit Bar.in l.ab hostibus.§. sed quod simpliciter.ff.ex quib.cau.maio.per quem tex.Bart.ibi dicit, ꝙ si statutum dicit,ꝙ à die absentiæ vel alicuius actus cepti aliqd fiat,siue fit,intelligitur etiam de tẽpore antecedẽti,initiũ illi⁹ anni,in quo fiebant pparatoria ad initium act.Ad idem facit tex.in l.si pecuniã.ff.de condi.ob caus.quã ibi ipse adducit, & qđ habet̃ in l.j.§.cepisse.ff.de pollici.Alibi tamen Bart. sentit oppositũ,videlicet in l.quod pariter.ff.de re. dub.ibi dicit, ꝙ tempore mortis dicit̃ esse factũ id,quod est factũ post mortem perfectã,nõ id qđ est factum cùm aliquis moritur . Sic ergo videtur dicendũ in actu non momẽtaneo,sicut est guerra, vt deberet saltem ille actus esse productus in esse,cuius obie-3 ctioni respondebitur in lect.seq.¶ †Tertiò no. in ver.statim. secundũ vnã expositionẽ,ꝙ & illud dicitur statim fieri , quod fit post interuallũ tẽporis. Et ex hoc arguit Bal.ꝙ si testes dicunt,ꝙ Titius insultauit Sempronium,& statim percussit, nõ potest accusatus puniri de insultu,quia in illo ver.ambiguo accipimus id quod minus est:vt l.si præses.& ibi per Bart.ff. de pet.vnde interpretabitur dicta testiũ,ꝙ percussio & vulnus fuerit secutũ incontinenti,quo casu insultus cõsumitur cũ vulnere:vt l.qui de crimine.C.de act.& per Bart.in l.nunꝙ plura.ff.de priua.delic.Tu potes dicere, vt tetigi in l. præcedẽti. in fin.q.ꝙ quia dictio,statim,ex proprio significatu significat incontinenti,licet ex largo significatu possit denotare aliud dictum testiũ,non dicetur ambiguum: vt ibi plenius scripsi. ¶Vltimò not.in versi.integros fructus.ꝙ illa verba significãt fructus restitui sine diminutiõe:& ad hoc adduxi tibi in l.proxime præcedenti.¶ In glo.super verbo, factũ.ibi: & mulier ab hæredibus &c.Ex hac glo.eliciuntur duæ conclusiones exp̃sse, & tertia elicitur per Moder.à contrario sensu. Prima conclusio est,ꝙ mulier infra annum resti.dotis debet ali,si aliunde ali non possit ab hæredibus viri.Secunda conclusio est, ꝙ quãdo alitur ab hæredibus viri, hæredes lucrãtur fruct⁹ dotis.Tertia elicitur tacite,& est cæteris notabilior, qa sentit, ꝙ elapso anno mulier non possit petere alimẽta . Circa primũ adde, ꝙ quia mulieri debentur alimenta ex dispositione legis, vel conuenientius est,ꝙ si potest seipsam alere aliunde,non percipiat alimenta,sicut dicimus in filia, cui alimenta debentur : super quo vide tex.in l.si quis à liberis .§.sed si filius. ff. de lib.agn. Et quod not. Barto.in l.libertis quos.§.j.de alimẽ. & ciba. le. quã etiã adducit hic do. Pau.super quo vide quod nota. Bart. in l.j.C.de condi.indeb. Illa tamen ratio,qñ alimenta debentur ex l.disposi.qa percipiunt̃ fructus ex re dotali,nõ est gñalis:nã maritus tenet̃ alere vxorẽ ex fructibus dotis l.sic dispo nẽte,etiã si mulier aliunde posset se alere. Vnde restringenda est ad duos casus,vel qñ alimẽta deberentur ex dispõne l. iure sanguinis,vel affinitatis:vel ab eo qui tenetur ad alimenta virtute

tute recōpensationis ex ęquitate potius, ꝙ ex stricto rigore iuris, sicut in hæredibus viri. Secūdò adde, ꝙ mulier quæ debet ali ab hæredibus viri, secundū Barto. hic, non tenetur stare in domo hæredū. † Si tamen stando in domo hæredum opera eius essent alicuius pretij, debet diminui præstatio alimentorū pro rata æstimationis illius operæ, secundū eū. Et hoc sequunt hic cōiter Moder. in illa materia. Ang. tamē in cōsi. cxliij. videtur sequi opin. Spec. quā refert hic Barto. videlicet, ꝙ si potest honestè morari vel stare in domo hæredis alicuius, nō tenet̄ stare. Pro opin. Barto. videtur casus vltra l. allegatā per eum, in l. cū hi. §. vult igitur. ff. de transac. quā ibi not. Ang. ad hoc, & per illam l. tenet Bald. expressè in l. in annalibus. in vlti. col. C. de leg. quinimo etiam si legarentur alimenta expressè in domo testatoris, non tenetur ibi habitare mulier, si nō potest honestè morari: vt l. Caio. §. imperator. & ibi per Barto. ff. de alimen. & ci. leg. ita tenet Bald. latius hoc declarans, in l. j. C. de leg. quam etiam adducunt hic Moder. licet & ita determinet Barto. hoc declarans in cons. suo ccxj. vt ibi per eum. Licet autem ille cui legantur alimenta, non teneatur stare in domo, nisi aliud sit expressum, nō tamen tenetur hæres, si est aliqua domus in patrimonio testatoris cōducere domū recipienti alimenta: sed sufficit, ꝙ in domibus testatoris assignet cōuenientē habitationem, secundū Bald. in d. l. in annalibus. in fin. Illud etiam debes tenere menti, ꝙ si ille cui deferuntur alimenta ex dispōne l. verbi gratia, filius vult alimenta in domo, pater non potest eum expellere de domo, secūdū Ang. & Ioā. de Imo. per illum tex. in l. quidam cū filium. ff. de hær. inst. Qualiter autē mulier debeat operari hæredibus viri, à quibus pcepit alimenta, Barto. hic sequendo glo. in l. si quis. de oper. li. videtur velle, ꝙ quo ad oīa debeat operari ipsis hæredibus ibi ad eorum vtilitatē. & illa est communis opin. quā etiā sequitur Ang. in cōsi. alleg. & clarius Bart. in l. illa. l. Caio. §. imperator. Sed Bald. referendo dicta Petr. & Cyn. in l. vxorem. C. de condi. inser. & idem dicit, licet nō ita diffuse in lege prima. C. de bo. mat. intellige, ꝙ vxor teneatur marito, non ad operas artificiales, vel ad alia, sed ad obsequiales duntaxat, & ad ea quæ non cadunt sub aliquo artificio. Vnde dicit do. Pet. quòd si mulier ex industria sua lucratur aliquid ex aliquo artificio, acquirit sibi, & non viro. Et si hoc est in marito, multofortius in hæredibus: quia tamen nihil allegat, quod stringat, ideo sequamur cōmunem sn̄iam. † Sed relinquitur adhuc vna dubitatio circa primam conclusionem: videlicet quid si mulier non habet dotem, nec habet vnde se alat, vtrū donec est vidua, debeat ali ab hæredibus viri: super quo referunt Cyn. & Bald. in l. fina. C. de bo. ma. Richar. Malū. dixisse, ꝙ tenent̄, & nihil allegant in specie. Mouet̄ ꝑ illam l. in qua dicitur, ꝙ mulier vidua dicit̄ durare in matrimonio viri. Et inde est, ꝙ habet priuilegia priora viri, si viuat honestè, & non luxuriosè: vt l. filij. §. viduæ sunt. ad munici. & ponit Bald. in l. cum test. C. de nupt. & Ang. in l. cùm quædā puella. ff. de iurisdict. om. iudi. Sed illa allegatio parum stringit: quia concedo, quòd quo ad priuilegia, videtur esse in domo viri: sed quo ad hæredes in præstatione alimentorum, ex quo non habet dotem, hoc est maioris præiudicij. Pro conclusione Richar. videtur text. in lege, curator. ff. de vent. in pos. mitten. vbi dicitur, quòd quando mulier est in possessione ventris nomine, non distinguitur vtrum mulier aliunde possit se alere, vel non: quia illa alimenta præstantur filio, non matri: ex qua ratione manifestè colligitur, ꝙ quādo essent præstanda matri, possent peti cū distinctione prædicta. In contrarium facit tex. fortiter in l. pe. j. vt in possessio. leg. vbi speciale est in vxore missa in possessionem bonorum mariti pro legato sibi facto, quòd possit percipere fructus bonorum mariti, si aliter non potest se alere, nec habet dotem. Et ad tex. in l. curator. pōt rn̄deri, ꝙ restringitur ad casum, quādo mulier haberet dotem, & nō posset ali aliunde. Sed quia etiam istud diuinat ad illū tex. & opi. Richar. est fauorabilis, sequamur eam: & ad tex. in lege penul. dicamus, quòd ideo ibi vxor pōt diminuere de fructib⁹, quia & si legatū non esset factū, adhuc posset petere se ali. Addit tamē do. me. vnum, qđ credo esse verissimum: videlicet, ꝙ hodie de iure nouissimo, in quo moriente marito locuplete vxor quæ non habet dotem, nec aliter pōt sustentari, debet habere quartam, siue ex testamēto, siue ab intestato: vt in auē. præterea. C. vn̄ vir & vxor. & quod ibi no. quia illa quarta assignatur pro alimentis, nō possit aliter petere alimenta ab hæredibus viri. Circa primam conclusionē quærit hic Barto. pro declaratione, nunquid si hęredes mariti percipiunt ampliores fructus, quàm sint onera, siue alimenta vxoris, debeant illos restituere: super quo Bartolus dixit, quòd non tenentur illos restituere, quia illa vidua alimentatur tanquàm vxor olim mariti sui, vt dictum est. Sicut ergo maritus lucraretur fructus superfluos, ita & isti hęredes. & hoc tenent hic Ioan. de Imol. & do. me. Ang. hic, & Bald. statuit oppositum, videlicet quòd lucretur fructus vsq; ad concurrentem quantitatem onerum: & ita tenet Ang. in consil. alleg. pro quibus est bonus textus in l. insulam. §. j. j. eo. quam ipsi allegant. Do. Pau. multum se inuoluit hic, & pro declaratione dictorum suorum videnda sunt duo. Primò, nunquid hęredes lucrentur fructus vsq; ad concurrendum quantitatem: vt dicit glo. Secundò, nunquid vltra concurrentem quantitatem: vt dicit Barto. Contra dictum primum. glo. arguit fortiter de illa l. §. non solum. vbi dicitur, ꝙ fructus rerum mobilium hæredes restituunt post lapsum termini, sicut & fructus rerum immobilium. Secundò adducit textū in l. j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. vbi videtur probari: & ibi respōdendo dicit, ꝙ super istis contrarijs multū se inuoluunt Cyn. & Bartol. in §. exactio. & l. si cōstante. j. eo. Sed salua sua reuerentia Barto. & Cyn. nō tangūt ibi hoc contrariū, sed soluūt contrariū d. §. quoties. ad §. exactio. qa in §. quoties. videt̄ dici, ꝙ hæredes mariti lucrant̄ fructus in annum, et contrariū. §. exactio. & postea ꝙ non lucrarent̄ fructus, sicut fatetur Bar. in §. quoties. adhuc remaneret quæstio nostra, nūquid qn̄ sustinet onera, fructus essent compensandi cū oneribus: nam & bonæ fidei possessor in matrimonio putatiuo non lucrat̄ fructus, & tamē propter onera vsq; ad concurrentē quantitatē potest eos retinere: vt in l. insulā. §. j. Fortiter tamē obstant prædicta iura, maxime §. non solū. quib⁹ ipse respondet in qō. nostra, sicut quòd §. non solū debet intelligi, quādo hæredes non habent onus alimentandi. Text. autem in §. exactio. loquitur in rebus immobilibus: vnde nihil ad propositum, secundū eum. Et responsio, quam facit text. in §. non solum. videtur diuinare ad illam literam. Rn̄sio verò ad §. exactio. est vera: quia text. in fi. loquitur ibi de fructibus seruorum, & alijs fructibus rerum mobilium. Tu potes dicere, quòd verbum, fructus, positum in dictis iuribus, sicut intelligitur deductis sumptibus factis in colendis fructibus: ita debet intelligi, deductis sumptibus respicientibus causam alimentandi, similiter deducuntur de fructibus: vt lege, insulam. §. primo. j. eo. Super tertium & vltimum articulum, in quo quæritur, vtrum elapso anno mulier possit petere ab hæredibus viri alimenta dotis, valde variatum est: nam Bartolus in consulendo, & hic, & in lege, insulam. §. j. j. eod. & in l. at qui natura. §. si tantum. ff. de nego. gest. tenet, ꝙ non possunt peti. & hoc videtur sentire Imol. & Io. And. in ca. salubriter. extrà, de vsu. nō tamen loquunt̄ proprie in qōne nostra, quia mulier quæ receperat pignus ab hæredibus viri, hoc ipso quòd tale pignus receptat, videtur fuisse contenta, vt dos sibi non reddetur, quo usq; aliter eam peteret: & ideo non lucratur fructus fundi pignorati. Ratio tamen quam ipsi assignant, videtur concordare cum opin. Bartol. in l. cum suo. dicunt enim, ꝙ mulier non lucratur fructus, quia nō sustinet onera matrimonij. ratio videtur militare, siue mulier videatur velle non petere dotem, siue præsumatur velle habere dotem suam. Et hanc opin. secutus est Ang. in l. Titia. ff. de solutio. & tetigit eam in consilio præallegat. & quia nimis longū esset omnia referre à gemino duo capiemus dicta magis probabilia, quæ posuit hic Ang. & Ioan. de Imol, etiam in lege, insulam. §. vsuras. j. eo. Dicunt enim distingendo, quòd aut mulier habet aliàs vnde se alat, & non potest petere alimenta: probatur illa cōclusio à fortiori, quia non potest petere hoc casu alimenta, pendente termino: multominus post lapsum termini. Debes tamē intelligere quòd mulier videtur habere vnde se alat, quando potest se alere ex industria sua, vel bonis suis. Sed quando posset se alere, quia habet patrem, vel fratrem vtrinque coniunctos, qui tenentur eam alere: iuxta nota. in lege, si quis à liberis. §. si filius. de liber. agnoscen. tunc per hoc non diceret posse aliter ali, qa pater & fratres possent dicere, petant̄ alimenta ab hæredib⁹, qui debent præstare, qa percipiunt fructus dotis: ita no. Butri. Ana. & Salyc. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. act. Fallit illa prima cōclusio, nisi mulier esset cōsueta locare pecunias suas ad lucrū honestū, sicut videt̄ in c. per nostras. de do. inter vi. & vxo. tūc enim quia hæredes sunt cōstituti in mora ꝑ lapsum diei, sicut olim elapso anno poterāt peti ex mora, vt in dicto §. exactio. & per glo. in l. insulam. §. vsuras. j. eo. ita hodie videtur de iure cano. post moram posse peti lucrum, verisimiliter mulier fuisset facta, si fuisset sibi dos soluta. Debebit tamen libellus hoc casu concludere, non ad alimenta, sed ad interesse lucri cessantis, sicut hic dicit Ioan. de Imola. Nam si esset pecunia mutuata post moram, potest peti interesse lucri cessantis de iure canon. & lege secunda. §. fin. de eo quod certo loco. & lege, socium qui in eo. ff. pro socio. ita tenet Innocen. in capit. sacro. de sentent. excommu. ita nota. Anton. de Butri. & Moder. post Ioannem Cald. in capitulo nauiganti. de vsu. & dom. Abb. Modern. post Petr. de Ancha. in cap. consequens. eodem titul. Aut mulier non habet aliunde vnde se alat, & tunc subdistingue, secundùm Ioannem de Imo. hic, quòd aut mulier fecit diligentiam suam in petendo dotem, tamen non potest eam consequi litigando, ita quòd de facili nō potest recuperari: & tunc potest petere alimenta: quia sicut quando impediatur impedimento iuris infra annum petere dotem, potest petere alimenta ab hæredibus viri: ita quando impeditur impedimento facti, maxime propter contumaciam hæredum: arg. eorum quæ habentur in l. senatus. de offic. præsi. per Bartolū & alios: & hoc placet absolutè. Aut mulier fuit negligens ad petendū dotē: qa de facili si petijsset eā, potuisset consequi: & tūc non potest petere alimenta, quia imputet sibi quæ distulit eam petere: quia magis volebat ali ab hæredibus viri, quàm se alere ex sua dote exacta. & hoc colligitur ex dictis Ioan. Andr. & Innocen. in capit. salubriter. dum dicunt, quòd quando mulier recipit pign⁹ ab hæredibus viri, debet esse cauta, vt faciat vendi pignus, & recipere dotem, vel adiudicare sibi insolutum: iuxta nota. in lege, à diuo Pio. ff. de re iudic. & in l. ordo. C. de executio. rei iudica. & hanc conclusionem sequitur Petr. de Ancha. consilio suo cxliiij. vbi simpliciter concludit alimenta dot. non solutę, non deberi: vt refert Ioan. de Ana. in dicto capitulo, salubriter. Sed contra istud vltimum membrum arguo, primò sic: si mulier non habet vnde se alat, nec potest facere sumptus in victu, multominus poterit facere sumptus in expensis litis: ergo vi-

detur, ꝙ non imputetur sibi, si non exegit dotem suam in iudicio: quinimo nec videtur sibi imputandum, cur hæredes extra iudicium non interpellauit, quia ex quo hæredes non soluerunt in termino, præsumitur ꝙ nolunt soluere, nisi ex actu. cùm etiam lapsus termini constituat in mora: in l. magnam. de contrahen. & commit. stipul. mora debitoris nil aliud dicit nisi contumaciam: vt l. moræ. ff. de vsur. Præterea si mulier non habet vnde se alat, non dicitur tractare de amissione lucri, sed de cõseruatione dotis, ne incurrant damna, si non poterit se ex suis bonis alere, cogetur accipere pecuniam mutuo, quæ detrahetur de capitali dotis. Et hãc rationem assignant quidam, quã refert Lau. de Rodul. in tractatu suo, de vsu. q. lxv. & hoc maxime videtur dicendum, quia hæres qui conuenitur ad alimenta, non videtur posse allegare negligentiam mulieris, qa lucrum sentit, quia forte interea lucratur cum pecunia dotis: vt l. si seruus plurium. §. primo. de lega. primo. Vnde dominus Card. Flo. in c. salubriter. refert se consuluisse, ꝙ valet statutum, vt mulier post lapsum anni recipiat certam quantitatem pro alimentis: alleg. not. in reg. damnum. de reg. iur. & in c. ij. de fideius. quæ iura loquuntur de interesse & damno vitando: & sic mens sua est manifesta, quòd in illo interesse alimentorum mulier vitat dãnum, vt dixi. Et ideo ad ista aduerte. Prima cõclusio Moder. videtur minus rigorosa, & contra æquitatem, videlicet ꝙ mulier nõ possit petere illo casu alimenta, & posset defendi: quod suprà dixi, maxime per primam regulam suprà positã. Nam opin. Bar. quam posuit in authen. ei qui. C. de bon. auto. iud. poss. dum voluit absolutè, ꝙ mulier possit petere interesse dotis, quę non soluitur in tempore indistinctè, non videtur fundari bona ratione: dicit enim primò, ꝙ si marito debetur interesse intrinsecum, quia mulier est domina dotis, quod videtur somnium: quia quando dos est in quantitate, non potest considerari dominiũ, qđ non debeatur idem in specie, sed in genere: vt l. incendiũ. C. si cert. petat. ¶ Secũda ratio est peior: dicit enim ꝙ etiã quando dos est penes vxorẽ, dicitur seruire oneribus matrimonij: vt l. vbi adhuc. C. de iure dot. Sed illa ibi loquitur, quando matrimonium adhuc durat, & viro vergente ad inopiam dos restituitur vxori, quo casu debet alere & maritum, si nõ habet vnde se alat: vnde bene dicitur seruire oneribus matrimonij, quia matrimonium adhuc durat; sed sol. ma. post mortẽ viri non potest dici, ꝙ mulier quæ se habet alere cũ dote, sustineat vel deseruiat oneribꝰ matrimonij, vt dicunt: vnde tene quod suprà dixi. ¶ Limita tamen ea quæ dixi in vltimo, nisi appareat de voluntate vxoris, quòd non vult, vel non curat exigere dotẽ ab hæredibus viri: verbi gratia, in casu posito per Innoc. & Ioan. And. in d. c. salubriter. quando mulier solu. mat. recipit ab hæredibus viri fundum pignori, vt inde perciperet fructus: nã per hoc quòd accipit pignus, probabiliter posset dici illo casu, quòd tacite videatur declarare, donec retinet pignus, quòd non vult exigere dotem aliter ab hæredibus. Et ex præmissis pôt decidi alia quæstio, quæ tangitur per Ioan. de Imo. in cle. j. de vsur. nunquid valeat statutum, ꝙ donec mulier non soluitur, dos debeat habere tantum pro centenario pro alimentis: nã in casibꝰ in quibus mulier ex dispositione iuris possit percipere interesse, vel alimenta, hoc stare videtur, aliàs non valeret, quia super vsurariam prauitatem; vt in cle. j. preallег. & ita in paucis verbis conclu. do. Abb. Sicu. in d. c. salubriter. Operatur autẽ hoc statutũ vltra ibi hoc solũ, quia taxat certam quantitatẽ alimẽtorũ, vel interesse, quod videtur satis rationabile, cã minuendarum litiũ: & hoc tenet Bald. in l. fina. §. præterea. C. de iure do. ¶ Vltimò attende, quia dominus meus hic inducit pro distin. communi, quam s. retuli. tex. est in l. Titia. in primo & secundo responso. de solu. dicitur enim in prin. ꝙ fructus percepti ab vxore computantur in sortem dotis: dictum in secundo responso additur, quod est verum, nisi iudex haberet etiam rationem vsurarũ dotis: vnde ipse videtur intelligere princi. quando mulier habebat aliàs, vnde se alat, quo casu potest petere. Secundum responsum, qñ non habebat vnde se aleret, intelligeretur esse absurdissimum ad illam literam, quia secundùm hoc deterioris esset conditionis mulier in actione bonæ fidei, quæ sibi competit ꝓ dote, quàm alij agentes extra actionem bon. fid. in qua post moram veniunt vsuræ indistinctæ: vt l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vsur. quod est absurdum dicere, quia actio de dote habet multa priuilegia, & est longe fauorabilior, ꝙ alia actio bon. fid. vt patet ex his quæ diximus in l. j. s. eod. Præterea text. dicit clare in l. j. §. exactio. & sine distin. de rei vxor. act. quòd vsuræ debẽtur mulieri solu. mat. post lapsum anni. Intellige ergo prin. vel quãdo nõ erat adhibita mora, vel quia fundus peruenit ad mulierem sine vitio infra annum, quo habebat bona mariti obligata: vnde potuit retinere fundum loco pignoris, secundũ Bal. in l. pen. C. de pig. actio. & percipiendo fructus computat eos in sortem: vt l. j. C. de pig. act. vel intellige, ꝙ hæredes dederunt ei fundum pignori ex voluntate sua infra annũ, ita ꝙ nulla erat adhuc mora, ex qua possent currere vsuræ. posset etiã intelligi princip. quando hæreditas esset iacens, ita quòd non posset constitui in mora: quod tamen non affirmo ibi pro nunc. ¶ † In glo. super verbo, ali, ibi: Papi. & c. hanc glo. not. ibi Io. de Imo. ꝙ arbiter vel iudex potest ferre sententiã in tertia persona, sicut & notarius potest concipere verba contrahentiũ in tertia persona: vt in d. cap. durum. extrà. de conuersio. coniuga. vnde poterit pronũciare, talis arbiter & c. decernit & declarat Titium debere decem Sempronio. ¶ In glo. super verbo, quarta portio. ibi: vel diç secundũ eos & c. illa solutio recidit, quasi cum prima, & ambæ sunt falsæ, secundùm Bar. & doct. quia si pensio non deberet contribui, quia nõ debetur, nisi in fin. anni: ergo nec quarta portio pensionis debet contribui cũ fructibus primi mensis: quia licet illo tempore dies effluxerit, quia colonus passus est vti & frui, non tamen potest peti pro illo tẽpore elapso pensio, nisi in fine anni cuiuslibet: vt l. causæ. C. loca. & per Bar. in l. si seruus. de stipu. seruo. Vnde alibi dicit Bar. not. ꝙ si legatur alicui pẽsio pro domo, ꝙ istud legatum non debetur, nisi in fine anni, vt ipse ponit in l. habitationis. in prin. de vsufruct. leg. quoniam illo tempore debetur legatũ pensionis, quo ipsa pensio debet solui: vt l. nec semel. §. habitationis. ff. qñ dies le. ce. Vnde Bart. hic transiuit ad secundam sol. dicens ꝙ quãdo matrimonium est finitum anno non completo, maritus tamen pôt percipere fructus seu pensiones, quatenus durauit matrimonium, quia pro illo tẽpore præstitit ipse patientiam colono vtendi & fruendi, sed sol. ma. ꝓ reliquo tpe, quia mulier tenet stare colono, non maritus: sed mulier præstat patientiam suprà dictam, ergo ipsa videt percipere fructus: vnde maritus cedit sibi actionẽ, vt dicit in fi. gl. Et ideo quia iuris intellectu pẽsiones non dicunt perceptæ à marito, non veniunt in contributionẽ: vt patet in hac l. in ver. apparet. Sed illa ratio nõ placet do. Io. de Imo. quia videt esse contra tex. in ver. ecõtrario. nam ibi etiã matrimoniũ fuit solutũ ante annum perfectũ, & pluribus mensibus locationis factę mulier pstitit patientiã, & nõ vir: & tamẽ ibi fit contributio pro mẽsibus currentibꝰ solu. mat. q̃ non deberet fieri attenta ista rõne. Sed parcat mihi reuerentia sua, non credo ꝙ illa fuerit mens Bart. sicut ipse refert: in casu eñ primo istius l. qñ maritus lucratus est fructus primi mẽsis pro rata, intellige qua durauit matrimoniũ, nõ est ęquum vt fructus quos ipse non videtur aliquo modo percepisse, veniant in cõtributionem, quia satis est sibi, ꝙ vltra pensionem, quæ effluxit, ipse lucretur aliquid pro tẽpore, quo durauit matrimonium. Sed in versi. econtrario. tamen ibi maritus perceperat de alijs fructibus. cessat illa ratio ęquitatis, vnde concurrant duę qualitates contrariæ: vna per quam fructus & pensiones videntur non debere contribui. s. qa fructus nõ videtur percepti à marito: alia, per quam videntur debere contribui, quia sustinuit onera matrimonij pro rata illius anni: & illa ratio est potior, tũ quia est æquũ vt qui sustinet onera, habeat aliquã recompensationẽ, etiã si fructus non sint sui: vt l. insulam. §. j. j. co. tum quia non pôt negari, ꝙ aliquo respectu fructus videntur percepti à marito iuris intellectu, inquantũ ipse habet actionẽ ad exigendas pensiones, licet teneatur eam cedere vxori pro tempore currẽti post sol. matri. Ipse tñ ponit aliam suã fantasiã, dicens ꝙ vera ratio differentiæ est illa, videlicet quare in primo casu non contribuũtur pensionis fructus, & in secundo casu cõtribuuntur. Nam si bene respicis ad primũ casum, maritus primo mense matrimonij percepit fructus culturæ, & totius anni præcedentis: si ergo diceres contribui etiã pensiones futuras pro toto anno, maritus haberet fructus duorum annorum: quod vix est tolerabile, etiã respectu pensionis quæ fluxit pro mensibus præteritis in matrimonio: & ideo ne sequatur tanta absurditas, fit contributio pro mensibus præteritis de pensione, non pro futuris. & hanc rationem approbat etiã hic do. Pau. de Cast. In casu autem versi. econtrario. si contribuuntur pensiones futuræ, maritus non percipit, nisi fructus vnius anni, & vnius culturæ: & ideo non est inconueniens, ꝙ pensiones futuræ contribuãtur. Et per hoc patet, secundũ eũ, ꝙ differentia quæ ponitur inter primum casum, & secundum, in illo prin. per glo. positã super verbo, econtrario. quam approbant Bart. & doct. non est bona: quia licet maritus percipit aliquos fructus de anno matrimonij, dũ tñ percipiat eos, non ex duabus culturis, sed ex vna, nã per hoc induceretur, ꝙ contributio futuræ pensionis non deberet fieri, quia cessat ratio per quam decidatur oppositum in primo rñso. s. ꝙ nõ debet exactio futurarum pensionum, quia primi fructus fuerunt percepti ex cultura primi anni, quę est diuersa à cultura huius anni, cuius cã pstat pensio. Quòd autẽ illa ratio non sit vera, probat per tex. in §. itẽ si messes. j. e. vbi maritus percepit pensionẽ messium, & tñ pensione messium percepta cõtribuuntur pensiones futuræ, quæ debentur cũ vindemia; & hoc est, quia ex eadem cultura fructus percipiuntur. Et illa dicta dicit esse de mente Dyn. & Bal. hic, quæ sunt valde dubia: quia annus matrimonialis determinatur à die traditionis dotis, & susceptionem onerum matrimonij: vt l. si ante. & l. pręced. suprà eod. Et hoc est qđ dicit gloss. sua in fin. & est rationabile, quia cùm fructus debeantur marito pro oneribus, quatenus sustinet onera, & pro rata debet lucrari, nec est vis quòd lucretur ex duabus culturis, quia causa lucra. sustentatio onerum pro rata anno influit in vtranque culturam: vnde illa subtilitas videtur nimis perniciosa. Et ideo pôt dici, ꝙ mens Barto. fuit bona, sequẽdo lecturam Azonis, non obstat text. in §. item si messes. per quem dominus Ioan. dixit, quòd ratio assignata in gloss. est falsa, nisi declaretur, vbi suprà dixit, quia possumus intelligere illum text. quando pro fructibus messium & vindemiarum debebatur vna pensio, vnde erat soluenda in fin. anni. & consequenter maritus pró mẽsibus nihil realiter receperat. Sed in casu nostro receperat fructus primi mensis realiter, & verè, vnde non est mirum, si maior est æquitas, quòd pro mensibus futuris pẽsio non contribuatur. Et licet gloss. in prima lectu. in §. item si messes. videatur sentire oppositum, dum vult quòd pro messibus & vindemijs fuerunt statutæ duæ pensiones, ad hoc non vrgemur, quia text. hoc nõ dicit, & ibi modo bene defenditur so. dom. Barto. Si quis tamẽ vult non destruen

struendo literam tenere opin. Ioā. potest faciliter responderi ad text. in princ. dum dicitur, vt ex ea pecunia tertia portio relinquitur: nam potest subaudiri tertia portio, scilicet respectu totius pensionis, & futurorum mensium, & est minor impropriatio illa, quàm dicere quòd in versi. e contrario. dum dicit, idem obseruandum est, destruamus textū dicendo idem, sed nō per omnia, maxime ꝗ iuriscōsultus in prin. nō quęrit prin. vtrū fructus sint diuidendi inter maritū & vxorem pro rata, qua matrimoniū durauit: quæ q. fuit decisa in l. fructus. s̄. eo. Sed quæritur locato agro post fructus perceptos, vel vbi nulli sunt percepti fructus, vt in vers. ecōtrario. qualiter fructus sint diuidendi, vtrum inspecto tempore pensionis, vel inspecto anno, quo maritus cepit sustinere onera. Vnde magis videt̃ de mente text. lec. Ioā. alia tamē tenetur cōiter. & illa esset seruanda in practica: & quia glo. hic tetigit, vtrum pensio sit soluēda in prī. vel fi. anni, qđ hic late ꝓsequitur Bald. & Moder. post eum. dic vt per eū, & in l. eden. C. loc. & per Barto. in l. si seru⁹. §. fin. de stip. ser. Et adde inquantū dicunt, ꝙ si non est aliud expressum, vel non est cōsuetudo quæ det formā solutioni, pensio debet solui in fin. anni: ꝙ Ioā. de Imo. hic ponit nouā limitationē ad dicta eorum dicens, ꝙ in prædio rustico in quo fructus nō percipiunt̃ quotidie, sed aliquib⁹ tēporib⁹ anni, vera est opin. cōmunis, ꝙ pensio non debet solui, nisi in fine anni: quia portio anni nō affert tantā vtilitatē in parte, quo ad partem, quantā afferret totus ann⁹, in cuius sunt percepti fructus: facit, quod ponit Bald. in l. filiusfam. §. apud Marcellum. de leg. primo. vbi dicit, ꝙ pēsio ꝓ fructibus in dubio nō debetur nisi post fructus collectos. in prædio autem vrbano, vbi ille qui habitat domum quotidie percipit fructus, & vsus partis anni affert tantam vtilitatem in parte, quo ad partem, quantam affert vsus totius locationis quo ad totū: videt̃ secundū eum posse dici, ꝙ in dubio si aliud non est actum, debeatur pēsio, & posit peti ꝓ rata tēporis, quo quis est vsus. Et dicit hanc esse nouā consideratione, & pulchrā, cōtra quam insurgit d. in p̄sumendo, ꝙ pensio q̄ debetur pro vno anno, est vna obligatio, & vna conductio, siue vnus cōtractus locationis. Sicut ergo emptor qui soluit partem pretij statuti ꝓ vna re in vno cōtractu, nō videt̃ implere, etiā vt posit cōsequi partē rei pro rata p̄tij soluti: vt l. Iulia. §. offerri. de acti. empt. ita locator nō implendo totaliter ex parte sua, non pōt petere, etiā partē pensionis. Pro illa cōclusione in pēsione domus est casus, secđm Cy. & Bald. in l. sed addes. §. si annū. ff. loca. quē tex. not. ibi Bart. vbi vr̃ ꝓbare, ꝙ ille qui soluit pensionē ante finē anni, videtur soluere plus quàm debeat. Sed ad illum tex. pōt faciliter rñderi: quia vt ibi declaratur nō soluisset plus ꝓ tēpore futuro, q̄ꝫ ꝓ eo quod effluxit. Cōtra illā opin. d. Io. adducit etiā tex. d. m. in simili in l. si necessarias. §. si vnus. de pig. ꝓ illa cōclusione addo rōnem nouam, nam p̄supposito quòd ꝓ vno anno sit vna pensio, quæ obligat inquilinum ad decem, si diceremus quòd posset exigi pensio ꝓ rata temporis, quo quis est vsus, sequeretur quòd debitor cogeretur soluere creditori partem ꝓ tota summa, ꝓ qua est obligatus: qđ est absurdisimū: quia sicut creditor ibi in casu non teneretur recipere particularem solu. si debitor vellet partem soluere: vt in l. tutor. §. Luci⁹. ff. de vsu. ita econtra nō potest cogere debitorem, vt soluat partem de toto, secundùm Barto. in l. quidam æsti. ff. si cer. peta. & scripsi in l. ij. de acquir. hære. & in l. si mihi & tibi. de leg. j. vbi etiam Bald. 6 † Præterea speciale est, qñ inquilinus deserit habitationē, ꝙ potest peti pensio incontinenti p̄terita & futura: vt l. si in l. §. si fundus. & ibi per glo. ff. locat. ergo regulariter est oppositū. Pro illa cōclusione vide bo. tex. in l. fi. ff. de fun. dot. & quod ponit Bal. in l. si traditio. C. de act. empt. & Bart. in d. §. offerri. vbi dicūt, ꝙ per illam l. ꝙ si emptor soluit partē p̄tij vēditori, anteq̄ꝫ soluat reliquū totū, nō pōt petere fructus sibi tradi ꝓ rata p̄tij soluti. Nūquid aūt dñs posit expellere colonum ante fin. anni, si transacta parte anni nō vult soluere pensionem, vide gloss. & docto. plene in d. l. eden. & sequeret̃ opi. Saly. quæ fuit originaliter But. & Petr. ꝙ non posit expellere: & quia rōnes Saly. optime cōcludunt, dic vt ibi per eum. Et quia glo. magna super verbo, quarta portio. dixit, quòd mulier tanq̄ꝫ successor necessarius tenet̃ stare colono: quærit hic Dy. & Bald. nūquid si mulier expellit colonū de facto, colonus habeat remediū pro illa sua expulsione. & tenuit Dy. ꝙ habet remediū, vt agat ad interesse cōtra locatorē, vt ipse locator agit ad interesse cōtra mulierē: iuxta ea quæ habent̃ in l. si filio. §. fi. j. eo. & in l. emptorē. C. loca. Sed Bald. dixit, ꝙ competit remediū directū cōtra ipsam mulierē, videlicet offm̄ iud. per qđ restituet̃ ī sua detentatione: vt l. Aquil. Regulus. & qđ ibi not. ff. de dona. & qđ ponit Bar. in l. rem quæ nobis. de acquir. pos. Sed hoc nō placet Io. de Imo. ꝗ illa iura loquunt̃, qñ aliquis est expulsus à nō dño: qđ nō est in casu nr̃o, ꝗ mulier sol. ma. est dña rei dotalis: vt l. in reb⁹. C. de iure do. Sed illa differētia nō est bona, & cōtra tex. in l. Aquil. p̄all. vbi secundū primā expositionē excusio vel molestia inferebat̃ à dño. s. ab hęrede, qui cōcesserat. Et cōtrariū tenet Bal. in l. ædem. C. loca. qđ habet rōnem: ꝗ si colonus pōt de facto resistere dño volenti eū expellere, & eius singulari successori, secundū glo. in d. l. ædem. Et est casus in l. colonus. in fin. de vi & vi arma. multofortius videt̃, ꝙ si iniuste expellit̃, cōpetat sibi officium iudicis, cui faciliter pōt sistere suæ detētioni, vt dixi. Secūdò tangit hic Bal. not. ꝙ de eo qui vendit fructus iurisdictionis alicuius loci pro sex mensibus, vtrum si in illo termino cōmittat maleficium, pro quo debet imponi certa pœna, & tū nō sit facta cōdēnatio in illo termino, sed in alijs sex mensibus, in quibus fructus erant venditi alij emptori; cuius debēt esse in pœna primi vel secundi. & determinat quòd pertinent ad primum. Pro qua conclusione do. me. adducit præcipue tria iura: videlicet tex. in l. omnes. de actio. & oblig. & in l. fin. arbo. furt. cę. & in l. si quis in patrum. §. postea. ff. qđ vi aut clam. vbi probatur, quòd si committatur delictum in re vendita ante venditionem, pœna pertinet ad venditorem, licet ante vēditionem condemnatio sit facta: adducit etiā rōnem, quia tempore cōmissi delicti est orta obligatio ad pœnā: vt l. fi. C. de sen. pas. Vnde sñia & cōdēnatio quæ sequit̃, cōtinet potius declarationē, q̄ꝫ aliqđ nouū: ꝗ hoc ipso ꝙ iudex ꝓnūnciat maleficiū esse commissum, succedit pœna iuris ipso iure: vt l. j. §. calūnia. ff. ad Turp. vnde illa sentētia cùm sit declaratoria, trahet̃ retro ad tēpus delicti: vt l. hæredes palā. §. sed si notā. ff. de test. ¶ Sed tu aduerte primò, quòd ista iura allegat Cynus & Bald. in l. fina. in vlti. qō. ff. de iurisdic. om. iudi. Nam l. quacunq̄ꝫ. allegat Cyn. de actio. & obliga. l. si quis in puteum. §. si postea. adducit Bald. licet hic non alleget istas ll. quia breuius trāsit. Cōtrarium tamē tenet Bald. expresse in l. fin. C. de fru. & li. expen. Mouet̃ duplici rōne. Prima est, ꝗ qñ venditur fructus iurisdictionis, videtur quodammodo causari vsusfructus illo tempore: modo si pœna est commissa tēpore primi vsufructuarij, nondum tamē est secuta cōdēnatio, videtur ꝙ cū pœna sit fructus iurisdictionis, ex quo isti fructus non sunt adhuc intellecti, nec separati à solo, non pertineant ad vsufructuarium: vt lege, si fur. ff. de vsufruct. & l. si vsufructuarius messem. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Secunda ratio est, quia pœna nō debetur, anteq̄ꝫ veniat in cōdemnationē: vt l. aliud. §. inter multa. & l. si qua pœna. ff. de ver. sign. nunq̄ꝫ fuit debita priori emptori. Pro declaratione qō. quæ est satis subtilis, p̄mitte primò, quòd vsufructuarius non facit fructus suos, nisi sint separati à solo à se, vel alio suo nomine. Secundò, quòd ille à quo præsupponit in fructu iurisdictionis, tunc pœna sit quæ exigitur pro delictis: quod est valde dubium, & variatum est super hoc. Bart. tamē hic tenet in l. fin. in prin. j. eo. super quo vide Ioan. And. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. xciij. & quod ponit Ang. contra Bar. in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. om. iudi. & l. ac vbi. ff. de peti. hære. Supposito ergo pro vero, quòd pœna sit fructus iurisdictionis, procedit qō nostra. 7 † Tertiò præmitte, quòd vsusfructus pōt constitui ad tempus, ita quòd post tempus desinit ipso iure: & in hoc differt à seruitute reali: vt plene declarat Barto. in l. si seruitute. la ij. de vsufruct. lega. Barto. tamen in l. cotē. §. qui maximos. ff. de publi. videtur velle, quòd proprie nō possit constitui vsusfructus iurisdictionis. Et ponit exemplum in iure colligendi pedagium, quod est spēs iurisdictionis: vt in ca. j. quæ sint rega. in vsi. feu. potest tamen dici vsusfructus largo modo, vt ip̄e dicit. His præmissis potest dici, quòd doctrina Bald. videtur esse verior, quàm doctri. Cy. in ca. fin. præalleg. & Bald. hic: quia ex quo pœna imposita à l. nondū est exacta, vel venit in condemnationem, nō potest dici, ꝙ illa pœna quæ cōputatur loco fructus, separatur à solo per vsufr. vel alium eius nomine: quia emptor sequentis temporis si facit reum cōdemnari, & exigi, facit nomine proprio, & ad vtilitatem suam. Vnde alibi dicit Bald. in simili in lege, certum. de rei vend. quòd vacante ecclesia facultas & potestas eligendi consideratur vt fructus pendens: ipsa vero electio, quæ fit in actu, vt fructus iuris eligendi separatus: confirmatio verò consideratur, vt fructus reconditus. & ita possumus dicere hic, quòd post delictum commissum pœna consideratur vt fructus pendens: post condemnationem factam, vt fructus separatus: post exactionem, vt fructus reconditus. & quia fructus pendentes non pertinent ad vsufructuariū, ideo videtur quòd pertineant ad secundum emptorem. Non obstāt iura in contrarium allegat. quia in illis venditur pretium pœna sub ratione fructuum, quia est dominus rei: quo casu semper fructus pertinent ad eum, siue ab alio suo nomine, siue non, nisi sint fructus industriales bona fide percepti: vt nota. declarat Baldus in dicta lege, certum. et declarat Bartol. in l. si apo. §. primo. ff. de furtis. Vnde non est mirandum, si in iuribus prædictis fructus ille qui percipitur ratione dominij, quocunque licet tempore percipiatur, & à quocunque, pertinent ad dominum. Et si dicatur, si fructus isti computantur vt pendentes, ergo in casu illorum deberent pertinere ad emptorem, quia sunt partes agri: vt l. fina. §. vt fructus. ff. quæ in fraud. cred. Ad hoc rñdeo, quòd isti fructus pœnales non cohærent ita rei, sicut cohærent fructus naturales, qui sunt in fundo: vnde magis proprie dicuntur obuentiones, quàm fructus: & ideo isti casus non sunt similes: & patet, quòd iura eos diuersificant, vt cōstat ex l. s̄. alleg. Secūda autē ratio, quā tangit Bald. videlicet ꝙ pœna nō debet̃, nisi post cōdēnationē, nō est bona. Et in hoc melius dicit do. me. ꝗ post delictū incontinēti oritur obligatio naturalis ad pœnam, secundùm glo. in l. j. §. bestiam. ff. de postu. sup quo vide quod scribit ibi Bald. et plenius in l. seruus. ff. de his qui not. infam. & quod not. Barto. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iustit. & iure. ¶ In gloss. super verbo, debebatur. docto. soluunt contraria hic posita in gloss. vt hic per eos: aduerte tamen, quia non est verum simpliciter, quòd pensio pertineat ad singularem successorem voluntarium: sicut hic videtur tenere gloss. sed distinguitur secundùm Barto. in dicta l. fin. quòd aut successor singula. tenetur stare colono, & tunc vera est conclusio prædicta: aut non tenetur stare colono, & tunc non debetur sibi tota pensio, sed pro rata temporis futuri ꝓ præterito debetur venditori: vt l. Iulianus post fructus. de actio. empt. Et

hoc sequitur Bald. licet Dyn. dixerit aliter in l. ij. C. de vsu. & fruct. leg. in c. j. circa fin. de pact. te. in vsib. feu. super quo vide, quod ipse ponit in l. fructus. C. de act. emp. & Pet. de Anch. in sua repe. in c. si propter tua debita. de rescrip. lib. vj. Et vtrum pro tempore futuro, quo debetur pensio successori singulari, ad hoc vt possit agere, debet sibi cedi actio. gloss. tua super verbo, contracta. tenet, quòd debet sibi cedi: & eam sequuntur doctor. & etiam Bald. in dicta l. ij. præalleg. Sed in c. j. in fin. col. an agna. vel filius. in vsi. feud. videtur dicere, quòd cōpetit actio ipso iure, quia quando l. facit diuisionem commodi obst. constituit quodammodo in pensionibus futuris, quoddam pignus prætorium, ex quo datur vtilis actio: vt l. ij. C. de præto. stipu. Sed quia istud non probatur iure, tene gloss. nostrā: & est communis sententia &c.

Item si messes. Ad illam quæstionem quā suprà diximus de interesse, & alimentis petendis ab vxore; adde primò, quòd de iure canonico in actionibus arbitrarijs habetur ratio lucri cessantis ratione loci. Casus est notabi. in c. j. de plus peti. ergo similiter & ratione temporis potest haberi: vt l. vnum. si cert. petat. Item adde, quòd lucrum cessans, etiā si non sit probatum specifice, potest taxari per iudicem ex officio. Casus est fin. scd̄m Bar. in l. j. C. de colo. illi. lib. xj. Item adde tex. in l. fi. C. de ordi. cogni. vbi probatur, ꝙ si ille qui litigat, non habet vnde se alat, debet ali de bonis sequestratis, quæ p̄tendit esse sua: bene facit tex. Insti. §. j. de inoffi. testa. licet maritus percipiat aliquos fructus actualiter constante matrimonio, fit tamen contributio futurarum pensionū, qn̄ ex vna cultura vtrunq; fructū percipit. Scd̄a est ibi: apparet igitur &c. ¶ In glo. j. ibi: vel dic. scd̄m Azo. illa glo. est valde not. secundū Bart. & reputo eam sin. dum vult, ꝙ quādo mulier percipit fructus siue pēsiones pro anno matrimonij, anteq̄ nuberet, maritꝰ lucratur fructus anni sequentis post matrimoniū dissolutum. Sed Bal. hic tenet oppositū, dicens ꝙ aliter pōt succurri marito: nam poterit repetere pensiones ab vxore, vel hæredibus eius pro anno matrimonij, & sic satisfiet sibi: nihil alleg. sed do. me. probat conclusionem duabus rōnibus. Prima est, qa pensiones æquiparātur fructibus naturaliter nascentibus in agro: vt l. mercedem. de peti. hære. & j. e. ibi in l. iij. si colonus percepit fructus immaturos, tenetur dn̄o ad interesse, si erant à domino colligendi, cùm essent maturi: vt l. pe. in tex. & gl. de vsufru. lega. & l. distinctio. §. cū fundum Floria. ergo idem dicendū erit, si mulier percipit pensiones ante tēpus. Sed illa similitudo non videtur bona. Primò, qa plus tenet dominus in fundo suo, q̄ colonus in fundo alieno. Scd̄ò quia percipere fructꝰ immaturos nō pōt fieri, nisi dolose: sed quòd mulier percipiat de fundo suo pensionem initio locationis volente conductore, hoc non habet aliqs illicitum; vt l. sed addes. §. sed si in annū. ff. de leg. Secundò arguit ipse ex his, quæ ponit Archi. xij. q. ij. c. alienationes. ex dictis Inno. in c. fi. ne p̄la. vices suas. vbi concludit, ꝙ si prælatus locat rem ecclesiæ pro pluribus annis, deinde moritur, ante tempus finitū, pro rata temporis successoris possunt repeti pensiones perceptæ: & vbi successor vel non haberet hæredem, vt est religiosus, & consumpsisset pecunias, vel nihil haberet in bonis, propter quod non inueniret hæredem, possunt petere istas pensiones iterum à colono, quia imputat sibi ꝙ non cogitauit hoc posse euenire: vt l. si quis domum. §. j. vers. idē iudicio. ff. loca. Eodem ergo modo poterit maritus repetere ab vxore, vel hæredibus suis. Sed illa similitudo est dubia, quia illa doctrina loquitur, quando fructus & pensiones acquiruntur alicui propter onera ecclesiæ sustentata: vt in c. præsenti. de offi. ord. lib. vj. vel non est mirum, ꝙ præcessor non lucrauit fructus, nisi quatenus sustinuit onera ecclesiæ: sicut dicimus in marito in prin. istius l. Sed quando mulier locat fundum in prin. matrimonij percipit fructus, quia est litera non propter aliquid onus. Do. Io. qui satis inconcinne attingit istam q. dicit posse distingui, ꝙ aut minor sciebat fundum esse locatum, & pēsionē esse solutam ante matrimoniū: & tunc potest dici, ꝙ vera est opin. glo. ex quo enim sciebat pēsionem esse solutam, imputet sibi qui accepit fundū sterilem: arg. l. si qs fundum. §. demū. p̄alle. Aut maritus hoc ignorabat, & tunc sit vera opi. Bal. ꝙ reputantur pensiones à muliere, vel eiꝰ hæredibꝰ. Nos possumus distinguere melius, ꝙ aut mulier p̄cipit istas pēsiones in fraudem matrimonij futuri: quia cū cogitaret nubere, anticipauit capere pensionē, & tūc cōpetit actio contra ipsum ad interesse, ad minus quando maritus hoc cognouit. Casus est no. cū gl. probans cōclusionem in l. vsusfructus. in princi. ff. de vsufruct. Et bene facit tex. in l. si pendentes. in princi. cod. titu. vbi concluditur, ꝙ si proprietarius colligit fructus immaturos, vel aliquid dolose facit, quòd fructus non perueniāt ad vsufructuarium, potest agere contra eum actione de dolo ad interesse, nec concedit vsufructuario, ꝙ habeat fructus anni sequentis, post vsumfructum finitum: vt dicit Ang. Aut nullus tam fuit in dolo, quia cū perciperet pensiones, non cogitabat velle nubere. Et tn̄c videtur, quòd verior sit opi. glo. nostræ, & minus debeat agi cum vxore vel eius heredibus, in dicto §. si in annū. potest dici tamen, quòd illa distinctio procedit, quando maritus ignorabat: sed si maritus sciebat, scienti non infertur dolus: vt l. j. in fin. de contrahen. emp. & in regula, scienti. de reg. iur. ꝙ simpliciter sit vera opi. glo. erit ergo vera glo. in duobus casibus, quando maritus sciebat vel ignorabat, & mulier non fuit in dolo. De quæstione autem not. quam ponunt doctores in c. fin. ne præla. vices suas. vnde Bal. in l. iubemus. in princi. de sacro san. eccle. & quod ipse not. in c. j. qui succes. teneā-

9

8 ¶ † Sed quantum ad articulos princi. quos suprà tetigi multum fortiter, cōtra secundam conclusionem facit text. valde nota. in l. prima. §. si inter. de magist. conue. Pro cuius declaratione aduerte: quia quando debitor paciscitur, quod possit capi, etiam in casu non permisso à iure: per hoc pactum non videtur se obligare ad capturam, vt dicunt docto. & similiter ad carcerem: sed solùm renunciare beneficio ordinis. Cùm enim debitor condemnatus de iure non possit capi prius facta excusione, videtur ꝙ sicut valet pactum factū cū fideiussore, ꝙ non posset conueniri, priusq̃ principalis, quia exceptio ordinis, cui potest renūciari: vt l. ij. C. cōi di. & l. si mancipiū. §. j. de euic. ita debitor paciscendo ꝙ possit capi, q̃tum est respectu excussionis quæ debet seruari, non obstat se. sed solùm dicitur renunciare ordini inducto à iure, vt quod debebat posterius possit fieri. Modo dicit tex. in dicto §. si inter. quòd licet pacto priuatorū non potest tolli ius publicū: potest tamen ex pacto induci aliquid contra dispositionem iuris. Eodem ergo modo dicimus, quòd licet non valeat pactum respectu beneficij cessionis bonorum, quòd si debitor possit capi pri⁹, quàm fiat excusio: & illa est distictio noua in illa materia, quæ bene potest sustētari ꝑ dictū §. si inter. Quia tamen sine causa nō est recedēdum ab opin. cōmuni, dicamus ꝙ licet in præiudicium iuris publici, ordo iuris publici possit permitti, & mutari, nō in ꝑiudicium libertatis. Pro illa opin. do tibi casum no. in l. non dist. §. vel liberari. ff. de actio. vbi probatur, ꝙ non solum ipa libertas non potest infringi per pactum, sed etiam modus cognoscendi super ipsa libertate. Idem ergo dicemus in modo exequēdi per eadem rōnem: & ad ea quæ scripsi adde quod ponitur xxiij. qō. viij. ca. idem. & Bald. in l. ij. C. de pat. qui fi. di. vbi declarat, nunquid debitor qui volūtarie se obtulit, vt includeret̄ in carcere, possit ibi postea detineri inuitus. Super quo vide text. & quod ibi per doct. in c. ex rescripto. extrà. de iureiur. de cuius intellectu tangit hic do. me. de q. autem scripsi post Innoc. in l. obsides. §. de test. Sed quia pro cōplemento materiæ hic per Barto. nunquid valeat pactum, ꝙ debitor non possit cedere bonis, in quo Bart. tenet, sequendo Richar. Malū. quod nō valet; quem seq. Ang. in d. l. nemo. Card. & Bald. cū quadam modificatione in l. qui bon. ce. pos. quibus adde ꝙ Specu. tenuit oppo. in titu. de renū. & cōclu. §. j. ad fi. ver. item est bene. qđ seq. Fede. de Se. in consilijs suis cōs. lx. in ordine, an variat. in ca. cùm contingat. de iurei. in primo mēbro prin. sequitur opin. Barto. in tertio membro princ. referendo d. Specu. & Fed. tenet ꝙ pactum valet, maxime si sit iuratum: & illa sequit̄ Io. de Imo. in repe. sua in x. char. & char. xxxvij. Sed ibi plene declarat artic. & longum esset referre omnia quæ dicit: substātia tamē est in hoc, quia istud pactū nō operatur, ꝙ debitor possit carcerari ꝑcise principaliter, sed in consequētiam: multa autem ꝑmittuntur in cōsequentiam, quæ nō permitterētur principaliter. l. j. §. fi. de auť. tut. melius facit l. si quis seruum. de actio. empt. per quam Barto. in l. stipul. hoc modo concepta. de verbo. oblig. dicit, ꝙ non valeat pactum de futura successione principaliter, quia est contra bonos mores: vt l. fina. C. de pac. valet tamē in consequentiam ad aliū

cōtractum:

contractū.Sed illa sua dicta non placēt aliquo modo,quę in l.j.C.qui bo. ce.poſ.& in l.cū & filij.circa mediū.eod.tit.dicit,ꝙ beneficium ceſsionis eſt inuentū tantū propter euitationē carceris:ac ſi diceret,licet ex benefi cio ceſsionis in conſequētiā aliquid lucrer̄ debitor:vt l.qui bonis. de ceſ ſio.bo.ff.principaliter tamē hoc beneficiū eſt inuentū ad effugiēdū carcerē.Ergo pactū per qđ tollitur hoc beneficiū neceſſario, principaliter reſpicit periculum carceris,quia cōtrariorū eadem eſt ratio:vt l.ij.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.Ad alia arg.reſponde,vt dixi in voce, maxime quia ipſe fatetur,quòd captura & carcer non poſſunt deduci in pactum. Adde etiam vnum verbum ad ſecundam limitationem,quam poſuit hic Barto.dū dicit,quòd quando debitor contrahit cū creditore,ſciens ſe eſſe non ſoluendo,non habet beneficium ceſsionis bono.per l.penu.ff.de iur.dot.nam Bald.tenet oppo.in l.final.C.de non nu.pecu.nihil tamen allegat,nec etiam allego.Barto.omnino concludit,quia loquitur in bene ficio conceſſo de iure ſpeciali,quod facilius videtur tolli per ius commu ne:vt l.eius militis.§.ſi militia.de teſtamen.mili.ſed tamen melius fundat dicta ſua,quàm Bald.Ex aliqua ſimilitudine tene dicta eius,quę etiā ſequitur Ang.in l.nemo carcerem.præalleg.& vide Bald.in l.in hoc idē. ff.de do.vbi ponit regulā generalē,ꝙ vbicūq; agir̄ actione doli,nō habet locū beneficium ceſsionis:amplius dixit ipſe in l.j.qui bo.ce.poſſ.quòd beneficium nō habet locum,quando debitor conſumpſiſſet res ſuas per ditè:verbi gratia,in ludo,vel in meretricibus.Sed hoc dictum ego non admitterem:quia ex quo talis conſumens non fecit animo fraudandi cre ditores,non dicitur commiſiſſe dolum,niſi re ipſa,propter quæ non inue nitur quòd perdatur benefi.ceſsio.Et contrarium tenet Bald.in l.j.C.ſi quid in frau.pat.diſpoſitio enim facta de vero dolo,regulariter non trahitur ad dolū commiſſum re ipſa,vt colligitur ex his quæ tradit Bart.& alij in l.ſi quis cum aliter.ff.de verbo.obligat.Sed dubitatur ſi ſtatutum permittat debitorem capi ad petitionem creditoris, vtrum non obſtāte illo ſtatuto debitor poſsit vti beneficio ceſsionis.Super quo Bald.in l.j. ff.qui bo.ce.poſſ.dixit,quòd ſic,per ea quæ habentur in l.fina.§.in computa.de iure delibe.C.in gloſſ.vbi determinat per illam gloſſ.quòd ſi ex forma ſtatuti hæres poteſt capi pro debitis hæreditarijs,intelligitur niſi hæres fecerit inuentarium,non enim videtur ſublatum beneficiū iuris ſpecialiter conceſſum hæredi,vel volenti cedere bonis,maxime quia ſtatutum iſtud poteſt aliquid importare,ſeu operari:verbi gratia,vt non ſit neceſſaria excuſsio,quæ eſt de iure communi.facit optime quod ſcribit Bartol.in extrauagan.ad repri.in gloſſ.ſuper verbo,non obſtantibus. & quod not.gloſſ.& Barto.in l.ſciendū.in princip.qui ſatiſd.cogan.& tex. not.in l.j.§.ſi qua vo.in j.conſti.C.in quibus locis concluditur,quòd diſ poſitio ſequens,quantumcunq; vniuerſalis,& præciſa,non tollit priuilegiū alicui ſpecialiter conceſſum,& maxime incluſum in corpore iuris, qđ difficilius tollir̄:ſecundùm gloſ.in l.ij.§.legatis.ff.de iudi.& hanc cō cluſionē ſe.Petr.de Ancha.in capit.j.de conſtit.char.xxxiiij.Vnde miror, quare domi.Paul.hic dicat,ꝙ Florentiæ non ſeruarentur illa d. vbi eſt ſimile ſtatutum.Vbi verò ſtatutum diſponeret,ꝙ debitor carceratus non poſſet extrahi de carceribus,niſi ſolueret,vel niſi creditor conſenti ret:tunc per illa verba bene videtur induci,ꝙ debitor non poſsit euadere carcerem cedendo bonis,quia ceſsio non habet vim ſolutionis,neq; li berat debitorem,ſed parat ſibi exceptionē,vt non conueniatur,niſi adue nerit ad pinguiorem fortunam,ſecūdùm gloſſ.& Barto.in l.penul.& l. qui bo.ff.qui bo.ce.poſſ.Et ſi aliter interpretaretur hoc ſtatutum,verba illa nihil operarentur:quia etiam de iure communi ſi debitor non cedat bonis,nō pōt extrahi de carcere:vt l.j.& l.cùm filij.præalleg.Vnde etiam filiusfami.qui nihil poteſt acquirere de iure illo,poteſt carcerari, ſi non vtitur hoc beneficio:vt probatur in dicta l.cùm filij.& per Barto. in l.iij.§.ſed vtrum.de mino.& hanc concluſionem tenet Ang.licet nō ita latè declaret in l.nemo carcerem.in penulti.colū.C.de exactio.tri. & idem dicit ibi,ſi ſtatutum diſponeret,quòd contra inſtrumētum gua rentigiæ non poſsit opponi exceptio,niſi ſolu.quia cedere bonis, vt dixi,nō eſt ſoluere:vt ibi plenius per eum. Aduerte etiam ad vnum dictū Angel.quod allegaui tibi in princip.commen.iſtus §.dum dixi,quòd ſi ſtatutū prohibet reum carcerari,illa verba comprehendunt etiam fideiuſſorem:non enim debet intelligi illa doctri.vbi beneficium quod conceditur reo princi.quòd non poſsit carcerari,transeat ad fideiuſſorem: hoc enim eſſet contra gloſſ.no.quam ibi approbat Barto.in l.vbicunq;.ff.de fideiuſſo.vbi decidit,quòd beneficium ceſsionis bonorum factum princip.non prodeſt fideiuſſori:ſed debet intelligi hoc modo,quòd quando ſtatutum facit mentionem de reo ſimpliciter,ſub hoc nomine continea tur fideiuſſor largo modo,ſed ſtrictè non.Et ideo ſi ſtatutum eſſet exorbitans à iure communi,non comprehenderet fideiuſſorem,ſecundùm Ang.ibi,& Moder.& eſt ſingul.verbum ad ea quæ ſcribit Barto.in l.j.ſi cert.peta.vbi querit,vtrum appellatione debitoris veniat fideiuſſor. Itē adde ad ea quæ ſ.dixi,referendo hic do.Io.de Imo.in l.à diuo Pio.de re iudica.ad intellectum text.in authē.de fideiuſſo.§.quod autem.nam ille text.non probat,ꝙ de iure antiquo ante nouiſsimum debitor poſſet capi,nulla facta excuſsiōe:quia imo,vt patet ex eo,debebit fieri duplex diſcuſsio.Prima,vtrum res mobiles eſſent in patrimonio debitoris. Secunda, vtrum immobilia redirent ad emptorem. Hodie autem additur tertiū,videlicet vtrum aliqua bona,ſaltem immobilia,ſint in bonis: quia ſi ſunt,nullo modo poteſt conueniri ad capturam:ſi autem nō ſunt, tunc veniretur ad capturam.& ad illum ar. vide Bartol. in l. filium. in princip.j.eodem.

SVMMARIVM.

1. ☞Reū eſſe locupletem,eſt cauſa dandi actori actionem, quam aliàs nō haberet.
2. Exceptio compenſationis tollit ipſo iure obligationem.
3. Compēſatio objici poteſt in dote confeſſata,quæ nō probatur fuiſſe numerata,nec habet locum priuilegium.
4. Maritus lucratur dotem propter adulterium mulieris etiam mortuæ.
5. Loco alicuius qui eſt,non dicitur eſſe talis.
6. Exceptio venit appellatione defenſionis.
7. Maritus poteſt expellere vxorem non ſoluentem dotem.
8. Dictio,quaſi,dicitur eſſe nota improprietatis.
9. Hæres non obligatur vltra vires hæreditarias.

1 REi iudicatæ.†In glo.vnica ibi:ſubaudi etiam. illa ſubauditio reprehenditur per doctores quia non eſt neceſſaria,vt infrà videbis. Vñ tenenda eſt opinio Hugoñ. qui nihil ſubaudit, cum quadam modificatione:& eſt dicendum ſecundū Barto.quòd reum eſſe locupletem eſt cā dandi actionem actori,quam alias nō haberet, tunc quia iudicium incipit à lit.conteſt.inſpicitur tempus lit.cōte.Vnde ſi reus nō eſſet locuples tempore lit.conte.licet poſtea efficeretur locuples,non ſufficeret: & ecō tra ſi eſſet locuples,tēpore lit.cōteſt.licet poſtea deſineret eſſe,ſoluendo poſſet condēnari:ita intelliguntur iura contraria hic alleg.Si vero reū nō eſſe locupletē eſt cauſa concedendi ſibi exceptionem,& tunc inſpicitur tempus ſniæ: & ita proprie loquuntur iura illa,& tex.in l. verum.§. tēpus.ff.pro ſoc.¶Contra primū mēbrum arguit Io.de Imo.nam videtur, ꝙ licet non eſſet locuples,tēpore lit.conteſt.ſi tamen pendēte iudicio efficiatur locuples,ꝙ poſsit ſequi condemnatio,quibus incipit competere actio de nouo ex cauſa de præterito:ergo poteſt conſequi condemnatio: vt lege,ſi rem.§.fina.de pigno.act.& per gloſſ.& Barto.in lege,non poteſt videri.ff.de iudi.quaſi ſentiat do.Ioā.quòd tēpus lit.conteſ.in illis iuribus attendatur,quo ad hoc,ſi illo tempore eſt locuples,poſsit cōdemnari,licet fiat poſtea non ſoluendo:ſed non debet attendi tēpus lit.cōteſta.in caſu contrario, videlicet vt ſi tempore lit.conteſt.non eſt ſoluēdo,non poſsit poſtea condemnari, ſed efficitur ſoluendo, ratione præalleg.Et illa dicta ſequitur hic do.me.ſimpliciter: ſed quia ll.prædictæ ſane intelligendo multum videntur reſtringi, poteſt dici, & erit noua doctrina in illa materia, quòd hæc actio non cauſatur totaliter ex cauſa de præterito, nec totaliter ex cauſa de præſenti, & de nouo orta, ſed de vtroque ſimul : nam ſi non ſubeſſet cauſa de præterito, ſola locupletatio rei non poſſet eſſe cauſa actionis,& ſimiliter cauſa de præterito ſine noua locupletatione. Vnde concurrentibus his duabus qualitatibus, quarum vna videtur impedire ferre ſententiam, & altera videtur permittere, attendemus illam qualitatem: quæ nocet, iuxta regulam Barto. in lege,ſi vir.ff.pro donat.& maxime,quia agitur de fauore rei,qui debebit abſolui, cui magis fauetur in ſententia ferenda, quàm actori:vt lege,fauorabiliores.de re iudi.& lege, Arrianus.de action. & oblig. facit optime quod ponit Barto.in l.ſi pub.ad l. Falci.¶Secundo membro ad de,quia do.Paul.hic, eliciendo bene mentem iſtorum iurium dicit, ꝙ ſi maritus tēpore ſentētiæ erat locuples,licet efficiatur nō ſoluēdo, nihilo minus non habebit beneficium iſtarum ll. Sed do.me.cōtradicit huic cō cluſioni tribus modis: ſcilicet in effectu.Primò,qa res nō dicitur proprie iudicata,niſi poſtq̃ ſententia eſt exequibilis:vt in ca.quod ad cōſultationem.de re iudi.& l.eleganter.§.ſi poſt.de cōdit.inde.Secundò, quia illa exceptio de ſui natura licet non ſit oppoſita ante ſententiam,poteſt opponi in executione ſententiæ: vt videbis in l.etiam.§.j.eo. Tertiò per l.ſi filius.in princ.ff.quod cum eo.vbi probatur,ꝙ licet filius qui erat in poteſtate,ſit condēnatus inſolidū, vel ſimpliciter:poteſt tamē vti exceptione,ne cōueniar̄,ſi ante factam executionē ſit emācipatus: ergo idem dicem⁹ in caſu noſtro,videlicet ꝙ ſufficiat maritū deſinere eſſe ſoluendo tempore executionis faciendæ, licet tempore ſentētiæ fuerit locuples, Sed d.Bald.cū reuerentia,videntur meliora,non obſtante rōne do.mei, qa non eſt verū,ꝙ abſolute faciendo mentionem de re iudic.nō dicar̄ res ꝓprie iudicata:imo contrariū determināt Barto.ſi bene conſideres dicta ſua in l.j.ff.de re iudi.& contrarium tenet dom.Abba.in rubric. extrà, de re iudi.Vnde lata ſententia abſolutè res poteſt dici iudicata propriè: aliqñ tamē accipitur hoc verbū aliter propter ſubiectam materiā,de qua agitur:& ita intellige l.eleganter.§.ſi poſt.de conditione indeb.¶Secundus articulus nihil valet:quia concedo,quòd ibi exceptio poteſt opponi poſt ſententiam,ſed contrà requiritur,quòd vt competat illa exceptio in executione,maritus fuerit nō ſoluendo tēpore ſententiæ latæ. ¶Ad tertiū,videlicet l.ſilius.ff.qđ cum eo.eſt dicendū,ꝙ vt illa exceptio cōpetat filio emācipato,nō requirir̄ illa qualitas tēpore condēnationis,ꝙ ſit emācipatus:ſed in caſu noſtro bene requiritur,ꝙ tempore ſententiæ maritus non ſit ſoluendo.Sed quantum ad primum membrum,videtur poſſe dici,ꝙ ratio ſuprà aſsignata non ſit bona:quia licet aliquem fieri locupletē

non contingat ex præordinatione contrahentiū, videt̃ tamē contingere ex præordinatione l. quæ inducit, ꝙ si geruntur negocia publica ipso pupillo, quandocūqꝫ locupletat̃, posſit agi contra ipsum: & ipsa præordinatio l. sufficit ad includēdū, ꝙ ius superueniēs pendēte iudicio sufficiat, & posſit sequi condēnatio. Gl. est sing. quā ibi approbat Ang. & probat in secundo rñso, secundū intellectū gl. illius l. in l. qui repudiãtis. ver. vñ. ff. de inof. test. Vñ aut oportet fateri opi. d. Io. esse verā: aut dicere, sicut dicit Ang. elegāter in l. nō pōt. in vlt. col. ff. de iud. videlicet ꝙ qñ ius superueniēs de nouo trahit̃ retro, tūc nō pōt sequi cōdēnatio ex tali iure: quia super eo neq; verè neq; fictè videt̃ lis cont. & talis est casus noster. Aut ius superueniēs de nouo trahit̃ retro, sicut est in l. si rē. ff. de pig. actio. & tūc cōualidet̃ iudiciū. & hāc opi. dicit fuisse Ia. de Are. ꝑ quā cōfunditur exēplū positū ꝑ Bar. in d. l. si rē. §. fi. vbi ponit exēplū de legato facto sub cōditione: nā si in legatis nō trahit̃ retro cōditio, sicut ipse tenet in l. si stipulatorē. de vsuc. ergo nō posset cōualidari iudiciū. & hāc partē sequor pro nūc, quia ne destruamus ll. simpliciter dicentes, ꝙ esse locupletē inspicitur tempus litis contestatæ.

Hæredi mariti. Hæres mariti potest obijcere compensationem mulieri repetenti dotem ob res donatas, vel amotas, vel ob expensas. Sed non potest etiam obijci mulieri per hæredē viri adulteriū ab ea cōmissum. Vel sic, & sic breuius: Hęres mariti pōt obijcere cōpensationē in causa dotis, sed non mores mulieris, hoc dicit. Secūda est ibi: veluti. Tertia ibi: morū verò &c. ¶ †Not. primò ibi: vt in hoc minus sit obligatus. ꝙ exceptio compensationis tollit obligationē ipso iure, intellige postꝗ̃ est apposita: & hoc est regulariter, vt dicit glo. licet in quibusdam fiat compensatio ipso iure, etiam si nō sit opposita exceptio: de quibus in l. si ambo. & l. qđ Labeo. ff. de compen. Et inter alios casus enumeratur vnus, qui ponitur in l. cùm alter. ff. de cōpen. videlicet ad impediendum cursum vsurarum. Et idem dicit do. me. etiā tenendum, ad impediendū pœnam committi, per l. cū alter. ff. de cōpē. super quo vide qđ no. Spe. quē ipse non allegat in ti. de lo. §. nūc & aliqua. vbi arguit per illā l. ꝙ si dominus est debitor emphyteotę, emphyteota nō cadit à iure suo nō soluēdo canonē. Est etiam differentia inter hāc exceptionem compensationis, & alias exceptiones: quia aliæ non tollunt obligationem ipso iure, etiam si sint oppositæ, nisi postquàm est lata sentētia super eis, secundū Bar. qui ita declarat in l. si plures. in prin. ff. de fideiuss. ¶ †Secūdò no. in verbo, morā verò &c. ꝙ si maritus non allegauit vxorē esse adultricē, hoc non potest allegari ab hæredibus ipsius, secūdū vnū intellectum positū in gl. de quo in ea dicemus. Sed dubitat̃ de intellectu literæ, dū dicitur, ꝙ ob res donatas hæres pōt obijcere compensationē, quomodo hoc procedit, cùm per mortē mariti confirmetur donatio: vt l. cùm hic status. de dona. inter vi. oportet dicere, ꝙ nō cōfirmatur donatio, quia apparebat de contraria voluntate mariti. ¶ In glos. super verbo, pecuniaria. ibi: quia ibi erat species. ex illa solutione approbat̃ hoc ab omnibus cōmuniter, & in l. diuortio. §. ob donationis. s̃. eo. ꝑ qua d. Io. adducit tex. Insti. de actio. §. in bonæ fidei. & in l. fi. C. de compen. vbi dicit̃, ꝙ in sola causa depositi nō admittit̃ cōpensatio. Sed d. m. respondit hic, & bene, ꝙ illa dictio, sola, non excludit casus similes, maximè illos, de quibus est expressum à iure: vt in l. ob æs. C. de prædijs mi. & vt plene dixi in l. si mora. s̃. eo. ipse tñ dicit, ꝙ tutius est tenere opinionē Bar. & cōmunē. Sed do. m. tenet opi. Gul. quā tenuit glo. in d. l. mora. §. eo. & Bal. in l. diuor. ff. de donatio. & vtitur rōne, qua vtitur do. Ioan. quia si dicamus, ꝙ posſit hic obijci compēsatio, tunc ius erat in modo practicandi: nam si hæres excipiat, ꝙ vult retinere dotem, tunc non debet audiri: si verò obijciat exceptionē compēsationis, tūc audiet̃, quādo hinc inde, quāuis est in petitione. Et secundū hoc text. in l. vnica. §. taceat. imponet l. verb. & non rebus, quasi vtrinqꝫ esset quātitas, vt dictum cōtra l. ij. C. communia de leg. & per hāc rationē dubitauit hic d. Io. & etiā nō respondet, licet inclinet in cōtrariā opi. Tu aūt aduerte, ꝙ hic est æquiuocatio manifesta: nā doc. quādo dicūt, ꝙ nō competit retētio, manifeste loquūtur, vbi nō potest habere locū compensatio: sicut est, qñ ex vna parte est species, vel ex ambabus partibus: iuxta l. si constante. C. de compēsa. Sed quando ex vtraq; parte esset quantitas, & non potest obijci exceptio retētionis, quia retētio proprie est, quæ fit de aliquo corpore, seu specie: vt l. in fundo. & ibi no. ff. de rei vē. Habet igit̃ tūc locū cōpēsatio, quæ etiā si opponeret̃ per modū retentionis: quia hæres diceret, volo retinere dotē, quæ est in quātitate, pro pecunia quæ mihi debet̃: licet inepte excipiat, nō tñ propter hoc esset repellēdus: quia verbū, retētio, posset respicere impropriè sumptū effectū exceptiōis, ꝙ dos nō soluat̃: & vt saluetur intentio excipientis, verba debent impropriari: vt not. in l. j. ff. de exceptio. & videmus simile in verbis libelli. & in l. j. & ibi nota. C. de vsufruct. & in verbis iuramenti in l. & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. & plene in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. Potest tamen communis opin. saluari, contra quam fortiter facit text. & in dicto, & in ratione dicendi, in d. §. taceat. dicitur enim ibi, ꝙ retentio non potest fieri ob res donatas, quia maritus potest agere hic, vel hæres eius actione reali, vel conditionis, ꝙ secundū contingit, qñ res est sumpta: vt ibi declarat glo. & bene: ergo ibi successerat obligatio ad quantitatem: sicut hic. Sed potes respondere, ꝙ ex parte mulieris species erat in obligatione: & hoc indicat verbū, retentio, quia quātitas debet̃ hincinde, nō cadit propriè retētio, sicut s̃. dixi. Sed fortius vrget verbū qđ dicit, ꝙ retentū nō pōt fieri ex eo: qa alia via succurrit̃ marito, & hęredi ei⁹: quæ rō ita videt̃ habere locū in cōpēsatione, sicut in retētiōe. Pro illa cōclusione facit optime tex. in l. cū his. §. pe. vel fi. ff. de cōd. ind. vbi dicit̃, ꝙ licet exceptio cōpēsatiōis posſit opponi petēti, nō tñ pot opponi repetēti. Sicut ergo qñ repetit̃ indebitū, nō habet locū cōpēsatio, quia largo mō repetēs dicit̃ spoliatus: ita in fauorē dotis nō videt̃ absurdū, quia res exigit celeritatē, vt mulier inde posſit aliqđ plus, nouum sit inductū hoc priuilegiū: super hoc tamen cogitabimuss vsq; ad lect. sequen. Cætera mēbra huius difficultatis prosequere, vt hic Ioan. de Imo. cui nil est addendum. † Et tene menti, quia ipse dicit, ꝙ in dote confessata, quæ non probatur fuisse numerata, potest obijci compensatio, nec habet locum priuilegium. §. si taceat. allegat text. cū glo. not. in l. neqꝫ. C. de compensa. quam semper tene mēti: ad quæ scripsi post Barto. & Mod. in l. j. s̃. eo. in illa quæstio. vtrum priuilegia, quæ competunt doti, habeant locum in dote confessata. Et rectè considerando verè potest dici, quòd opin. gloss. in l. j. s̃. eodē. est verior: qđ probatur vltra ea quæ dixi noua ratione. Pro cuius euidētia præmitto: ꝙ expensę necessarię non minuunt dotē dotis, quāuis dos sit in specie: sed quatenus est quātitate, quia tunc fit compensatio ipso iure, etiam si opponatur ab homine: vt solenniter dicit Barto. in l. quædā. de nupt. Hoc pręmisso arguo sic. text. in l. j. §. nec ob impensas. de vxo. actio. dicit quòd impensæ necessariæ minuunt dotem ipso iure: impensæ autem vtiles repetuntur: vt ibi dicitur. Modo si text. qui loquitur de impensis necessarijs, debet intelligi, quādo dos est in quantitate, & sic hincinde est quantitas, vt sit vera differentia inter expensas necessarias, vel vtiles, necesse est intelligere, quòd etiam vtilibus expensis non fiat retentio, quando hincinde est quantitas. Nam si text. in versic. impensas necessarias. loqueretur, quando dos est in quantitate: & versic. sequentes loquerentur, quando dos esset in specie: tunc nō esset differentia circa eundem casum. Vel breuius: si speciale est in expēsis necessarijs, quòd fiat compensatio ipso iure, quando dos est in quantitate: ergo contrariū est ius commune, videlicet quòd quando dos est in quantitate, & ex alia parte debetur quantitas, ibi: si mulier. non admittitur compensatio, nec potest dicere quòd speciale est in expensis necessarijs, quòd compēsatio fit ipso iure, non opposita except. vt dicit Barto. in dicta lege, quod dicitur. in fin. quia dico, quòd illa non est intentio illius §. infert enim statim post illum versic. quòd pro expensis vtilibus est agendum, nec facienda retentio. Vnde per illum textum potiſsime sequor opinionem Bald. & gloss. in locis suprà allegatis. ¶ In gloss. super ver. ædes. in fine. licet intellectus hic, qui ponitur in gloss. quòd hic text. loquitur de morib⁹ improbis in genere, posſit esse verus, secundùm illa iura. Doctores tamen communiter ponunt alium intellectum magis nota. videlicet quòd mulier hic cōmiserat adulterium: quo casu etiam de iure nouiſsimo maritus lucratur dotem: vt lege, consensu. C. de repu. in authē. vt li. ma. & auiæ. §. quoniam vero plurimis. collat. vij. licet enim vltra. C. de diuor. nō contingit iura vetera in moribus respiciendis pudorem matrimonij, vt hic dicunt omnes: & licet dotem posſit lucrari maritus, vt dictū est, hoc tamē non poterit facere hæres eius, per illum tex. not. Sed circa primum de marito videtur magna dubitatio, quā tetigit hic Pau. de Ca. videlicet qualiter debeat agere marit⁹, vt lucretur dotē: nam Bar. in l. miles socer. de adult. quā etiam adducit hic do. Pau. vult, ꝙ maritus debeat accusare vxorem solēniter, vt lucretur dotem: per tex. in §. quoniam verò plurimis: in verbo, inscriptionis. & ibi hoc tenet glos. Sed hoc videt̃ cōtra tex. in aut̃. vt nul. iud. §. adulteria. col. ix. vbi dicit̃, ꝙ si mulier est dānata adulterij, detruditur in monasterium cū omni substantia sua, & sic etiā cū dote: vt ostendit tex. in fi. §. ergo videtur, ꝙ dos nō applicet̃ viro. Vñ glo. in aut̃. sed hodie. C. de adulte. & in l. consensu. C. de repu. quā ibi approbāt Cyn. & Petr. dicunt, ꝙ maritus lucratur dotem, quando agit ciuiliter ad lucrum dotis. & est vna solu. de tribus, quæ approbatur cōiter, & eā sequit̃ ibi d. Pau. de Ca. Sed illa solutio manifestiſsime cōtradicit tex. in d. §. qm̃ verò plurimis. vbi dicit̃, ꝙ oportet maritū inscribere accusationē: & sic datur intelligi: ꝙ requirit̃ accusatio solēnis: aliàs nō fieret īscriptio: vt in c. super his. de accu. & in c. tuæ. de ꝓcu. Prætera ibi dicit̃: ꝙ adulter & adultera possunt simul accusari ad hunc effectū: sed hoc esset falsum, si intelligeremus, ꝙ cōtra mulierē intentaretur iudiciū ciuile: qa non posset fieri cumulatio iudicij ciuilis & criminalis: cū sñīa lata cōtra vnū in iudicio criminali præiudicaret in iudicio ciuili. l. ij. §. hoc edicto. & ibi Barto. ff. vi bon. rapt. Super hoc tñ secūdo volo videre diligētius: vnde quærenda est alia solutio, qa ibi secūda videtur cōtra tex. maxime quia in princ. dicitur, ꝙ oportet eū agere, vt lucret̃ dotē cōtra adulterā, vel cōtra adulterū: sed cōtra adulterū nō pōt agi, nisi criminaliter, qa ad ipm̃ nō pertinet pœna amiſsionis dotis: ergo intelligemus eodē modo agi cōtra adulterā, scilicet criminaliter, ꝑ illam l. nam hoc iure. §. pen. de vulg. & pup. Vnde gl. in aut̃. sed hodie. posuit tertiam solutionem, quam ego reputo veriſsimam: & ꝓ eius explanatione debes cōsiderare tres casus. † Nam aliquādo maritus accusat criminaliter: & tūc lucratur dotē, in d. §. quoniā vero. Aliquādo nō accusat maritus, sed extraneus: & tunc maritus nō lucratur dotē: ita intelligo tex. in d. §. adulterā. & potest esse rō differētiæ: quia si maritus nō agit ipse de adulterio cōtra vxorē, & patitur agere extraneū, imputetur sibi, quia neglexit honorē matrimonij sui: & dato quòd esset

casus

casus, ꝙ maritus ignoraret, licet extraneus sciret ꝙ q̃n in dubio non præsumitur, ad minus denegatur sibi hoc primũ, qa non liberauit in vlciscendo iniuriam publicam & priuatã aliquando, nec maritus nec extraneus accusant: & tunc non est necesse, ꝙ maritus agat criminaliter, sed poterit cõsequi dotẽ agendo ciuiliter, vel etiam per viam exceptionis: ita probat tex. in c. plerunq;. & ibi plene, de dona. inter virũ & vxor. & not. in c. tuæ. de procu. Quod ergo dicit tex. in §. quoniam verò. ꝙ oportet maritũ accusare: intelligo, si ipso non accusante alius accuset, & hoc casu iniungitur sibi necessitas: & ita cõcordant illa iura, quæ sunt valde contraria, & ad materiam vide quod ponit Abb. in c. discretionem. de eo qui cogno. consan. vxor. suæ. vbi declarat, nunquid maritus possit imputare adulterium vxori, quando præstat causam adulterij mediatã, quia non tangebat eam. ¶ Circa secundũ articulũ principale adde, inquantum Bal. hic, & do. Io. volunt, ꝙ etiam si maritus ignoret adulterium esse cõmissum, heres nõ poterit imputare vxori adulterium: quia cũ illa actio sit ad vindictam, non transit ad hæredem: vt l. iniuriarum actio. ff. de iniur. nam istud dictũ videt̃ falsum, & arguo sic: sicut actio ad vindictam non transit ad hęredẽ actiuè, ita nec passiuè: vt in d. l. iniuriarum. la prima. & l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis cautio. † sed ego habeo, ꝙ maritus lucratur dotẽ[a] propter adulterium mulieris, muliere mortua in præiudicium hæredũ: vt l. fina. C. de adulter. quam adducit hic Barto. Hoc ergo datur intelligi, ꝙ actio illa nõ cõpetit ad vindictam. Vnde melius est tenere opi. Cyn. in l. j. C. de reuo. dona. vbi distinguit, vtrũ maritus sciuerit vel ignorauerit. & hoc secundo casu tenet quòd hæredes possint imputare vxori adulterium.

4 a

Socero. Socero tam ex parte vxoris, q̃ ex parte viri competit beneficium, ne conueniatur vltra q̃ facere possit, & similiter vxori. h. d. vsq; ad §. si ignora. Secunda ibi: qa parẽtis. Tertia ibi: ex diuerso. Quarta ibi: si mulier. Vltima ibi: sicuti consortio fuerit. ¶ † Not. primò, in versicul. si apparebit. iuncta glo. ꝙ ille quidem loco alicuius non dicitur proprie esse talis, sed ficte & improprie. cõcordat text. in l. merces. ff. de verbo. sig. & in l. j. in prin. ff. de suis & legi. super quo vide qđ ponit Bar. in l. si maritus. §. Iulia. ff. de adulter. & quod tangit Dy. & ibi plene scripsi in l. quidam cũ filium. de ver. ¶ † Secundò not. ibi: defendebã &c. ꝙ appellatione defensionis[b] venit etiã exceptio, quæ impugnat executionẽ sententiæ, licet nõ ĩpugnet obligationẽ principalẽ, & ipsam sententiã. Vtrũ autẽ appellatione defensionis veniat exceptio declinatoria, vel allegatio causarum defen. vide tex. cũ glo. in l. sed & si susceperit. in prin. ff. de iudi. & in l. seruũ quoq;. §. publicè. & ibi Bal. de procur. & qđ plenissime ponit Bald. in l. reos. C. de procur. & in l. j. C. qui accu. non possunt. Vtrũ veniat simplex allegatio rei, in qua reus nõ onerat̃ onere probandi: vide qđ not. ponit Bal. in l. si qd. C. de excep. ¶ Tertiò not. ibi: per exceptionẽ &c. ibi: sicut &c. ꝙ etiã melior põt contrahere societatẽ, & habet tanq̃ socia priuilegium, ne cõueniatur vltra q̃ facere possit. Et aduerte, quia hoc priuilegium extenditur ad tacitã societatẽ, quinimo & ad impropriam, quia inter virũ & vxorẽ nõ dicitur esse illa societas propriè, vt dicũt hic Mod. & bene, per quam lucrũ cõicatur factũ ab altero: nõ enim tenetur maritus cõicare id, qđ quæsiuit vxori, nisi consuetudo aliter dictet: vt in c. penul. extrà, de consuetudi. ¶ † Et ex hoc no. habes colligere tria: & primò scđm Bal. ꝙ si aliqui fratres rustici colentes prędia, habent sorores, quæ in multis locis ex consuetudine operantur opera rustici, sicut masculi, etiam cũ ipsis videtur contracta societas. Secũdò priuilegiũ cõcessum socio, ne cõueniatur, habet locũ etiã in tacita societate. & sic ampliatur tex. in l. verũ. §. tẽpus. ff. pro socio. Tertiò, ꝙ licet istud priuilegium siue sit ius speciale, extenditur tamen ad sociũ improprie, in quo est eadẽ vel maior ratio: qđ facit ad not. in l. si vero. j. eod. Vtrum autẽ econtra quicquid acquirit vxor ex operibus suis, acquirat viro, tangit hic do. me. super quo vide quod scripsi referendo dicta Bal. & aliorũ in l. diuortio. in princi. super eodem &c. ¶ Vltimò not. ibi: iure ciuili &c. ꝙ obligatio quæ oritur ex stipulatione, dicitur esse ciuilis, & hoc quia stipulatio est cõtractus iuris ciuilis, vnde fit denominatio à sua origine, & causa principali: non tamen per hoc sequitur, ꝙ ex stipulatione non oriatur obligatio naturalis, quia imo oritur, secundùm glo. hic in fin. etiam est tex. in l. fideiussor. ff. de condi. indeb. & not. in l. j. š. de pact. ¶ In glo. super verbo, socer. ibi: nota minus mutuum q̃ filio &c. hæc gloss. sentit, ꝙ ille qui debet alimenta filio ex dispositione iuris, teneatur etiã pręstare alimenta vxori. hoc non esset dubiũ, quia ad ipsum pertinent onera matrimonij: vt videbitis in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. j. eod. Sed vbi nulla esset dos, vel dos data marito, non sufficeret ad onera matrimonij: hoc esset pulchrius, quod sentit illa gl. ꝙ pater mariti tenere t̃ etiã vxori præstare alimenta. Pro quo vide quod simpliciter ponit Archid. xlv. distinct. c. sicut. ¶ In gloss. super verbo, iustũ. ibi: sed eo soluto subdistinguitur. illa glo. sentit veritatem, & vult ꝙ tex. l. sed hoc ita. ff. de re iudi. qui dicit, quòd si agitur soluto matrimonio contra patrem vxoris, ille non habet beneficium, de quo in illo tex. non intelligatur, q̃n pater vxoris fuit in dolo. aliàs habeat beneficiũ: vt dicitur in l. penul. ff. de iure dotium. & illa est verior, vt tenent hic Moder. communiter, præter dom. Paul. qui ponit ex dictis suis, & Iac. de Are. duas cõclusiones in illa materia. Prima est, quòd si pater mulieris conuenitur ex dolo, nunquã habet hoc beneficium, siue conueniatur constante matrimonio, siue soluto. Sed ista conclusio est manifeste contra tex. in d. l. penul. vbi distinguitur, vtrum negatur cõstante matrimonio, vel soluto, & ita intelligit glo. & bene. Secunda cõclusio est peior: vult em̃, ꝙ q̃n non agitur contra patrẽ vxoris ex dolo, debeat distingui, an agatur constante matrimonio, vel soluto: sicut distinguitur in l. sicut. & l. sed hoc ita. ff. de re iudi. Sed illa conclusio est erronea, & contra tex. in l. penul. ff. de iure dot. vbi dicitur, ꝙ hoc beneficium cõcedetur patri mulieris soluto matrimonio, si non sit in dolo: & ita limitatur l. sed hoc ita. Vnde tene gloss. tuã, quę sentit secundũ Io. de Imo. ꝙ pater vxoris, & pater viri procedant à pari beneficio. & hoc videtur probare tex. in dicta l. ex diuerso. Et ex hoc potest inferri vna conclusio, quam Moder. non tangunt: videlicet ꝙ si pater viri induxit mulierem ad cõtrahendum matrimonium cum filio, qui tamen sciebat, quòd non erat soluendo, vt posset restituere dotẽ, eodẽ mõ sibi denegetur beneficium huius l. facit optime quod tangit Bart. in l. alia. §. eleganter. š. eo. in fin. vbi extendit tex. in l. penul. ff. de iure dot. ad omnes alios debitores, qui promittunt, scientes se non esse soluendo: & quare agat vnus alius cũ patre mulieris, si agitur contra eum constante matrimonio, q̃ si agitur eo soluto: gl. not. assignat rationẽ in d. l. sed hoc ita. ff. sol. matri. cessat causa affinitatis, quæ durabat constante matrimonio. & ꝑ illam glo. arguit Bal. in l. fi. ff. de verb. sign. quã refert hic Paulus de Cast. ꝙ si ex forma statuti compromissum debet fieri inter affines, non habebit locum dissoluta affinitate. l. cui eorũ. §. affinitate. de postu. ff. & est secundũ regulam cõmunem, ꝙ priuilegium quod conceditur alicui respectu certę qualitatis, debet adesse tempore quo actus geritur. l. Titius. & ibi per Bar. de testa. mili. & per eundem in l. ex pacto. de vulg. & pupil. super quo vide quod scribit Bal. in l. affinitatis. C. cõia de successio. Et quod ipse ponit in simili in l. obseruatione. §. proficisci. in vij. q. de offi. procon. & leg. vbi dicitur, ꝙ priuilegiũ seu pœna quæ statuitur contra offendentem potestatem, non habet locum finito officio durante syndicatu, secus etiam, ꝙ si statutum loqueretur non de affinibus, sed consanguineis, in nulla materia, etiam fauorabili, comprehenderẽtur affines: ita decidit sin. Io. And. in c. sciant cũcti. de ele. li. vj. ¶ In ea. gl. ibi: agit autem vir. eo soluto &c. ex illo tex. valet ex lege, sed hoc ita. ff. de re iudi. Ex ista glo. quæ sic eum intelligit, probat̃ clare ꝙ pactum de lucrando dotẽ, habet locum in dote promissa, & non tradita, & non reperitur ita bene alibi de iure Digestorum. De iure C. est casus in l. ex morte. in fin. de pac. conuen. gl. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. & melior tex. & clarior de iure nouissimo in auẽ. de nup. §. mortis. in fi. vbi est gl. fin. quã ibi not. Ang. quæ vult, q̃ quàmuis propter pactũ de lucrando appositum maritus possit agere ad dotem promissam, solu. matri. non tamen potest agere propter commodum interusurij medij tẽporis, qđ lucraretur maritus, si dos esset penes eum: iuxta not. in l. si constante. §. quoties. j. eo. & hãc q. tetigit etiam glo. not. licet eam ibi expresse non determinat in l. vna. C. si dos. constante matrimonio. & illa procedunt etiam in lucro, quod defertur ex forma statuti, vt clare sentit Barto. hic super illa glo. Sed relinquitur pulchra dubitatio, quòd si statutum defert marito lucrum dotis datæ vel acceptæ: an tũc in dote promissa, & non tradita verificetur statutum: super quo Barto. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. ecclesi. dicit audiuisse decisum, ꝙ hoc statutũ non habet locũ, quia de proprietate sermonis aliud est dotem datam esse, & aliud promissam. lege fina. C. ad l. Falci. Sed in consil. suo cxxxvij. limitat hoc esse verum, nisi debitor fuerit in mora: nam tunc dos habetur pro tradita, quo ad lucrum pacti, vel statuti: allegat tex. in authen. vt exact. instan. do. §. fina. & alia iura similia. Et hãc cõclusionẽ secutus est Bald. consulẽdo, vt ipse dicit in l. fin. in prin. C. de do. promis. Vbi autẽ debitor nõ esset in mora, procedit doc. Bar. in §. sane. & imputet sibi maritus, qui nõ interpellauit debitorem ad soluendũ dotẽ. Et licet Bart. in d. cõsi.

5

6 b

[a] ¶ Quod marit⁹ lucratur dotem. Adde Bar. in l. miles. ĩ §. socer. ff. de adulter.

[b] ¶ Appellatione defẽsionis. Adde Do. de sancto Gem. ĩ c. j. in primo not. de lit. contest. lib. vj.

in fin. per rationem ibi positā sentiat, ꝙ etiam si debitor nō sit in mora, idem si sit, plus tamē placet dicta distinctio. Nō obstat ratio sua: qa licet quādo nomē debitoris assignatū in dotem ex ipsa assignatiōe videatur facta traditio, qa cessio est loco traditionis: iuxta d.l.j.C.de actio.& oblig. nō tamē sic pōt dici de promittēte dotē, ꝙ de hac obligatione sit facta traditio quædam, sed est sola obligatio personalis. Vnde parcat mihi reuerentia sua, nimis subtilizauit, nescio ex qua cā. Quid autē iuris sit, si statutū dicit ꝙ maritus lucretur dimidiam dotis, & dimidiā restituat, vel ꝙ veniente casu restitutionis dotis lucretur aliquam partē dotis: vide Ang. in cōsil. clxxj. vbi dicit, ꝙ etiam hoc casu maritus lucratur dotē promissam. & recte iudicio meo: quia maritus sustinuit onera matrimonij, licet debitor nō fuerit in mora, cū hoc lucrū deferatur ꝑpter onera matrimonij: vt plene declaraui in l. sed si ante. §. eo. ex quo est causa, qua defertur lucrū, verbum, restitutio, potest interpretari pro relaxatione obligatiōis. l. si quis accep. & quod ibi not. de condi. ob cām. ¶ Contrarium sensit idē Ang. cōsi. suo lxxxiij. quod dixi videt̃ verius. aduerte tamē, qa vnum casum posuit hic do. me. in quo non habet locū lucrū pacti, videlicet quādo res feudalis datur in dotē: allegat tex. in l. quāuis. j. eo. & text. qui proprie probat conclusionē in c. j. in fi. de inuestit. de re alie. fac. quē text. adducit Bald. licet ipse non alleget in aut. res quæ. C. cōmunia de leg. Extra glo. in versi. item si mulier. opponitur hic per Barto. & soluitur hic per eū. Cui adde, & primò inquātum dicit, ꝙ maritus agendo ad dotem cōstante matrimonio minabatur facere carcerari vxorem, vel expellere eā de domo, si non solueret integram dotem. Aduerte, quia primum exēplum non potest habere locum, quoniā mulier pro debito ciuili nō pōt capi. l. j. & autē. ibi posita. C. de offi. ciui. iudi. & præterquam in casu quē ponit Barto. in l. si sub conditione. j. de testa. tut. †Secundum exemplum est bonum, & no. ex quo colligitur, ꝙ sicut maritus potest expellere vxorem[a], si totaliter non soluit dotē. l. fin. & ibi Bald. C. ad Velleia. ita potest expellere, si non soluit integram dotē, dummodo possit soluere. ¶ Ad secundum mēbrum adde, inquantū dicit, quòd valet pactum de lucrando dotē in casu diuortij: ꝙ glos. in l. ij. de pac. dot. non admittit hoc, nisi quādo ex cōmuni matrimonio sunt filij: alleg. tex. in l. j. in fin. de do. præleg. Sed ille text. meo iudicio facit contrà: dicitur enim ibi, ꝙ valet pactum de lucro dotis, vxore ꝑdecedēte, vel facto duortio liberis extātib⁹. Si ergo colligis argumentū à contrario sensu in casu diuortij, ꝙ nō valet pactum non stantibus liberis: idem habes dicere in pacto facto vxore prædecedente: nā hæc clausula ponit̃ in fin. post istos duos casus. vnde pariformiter respicit vtrunque, iuxta regulam positam in l. talis scriptura. de leg. j. & tamē quādo vxor prædecedit in matrimonio, valet pactum, etiam non extantibus liberis: vt fatetur glo. in dicta l. ij. de pactis dotalibus. Sed saluando glo. potest dici, ꝙ quia magis ꝑiudicatur vxori ex hoc pacto in casu diuortij, quàm in casu mortis: illa clausula posita in fine, non refertur ad casum mortis, sed tantum ad casum diuortij, per ea quæ habentur in l. j. C. de lib. præte. Et ad materiam vide tex. in l. quāuis. C. de pact. dota. & Barto. in consi. cxxvj. vbi concludit per illum textum, ꝙ si dos etiam datur à patre vel extraneo, nō valet pactum appositū à donante, etiam cū iuramento, ꝙ prędecedente marito hæredes mariti lucrentur dotem. Sequitur §. si in iudicio. l. ex diuerso.

7 a — ¶ Maritus pōt expellere vxorē. Add Bald. in l. qui vxorem. ff. de neg. gest. Abb. ī c. p vestras. de dona. inter vi. & vxo. Abb. in c. j. de adulte. in ca. salubriter. de vsu.

b — ¶ Dictio, quasi. Adde l. iij. in §. fi. ff. de condict. ob cau. & in l. fi. ff. de acquir. hæredi.

Si in iudicio. Exceptio quæ non impugnat sententiam, potest opponi in executione sententiæ. ¶ In glos. ibi: non expresso errore in sententia. Pro declaratione glos. addunt Moder. & bene, ꝙ tunc diceretur error expressus in sententia, quando iudex condemnaret insolidum ex eo, quia maritus non debet condemnari, nisi quatenus facere potest. Vnde licet iudex condēnaret insolidum in sententia, si tamen nō apponeret illa verba quæ dixi, error non esset expressus: quia potest esse, ꝙ iudex non credit maritum esse soluendo: & potest esse, quòd habuit respectū ad obligationem, quia vere est obligatus insolidum, ciuiliter & naturaliter, & noluit auferre beneficium quod moderatur executionem: & hoc est præsumendum in dubio, secundùm Innoc. in ca. quoniā frequenter. §. ij. vt lit. non contest. & in l. ij. C. vbi in rem actio. in l. peregre. §. prius. ff. de acquiren. poss. Licet ergo quando mulier iurat sibi deberi centum pro dote, vel quando stipulatur centū, quę dedit in dotē sibi reddi, maritus non possit vti hoc beneficio: vt traditur in l. quod nomine. ff. de cōditio. indeb. & de iuramēto. l. si mulier. de iureiur. verba tamen iudicis aliàs interpretatur: qui enim videtur velle præiudicare iuri tertij: vt declarat dominus Paulus, tangit hic etiam Ioan. de Imola. nunquid sententia dicatur lata iuris errore expresso, quando iudex cōdemnat debitorem actori ex eo, quia debitum est ꝓbatū p tales testes: de qua quęstione vide quod scribunt Moder. post Innoc. in ca. quoniam cōtra falsam. de probat. de quo articulo vide quæ scripsi multa addens, & per Moder. in l. si is ad quem. de acquiren. hære. & Bart. Ang. & Bald. in l. prima. C. de errore calculi. ¶ In ca. glo. item not. &c. Bartol. hic dicit, quòd nulla hic est specialis, sequendo dicta Dyn. quia illa exceptio non impugnat sententiam, sed moderatur executionem sententiæ: & est casus in l. si filius. ff. quod cum eo. Et debet intelligi ille tex. secūdùm eū, quando exceptio non fuit opposita ante sententiam. Sed hoc videtur falsum, & impossibile, quia si nulla exceptio fuit opposita, non potest dici, ꝙ iudex tulerit sententiam latam ignorantia iuris: ex quo enim pars nihil opponebat, ex quo iudex non debeat supplere defectū partis, ex his quæ sunt facti, qñ non cōstat factum ex actione: vt in l. quarta. §. hoc autem. de dam. infect. si iudex condēnauit insolidū, nec videtur abstulisse exceptionē pacti, vt ipse dicit, non apparet quomodo male tulerit sñiam ex ignorantia iuris. Vnde Paul. de Castr. dicit hunc tex. debere intelligi, quādo exceptio fuit opposita ante sñiam, sed nō admissa: vel si fuit admissa, non fuit discussa: vel si fuit discussa, non fuit expresse reprobata per iudicem: his enim tribus casib⁹ illa exceptio nō pōt allegari post sñiam, ex quo non impugnat sñiam directæ: allegat tex. & ibi Barto. in l. sin autē. §. fina. de nego. gest. & l. quod inducitur. §. si actionem. & ibi per Barto. ff. de cōpensat. & illam doctrinam Bar. sequitur do. Anto. in ca. suborta. §. j. extrà. de re iud. Per quæ iura traditur talis regula, ꝙ vbicunq; exceptio opposita ante sñiam est compatibilis cum sententia lata super principaliter deducto, etiam si sit cognitum super exceptione, illa exceptio non videtur reprobata: licet Bartolus hic senserit oppositum in hoc vltimo casu. Pro quo multum facit tex. in l. sin autem. in fi. vbi dicitur, ꝙ si iudex reprobauit cōpensationem, obstat exceptio rei quasi iudicatę: quę verba videt̃ significare, ꝙ sententia fuit tacita, non expressa. † qa dictio, quasi,[b] est nota improprietatis. l. si quis non quasi hæres. j. de acquir. hæred. Glo. tamē dicit ibi, ꝙ illa dictio, quasi, est veritatis expressiua, sicut & alibi reperitur. Et adde ad istam materiam glos. quam not. ibi Bartolus eleganter in l. ab executione. C. quorum appellatio. non recip. quæ dicit, quòd exceptio, quæ nō impugnat sententiam, potest opponi post sententiam, & etiam post tēpus quadrimestre: vide etiam quod solenniter ponit Bartol. ad declarationem materię in l. Nesennius. §. fundum. de re iudicata. vbi quęrit, quando mulier agit rei vendicatio. pro fundo dotali, vel actione de dote, habeat locum beneficium istarum ll. Et concludit quòd sic, declarando dicta Dyn. in lege, si solum. la picola. j. eodem. Ex his etiam ll. argumentatur Bart. in l. si filium. ff. quod cum eo. ꝙ si statutum dicit, quòd contra instrumentum guarentigiæ non possit opponi aliqua exceptio, nihilominus poterit opponi exceptio, quæ non impugnat instrumentum, sed moderatur executionem: secus si statutum diceret, quòd in executione sententiæ vel instrumenti nulla posset opponi exceptio: quia tunc illæ exceptiones videntur remotæ: & vide quod ponit Bald. in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condi. indeb. vbi faciens differentiam inter istos modos loquendi dicit, ꝙ si contra formam statuti nulla potest opponi exceptio, non poterit opponi, etiam si instrumentum inducatur ad probandum. Sed si statutum dicit, ꝙ contra executionē instrumenti non possit opponi exceptio, tunc poterit opponi cōtra instrumētū, si nō petatur executio, si producatur instrumentum ad probandū: & ad declarationē huius dicti vide qđ ponit Bald. in l. plane. ff. qđ fal. tu. Io. aūt de Imo. posuit extraneum intellectū ad illa iura: vult eīm secundùm quod dicit glo. ꝙ illa exceptio sit peremptoria, & impugnet sñiam. Et ex hoc infert, ꝙ illa exceptio nō posset opponi post sñiam. Fallit in duobus casibus: videlicet in marito, ꝙ sicut non pōt expresse renūciare huic exceptiōi: vt l. alia. §. eleganter. §. eo. ita nec tacite omittēdo exceptionem perēptoriē. Fallit etiā in donatore, in quo est speciale fauore libertatis: vt l. Nesenni⁹. in fin. ff. de re iudi. Quòd aūt illa sit exceptio peremptoria, ꝓbatur per istum tex. quia si nō esset peremptoria, & impugnaret sñiam, iudex nō diceretur errasse in iure. Secūdò per tex. in l. maritum. §. eo. & in l. nō tantum. & l. sed hoc ita. ff. de re iudi. in quibus dicitur, ꝙ maritus nō debet condēnari, nisi quatenus facere pōt: ergo illa exceptio impugnat cōdēnationem. Et ex his infert falsum esse, qđ dicit Bart. hic, ꝙ ibi exceptio inuētarij confecti possit opponi in executione sententię: quia cùm impugnat sñiam, stat regula in oppositum, vt §. dixi. Sed illa sunt somnia vigilātium, nec bene intellexit leges, quas alle. quia iura quę dicūt, ꝙ nō debet cōdēnari, nisi &c. debent

Bal. est verum, sed non per rationẽ suam, quasi sit differentia inter successionem, quæ fit contra testamentum, & illam quæ fit ab intestato. Sed ratione supradicta, vel quia filius non erat suus, vt dicunt Moder. vel quia si est suus: non datur successio in suitate, maxime quando idem ius non erat delatum primo, quod defertur sequenti: vt s. dixi. ¶ † Secundò not. ibi: & superuixerit filius &c. quòd ille solus potest rumpere testamentum, qui tenet tempore mortis testatoris primum locum inter descendentes, & suos: & in hoc est differentia inter successionem ab intestato, & successionem contra testamentũ: quia in successione ab intestato attenditur tẽpus, quo testamentũ deficit, etiã post mortẽ testatoris: vt ille ꝙ tũc reperiꝛ tenere primũ locũ, succedat tanq̃ suus: vt est casus hic in vltimo responso. & in l. si quis filio. in prin. j. ti. proxi. Sed in successione cõtra testamẽtũ solus ille rumpit, & annullat testm̃, ꝙ tenet primũ locũ verè vel fictè tẽpore mortis testatoris: vt patet hic in text. & in d. l. si qs filio. Et p istũ text. cõsuluit Ray. de Forliuio, & collegiũ Senense olim in q. de facto, ꝙ si ex forma statuti filia fœmina non succedit, quandiu superest masculus, filia præterita in testamento paterno instituto filio masculo, sine filijs masculis non poterit dicere testamẽtum nullũ. Inducit etiã l. Gallus. per totã l. j. c. vbi ille agnoscendo rũpit, ꝙ reperitur verè vel fictè suus tpe mortis testatoris. Cõfirmaꝛ ista cõclusio: quia si testamentũ viuente filio valuit, ergo filius adeundo fuit hæres. Igitur postq̃ semel fuit hæres, non potest amplius desinere esse hæres. l. ei qui soluendo. j. de hæred. instit. & l. si sine. §. sed qđ Papi. ff. de minor. quæ opi. communiter reprobatur ab omnibus: vt plene declarat Barto. in l. fi. j. ad Tertu. & Bald. hic, & in locis j. allegandis. Et ratio potissima reprobantium est, quia statutũ excludendo filiã quãdiu mascul⁹ supuixerit, nõ vꝛ velle auferre sibi ius suũ ĩ perpetuũ, sed potius suspendere vsq; ad tps. & hoc importat natura istius dictionis, q̃diu: vt l. ij. §. expectãdi. ff. de bono. poss. scđm ta. & in l. j. §. fina. ff. de ven. in poss. mit. cũ multis alijs iuribus allegatis p Bar. in d. l. si mortuo filio. Ergò cũ filia reperiat se filiã pteritam, sequiꝛ ꝙ testm̃ erit nullũ. Non ob. ꝙ filius semel fuerit hæres: quia ex potestate l. bene potest induci, vt vnus vsq; ad tẽpus sit hæres, & postea alius, & primus desinat esse hæres: vt l. in fraudem. §. miles. & l. miles ita. §. j. ff. de testamen. milit. & in auc. hoc amplius. cum ibi not. C. de fideicõ. & tradit Ang. in l. ij. §. qui fideicõmis. j. de hæredi. instituen. Vnde secunda fuit opi. Bar. quã posuit in d. l. fi. & clarius in tribus suis consilijs, qui dixit, ꝙ sine dubio filio mortuo rumpetur testamẽtũ, & efficietur nullũ. Sed relinquitur dubium, vtrũ testamẽtũ interea sit in pẽdẽti viuente filio, ita ꝙ si mortuo filio rumpitur, retro videatur fuisse ruptum tempore mortis testatoris: an vero rumpatur vt exnunc, ita ꝙ non trahatur retro ruptura testamenti. Super quo articulo ipse subtiliter distinguit, ꝙ aut statutũ simpliciter disponit, ꝙ filia non succedat: aut disponit vlterius, ꝙ interim non rumpat testamentum. Primo casu dixit ipse: ꝙ viuente filio testamentum erit in pendenti, & mortuo filio retro annullabitur testamentum: hoc probat ipse in illo consilio subtilius, q̃ dicat in d. l. fi. in effectu tribus medijs vel quatuor. Et primò arguit sic: Ista filia põt dicere testamentũ nullũ, vt cõcessum est: ergo necessario sequitur, ꝙ testamentum retro sit nullum, & sic interea stet in pendenti. Consequẽtia probaꝛ, quia ille pteritus potest dicere nullum, qui verè vel fictè censetur fuisse suus tẽpore mortis testatoris, vt in tex. nostro. Si ergo filia dicit nullũ, ergo retro censebitur fuisse sua tẽpore mortis, & illo tpe rupisse, aliàs annullatio testamenti non posset fieri ab ea, quæ non poterat rumpere tempore mortis. Sed huic rationi rñdetur, ꝙ hoc procedit de iure cõi, secũdũ qđ regulariter non admittiꝛ, vt quis decedat pro parte tẽporis testatus, & pro parte intestatus: vt l. miles ita. §. j. s. allega. Sed ex forma statuti cùm statutum conseruet ius filiationis filiæ post mortem patris, licet tẽpore mortis patris non sit sua, vꝛ induci ꝙ testator ille p parte temporis decedat testatus, & pro parte intestatus. ¶ † Secunda ratio sua est fortior: quia quãdocunq; testamentum, qđ valet tempore mortis testatoris, speratur posse rumpi in futurũ ex capite præteritionis, interim testamentũ stat in suspenso, & nõ põt adiri hæreditas ex eo, nec peti bo. pos. scđm tab. vt l. ventre. ff. de acq. hære. & l. suus quoq;. §. j. j. de hære. instit. & l. illud. §. fi. ff. de bo. poss. cõtra tab. Sed testamẽtũ istud est tale, ꝙ filio decedente sine prole masculina, filia rũperet vigore præteritionis: ergo interim istud testm̃ venit ĩ pẽdente, & adueniente postea casu, censebitur retro nullũ, sicut videmus, quando testamẽtum rũpiꝛ natiuitate posthumi, qui nascitur post mortem testatoris, vel ex reuersione filij post mortem patris, qui erat captus apud hostes: vt patet in l. ij. §. ex his: & in l. si quis filio exhæredato. in prin. in vltimo respõso. j. titu. proxi. & inde est, ꝙ in vtroq; istorũ à princi. testamentũ valuit: vt in d. §. ex his. & in l. penul. j. eo. tit. Et huic rationi non respondet Bal. nec etiã Io. de Imo. in l. ei qui soluendo. j. de hæredi. instituẽ. vbi plene attingit istũ articulũ post Ange. Sed potest respondere, ꝙ aliqñ filia, vꝛ alius qui põt rũpere in futurũ, remouetur à rumpẽdo de præsenti in fauorem hæredis institui: & tunc hæres institutus non prohibetur adire, quia ista est regula, ꝙ quãdo quis remouetur ex cõmodo mei cõtẽplatione, vel à iure suo: illud cõmodũ debet applicari mihi: vt l. cũ emancipati. §. si duo. ff. de collat. bo. Et plene declarat Barto. in ista materia in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertul. vbi allegat multa alia iura. Sed hoc non esset, si filius absolutè non posset esse hæres: sed solum eo casu, quo filia præmorietur: ergo filius interim habebit hæreditatem ex mente statuti, quod non excludit filiam, nisi quãdo filius est successurus à secũdo. l. si post mortẽ. §. liberi. in fi. ff. de contra tab. & qđ no. Bar. in l. j. in fi. ff. eo. Aliquando ius rũpendi negatur de præsenti, & differtur in futurũ in aliquẽ euẽtũ, nõ fauore instituti, sed propter qualitatem personæ rumpẽtis: sicut est in exẽplo de posthumo, de eo qui redijt ex captiuitate: & tunc pcedant iura s. alle. qa non cessat tunc, cõcedendo ꝙ testamẽtũ sit retro nullũ, & ꝙ interim stet in suspenso causa, propter quã l. voluit testm̃ valere: sicut cessaret in casu nro, si filius non posset succedere, in cuius fauore inductum est, vt filia excludatur à rumpendo. Tertiò adducit tex. in l. ij. §. j. ff. de bo. pos. secũdũ tab. vbi dicitur, ꝙ q̃diu præteriti pñt intẽtare contratabulas instituti, non petunt bo. pos. secũdũ tab. & tñ si postea petunt, retro erũt hæredes à tpe mortis. Similiter ergo dicamus in filia, quòd si non potest rumpere quãdiu filius superest, postea in rumpẽdo retro censebitur fuisse hæres. Sed huic rationi respondetur, ꝙ ibi institutio hæredis erat valida de iure ciuili, & prætorio ipso iure, licet testm̃ posset expugnare per contratab. vñ non est mirũ, si remoto obstaculo cõtratabularũ, qa semp cõpetit ius hrdibus ex testõ, saltem potentia, si nõ actu, retro fingantur esse hrdes. Sed filia viuẽte filio masculo, nullũ habuit ius ĩ hæreditate paterna. Sed pro tanto dicunt doct. ꝙ ius filiæ est magis suspensum, q̃ extinctũ: quia propter spem reuiuiscentiæ ius qđ nunc non est, dicitur esse in pendẽti: ita probat tex. expresse in simili Insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. in fi. & iõ non est mirũ, si ius qđ incipit cõpetere nũc filiæ, nõ trahaꝛ retro. † Præterea ĩ d. l. ij. ista retrotractio iõ fit, qa secũdũ regulas iuris nõ potest quis decedere pro parte testatus, & intestatus. Sed ista ratio cessat in casu nostro, vt s. dixi ex mẽte statuti: ergo & c. Bal. aũt in l. ij. C. de libe. pte. & in l. si quis filiũ. C. de inof. test. & hic, & in c. j. §. epm vel abbatẽ, ꝙ feu. da. pos. ĩ vsi. feu. dicit ꝙ filia efficitur hæres, & dicit testm̃ nullũ, vt exnũc: & iõ Frã. Tig. ꝙ tenuit hãc partẽ cõsulẽdo, & collegiũ Florẽtinum, dicunt ꝙ ista filia est hæres irregularis, & anomala. i. non habens certum modum, & certã speciẽ adeũdi de iure ciuili, sicut dicimus in simili Insti. de eo cui lib. cã bo. addi. §. fi. & in l. ex facto. in princi. j. de hæred. insti. Et ꝙ filia rumpat, vꝛ nunc, & non retro: & interim filius possit esse hæres, & adire de iure ciuili, probat ipse per deductionẽ ad absurdũ: quia si vera essẽt opi. Bar. ergo filius interim non esset hæres, nec posset intẽtare actionẽ hæreditariã: iuxta not. in l. fi. C. de pet. hæ. Sed hoc esset absurdũ: quia scđm hoc beneficiũ, p qđ filius præfertur filiæ in vita sua, reperieꝛ inane: qđ est cõtra mẽtẽ statuti. Et super hoc vide qđ ponit ipse idẽ Bal. in cõ. suo qđ incipit, antiquũ statutũ &c. & ĩ auꝛ. sed & si qs. C. de se. nup. & in l. si Poncionilla. C. qñ dies leg. ce. Sed tu posses dicere, defendendo sñiam Bar. ꝙ licet filius non posset adire hæreditatẽ, posset tñ petere bo. pos. scđm tab. quia instituti non expectãt pteritos, quo ad illã bo. pos. qñ sunt in pari gradu cũ pteritis, scđm Bart. in l. ij. in prin. de bo. pos. secũdũ tab. & in l. si duo. ff. de leg. pstan. Hæc tñ defensio non valet rectè inspicienti. & posito ꝙ ista oppo. sit vera, q̃ est multũ dubia: qa sicut in l. ventre. & in l. illud. in fi. ff. de contra tab. institutus, ꝙ est in pari gradu cũ pterito, expectat pteritio. qa considerare ꝙ posthumus posset non nasci, vꝛ esse consideratio tristis euentus: ita vꝛ ꝙ isto casu institut⁹ expectet pteritũ, quia considerare ꝙ filia posset pdecedere filio masculo, videtur esse consideratio tristis euẽtus. Hæc tñ defensio non satisfacit, qa põt forte filius considerare, ꝙ non morieꝛ sine ple masculina: & similiter filij nati ex eo, quousq; aliàs fœmina decedat. Præterea cũ vtrũq; possit cõtingere æqualiter, ꝙ & mascul⁹ pdecedat fœminæ, & fœmina masculo, ista consideratio non vꝛ rejcienda. Vnde si opi. Bar. esset vera in l. ij. pal. videreꝛ posse defendi opi. sua in l. fi. ad impugnationem Bal. in d. l. ij. de libe. pte. Sed quia illa opi. est dubia, & vꝛ cõtra tex. in l. illud. §. fin. ff. de cõtrata. & iura allegata p ipsum nõ bñ fundãt intẽtionẽ suã iudicio meo: & quia statutũ vꝛ deferre successionẽ filio de iure ciuili, pferendo masculũ fœminæ: plus placet opi. Bal. quã sequũtur Mod. hic, & ĩ d. l. ei qui soluendo. s. alle. Et ꝙ ista opi. sit verior, probaꝛ noua ratione, quia non est dubiũ, ꝙ illa verba, filia non succedat, stãte masculo, si pater non fecisset testm̃, filia nõ succederet vnã cũ filio ab intestato: sed regula est, ꝙ remotus à successione in testõ, videꝛ etiã remot⁹ à iure rũpendi testamẽtũ: vt l. posthumus. in prin. & ibi p Bald. ff. de inof. test. & l. j. §. vocantur. ff. de bo. pos. cõtra tab. Ergo perinde est, ac si expresse statutũ diceret, ꝙ testm̃ non rũpaꝛ: quo casu Bar. fateꝛ, ꝙ testm̃ esset validũ, nec esset in pẽdenti: vt in primo casu. Sed pro opi. Bart. multũ facit, qa cũ dispositio seu testm̃ hoc irriteꝛ ĩ fauorẽ filiæ superexistentis post mortem masculi, vꝛ ꝙ ista irritatio trahaꝛ retro, vt ab ipso princ. dispositio videaꝛ nulla, etiam si filius interim verè fuerit hęres: quia lex bene põt facere, ꝙ ille ꝙ verè fuit hrs, fingaꝛ retro nõ fuisse hæres. Ista cõclusio vꝛ pbari in auꝛ. de nupt. §. qm̃ infirmas. vbi alienatio facta p trãseuntẽ ad scđa vota, de lucro donationis propter nuptias, ita demũ irritaꝛ, si aliqui supersint filij tẽpore mortis alienationis. & dicit ibi text. ꝙ ista irritatio retrotrahitur, vt plenius cõsulatur filijs: ad idẽ facit optime tex. in fi. l. fi. §. sinautem sub conditione. s. cõia de le. vbi patet, ꝙ in fauorẽ fideicommissarij conditionalis, si extat conditio, irritaꝛ alienatio interim facta, & retrotrahiꝛ ista irritatio ad tps alienationis factæ. Sed potest rñderi, ꝙ ibi non erat cã media impediens retrotractionem, sicut hic, vbi impeditur, ꝙ nullitas non trahatur retro propter fauorẽ filij masculi, quẽ l. effectualiter voluit præferri fœmi

ri fœminæ.& hãc opi.sequeret in practica, tũ quia est cõmunis ratio, tũ quia manifeste habet mentem statuti pro se. Sed quærit immediate, vtrũ filia quæ præmoritur filio masculo, transmittat hoc ius dicendi nullũ ad hæredes suos: in qua quęstione Bar. dicit in d.l.fi. ꝙ aut q̃ris, vtrum hære des filiæ possint dicere testamentum nullum, & habere hæreditatẽ à iure transmissionis.& hoc non possunt, quia cũ viuente filio hæreditas nõ fuerit filiæ delata, ergo non potuit transmitti: vt l.j.§.sin autem sub conditione.C.de cadu.tollend.& no.in l.iam dubitari.j.de hære.insti. Aut q̃ris vtrum hæredes filiæ possint dicere testamentum nullum ex persona sua: & tunc poterũt, si sint descendentes ex filia cõcepti viuo auo: aliàs non, vt l.j.§.si quis proximior.ff. vnde cognati. Sed contra istud dictum arguit Bal.in d.l.ij.præalle.dicens ꝙ si testamentum est in pendẽti, vt dicit Bart.& retro censetur fuisse nullum, superexistente fœmina, & filio masculo: ergo filia transmittit hoc ius dicendi nullum ad suos hæredes: de quo dicit esse casum in l.si à primo.s.e. vbi patet, ꝙ licet filius præteritus moriat, anteq̃ scripti in primo gradu repudient hęreditatẽ: nihilominꝰ scriptis postea repudiãtibꝰ secundꝰ gradꝰ à quo filius erat pręteritus, erit nullꝰ. Sed ista cõsequentia cum reuerentia nõ est bona, gradus erit nullus, ergo filius transmittet hæreditatem suam ad hęredes: quia si filius præteritus moritur viuo testatore, testamentum remanet nullum: vt l.filius.s.eo.& tamen filius nihil trãsmittet. Et ꝙ in casu l.si à primo. filius non transmittat, videtur probari in l.j.§.proximo.ff.vnde cogna. vbi dicitur, ꝙ si proximꝰ ab intestato morit, dum hęredes scripti deliberãt, sequẽs in gradu succedit: ex quo dat intelligi, ꝙ primus nõ transmittit hæreditatem, quæ nondum erat delata ab intestato. & quia ille tex.loquitur simpliciter, potest intelligi etiam in filio, vel in alio, qui posset transmittere ius deliberandi, si hæreditas esset delata. Idem ergo dicemus in casu l. si à primo. quia cùm filio præterito descendente hęreditas adhuc non esset sibi delata ab intestato: propter nullitatem etiam gradus non potuerit trãsmittere hoc ius ad suos: & hoc tenuit text. satis clare in l.si posthumos in versi. ad hoc.& in ver.imo.j.eod. Dicitur enim in ver.ad hoc.ꝙ secundus gradus à quo filius est pręteritus, est nullus ipso iure, ad hoc vt primis repudiantibus posthumus possit esse hęres: in ver.autẽ sequenti dicitur, ꝙ posthumus sit mortuus, anteq̃ primi instituti repudient hẽreditatem, substituti non poterunt adire. ¶ Vnde pondero, ꝙ in primo casu vult testamentum esse nullum, ad hunc effectum, vt pteritus sit hęres. In scđo non repetit hunc effectũ, sed solũ dicit ꝙ pręteritio operatur effectum repellendi substitutũ: dicit autem idẽ in secundo casu, qđ in primo, si ius dicendi nullum sit transmissum ad hęredem: pręterea etiam concessio, ꝙ in casu l.si à primo. præteritus trãsmittat, illud est ideo, qa ius dicendi nullum iam erit deductũ in esse ad tollẽ dũ spẽ secundi gradus. Vnde vnum est inconueniens, ꝙ istud ius trãsmittatur, & in consequentiã hęreditas nondum delata, quæ venit accessoriè ad ius dicendi nullum, q̃ ꝙ in casu nostro ius dicendi nullum, qđ non erat deductũ in esse, tpe mortis filię transmittatur, nec possit considerari retrotractio, ex quo filia hic nõ extabat tẽpore mortis filij: deficeret ẽm extremũ habile à quo. ergo fictio nõ potest habere locum, vt traditur in l.eius.in prin.ff.de testa. Vnde opi. Bart. vr verissima, licet multi consuluerint contrarium, moti per l.scriptus.ff.ad Carb.& p ea q̃ habentur in l.ventre.per Bart.ff.de acqui.hære. In secundo casu, siue in scđa fallẽtia, quã ponit ad regulã, ꝙ hæreditas non adita non transmittitur. sed illa iura loquuntur in diuerso casu, videlicet q̃ñ quis impeditur adire ex facto hominis, non quãdo ideo nõ põt adire, quia secũdũ l.dispositionem hæreditas non est sibi delata. Vnde Bal.in d.l.ij. fatetur, ꝙ si filiꝰ est interim vere hæres, vt ipse, vult ꝙ hæreditas non delata filiæ non transmittitur. ꝓ qua conclusione bene facit tex.in l.ventre.in prin.ff.de acquir. hære. quẽ Bart.ibi ponderat ad hoc, vbi probat ꝙ si hæres legitimus institutꝰ moritur anteq̃ deferatur sibi hæreditas, quæ impeditur deferri propter posthumum nasciturũ, non transmittit hæreditatem non delatam, nisi in omnem euentũ sit successurus: vt ibi dicitur. ¶ †Sed relinquitur secundus casus magis dubitabilis, nunquid filius ex filia, seu descẽdens conceptus viuo auo possit ex persona sua rumpere testamẽtum: super quo vt dixi, Bar. dicit ꝙ sic: sed contrarium tenet Bal. expresse in l.si quis filium. in prin.C.de inof.te. mouetur, ꝙ statutum qđ dicit filiam non succedere q̃diu superest masculus, habet duo capita, vnum inclusiuum, quo masculi vocantur, & istud est absolutum, & simplex: aliud resolutiuum, ad qđ vocatur sola fœmina, quæ resoluit ius masculorum post ipsorum mortem: quia ergo in capite resoluto sola filia ponitur, sequitur ꝙ alij non resoluũt ius masculi, qui simpliciter est vocatus: alleg.no.per Bar.ad istam distinctionem in l.ij.§.videndum.ff.ad Tertul. Sed ista sua ratio non videtur sufficiens: quia sicut statutum, quod excludit filiam stante filio masculo, ex interpretatione iuris trahitur etiam ad nepotem, quia beneficium concessum filio extenditur ad nepotem, secundùm Bart.in liberorũ.ff.de verb.sig. vbi alleg. multas ll. ad hoc, vt plene per Bart.in l.maximũ vitiũ.C.de libe.pte. ita econtra beneficiũ istud resoluẽdi ius masculorũ, postq̃ masculi nõ extãt, attributũ filię trahet ad nepotẽ, & suos descẽdẽtes. Io.aũt de Imo.ĩ l.ei q soluẽdo.j.đ hę.inst.sit tenet opi.Bal.ĩ d.l.si qs filio. mouet, qa iste filiꝰ natꝰ ex filia tpe mortis testõris, nõ tenebat primũ locũ, cũ filia eum pdecederet: ergo nõ debet posse rũpere ex persona sua, p tex.no.& pl.si qs filio.j.ti.pxi. Sed ista rõ ita simpliciter intellecta, vr valde debilis, qa etiã filia exclusa à statuto stãte masculo nõ tenet primũ locũ tpe mortis ex forma statuti: & tñ postea rũpit testm̃, vt ex nunc vt suprà fuit dictũ. Est ergo aliter declaranda ista rõ: & ita credo fuisse de mẽte ipsius, vt dicamus ꝙ non est eadem ratio admittendi filiũ ex filia ad rũpẽdũ, & ipsum filiũ, qa filia repellitur à tenẽdo primũ locũ de iure spãli: filiꝰ aũt repellit de iure speciali & cõi, quia pcedebat eũ tpe mortis defuncti: faciliꝰ autẽ tollit ius speciale, q̃ ius commune. vt l.iij.§.j.ff.de te.& qui testa.facere.pos. Item facilius tollitur vnum obstaculum, duo: vt in §.affinitatis.Institu.de nup.& l.si ventre.in fi.de priuil.credi. ergo videtur, ꝙ ad filium ex filia non extendatur priuilegium rũpendi. Pro ista conclusione facit optime tex.in l.j.§.si sit nepos.& quod ibi per Bart.ff. de collat.do. vbi dicit, ꝙ licet nepos succedat in gradu paterno: non tamẽ succedit in hæreditate, ex persona patris, sed ex sua. Et ideo priuilegium concessum filio, ꝙ non conferat, non extenditur ad nepotem succedentem cum patruo. Idem ergo videtur dicendum in casu nostro, ꝙ priuilegium rumpendi contra regulas iuris concessum filiæ non trahatur ad nepotem, licet succedat in gradu filiæ. Sed ad illum textum potest responderi, ꝙ ibi loquitur de priuilegio, quod conceditur personę, & non gradui. †Priuilegium autem rumpendi, seu ius competit gradui, & non personæ: quod patet, quia ideo nepos rumpit, quia succedit in gradu filij: vt lege, Gallus.§.quid ergo.j.eod.& l.post humorum.j.titu. proxi. fortius ergo obstat ratio suprà adducta, cui difficile est respõdere. Sed tamẽ quia Bald. consulendo secutus est sententiam Barto.in dicta l.fi.& subscripsit Pe.de Ancha.Saly.& Anto.de But. huic consilio: ista opinio videtur cõmunior, & etiam magis secundùm mentem statuti, quia consideratio statuti fuit, velle quòd deficientibus masculis descendentes ex fœmina succederent in hęreditate potius, quàm extraneus. Vt ergo defendatur ista opinio dicamus, quòd cùm de iure communi sit regula, ꝙ nepos succedat loco filij in rumpendo, & etiam ab intestato: vt in §.cum filijs.Institu. de hęre.quæ ab intesta.defe. dispositio quę fit de filia in statuto, trahitur per interpretationem passiuam ad nepotem ex ea, vt declarat solenniter Bar.ĩ d.l.liberorũ.& sequit Bal.ĩ illa q̃ōe in l.maximũ vitium.C de liber.pręteri. Et si dicatur, non est eadem ratio, vt s. deduduxi. Respondeo, quamuis consilium sit difficile, quòd ex quo per statutum in persona filię fuit recessum à iure communi, ius commune non est amplius in consideratione. Vnde dicam, quòd nepos non excluditur à iure cõmuni, sed solùm à iure statuario, sicut filia. Et licet ista responsio non satisfaciat mihi omnino, tamen sequenda est opin.prædicta, quia magis videtur habere mentem statuti. Postremo debes scire, secundùm Bal.hic, quòd si statutum simpliciter excluderet fœminam extante masculo, & non per dictionem temporalem, quod, & quousq̃: tunc communis opin.habet, ꝙ si filius masculus extat tempore mortis, & adiuit hæreditatem paternam, filia & eius descendentes in perpetuum sunt exclusi: & si filius postea moriatur sine masculis: quia iam non tractatur de hæreditate primi morientis, sed de hæreditate filij, in cuius patrimonium transiuit hęreditas paterna: vt l.cùm hæredes.ff.de acquirenda possessione.& l.in fideicommiss.j.ad Trebell.& ista ratio est Barto.in lege, fina.j.ad Tertul. quam sequitur Bald.hic, & in l.posthumus.in princi. de inoffi.testamen.& in l.Gallus.§.quod si tamen.j.eod.& in aut.sed si qs.C. de se.nupt.& Angel.in l.Papi.§.si quis mortis.s.de inof. testa. licet Iac.de Are.dixerit cõtrariũ, & non bene in loco j. allegãdo: & est istud verum, etiamsi filius non vixerit post mortem patris, nisi per momentũ tẽporis. Casus est no.& ibi per Bal.in c.j.§.si episcopũ vel abbatẽ &c. in vsi.feu.& ita determinat Bal. clarius & melius in authen. in quibus.C. de secun.nupt. vbi omnino vide: ex qua doctrina satis clare sentit, quòd etiam si filius non adeat hæreditatem, multo minus filia excluditur: & sic psupponit, ꝙ filius transmittat hæreditatem ad hæredes, etiam respectu patris filiæ.& ista fuit opi.anti.doct. Vgolini de Fontana, quã refert & sequitur Cy.in l.j.C.de adult.& Ioan. And. solenniter in addit. Spec. in titul.de successi.ab intestato. super rubric. in addi. magna. in versi. similem quæstionem.& hoc etiam sentit Bald.hic. Sed Salyce.in d. l.j.C.de adul.tenet isto casu cũ Iac.de Aret. videlicet ꝙ si filius morit ante aditã hæreditatem, non transmittat ad suos hęredes portionem sororis, quę de fertur sibi ex dispositione statuti. Mouetur triplici ratione. Prima ratio sua est: quia quòd filius masculus excludat fœminam, hoc est quoddam beneficium delatum filio à statuto: sed successio cũ conceditur per modũ beneficij, nõ acquiritur nisi acceptet, nec transmittit ad hẽredes: vt patet in l.emãcipata.C.qui admitti.& in l.iij.§.acquirere.ff.de bo.po. in q̃bus dicit, ꝙ beneficiũ bo.pos.qđ concedit à ptore, nõ trãsmittit, nisi sit agnitũ: ergo idẽ dicendũ in casu nr̃o. Sed ad istud r̃ndet, ꝙ trãsmissio nõ ĩpedit ibi, qa ista concessio sit bñficiũ: sed qa reqrit factũ hoĩs, vt bñficiũ habeat locũ.s.aditione pretoris: vt declarat Bal.in d.l.emãcipata. Si autẽ beneficiũ conceditur sine facto hominis, cui beneficiũ cõfert, sicut in casu nostro, defertur successio à statuto de iure ciuili filio: tñ nõ reqreretur acceptatio beneficij, vt patet in l. cũ pater. §.surdo.ff. de legatis ij. & in l.finali.§.tali.C.de curatione furiosorum. Ista conclusio probatur in terminis nostris in l.apud hostes. C.de suis & legitimis. secundùm communem intellectum. vbi patet quòd quamuis hæreditas patris deferatur filio per fictionem l.Cornel.& sic de iure speciali, nihilominus filius trãsmittit ex capite suitatis. Secunda ratio sua est ista, quia filius transmit-

tit ad posteros hæreditatē, tanq̄ sibi debitam, siue ex capite l.j. de his qui ante aper. tabu. siue ex capite suitatis: quia transmissio fit propter dñi conti nuationem: vt videbis in l. si fili⁹ heres. j. eodem. Sed portio quæ defertur filio ex forma statuti, nō est sibi debita. Sed est quoddam lucrum proueniens filię ex forma statuti: ergo cessat ratio trāsmissionis. Sed ad ista respondetur, φ si præsupponis filium esse institutū à patre, hæreditas dicetur sibi debita: vt patet in d.l. vna. Si autē succederet ab intestato, adhuc hæreditas dicetur sibi debita: q͂a cū filia exclusa à statuto desinat esse sua, sc̄dm Bar. in l.j. §. sciendū. ff. de suis & legiti. & non faciat partem filio masculo, ex quo nō succedit, nec speratur succedere: vt l. Papi. §. q̄m autē. ff. de inoffi. testa. & l. qui repudiant. in prin. co. titu. & traditur cōiter per Bar. & alios in l. pater filio. e. titu. filius succedēs ex forma statuti est suus in solidū, ergo transmittit hæreditatē, non solum vt sibi debitam, sed vt suā. Et per hoc tollitur tertia rō Saly. qui dixit, quia filius transmittit hæreditatem vt adeundā, & non vt aditā: cōsiderabitur filia fœmina ex filio, vel alius q non sit descēdens masculus ex qualitate inhærente personæ suæ, non ex qualitate transmittentis: sicut do. Ia. de Are. ex capite suitatis transmittit hęreditatem, vt acquisitā, cū beneficio tñ abstinendi: & ita loquitur text. & ibi Bart. in l. si quis filiū. §. j. ff. de. acqui. hære. per quem patet, φ in ista hæreditate transmissa attenditur qualitas transmittentis, nō illius ad quē fit transmissio: aliàs beneficium abstinendi, q̄d dat̃ filio, & descendentibus, nō cōpeteret cuilibet hæredi filij. Pro ista conclusione est casus in l. si quis filiū. §. si. C. de ioff. test. vbi ꝓbat̃, φ q̄n q̄rela trāsmittit̃ à filio in nepotem, illa querela nō agitur de meritis nepotis, sed de meritis filij transmittētis: & sic inspicitur qualitas personæ transmittentis, & ad materiam vide q̄d plene not. in l. si. in fin. in vlti. q. C. de liber. p̄te. vbi plene discutit, vtrum filia quæ excluditur à successione intestati, possit testm̄ dicere nullū. & tenet in effectu φ non, sicut tenuit in l. posthumus. s. alleg. & Bar. in d.l. fina. & est cōis opi. ¶ 9 † Vltimò no. in vers. diuersū. quòd q̄n vna fictio[a] venit ad cōsequentiam alterius, duę fictiones ex eodē fonte & circa idē cōcurrūt: hoc enim, q͂a filius q morit̃ apud hostes, fingitur decessisse viuo testatore: consequenter inducitur alia fictio in persona nepotis, vt nepos videatur retro fuisse in potestate ipsius aui. & hanc regulā approbat Bar. in l. si is qui ꝓ emptore. in vlti. char. ff. de vsu. ¶ In gl. illa ibi: agere pōt hodie &c. Ista gl. dicit id, q̄d clari⁹ dixit gl. inferi⁹ super vers. fuerit, φ filio exhæredato nepos nō pōt intentare q̄relā ex p̄sona sua, sed ex p̄sona p̄ris dū extat: q̄d est dicere, successoriū edictū nō h̄re locum in q̄rela: de quo tāgit hic aliq̄d Bar. & plenissime scribit Io. de Imo. post eū, cui⁹ dicta referā in l. ī suis. j. e. Et q͂a gl. dicit, φ hodie q̄rela nō p̄parata transmittit̃ ad descendētes: debes scire, sc̄dm Ang. in l. nā is. ff. de inoff. test. φ licet fili⁹ ita trāsmittat, nō tñ ecōuerso pater transmittit q̄relā ad suos posteros si est exh̄redat⁹: & simil̄r q̄rela q̄ cōpetit contra testm̄ fratris turpi p̄sona īstituta, nō trāsmittit̃ ad posteros. Cy. & Bal. in l. scimus. in fine. C. de inoffi. test. licet gl. dixerit cōtrariū, & nō bñ in l. si pater tuus. C. e. ¶ 10 † In gl. posita sup verbo, moriēte. vides ex ista gl. iūcto tex, φ verbū p̄sentis tp̄is ponit̃ ꝓ tp̄e p̄terito. Vnde pōt induci ad q̄ōnē, quā ponit Ang. in l. iij. §. hæc verba. ff. d̄ neg. gest. hic alleg. in gl. φ si in articu. continetur aliquē fuisse mortuū, & testis īterrogat⁹ sup artic. dicat vera esse cōtēta in articulo: & īterrogat⁹ de cā sciētię, r̄ndeat φ vidit eū mori, ista censet̃ esse bōa redditio causæ, q͂a exponit̃ .i. mortuū esse. Sed Bal. ī l. arborib⁹. §. I ul. ff. de vsufr. dicit, φ si testis dicit se vidisse aliquem intrare palatiū, nō ꝓbat illum intrasse palatiū, ex quo deponit per verbū vel præsentis, vel præteriti imperfecti. Sed pōt dici pro concordia, quòd aut in articulo continetur actus perfect⁹: verbi gratia, φ aliquis fuit mortu⁹: & testis respondet cōtēta in articulo vera esse, & tunc vera sit opi. Ang. quia redditio causæ sequētis declaratur per dictum principale, q̄uo testis intellexerit: vt no. declarat Bar. in l. Labeo. in prin. ff. de supel. leg. Si vero testis non dixerit vera esse cōtenta in articulo, sed hoc tantū scire de cōtentis in eo, vel si non productus super articulis, sed super tota causa, & interrogatus de veritate, dixerit se tm̄ scire, valet sic. Et tunc posset ꝓcedere dictū Bald. quia verbū testis obscurū interpretatur cōtra ꝓducēte: vt in c. in præsentia. extrà. de proba. & per gl. & Bar. in l. si quis intētione ambigua. ff. de iud. Credo tñ etiā in isto casu dictū testis posse saluari in actibus, in q̄bus inter initiū & cōsummationē solet esse ita modica distantia, φ q videt principiū vel actū in fine, etiā cōiter solet videre finē, & p̄fectionē actus, in exemplo palatij ingressus: dictū eñ testis cōcludit p̄sumptiue in his, q̄ cōiter testis præsumitur cognoscere ex actu super quo deponit, vel per quē reddit cām: vt plene traditur per Bartol. & alios in l.j. ff. si cer. pe. Hunc etiam tex. cum gl. inducit hic Pau. de Ca. φ si Comiti Palatino conceditur priuilegium, φ possit legitimare filios spurios in vita patris, & in morte: ista verba, in morte, possunt interpretari .i. post mortem: & ita sunt interpretāda, vt priuilegium aliquid operetur, iuxta c. si papa. de priuil. lib. vj. & l. si quando. ff. de leg. ij. nihil autem operantur ista verba, si intelligerētur de morte imperfecta: quia tunc cùm pater adhuc viuat. l. qui duos. de manu. testa. ff. & l. si. j. de condi. insti. ex quo capite haberet p̄tātem legitimādi. Vtrū aūt ecōtra verbū q̄d significat actū perfectum, verificetur in actu nondum cōsummato: vide text. in l.j. in fi. ff. quod quisq; iuris. & per Bal. in l. si fugitiui. C. de ser. fugiti. vbi optime loquitur. & quod ibi not. in l. talis scriptura. j. de leg. j.

Sed si ex ea. Institutio cōtinens turpitudinē, est nulla ipso iure, nisi possit referri ad casum, quo nulla erit turpitudo, non expectatur aliquis euentus, q non debeat considerari. Secūda est ibi: sed si propter adoptionem. ¶ 11 † No. vnum verbū duntaxat, ibi: quia adoptionem solutam & c. quia institutio facta simpliciter, quæ non potest valere pure, intelligitur facta sub conditione, sub qua actus poterit valere: facit tex. in simili in l. fideicomissa. §. si quis seruū. ff. de le. iij. & in l. epistola. in prin. vel in §. j. ff. ad Treb. q tex. pōt facere ad multa.

SVMMARIVM.

1. ☞ Indefinita nedum æquipollet vniuersali, sed est eiusdem effectus.
2. Dictio, si, apposita ab homine, disiungit sensum & verba.
3. Dictio, quodāmodo, de sui natura significat fictionem.
4. Occidere aliquem cui p̄mittitur, potest multofortius eū bonis spoliare.
5. Merita & demerita patris considerari debent in cognitione querelæ inofficiosi.
6. Dominij continuatio reddit testamentum nullum, quæ non potest tolli tacita probatione in fauorem filij.

Commodissime. Hoc dicit: Prouisio facta ī vnū casum non trahit̃ ad alienū, etiā fauore testamenti. Prouisio aūt simplex vel indefinitè cōplectitur omnem casum. Secūda est ibi: si alteruter, Tertia ibi: q͂a hic. ¶ 1 † Primò not. ibi: cōmodissime &c. iuncto ver. aut etiā pure. quòd locutio indefinita[b] nō solū æquipollet vniuersali, sed etiam videtur oīno habere eundē effectū, quē vniuersalis: dicit eñ iurisconsultus. φ vtroq; modo fit cōmodissime institutio, siue oēs casus expresse cōprehendātur, siue sub locutione indefinita: q̄d facit ad no. per Inno. & Moder. in c. auditis. extrà. de p̄scri. & per Bart. in l. si pluribus. j. de lega. ij. In illa quæstione, vtrū indefinita significet vniuersaliter ex ꝓprietate sermonis, vel ex interpretatione. ¶ 2 † Secūdò no. φ dictio, si, apposita ab hoīe, disiūgit sensum, & verba: & intellige quòd verba posita in tex. sint verba testatoris .i. apponēda à testatore: aliq̄n tamen ponitur aliter, vt not. in l. si quis ita. j. de auro & arg. lega. not. ibi: nec sub cōditione quidē scriptus & c. secundū Bartol. quòd quādo cōditio in futurū adijcitur incertæ p̄sonæ, ista cōditio nō solū stat in vi cōditionis, sed in vi demōstrationis. Vnde illa persona censetur instituta, in qua verificata est cōditio. illa aūt in qua non est verificata, seu impleta, nunq̄ censebitur esse instituta: & ideo nō habebit locū in casu nostro. l. q̄m in prioribus, C. de inoffi. test. videlicet φ cōditio remoueat̃ de medio, & īstitutio remaneat pura vsq; ad legitimā: quia ille in quo diuisio nō verificatur, censet̃ non fuisse p̄teritus, & sic non poterit remoueri conditio ab eo, tanquam instituto cōditionaliter: q͂a in casu, quo deficiat conditio retro, nunquā videbit̃ fuisse institutus, imo vere nunquam fuit institutus, q̄m testator nō est locutus de ista p̄sona. & per hoc dicit se aliàs cōsuluisse de facto: quia si testator mille reliquit filiæ suæ nasciturę, q̄ cōtrahet matrimoniū, & ducēta illi, quæ ingrediat̃ monasterium, & nascat̃ filia, q̄ neutrū istorū facit, sed simpliciter seruat cōtinētiā in domo, sicut istæ sorores tertij ordinis: ista filia poterit dicere testm̄ nullū, quia ipsa nullo modo videt̃ instituta, p̄ istū tex. Paul. aūt de Cast. hic nititur impugnare ista dicta Bar. & considerat duos casus ad intellectū istius literæ. Dicit eñ, φ si testator nō habet vxorē, vel si est prægnans, ignorat eā esse talē, tunc ꝓcedit decisio iurisconsulti: & isto casu dicit esse intelligendū tex. q͂a testator nō retulit se ad certā personam, q̄ possit sub cōditione institui, Aut testator habebat vxorem prægnantem, & hoc

a ¶ Quādo vna fictio. Adde an duę fictiones possunt simul cōcurrere in eodē, sup eodē: vide in l. si is q pro ēpto. ff. d̄ vsuca. l. si sub cōditione. ff. de sol. gl. ī l. j. C. de dotis pro. a mis. Card. Zab. ī c. is q. de spon.

b ¶ Indefinita. Adde an æq̄pollet in testibus, Inn. & Abbas ī c. auditis. de p̄scrip. & an æq̄pollet in ꝓbationib⁹, vide per Bar. ī l. curiales. C. de p̄d. cur. lib. x. & p Alex. de Imo. in l. rescriptū. in prin. ff. de pact.

sciebat.& tunc secundũ eum quia testator retulit se ad certam personã, id est ad posthumum,qui erat in ventre,non erit verum:dicit in tex.ꝙ in casu omisso posthumus omnino sit præteritus:sed dicetur certa persona instituta sub certa cõditione,quæ non est in potestate eius, & ex hoc capite de iure isto testamentum est nullum:vt l.suus quoq;.§.j.j. de hæ. inst.& l.si pater.C.de insti.& substi.De iure autem nouissime tolleretur ista conditio de medio,& censeretur posthum⁹ simpliciter institutus vsq; ad legitimam:& sic valeret testamentũ scd̃m opi.Barto.& glo.de qua in iuribus præal.Et ex hoc infert ad qõnem Bart.ꝙ si testator qui taliter reliquit filiabus suis,habebat vxorem prægnantem,hodie testamentum non esset nullum,scd̃m opi.Bart.supra dictã,quia tolleret̃ cõditio de medio vsq; ad legitimam:in reliqua autem hæreditate expectaretur euent⁹ conditionis:& ita consuluisse Ray.de Forliuio,qui simpliciter & in omni casu dixit,ꝙ filia in casu Bar.videbatur instituta sub conditione ptãtiua,quæ hodie tollitur de medio,per l.quoniam in prioribus.s.allegat. quã opi.Ray.præfatus doctor dicit esse veram in suprà dicto casu,cum aliqua modificatione:de qua j.dicetur. Vbi autem essemus in casu l.nostræ,videlicet quia testator instituens filias sub prædictis conditionibus nõ sciret se habere ventrem prægnantem:tunc prima facie,dicit ipse,videretur procedere opi.Barto.tamen finaliter tenet oppositum,& ad legem nostram respondet,ꝙ hic erat apposita sola conditio natiuitatis, q̃ nato filio nõ tenebat testamẽtũ in suspenso,imo aut statim testamentũ erat nullum,aut statim valebat.Sed in casu Bar.etiam post natiuitatem posthumi volũtas testatoris stabat in suspenso,quia debebat spectari euentus,id est,quid faceret ista filia in futurum:vtrum rumperet, vel intraret monasterium,vel non,quod videtur esse inconueniens,& contra l.fin.ff.cõia prædio.Vnde potius debet interpretari scd̃m eũ,ꝙ filia non sit præterita in aliquo casu : sed instituta sub conditione,si matrimoniũ contrahat,vel si monasterium ingrediatur.Raph.aũt dicit,ꝙ etiam si filia isto voueat castitatem in domo,assumendo certum statum nouum religiosum,largo modo dicet̃ ingressa monasteriũ:& sic videbitur instituta. ꝑ ea q̃ habentur in simili in l.talem.§.fina.j.de hære.insti.vbi ex morte testatoris,vt valeat institutio,verbum meũ & suum verificatur ĩ liberto, in quo patronus licet non habeat dñium stricto mõ, largo tñ modo põt dici dñs propter ius,qđ habet in liberto.Et istud dictũ posset forte ꝓcedere,qñ esset relictũ filio si ingrederetur religionem.Sed si est relictum ꝓut ponit Bar. si ingrediat̃ monasteriũ:tunc ꝙ nomine monasterij largo modo posset cõphẽdi domus priuata,hoc non ꝓbatur iure. Redeũdo ad dictũ do.Pau.aduerte, quia inquantum limitat hanc l.in primo casu mõ suprà dicto,ista iã sua limitatio minus astringit tex.qui ita bene põt loqui de posthumo ꝑterito, qui erat in ventre,sicut de eo qui nondum erat conceptus.Et ꝙ ista sua positio sit falsa,probat̃ in l.Titi⁹.§.Lucius.j. eo.ibi:verba quidem &c.vbi patet,ꝙ ex proprietate verborũ testator q̃ instituit posthumũ,q̃ est in ventre ,& quem scit esse in vtero,non vr̃ instituere eundẽ,si tpe testamenti sit iam natus :& tñ certũ est, ꝙ de certo noĩe instituendo senserit testator,& de eodem,id est, de eo qui fuerat in vtero,& quem testator adhuc esse sciebat , licet tũc tpis idẽ homo natus esset.Vñ intelligendo tex.nr̃m simpl̃r,ꝓut iacet, dico ꝙ iõ posthumus quẽ testator sciebat esse in vẽtre,si instituitur cũ nascetur post mortem, vr̃ ꝑteritus,si nascitur ĩ vita testatoris:quia sub alia specie filiorũ seu posthumorũ est institutus,& sub alia nascitur:sunt em̃ duæ spẽs posthumorũ:vt l.iij.§.posthumos.ĩ tex.& gl.j.tit.proxi.Vñ ꝓ tãto dr̃ iste posthumus alia persona,ꝓ q̃to non cõtinet̃ sub specie posthumorũ,de qua est facta mentio in testõ.Nec est nouũ istud,ꝙ vna & eadem persona naturaliter,quo ad iuris intellectũ,capiatur pro duabus ꝑsonis,propter duas qualitates sibi diuerso tpe vel eodẽ inhærẽtes:vt patet in l.si consul. ff. de adop.& in l.si pater.§.qui duos.co.ti.& l.accipientis.ff.de aur. tuto. bene facit tex.& qđ ibi not.in l.fi.ff.de inof.test.Et ista opi . sine dubio est tenenda,quia absurdum esset,ꝙ iurisccõsultus,qui in ista l. ꝓcedit per modum doctrinæ,& vult docere qũo pfectè vel ĩperfectè ĩstituat̃ post humus,omisisset hũc casum,qui potest frequenter cõtingere . ¶ In scd̃o aũt mẽbro,vel casu,rõ do.Pau non concludit,ꝙ quia interpretatio Bart. suspendit volũtatẽ defuncti, ideo persona incerta instituti sub conditione non videat̃ ꝑterita,si in ea non verificatur cõditio,q̃ nõ solũ obtinet vim conditionis,sed vim demonstrationis, qa verba hoc non patiuntur, vt videatur instituta. Et vt tñ intelligas perfectè opi.Bar.ostendo ꝙ dispositio ista suspendatur ĩ terminis Bar.vsq; ad extremũ mortis articulũ: nam aut filia nata non nubet, nec ingrediẽt monasteriũ,nec eliget vitã, q̃ habeat votũ continentiæ:& tũc certũ est,ꝙ vtrũ sit præterita, vel nõ, poterit constare ĩ vita ipsius:qa & in extremo mortis articulo posset ingredi monasteriũ:vt in c.fi.de succes.ab intest.& possit cõtrahere matrimoniũ,vt dictũ fuit in l.sed est quęsitũ.s.e. Licet ergo miles protestaret̃ in vita,ꝙ non vellet nubere,nec ingredi religionẽ,quia tamẽ posset pœnitere,ista conditio negatiua non posset impleri nisi post mortẽ,vt l.Mutianæ.& qđ ibi no.j.de con.& demõ.& l.pater Seuerinã.in fi.j.eo.Si aũt in vita ista filia ꝓfitetur tertium ordinẽ scti Frãcisci,tũc fateor ꝙ nõ posset contrahere matrimoniũ,si ex priuilegijs suis ille ordo habet võtũ solenne,qđ solũ impedit matrimoniũ cõtrahi:vt in c.j.de voto.li.vj.sed ꝑ hoc non impediret̃ ingredi monasteriũ, & transire ad arctiorem vitam: vt in l.licet.C.de reg.in antiquis.& sic adhuc remanet incertũ in vita filiæ,vtrũ esset ꝑterita:ex hoc sequeret̃,ꝙ filia interim non posset dicere testm̃ nullũ,ex quo esset incertum,vtrũ esset præterita,vel nõ, qa vr̃ absurdũ,qa sic filia excluderet̃ ex voluntate testatoris à iure dicendi nullũ, etiã ꝑter regulas iuris,q̃ dicũt ꝙ ꝑterit⁹ nat⁹ statim rũpit:vt l.iij.§.ex his. j.ti.ꝓxi.Ne ergo inducat̃ hoc incõueniens,oportet dicere alterũ de duobus:vel ꝙ ista filia interpretatione iuris habeatur pro instituta sub conditione potestatiua,vel ꝙ filia nata incontinenti posset dicere testamentũ nullũ:si tamen vult,potest petere conditionẽ, & parendo videbitur hæres scripta,& cõfirmabitur testm̃.Primũ dictũ potest sustineri hoc modo: quia ex quo ista filia implendo cõditionẽ potestatiuã potest facere,vt videat̃ instituta intellectu iuris,non dicetur præterita,sed habebitur pro instituta,sicut contingit aliqñ in iure:vt videbis in l.Titius.§.Lucius.j.e.& cã est,qa sicut hæredi potest assignari terminus ad adeundũ,q̃uis sit institut⁹ sub conditione ptãtiua,& licẽ nõ sit sibi delata hr̃ditas,quia ipse põt facere,vt hr̃ditas sibi deferatur:vt in l.si quis hæres instituat̃.§.j.& ibi ꝑ Bar.j.de hę.inst.ita vr̃,ꝙ filius debeat haberi pro scripto,quia est in eius ptãte,vt intelligatur scriptus:& ista interpretatio esset æquior de iuris subtilitate ratione præmissa.Secũdũ dictũ vr̃ verius,& poterit filius parendo conditioni approbare testm̃,saltẽ de iure prætorio:vt dicit gl.ĩ fi. in l.suus quoq;.§.j.sup verbo,fecerit.j.de hæ.inst.Posset etiam forte attẽtari,ꝙ ex quo implendo cõditionẽ filia intelligitur instituta, ꝙ testm̃ posset approbari de iu.ciui.qa ĩpleta cõditiõe cessat intellect⁹ ꝑteritiõis, & filius , licet nulliter, reperitur tñ institutus in testõ:per ea q̃ habentur in l.si quis testõ.j.de cond.insti.de cuius l.intellectu dixi in l.si filius qui in potestate.s.eod.¶ In glo.posita super verbo,intellige.ibi:posuit ideo &c.Gl.ista sentit vnam solutionẽ,quã hic approbat Bar.videlicet ꝙ ideo in l.si posthumus nascitur in vita,censeat̃ insti.ibi:quia cũ esset in extremo mortis articulo constitut⁹,verisimiliter credebat se statim moriturũ. Vñ ꝑsumitur,ꝙ si credidisset se viuo posthumũ posse nasci,similiter fuisset illũ instituturus:& ideo ex verisimili coniectura mentis testatoris vr̃ institutus,sicut dr̃ in simili in l.Titius.§.Lucius.j.eo.& in l.iij.C.de ma.te. Sed ista solutio nimis restringit illũ tex.& est diuinatiua:vnde Bar.met in l.si cũ dotẽ.in prin.s.so.mat.& Bal.ĩ d.l.fi.& Io.de Imo.hic dicũt,ꝙ ĩ l.nostra verba erant clara,ita ꝙ ex figura verborũ non poterat comprehẽdi casus omissus:sed in l.fi.verba erãt ambigua,& ideo cũ possent reflecti ad vtrũq; sensum,verba testamẽti vtrũq; casum cõphẽderet.Sed istã solutionẽ impugnat hic Raph.& aliqui Mod.referentes,nõ quia ĩ primo exẽplo scd̃m eos verba non poterant esse ambigua,nec cõplecti vtrunq; casum:& ideo ipsi transeũt ad tertiam solõnẽ,q̃ ponitur in gl.in d.l.fin. de cuius intellectu videbimus postea.Sed tñ põt dici,ꝙ secunda solutio est vera,& ꝙ etiã in primo exẽplo verba possent habere duplicẽ intellectũ:dicit em̃ tex.in d.l.fi.in primo exẽplo.ꝙ si testator instituat filiũ,vel filiã:isto mõ,filius vel filia,q̃ intra x.menses post mortẽ meã editi erũt, hr̃des sunto.ꝑ ista verba intelligitur institut⁹ posthum⁹ natus viuo testõre:q̃ verba possunt dupliciter exponi.Vno mõ,vt verbũ illud,post mortẽ meã,determinat verbum seq̃ns,editi erunt.bene facit constructio,& sensus est,vt intelligatur institut⁹ posthumus,qui nascetur post mortem intra x.mẽsem.Scd̃o mõ potest intelligi,ꝙ verbum illud, post mortẽ,determinat vltimũ verbũ pośitũ in ratione dũtaxat.s.hæres sunto : & tũc transponenda est rõ,& soluenda hoc modo:filius vel filia, q̃ mihi intra x.menses editi erunt post mortẽ meã,hæredes sunto:& sic ex proprietate sermonis siue posthumus nascatur in vita,siue post mortem, dũmodo intra x.menses,videbitur institutus.Scd̃m aũt exemplũ illius l.satis clare potest cõtinere vtrũq; tp̃s:fuit enim institut⁹ filius,vel filia,qui x.mẽsib⁹ mortis suæ proximis natus esset in locutione:ita possunt intelligi x.mẽses ꝓximè antecedentes mortẽ,sicut & decẽ sequentes mortem. Rapha. autẽ hic, & Ful.in dicta l.de posthu.hær. instit.quos hic referunt cæteri Moder. & sequuntur,dicunt quòd intellectus positus in gloss.dictę l.fi. est verior,in quo gloss.dicit,ꝙ dictio ,intra , aliquando ponatur pro ante.ꝓbat tex.in l.j.in prin.ff.de vul.& pu.& l.si intra.ff.de pact.scd̃m eos. Est ergo sensus illius literæ talis,ꝙ si instituitur posthumus,q̃ ante x.mẽses,currentes post mortẽ testõris nascetur ,per ista verba videatur institut⁹ quilibet posthumus,qui nascetur vel post mortẽ,vel in vita:quia vnusquisq; istorũ dr̃ nasci ante x.menses completos: posuit enim testor istũ terminũ,secundũ doc.predictos: quia post x.menses cõputandos à morte defuncti non potest posthumus videri natus ex moriente:vt l.intestato.§.post x.ff.de suis & legit.Tu autem aduerte pro isto intellectu ad duo.primum est ꝙ iste non est intellectus gl.in d.l.fi.nec glo.dum dixit, ꝙ dictio,intra,ponitur pro citra,habuit hunc intellectum,vt exponeret̃. .i.ante.ꝙ autem ita,manifeste patet ex gl.& ex præcedentibus.Ponit em̃ gl.in secũdo intellectu,de quo agit̃ nunc,ꝙ testator instituit filium & filiã sic nascituros,vsq; ad x.menses.deinde in gl.seq.& sequenti dixit , ꝙ testator voluit illos x.menses currere ex tpe testi facti:ex quibus verbis apparet dictum secũdũ positionem gl.ꝙ siue posthumus nascatur in vita post mortem,debet tamen nasci intra x.menses incipiendos à tẽpore testamenti:& sic patet,ꝙ dictio,intra,stat proprie,& cõplectitur terminum medium intra primum mensem,& vltimũ ex x.sicut est de natura istius dictionis:vt l.j.§.fi.j.de succes.edic . Qđ autem dicit gl.quòd ibi dictio,intra, exponitur pro citra,non mutat naturã istius dictionis,sed hoc significat,quòd cùm testator senserit de posthumis nascituris intra

x.menses numerandos à tẽpore testamenti, pinde est, ac si dixisset, istituo posthumos, qui nascẽt intra x.menses citra: dictio ergo, citra, significat hic ꝙ terminus à quo debeant incipere isti menses, incipiunt exnunc: sicut cũ dicimus, ꝙ aliquis possedit à x.annis, & citra, significatur ꝙ vnus ex terminis x.annorũ finitur nunc. Secundò debes aduertere, ꝙ ista lectura nullo modo videtur posse stare per tex.d.l.fi.in fin.vbi dicit, ꝙ siue posthumus nascatur viuo testatore, siue eo mortuo, dũmodo intra x.menses à morte testatoris cõnumerãdos, satis est. Si ergo dictio, intra, exponitur per ante, vt isti volunt: sensus illius versi.erit iste, ꝙ siue posthumus nascatur viuo testatore ante x. menses completos, siue post mortem testatoris, rectè videatur institut⁹. Sed ista locutio non põt conuenire posthumo nascenti in vita testatoris, quia ille non potest nasci post x.menses, qui debeant currere post mortẽ testatoris. Quid ergo fuit opus dicere, si posthumus viuo testatore nascatur ante x.mẽses, cũ nũꝗ̃ posset nasci nisi ante? Certè fuisset abusiua locutio, & non conueniens. Præterea siue exponas, intra, propriè: siue, pro ante, vt isti volunt: per hoc non tollitur difficultas contrarij, si verbũ, post mortẽ, positũ etiam ĩ tex. determinat etiã verbum, editi erũt &c. Erat enim sensus literæ, ꝙ filius vel filia, qui nascitur post mortẽ.i.ante x.mẽses, censeant̃ instituti: ergo nõ filij, qui nascent̃ in vita testatoris. & sic adhuc remanebit contrariũ istius legis. Si autẽ verbũ, post mortẽ, non determinat verbũ, editi erũt, sed recipit subauditionẽ: vt dicit gl. sensus erit iste, ꝙ si filius vel filia nascantur intra x.menses post mortẽ testatoris cõputandos, vtrum in vita cõcurrerint, vel post mortẽ, & intra illos x.menses posthum⁹ sit natus, vel nõ: tunc etiã ponẽdo dictionẽ, intra, propriè, vt comprehendat mediũ, qđ est inter primũ, & x.mẽses. & etiã ipsa extrema: vt dicitur in d.§.si intra. adhuc posthumus natus viuo testatore videbitur institutus, dũmodo nascatur intra x. menses. & sic non erit opus pro fugiendo contrario l.nostræ exponere intra.i.ante. Fateor tamen ꝙ exponendo isto modo dispositio esset vniuersalior, & perfectior, quia cõprehenderet posthumũ natũ etiam vltra x.menses, quocunꝗ̃ tẽpore. Quia ergo ista lectura nec conuenit textui, nec dicta expositio intra.i.ante, plus saluat tex.ꝗ̃ si dictio, intra, ponatur proprie. & quia secundũ hanc lecturam impropriantur etiam verba testatoris, & saluantur per subauditionem faciendã ad verbũ, post mortẽ: sicut facit gl. in secũda lect.sua. ideo q̃rendum vr̃ pro alia solutione. Vera aũt solutio vr̃ esse ista, vt distinguamus ꝙ aut testator simpliciter instituit posthumũ nasciturũ post mortẽ, & tunc procedat l.nostra cũ limitatione hic posita per Bar.q̃ est vera in se, licet diuinet ad text. in dicta l.fi. Aut testator ĩstituit posthumũ nasciturũ post mortẽ intra x.menses: & sicut fecit in d.l.fi. & tunc dicamus, ꝙ vr̃ institut⁹ etiã posthumus, qui nascitur in vita. Ratio differentiæ est ista: quia sicut visum est in solutione hic posita in gl. & approbata per Barto. quando potest capi alia coniectura in dispositione testatoris instituẽtis posthumum in vno casu, ꝗ̃ hic, ꝙ ponendo vnum casum voluerit aliũ prætermittere, dummodo illa coniectura sit probabilis, non habet locũ dispositio l. nostræ, sed tacitè in vtroꝗ̃ casu videtur facta institutio. Est autẽ coniectura probabilis in casu d. l.fi. ꝙ idcirco fecerit mentionẽ spãlem de posthumo nascituro post mortẽ, non quia voluerit natũ in vita nõ esse institutũ, sed quia tẽpus x.mensiũ, quod volebat apponere, erat apponẽdũ solum ꝓ posthumo nato post mortẽ: & secundùm istam lecturam tex, in si. stat proprie, & loquitur de x.mẽsibus, qui numerantur. i. incipiunt currere à morte testatoris. ¶ Sed contra istam lecturam fortiter obst. quia si testator voluit apponere hoc tempus posthumo nascẽti post mortem duntaxat speciali ratione, vt dixi, quæ non conuenit, posthumo nato in vita: ergo si posthumus nascitur in

a ¶ Dictio, quodãmodo. Adde l.si cùm me vacuã. & in l.si pater.ff.de vulg. & pup.l.ad tp̃s. in §. fi.ff.de vsucap. l.in suis.ff.de li.& posth.& in l.j.ff. de re iudica.

b ¶ Statutũ permittit. Adde Nellum in tractatu de bannitis.

& tūc deſinit eſſe ſu⁹, per tex. in l. iam dubitari. & l. Cornelius. j. de hære. inſt. & per l. verba. j. de cō di. inſti. quæ ll. inducūtur ſic. Dicitur in l. iam dubitari. ꝙ per iſtā conditionē filius deſinit eſſe neceſſarius: itē non pōt abſtinere, ſi impleuit conditionē, quia voluntate ſua factus eſt hæres: & ſic ex hoc cōcluditur, ꝙ erat ſublata ſuitas, quia ſuitas facit aliquē hęredē ipſo iure, & anteq̄ velit: vt l. in teſtamēto. §. pe. j. de ſuis & legi. & in §. ſui. Inſti. de hær. quali. & diffe. & ī l. fi. §. j. C. de cu. fur. Tex. autē in l. Cornelius. inducitur ſic: quia ibi dicit̃ in ſecūdo reſponſo, ꝙ iſta conditio in neceſſarijs nō ſolū habet figurā, ſed materiā conditionis: natura autē conditionis eſt, vt impediat hæreditatē deferri: vt l. j. §. ſin autē ſub cōditione. C. de cadu. tollen. ergo filius interim nō potuit eſſe hæres ipſo iure, hæreditate nō delata. ¶ Cōtrarium tamē tenuerūt Saly. Bal. Ang. in l. Cornelius. j. de hære. inſti. & in d. l. iam dubitari. dicētes ꝙ iſta cōditio nō impedit hæreditatē deferri filio, nec filiū eſſe ſuum, ſed ſolū mutat qualitatem ſuccedēdi, quia efficitur de neceſſario voluntarius: & ita dicunt tenere gl. vltimā in l. iā dubitari. p̄alleg. Sed glo. poteſt aliter exponi: vt in dictis iuribus plenius do. Io. de Imo. Ange. autē pro opinione ſua arguit iſto mō: qa licet per iſtā cōditionē tollatur neceſsitas, quæ eſt inducta in fauorē teſtatoris: nō tñ tollitur ſuitas, q̄ eſt inducta in fauorē filij: vt l. in ſuis. ſ̃. e. & l. cū ratio. in prin. ſ̃. de bo. dā. Vnde ſecundū eū teſtator nō poteſt tollere ſuitatē in filio acquiſitā ſibi ex prouiſione l. ſine legitima cauſa: & ideo nō poteſt filiū exhæredare ſine cauſa iuſta. Facit tex. in l. in arrogato. ſ̃. de adop. & in l. j. §. ſi impuberi. j. de coll. bo. Sed huic rōni nititur rn̄dere Io. de Imo. q tenet oppoſitū in locis p̄allegatis. dicens, ꝙ licet teſtator non poſsit penitus tollere ſuitatē, pōt tñ eā ſuſpendere: vt patet in filio inſtituto ſub alia ſpecie conditionis poteſtatiuæ, de qua j. dicet̃, qui interim pēdente cōditione nō eſt ſuus: vt eſt caſus in iſta l. ſcd̄m vnū intellectum, & plenius dicā ibi. Sed iſta reſponſio p̄ſupponit, ꝙ impleta iſta cōditione filius efficeret̃ ſu⁹: qđ nō eſt verū, vt j. videbis. Et ideo tu dic pfecti⁹, quāuis reſpōſio pręcedēs ſufficiat ad tollēdā rationē Ang. quòd ſuitas poteſt tolli à teſtatore, quādo eſt quid quod imputetur filio, cur nō paruit voluntati teſtatoris. Vnde videmus, quòd ſi filius ſit inſtitutus ſub cōditione poteſtatiua velata, & nō paret cōditioni, ſine dubio deſinit eſſe ſuus: vt p̄batur in l. fi. j. de cōdi. inſti. vbi deficiēte cōditiōe in vita filij remouetur filius, & ſuccedit ſubſtitutus, & melius in l. ſuus quoq;. §. j. j. de hęredi. inſtitu. vbi patet, ꝙ ſi filius nō implet cōditionē poteſtatiuā, nō pōt tāquā pręteritus dicere teſtamētum nullū, quia nō remanet ſuus. Et ſi dicatur, qñ filius inſtitutus impleuit cōditionē, tūc nō debet priuari ſuitate, qa hic nulla eſt culpa ſua. Reſpōdetur, ꝙ hoc venit in cōſequētia ad ipſam cōditionē volūtariā. Vñ filius nō priuat̃ ſuitate immediatè à teſtatore, ſed à lege, quę inducit diſpoſitionē ſuam ex facto teſtatoris pręcedēte. Vnde dicemus, ꝙ teſtator inſtituēdo filiū ſi volet, licet immediatè, & principaliter, nō poſſet ſine cauſa priuare filium ſuitate: in conſequentiā tñ poterit: arg. l. ſi is qui duos. §. fi. & qđ ibi per Barto. j. de lib. leg. & l. ſi quis ſeruū. ſ̃. de act. emp. & qđ no. Barto. in l. fina. C. de pact. Cauſa autē cur filius tunc non eſt ſuus: quia vt dicit tex. in l. iam dubitari. implendo conditionē acquirit ſibi hæreditatē ex ſua voluntate, anteq̄ adſit ſuitas: vnde ſi ſuitas ſuperueniret, poſtea nihil operaret̃: quia cū ſit inuenta ad acquiſitionē faciendā ipſo iure, vel ad dn̄ium quæſitum continuandū, neutrū iſtorum pōt facere nūc, cùm iam inueniat dn̄ium quæſitū ex aditione voluntaria, qđ retro videt̃ quæſitū à tempore mortis: vt l. hæres quandoq;. j. de acquir. hære. Quod enim quæſitum eſt ex vna cauſa irręuocabili, nō poteſt quæri amplius ex alia: vt l. iij. §. ex plurib⁹. & ibi nota. infrà, de acquirē. poſſeſ. & hoc fuit expreſſe de mente Barto. in loco præallegato. licet Ioan. de Imol. aliter ibi ſentit, & in dicta lege, iam dubitari. Vel poteſt dici, & breuius, ꝙ per modos inuētos & approbatos à iure pōt tolli ſuitas à teſtatore, etiā ſine culpa filij: vnus aūt ex modis inuētis eſt, qñ filius inſtituitur ſub cōditione, ſi volet: & probatur in l. iam dubitari. Sicut dicimus in ſimili, ꝙ licet teſtator nō poſsit facere regulariter, ꝙ qui ſemel fuit hæres, deſinat eſſe hæres: vt l. qui ſoluēdo. j. de hære. inſti. hoc tñ pōt facere de licētia legis: vt l. miles ita hæredē. in princ. j. de teſt. mi. Aliquādo filius inſtituitur ſub conditione poteſtatiua velata: verbi gratia, ſi aſcēderit Capitoliū, vel ſi decem dederit. & tunc dixit Barto. ꝙ filius per hanc conditionē nō dèſinat eſſe ſuus, intellige poſt impletā conditionē: vt l. conditionibus pupillus. j. de condi. & demon. Et eſt ratio differentiæ inter hunc caſum, & primū: quia in primo caſu implemētū cōditionis eſt ipſa aditio, vt dixi, nō pōt ſubintrare ſuitas ante aditionē volūtariā, quia non impleta conditione perfectè filius nō pōt eſſe ſuus. Impleta autem cōditiōe aditio reperit̃ iam facta, & ſic filius ex ſuitate nō pōt de nouo acquirere. Sed ex ſecundo caſu impletio conditionis in dubio non inducit aditionem: vt l. j. §. ſi hæredi. ſ̃. de condi. ob cauſam. vt not. in l. Antiſtius. j. de acqui. hære. & ideo impleta conditione, quia nōdum adita eſt hæreditas, ſuitas facit filium hæredem ipſo iure. Sed contra iſtam differentiā facit, quia ſequeretur ſecundū hoc, ꝙ inſtitutus ſub conditione velata, pareret conditioni animo adeundi per implementū conditionis, quod poteſt fieri, vt probatur in dictis iuribus: tunc ſimiliter impleta conditione filius nō eſſet ſuus, & neceſſarius, qđ poſſet concedi: & ſic deberemus reſtringere l. conditionibus pupillus. præallegatā. Vel potes dicere, & ſubtilius, quòd licet implens conditionem vellet adire, nec ſit inter implementū cōditionis, & aditionem, prius vel poſterius tēpore, eſt tamē prioritas ordinis, & intellectus, quia prius videtur impleta cōditio infra quā pendentē hæreditas non potuit deferri, & ſucceſsiue fieri aditio hæreditatis. Quinimo poteſt dici, & probabiliter, quòd etiam inter iſta ſit ordo tēporis, vt demum impleta conditione inducatur aditio. Vnde quia eſt etiā ordo temporis, anteq̄ ex actu hominis inducatur aditio, ſubintrat diſpoſitio iuris, quæ eſt clarior quàm voluntas hominis, & efficitur hæres ſuus ipſo iure. Sed in primo caſu poſito, quòd interim impleret conditionem, & adiret, eſſet ordo rationis, non tamen eſt prioritas temporis: & ideo ſuitas non poteſt ſubintrare. Si autem quærimus, vtrum pendente conditione velata ſit extincta ſuitas, dicendum eſt, quòd non eſt extincta ſuitas, ſed ſuſpenſa. Sed deficiente conditione eſt penitus extincta, quia hæreditas non poteſt vlterius deferri, & nunquàm fuit delata. Iſta concluſio probatur expreſſe in l. j. §. ſciendum. j. de ſuis & legiti. vbi taliter inſtituti æquiparantur exhæredatis. Sed exhæredatus ſi repellatur à cohærede, totaliter deſinit eſſe ſuus: vt in d. §. ſciendum. ergo ſimiliter in caſu noſtro extinguetur ſuitas. facit optime text. in l. fina. j. de cōditio. inſti. & in l. iam dubitari. in fi. præallegata. Vbi dicitur, quòd ſicut filius qui inſtituitur ſub conditione, ſi volet, videtur eſſe hæres ex volūtate, & non ex ſuitate: ita & filius inſtitutus ſub aliqua conditione poteſtatiua. Ergo patet, ꝙ anteq̄ impleat, nunquàm fuit delata hæreditas, ſicut in primo caſu, & ſic nunq̄ fuit ſuus. Hoc confirmatur, quia ſi per talem conditionem filius interim non deſineret eſſe ſuus, tunc ſequeretur quòd pendente tali conditione ipſe tranſmitteret hęreditatem ex capite ſuitatis: per conſequēs ius implendi conditionem ad hæredem: ſicut dicimus in l. ſi decem cùm petiero. j. de ver. obliga. Sed hoc eſt falſum, & contra text. in l. fin. de condi. inſtitu. & l. ſuus quoq;. §. ſed ſi filio. j. de hęre. inſti. ergo patet, ꝙ interim ſuitas fuit ſuſpenſa, deficiente conditione extincta. Pro qua concluſione eſt caſus in princi. l. noſtræ. quem no. hic Ioan. de Imol. ſecundùm vnam lecturam, & tenet Bald. in l. fina. de cōditio. inſtitu.

SVMMARIVM.

1 ☞ Diſpoſitio facta per verbum futuri temporis, quando valeat.

2 Exhæredatio facta de impubere filio, cui poſt completam pubertatē mādet teſtator reſtitui hæreditatem, dicitur in dubio fieri in fauorē filij.

FIlii etiam. Hoc dicunt iſtę duę ll. Exhęredatio poteſt fieri per verbum futuri temporis, & præſentis: & qñ fit in fauorem filij, non nocet filio. ¶ † 1 Nota ex l. filij. quòd in vltimis voluntatibus, quæ de ſui natura reſpiciunt tēpus futurū, ita valet diſpoſitio facta per verbum futuri temporis, ſicut per verbū præſentis, vel præteriti. Valet enim etiā per verbum præteriti tēporis facta exhæredatio: vt l. qui volebat. & ibi not. j. de hæ. inſti. Vtrū autē in contractibus verba reſpicientia futurū tēpus inducāt contractū de præſenti, vide qđ traditur in l. j. §. ſtipulatio. ſ̃. de verb. ob. & in l. emētis. C. de cōtrah. em. Vide etiā ad materiā qđ traditur in tex. & glo. in l. tale pactū. in princ. ff. de pac. ¶ † 2 Secundò no. in l. ſeq. quòd exhæredatio facta[a] de filio impubere, cui teſtator mandat reſtitui hæreditatem poſt pubertatē cōpletā, dicit̃ fieri in dubio in fauorē filij: & ideo filius non poterit querelare teſtamentum, ſecundū doc. Sed quærit̃ hic pro declaratione tex. & gloſſ. nūquid hodie iſta exhæredatio valeret, ex quo eſt facta ſine expreſsione cauſæ: & poſito ꝙ filius non fuiſſet hic expreſſe exhæredatus, vtrū teſtm̄ eſſet nullū, vel de iure iſto, vel de iure nouiſsimo. Et oībus iſtis q̄ōnibus rn̄detur ſimul per Mod. hic, & per Bal. in l. cū ex filio. j. de vulga. & pu. cuius dicta hic & ibi ſequitur Angel. ꝙ nec

de iure

[a] ¶ Exhr̄datio facta. Adde doct. in capi, Quintauallis, de iureiurand,

de iure isto testamentū esset nullū, nec de iure nouissimo, etiā si filius esset exhæredatus non inserta causa: quia quādo filius est præteritus in fauorē sui, sicut nō pōt contratabulare testamentū: vt l. si emācipatus. ff. de contratab. & in d. l. cū ex filia. secūdū intellectū cōem. ita non poterat dicere testamentū nullū ex mēte l. & ex eadē ratione, secundū Moder. hic, & bene. De iure autē nouissimo tūc præteritio reddit testamentū nullū, & requirit titulus institutionis in filio. Et similiter in exhęredatione requirit expressio causæ, qn̄ exhæredatio vel præteritio fit in iniuriā filij, nō qn̄ in fauorē. qđ probat vltra doc. ratione manifesta: quia tex. in auт. vt cū de app. cog. ver. cæterū. & clarius in ver. seq. dicit, ꝙ sola intētio illius l. est remouere à filijs iniuriā præteritionis, vel exhæredationis. Sed præteritio vel exhęredatio non est iniuriosa, vt dictū est: ergo nō comprehēditur sub dispositione illius l. Confirmatur ista conclusio, secundū Mod. ī d. l. cū ex filio. qa etiā de iure Digestorū filius debebat habere legitimam iure institutionis: vt l. ita tñ. §. qui rogatus. j. ad Treb. & dicetur plene in l. inter cætera. j. eo. & tamē in fauorē suū poterit præteriri: ergo eodē modo pōt restringi l. nouissima, quæ pōt recipere interpretationē à legibus prioib9: vt l. sed & posteriores. cum materia. ff. de le. Et ad materiā istam adde quod eleganter not. Bald. in l. post mortē. C. de fideic. vbi dixit, ꝙ qn̄ fideicōmissum relinquitur agnato, cui hæreditas fuit reddita in fauorem fideicōmissarij, sicut in casu l. cum ex filio. nunc̄ grauatus deducit quartā Trebellia. allegat tex. à simili in l. talis conditio. cum similib9. j. de hæred. institu. Quod dictum an sit verum, non determino pro nunc.

Cum quidam. Exhæredatio facta de re certa, vel certa portione, nō valet. Vel sic: Dispositio odiosa non extēditur, sicut fauorabilis. Secūda est ibi: Sceuola. No. primo ibi: legasset &c. extincto ver. se. ꝙ filio, cui erat relictū aliquid iure legati, si non erat exhæredatus legitimè, videbat cōpetere ius dicendi nullum, tanq̄ præterito: & ex hoc infert, ꝙ de iure isto filius debebat habere legitimā iure institutiōis: de quo vide per Barto. in l. cū ex filio. j. de vulg. & pup. & per Bal. in l. omnimodo. in princ. C. de inoffic. te. ¶ † Secūdo not. ibi: qm̄ nec fundi & c. ꝙ ius accrescendi pariformiter videtur cōpetere instituto in re certa, sicut instituto in parte hæreditatis, non dato cohærede, vel ipso repudiante: qđ facit ad nota. in l. ex facto. in princ. j. de hæred. institu. ¶ Tertiò no. secundū Bald. & Ang. ꝙ habitui & dispositioni existenti pōt accrescere aliud ius: sed priuatiōi nihil accrescit. Vnde dicit Bal. ꝙ etiā si exhæredatio esset fauorabilis: sicut in casu legis ꝓxime p̄cedentis, haberet locum dispositio istius legis. Sed ista cōclusio manifeste videt contra tex. qui fundat se in odio, nō in natura priuationis. Vnde etiam reperimus aliquando, ꝙ priuatio quę fit in vno casu, trahitur ad alium ex mente testatoris: vt patet in l. si ita. in tex. & glo. j. de iniust. testa. Præterea & ademptio nem oneris sequitur ademptio lucri & commodi, tanq̄ res cōnexa: vt l. alumnę. §. Seia. & l. à filijs. §. j. ff. de adi. le. Cùm igit exhæredatio, licet sit priuatio quædam, nihilominus aliquod ens, inquantū est dispositio, & vltima voluntas testatoris, non esset inconueniens, ꝙ dispositio facta in vnum casum trahere tur in alium: vt l. Gallus. §. quid si tantū. j. e. nisi esset ratio odij: Et si bene aduertas, ista ratio Bald. in effectu impugnat rationē iurisc̄osulti, qui fundat se super odio, vt exhæredatio nō extendatur, vel ad minus facit eā superfluam, si esset cessante odio, non fieret extensio. ¶ In glo. vlti. super verbo, rectè. vides satis clare probari ex isto text. ꝙ exhæredatio facta de re certa, vel portione, non valet. Hanc tamen l. sic simpliciter loquentem Barto. hic videtur limitare, nisi filius esset exhæredatus in portione, quæ sibi perueniret ab intestato: verbi gratia, in dimidia hæreditatis, eo casu quo testator haberet duos filios, sicut hic erat. Sed ista opin. cum reuerentia non videtur vera: quia cùm simus nunc in causa testati, non in causa intestati, satis esset exhæredare filium in eo qđ sibi debetur, stante testamēto: sicut satis est in eo illum instituere: vt l. cū quęritur. C. de inoffic. testa. & l. Papin. §. quoniam autem. ff. eo. & per consequens satis esset filium exhęredare de iure isto à quarta portione eius, quod sibi deberetur ab intestato: quod est manifestè contra istum textum, vbi & à tertia parte hæreditatis non valet facta exhæredatio. Nec obstat, si dicat, quòd ex quo exhæredatur à portione sibi debita, videtur esse satisfactum iuri: quia ab eo quod non defertur, non potest excludi. nam respondetur, & hanc responsionem tangit hic Pau. de Cast. licet non ita perfectè, vt j. dicam, ꝙ ad hoc vt exhæredatio dicat ritè facta: necesse est nō exhr̄dare à iure, qđ cōtingeret filio, si tūc moreret testator: sed etiā à iure qđ posset peruenire filio saltē vsq; ad mortē testatoris. Sed alijs filijs morientibus viuo testatore tota hæreditas deuolueretur ad istā: ergo à tota hæreditate est exhæredādus. sicut dicimus in simili, ꝙ ideo testamētū in quo filius est institutus sub conditione casuali, vel mixta, nō valet statim ipso iure, nō expectato euentu, vtrū conditio impleat vel deficiat: vt videbis in l. sub conditione. j. eo. quādo filius in defectu conditionis non fuit exhæredatus: quia nō dicit filius institutus, qui aliquo casu pōt esse præteritus, licet inspecto præsenti statu nō sit, antec̄ deficiat conditio. Et hoc videt esse magis de mente istius legis, quæ simpliciter dicit, ꝙ exhæredatus à certa portione, nō rite exhæredatur. Et q̄uis iste tex. posit probabiliter restringi ad casum Bart. quoniam hic erant duo filij duntaxat, & filius erat exhæredatus ex tertia, & sic ex minori portione, q̄ sibi contingeret ab intestato: alia tamen opi. videtur verior.

Sub conditione. Vt quis sit suus, & necessarius patri tēpore cōditionis existētis, nō debet esse in potestate alterius. hoc dicit. & est subtilis, & notabilis lex. ¶ In glo. ij. posita super verbo, dederit. ibi: scilicet cōditione existente. ista solu. est not. & vera. & approbatur cōiter ab omnibus. Ratio autē sequēs, quæ assignat in glo. nō est vera: & est cōtra tex. in l. qui in aliena. §. interdū. j. de acq. hære. vbi est casus, ꝙ licet ille cui defertur hæreditas, sit in potestate alterius: nihilominus per hoc nō sequit, ꝙ nō possit esse suus, & necessarius. & hoc dictat ratio esse possibile: quia posito ꝙ etiā nomē hæredis incontinēti transfunderet in patrem post acquisitā hæreditatē, per filiū, sicut sentit hic gloss. licet[a] Bald. & aliqui alij eam reprehendant: nihilominus prioritate ordinis, & sic nō tēporis, pōt considerari, vt præsens hæreditas iure suitatis pertinuerit ad filiū, licet incontinēti transiuerit ad patrē: & de ista prioritate ordinis fit mentio in simili in l. quoties. §. si quis ita. j. de hære. institu. per Bar. & alios. Verbū autē istud sit verū in se, ꝙ nudū nomē hæredis non remaneat penes filiū, est dicendū, vt plenè scribitur per Bart. & alios in l. cū filio. ff. de lega. j. Sed præcipue debes notare secūdū Io. de Imo. hic text. in d. §. interdū. vbi videtur probari, ꝙ ille qui nō tenet priuilegij locum tēpore mortis testatoris, si succedit ex voluntate expressa testātis, sit suus, & necessarius, cōtra regulam positā in l. si quis posthumus. §. filiū. s. eo. & in l. quis filio exhæredato. in princ. j. titu. proxi. & hoc concedit Bar. in d. §. interdū. & Bal. in l. pater filium. in sua repeti. ff. de inof test. Sed regulariter non possunt esse domini insolidum: vt l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. & vidisti plene declaratū per Bar. in materia suitatis. in l. in suis. s. eo. Declarando ergo vltra doct. pōt dici, ꝙ filius & nepos non sunt in casu §. interdū. eadem specie suitatis, sed filius est suus, id est dn̄s directo: quia licet exhæredatus, non tamē perdit ius suitatis ante aditam hæreditatē: vt declarat Bar. in dicto §. interdū. & est casus in l. ij. queadmodū. ff. de inof. test. Nepos aūt erit suus. i. dn̄s vtiliter, & ista sunt cōpatibilia adinuicē: vt patet in l. ij. §. si quis adita. ff. ad Tert. & in l. si fine. §. sed qđ Papi. ff. de mino. & istud dictū valde placet. Posset etiā forte attētari, ꝙ etiā ante aditā hæreditatē filius exhæredatus dicitur esse suus, quā do esset institutus immediate sequens in gradu, qui erat in potestate testatoris, vt operaret tunc exhæredatio nouū effectū ante aditā hæreditatē vltra illū, quē ponit Bar. in l. iij. ff. de lega. j. † Et per istū tex. secūdū tertiā solutionē arguit hic Bald. quòd si aliquis est effectus monachus,[a] & postea sibi defertur hæreditas paterna, nō possit dici suus & necessarius hæres patri, ex quo est in potestate abbatis, secūdū glo. in l. si ex causa. §. Papi. ff. de mino. & hanc opi. secutus est Bal. in l. j. C. qui admit. licet hic non bene se firmet. Contrariū tenuit in l. deo nobis. C. de episc. & cleri. sequēs Bart. in dicto §. Papi. & in l. hostes. C. de suis & legiti. Et hanc opinionē sum secutus multis additis ad dicta doctorū in c. in præsentia. in fi. commenti. extrà, de probationib. & est cōmunior opinio, & verior. Et quia aliqui doctores Moder. hic adducunt tex. contra l. nostram in l. qui in aliena. §. interdū. præallegata. nec bene satisfaciunt respondendo oppositioni, quia hic non consideratur quis sit ille, qui est in potestate: sed solùm vtrum filius sit in potestate alterius, vel non: ideo dic & melius, quòd in §. interdum. hæreditas censetur quæsita nepoti ordine iuris, & intellectus, priusq̄ nepos reincidat in potestate patris: licet mortuo auo ordine temporis ista simul contingāt, videlicet quòd & deferatur hæreditas aui, & nepos incidet in potestatem patris. Vnde si in §. interdum. nepos fuisset institutus sub conditione, sicut hic concedendū esset, quòd non esset suus, & necessarius auo, per istum text.

[a] ¶ Si aliquis est effectus monach9. Ad de docto. in auт. ingressi. C. de sacros. ecc. & per doc. in c. in p̄ntia. de proba.

SI filium. Nouissima scriptura ꝓualet maxime si est fauorabilis. ¶ In glos. posita super ver. erit. Pro intellectu istius legis videndum est, quid esset in casu conuerso ad istam l. j. prius praecessisset institutio, & secuta esset exhaeredatio. Aliqui doct. Moder. hic remittūt ad not. per Bar. in l. paterfamilias. j. de haere. insti. & in l. si certarum. §. si codē. j. de testamē. mil. Sed Bartol. in dictis locis non loquitur de exhaeredatione filij, sed qualiter extraneus primò institutus possit postea exhaeredari. Vnde in filio videretur dicendum, quòd praeualeret institutio praecedens: sicut diximus in l. si te solum. in prin. j. de haer. ins. vbi probatur, ꝙ quādo prima institutio est plenior, quàm secunda, attendatur prima scriptura. & no. nouissime. Contrarium determinat glo. singul. quā semper tenebis menti. l. cùm in testamēto. §. fina. ff. eo. tit. allegat l. si quis eum. in princ. ff. de vulga. & pupil. quę nō multum facit, quia non loquitur in casu nostro, sed ponitur ibi regula in legatis & in vltimis voluntatibus, ꝙ nouissima voluntas praeualet, ꝙ tamen non habet locum in institutione haeredis: vt patet in dicta l. si te solum. Credo tamen glo. esse veram, quia lex prędicta loquitur, quādo prima & secunda dispositio tendunt ad eundem effectum, licet diuerso modo. Sed in casu nostro secūda est cōtraria primae: vnde non videtur fuisse de mente testatoris, ꝙ prima aliquo modo praeualeat.

CVm posthumus. Hoc d. Si posthumus instituitur sub cōditione casuali, quę extat priusꝗ̃ nascatur, non rūpitur ex simplici & absoluta praeteritione posthumi ante natiuitatem: vt l. j. §. ex his. j. tit. proxi. ergo multominus ex cōditionali institutione, quę non est totalis praeteritio, licet habeat effectum praeteritionis, quo ad annullandū testm̄ incontinenti: vt l. suus quoqꝫ. §. j. j. de haered. instit. ¶ In glo. j. posita super ver. cōditionem. licet glo. ista dicat tex. posse intelligi tam in conditione ꝑtātiua, vel mixta, ꝗ̃ in causali: doc. cōmuniter reprehendūt glo. & bene, quia cōditio potestatiua vel mixta nō potuisset impleri à posthumo ante natiuitatem, non est necesse intelligere tex. in cōditione causali: & per istam literam dicit hic Barto. ꝙ l. qm̄ prioribus. de inoffic. testa. quae tollit de medio omnem cōditionē adiectam filio vsqꝫ ad legitimā, non habet locū in posthumo ante natiuitatem, quia in illo tempore nō cōsideratur qualiter fuerit institutus posthumus, dūmodo tēpore natiuitatis reperiatur pure institutus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Veritas quando magis attendi debeat quàm fictio.
2 Bannitus an impune offendi possit.
3 Ad ius pristinum qui reducitur, non dicitur de nouo aliquid acquirere.
4 Natura verbi, videtur, est significare fictionem.

FIlio quem pater. Quando veritas & fictio respiciunt eundem effectum, attenditur potius veritas, ꝗ̃ fictio. Secūda est ibi: nā in omni. Tertia ibi: ne imaginatione. Quarta ibi: nec nullum. ¶ † No. primò ibi: ne imaginatione &c. ꝙ, qn̄ fictio [a] & veritas principaliter tendūt ad eundem effectum, licet in cōsequētiam ex his duabus qualitatibus possint resultare effectus cōtrarij, sicut resultabant hic: quia secundū vnā qualitatē filius erat praeteritus, secundū aliā remanebat exheredatus, attēditur semper veritas potius, ꝗ̃ fictio: & de ista materia vide qđ solenniter prosequit̃ Bar. in l. j. §. hoc autē senatus. j. ad Sylleia. ¶ Secundò not. singulariter secundū Bal. hic, ꝙ ꝗ̃uis pater, qui exhaeredauit filiū, recōcilietur filio, sicut hic videtur fecisse arrogando eum de nouo, & per hoc non videtur tacitè reuocasse exhaeredationē. Cuius decisionis triplex ratio assignatur hic per Mod. Prima est, secundū Ioan. de Imol, quia exhaeredatio est actus solennis, qui non potest fieri, nisi in testamento: vt Institu. de exhaere. libe. in principio, & in l. quidam in suo. j. de conditio. institutē. ergo non potuit per arrogationē, qui est actus minus solēnis, licet esset tacita ademptio, & non expressa: per ea quae tradit Dy. & Barto. post eum in l. haeredes palam. §. si quis post. s. ti. proxi. Sed ista ratio nō procedit duplici respectu. Primò, quia si arrogatio fuisset facta coram septem testibus, & rogatis, sequeretur ꝙ tolleret exhaeredationem: cùm tamen hic simpliciter dicatur cōtrarium. Secundò, quia illam doctrinam Dy. in d. §. si qd post. reprobaui multis rationibus, sequēdo Bald. in l. errore. C. de testa. Vnde redditur secunda ratio per Paul. de Castr. quia si exhaeredatio fuisset facta propter emancipationem praecedentem, & quia filius exiuerat de potestate: tūc pater reassumēdo filium in potestate tacitè videretur reuocare exhaeredationem. Sed exhaeredatio fuit facta propter demerita filij, vnde reductio filij in potestate non possit cassare causam exhaeredationis. quod est fatendum per directum, sed per indirectum est negandum: quia cùm per istud in actum arrogationis, qui est actus charitatis & beneuolentiae, praesumatur recōciliatus animus testatoris ab offensa, propter quā exhaeredauerat: ergo videtur remissa poena exhaeredationis apposita in testō: vt dicit tex. in l. in ipsius. C. fam. ercis. quā al leg. hic Bald. Vnde additur quinta ratio, quae est melior caeteris, per Mod. ꝙ hoc ideo inducitur in ista l. ne sic exhaeredatio per sequentem reconciliationem videatur sublata, & testm̄ remaneat nullum filio praeterito. Nemo em̄ videtur in dubio eligere viam ad impugnandū iudicia sua: vt l. iij. j. de testa. mi. Et ista est optima ratio, & decidit̃ per istū tex. dubitatio, quā ponit Barto. in l. iij. §. fin. cum l. seq. ff. de adi. leg. Et hunc tex. inducit Bar. ad qōnem de ciuitate, quae fuit bānita à dño suo: dicit enim, ꝙ licet postea ciuitas recipiatur ad gratiam dn̄i sui, & recōcilietur dño: per hoc tamē non tollitur bānum semel datum. Ang. autē hic tenet oppositū: quia ista duo cōtinent repugnantiā, scd̄m eū, ꝙ ciuitas sit bānita, & quòd redit ad gratiam dn̄i: quod dictum posset esse verum, quādo bānitus posset impune offendi, ita ꝙ etiā hostis ad protectionem dn̄i fuit quādo bānitus nō posset impune offendi, tūc ista nō repugnarent, ꝙ duraret poena illa per bānum, & tamen quis reciperetur ad gratiam domini sui. Pro qua distinctione vide qđ not. Bar. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. di. Paul. de Cas. hic simpliciter tenet, ꝙ bānum videat̃ reuocatū per l. in ipius. praeallegatā. & per l. iij. §. fin. cum l. seq. ff. de adi. leg. vbi recōciliatio secuta tollit tacitā ad petitionem praecedentem: & in l. in ipsius. tollit expressam poenam in testamento appositam. Ioan. de Imo. cōcordando dicit, quòd aut iste dominus habet supremā ꝑtātem in terris suis, ita quòd non tenet̃ seruare aliquā solennitatem: & tunc recōciliatio inducat resolutionē bāni. Aut non habet hanc, sed oportet quòd tollat bānum seruata certa solennitate: & tūc bānum nō videbitur sublatū. † Tu verò dic, & verius, distinguendum esse, vt s. dixi, videlicet vtrum bānitus possit impune offendi[b], vel nō, vt primo casu videatur bānum sublatū per rationem Ang. secundo casu nō videatur sublatum: vt est casus notabilis in cle. si summus pontifex. de senten. excōm. vbi probatur, [c] licet pontifex recipiat aliquē ad osculum, vel ad participādum secum, nō tamen videt̃ ipsum absoluere ab excōicatione, licet sciat eum excōicatum. Et ad materiā vide quod not. in l. j. §. & post operis. ff. de nou. oper. nunci. & in c. praeterea. extrà. de appel. ¶ † Tertiò nota. ibi: trāslatus sed redditus. quòd ille qui reducitur ad ius pristinum nō dicitur de nouo aliquid acquirere. Et istum tex. inducit hic Bald. ꝙ si scholaris ex forma statuti debet aliquid soluere pro matricula, & postꝗ̃ semel soluit, recedit de studio eūdo per officia, si reuertitur iste ad studium, nū teneatur iterum soluere aliquid pro noua matricula, quia magis videt̃ cōsequi ius pristinum, ꝗ̃ nouum acquirere. Moder. hic dicunt, ꝙ istam qōnem determinat Barto. in quodam suo cōsilio, quod fecit ad requisitionem vniuersitatis Perusinae: vbi dixit, quòd aut quaeritur vtrū posset consequi priuilegia scholaris, sine noua matricula: & dicendum est, quòd non, si exiens de studio stetit per quinquennium, antequàm reuerteretur, vel transiuit incontinenti ad exercēdum officium: nam per absentiam qnquennij perditur virtus matriculae: vt l. iij. C. de domesti. & protec. libr. xij. & similiter per hoc, ꝙ aliquis trāsiuit ad aliud nouum officium. Aut quęris, vtrum teneat̃ iterum soluere: & dicendum est, quòd non, ratione hic assignata per Baldum: videtur enim potius restitui in pristino iure, quàm nouum ius acquirere: & pro eodem iure satis est semel esse solutum: vt l. sancimus. in fin. & ibi per Barto. C. de consu. lib. xij. quam doctrinam semper tenebis menti ad ea quae tradit Bartol. in l. final. §. licet. ff. de public. & Bald. in l. cùm dotem. in fine. C. de iure dot. Pro qua conclusione vide tex. not. cū glo. in ca. primo. de vasallo decrepi. aeta. & gl. ordinariam in capitul. imperialem. §. insuper. de prohi. feud. aliena. per Feder. & quod not. Bar. eleganter post glo. in l. qđ dicitur. in fi. suprà, de impen. in quibus locis concluditur, quòd si vasallus amisit feudum ipso iure, & dominus iterum concedit eidem illud idem feudum, dicitur illud feudum antiquum, & non nouum: & ideo habebit locum in eo ius accrescendi, quod non esset in feudo nouo: vt in cap. j. de duob. fratr. & c. & per Bar. in l. si mihi & Titio. de verb. obli. Et qualiter perdatur priuilegiū matriculae per scholarem, qui se absentat, vide per Barto. eleganter in l. aut facta. §. tempus. ff. de pet. & in l. fina. in vltima qō. ff. de te.

a ¶ Quādo fictio. Ad de quotuplex sit fictio: adde Bar. in l. si quis ꝓ emptore. ff. đ vsucapio. Car. Zaba. in c. is qui. in iij. qō. de spon. idē Car. in cle. vt circa. in xv. q. de elect. & an fundat̃ in aequitate, vide per Phil. Cor. cōs. lxxxj. ī j. volum.

b ¶ Vtrum bannitus possit impune offēdi. Adde an valet statutū, ꝙ bannitus possit impune offēdi: vide per Bart. in l. vt idē. & in l. oēs populi. in iij. q. principali. ff. de iusti. & iu. Bar. in l. amissione. §. j. ff. de capi. dimi. Bald. in l. Gracchus. C. đ adul. Baldus in l. vnica. C. de cōfes. Ang. in l. j. ff. de cōstitu. prin. Io. And. in addi. Spec. tit. de cōsti. sup ru. Ant. de But. in c. si vero. el j. de sen. excōm. Abb. in c. fi. đ cōsue. Alb. de Rosa. in vlti. parte statutorū. q. xvij. & p Nellum in tractatu đ bānitis. q. j. primae partis. secundi tēporis. Alex. đ Imol. cōs. ciiij. incip. ponderatis his. in j. volu. idē Alex. cōs. lxv. inci. attēta dispositiōe statuti. in iij. volu.

c ¶ Licet ponti. Addē Card. Zaba. ī ꝓoe. Gregoriano, in vj. colū. ver. iij. quaero an per istam. Abb. in ca. proposuit. super gloss. final. de cle. ex. mi.

ff. de testa. mili. †Ex hoc etiā versi. arguit hic Bald. ꝙ donatio facta per Cōstantinū[a] ecclesię valuerit: quia potius dicit̃ trāslatū ius qđ olim habebat in ecclesiam, ꝗ̃ quęsitū ius de nouo. & hac ratione vtitur Bald. in j. constitutione C. de quo etiam vide p Bar. in j. constitutione Digestorū, & per gl. in auť. q̃uo oportet episcopos. in princ. & in cle. j. de iureiu. ¶ Quartò no. ibi: valet &c. ꝙ ista dictio, aliquando, ponitur declaratiuè, nō limitatiuè: aliquādo ponitur limitatiuè: de quo vide per Bar. in l. quæsitum. §. idem respondit. ff. de fun. instru.

Si Titius. Institutio facta de aliquo tāꝗ̃ de extraneo, sufficit, vt postea efficiatur filius, & nō dicatur præteritus. h. d. ¶ †No. ibi: pater videbatur &c. iūcto princi. illius legis. verbū, videtur, de sui natura significare fictionē: ad idē text. in l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & in regula, qui per aliū. de regu. iur. ¶ Secūdò no. ex eo. ver. ꝙ duę fictiones possunt cōcurrere circa idē, qñ vna venit ad cōsequentiā alterius. Vides enim hic, ꝙ ille qui adoptatur tāꝗ̃ nepos, in consequentiā videtur adoptari à filio talis adoptantis, tanꝗ̃ filius: idē probatur, & ibi dixi in l. si posthumos. §. j. s. eo. & plene declarat Bart. in l. si is qui pro emptore. in vlti. chart. ff. de vsuca. ¶ †Tertiò no. quòd adiectio qualitatis, seu mutatio, per quā non mutatur substātia, seu essentia actus, non facit vt illa videatur noua dispositio, seu nouus actus, non comprehēsus in priore: quod facit ad illam solennē qō. de qua per Bart. in l. senatus. ff. de accus. videlicet vtrū ratione nouæ qualitatis adiectæ in libello reus possit accusari de crimine, de quo pri⁹ fuerat absolutus: facit etiam ad no. per Bart. in l. denunciasse. §. quid ergo. ff. de adulte. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui not. infam.

Posthuma sub. Si posthumus nascitur pendente conditione casuali, vel mixta, testamentum rumpitur. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Verbum, rite, quid propriè significet.
2 Noīatim aliquid fieri, quando dicatur.
3 Erroris p̄sumptio nō colligitur ex facto notorio, nisi allegeť.
4 Dispositio gñalis non trahitur ad personam incognitam.
5 Locutio indefinita æquipollet vniuersali, etiam in interpretatione gratiæ, quæ est maxime restringenda.
6 Filiorum appellatione ex sermonis proprietate non veniunt nisi constituti in primo gradu.
7 Institutio in re vna facta trahitur ad aliam, de qua si testator cogitasset, idem verisimiliter fecisset.
8 Consanguineus quando præsumatur scire facta cōsanguinei, & quando non.
9 Verba respicientia futurum tempus, nonnunꝗ̃ verificantur in tēpore præterito.
10 Aurora dicitur esse diei pars.

Titius testa. Exhæredatio facta de omnibus filijs & filiabus, videtur facta legitimè: non tamen sub ista exhæredatione cōprehenditur filius, quem testator putabat esse defunctū. h. d. Secūda est ibi: Pau. respondit. Tertia ibi: post etiam &c. Quarta ibi: de errore. ¶ †No. primò ibi: rectè &c. iūcto ver. seq. ꝙ verbū, rectè, aliqñ pro rite, & pro solēnitate, licet propriè significet iustitiam causæ, nō solennitatē: de quo dixi in l. ij. in princ. s. eo. vbi est similis text. ¶ †Secundò not. ibi: noīatim exhæredatos. ꝙ illud dicit̃ fieri noīatim, quod fit expressa specie aliqua, licet nō exprimat̃ indiuiduum spēi. Et per hoc arguit hic Barto, ad duas qōnes. Prima est, ꝙ ille dicat̃ habere spāle mandatū, qui habet mandatū specificū ad vnam spēm causarū, licet non ad vnam cām particulariū: verbi gratia, ad petendū restitutionē in integrum: de qua qō. dic vt plene tradit̃ in l. si quis in prin. testamenti. j. de le. iij. vbi oīno vide, & in l. j. §. inter filiū. ff. ad l. Cor. de fal. & in l. gñali. in prin. s. de ritu nupt. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. j. de acq. hæ. Scđò arguit Barto. ex isto tex. ꝙ ille qui renūciat casib⁹ fortuitis, vel suscipit in se piculū casus fortuiti, satis dicat̃ spāliter renūciare: sicut reqrit̃ ī l. sed et si qs. §. q̄sitū. ff. si qs cautio. qđ Io. de Imo. dicit esse verū, qñ qs reciperet piculū casus fortuiti in aliquā spēm: verbi gratia, periculū icendij: secus si simpl̃r reciperet, vt dicit Barto. tūc non videt̃ specialiter exprimi spēs, sed vnū genus, qđ continet multas spēs: alle. tex. in c. qui ad agendū. de procu. lib. vj. de quo est dicendū, vt in d. §. quæsitū. & in l. j. C. cōmo. per Bald. & in c. vnico. eo. ti. ¶ †Tertiò no. ibi: de errore &c. ꝙ ille qui dicit aliquē errasse, debet hoc alle. in iudicio: vnī etiā ex facto notorio nō colligit̃ p̄sumptio erroris, nisi allegeť: vt est tex. no. & ibi p Bar. ī l. si adulteriū. §. idē Pollioī. ff. de adulterijs. & per eundem Bar. in l. cū quid. ff. si cert. peta. & in l. non fatetur. ff. de confes. ¶ †Vltimò not. ꝙ generalis dispositio nō trahitur ad personā incognitā, sicut nec trahitur ad ius, vel rem incognitam: vt l. cū Aqui. ff. de trāsact. & l. tres fratres. ff. de pact. & plene in l. sub prætextu. & l. de certa. C. de trāsact. & in l. Aurelius. §. Caius. j. de libe. lega. ¶ In glo. j. ibi: etiā posthumi filij &c. hanc glo. reprehendūt cōmuniter docto. quia si in legato facto filijs non comprehendūtur posthumi, nisi sit facta mētio de ipsis, in aliqua parte testamēti: vt l. filiabus. in prin. j. de lega. j. multominus in exhæredatione, quæ est actus odiosus. †Sed quæritur de ratione differētiæ, qualiter in datione tutoris appellatione filij continentur posthumi: vt ll. hic allegatis in glo. & in concessione legati non continentur. Doct. Moder. hic dicūt, ꝙ ratio differentiæ est, quia tutela est prouisio, quæ vniformiter respicit oēs filios: sed legatū cōmuniter non fit, nisi ratione particularis cuiusdā affectionis: vt l. nec adiecit. ff. pro socio. quā affectionē testator non præsumitur habere ad filium, nondū natum. Sed istā rationē reprehēdit Bald. in d. l. si quis filiabus. quia legatū qđ fit de filio, præsumitur fieri ex eo ꝙ est filius: vt l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. s. de excus. tu. Sed ista qualitas ita conuenit posthumo, sicut iam nato: ergo similiter deberet comprehendi. Vnde ipse dicit, ꝙ ratio est, quia datio tutelæ procedit à iure potestatis: vt l. j. in principio. s. de tute. Vnde verificatur in quolibet, quia futurus esset in potestate testatoris, si viuo testatore nasceretur. Sed ista ratio nō videtur sufficiēs, quia ista ratio infert ad potestatem dādi tutorē, quæ causatur ex iure patriæ potestatis: sed nō infert, ꝙ testator exprimēdo filios videatur sensisse de posthumis. Vnde dicendum est, & melius, ꝙ iura allega. in glo. loquuntur in actu magis necessario filijs testatoris, ꝗ̃ sit legatum, qđ fit filijs, id est in datione tutelæ: & ideo nō est mirū, & propter maiorē necessitatē sit longior interpretatio, quando actus de sui natura est fauorabilis, & non odiosus: vt patet in l. placet. s. eo. & in l. cùm quidam. ¶ In glo. ij. posito verbo, rectè. ibi: si dicat omnes liberi. hæc solutio approbatur communiter ab omnibus doctorib⁹, licet aliam solutionem dederit gloss. in §. j. Institu. de exhæred. lib. in verbo, nominatim. Relinquitur tamen dubium in ista solutione, quid si testator non concepisset hic exhæredationem per verbum vniuersale, sed per verbum indefinitum pluralis numeri, dicendo, filios meos & filias exhæredo. vtrū exhæredatio valeret? Barto. non declarat hoc bene in aliquo loco, nec etiam tangit q. expresse, sed tamen ex his quæ ipse ponit in l. si pluribus. in vlti. col. j. de leg. ij. satis colligitur decisio istius puncti. dicit enim, quòd nō est differētia in oratione indefinita, vtrū proferatur per verba numeri pluralis, vel singularis: vt l. si cui lana. j. de lega. iij. Deinde infert, ꝙ indefinita nō ęquipollet vniuersali in materia odiosa, quo ad personas: per l. ij. eo. Si ergo non debet fieri differentia, vtrum indefinita proferatur pluraliter, vel singulariter. Ergo sicut exhæredatio facta per numerū singularē est nulla ipso iure, quando plures sunt filij: ita & facta per numerū pluralē. & hoc tenet hic Ang. & Ioā. de Imo. qđ tamen limitant, nisi testator habeat duos filios duntaxat: quia tunc cū pluralis locutio necessario referatur ad duos, ambo videbuntur nominatim exhæredati, sicut quando singularis locutio refertur ad vnum, videtur nominatim exhæredatus: vt in d. l. ij. Sed contra istam opi. facit: quia etiam in materia stricti iuris, in qua omissum debet haberi pro omisso, oratio indefinita æquipollet vniuersali. Casus est not. in l. si cùm dies. §. plenā. ff. de arbi. vbi tex. dicit, ꝙ si sit simpliciter compromissum de controuersijs, intelligitur factum de omnibus controuersijs, & tamen cōpromissum aliquādo fit per stipulationē: vt l. diem proferre. §. fin. eo. ti. quę est stricti iuris, & strictè interpretanda. †Pro ista conclusione videtur esse glo. not. in cle. j. de præben. imo est ibi casus iuncto c. cū in illis. de præb. lib. vj. in quibus probatur, ꝙ etiam in interpretatione gratiæ, quæ est maxime restringenda, locutio indefinita æquipollet[b] vniuersali. & de materia vide per glo. in c. vt circa. in ver. aliorū. de elect. libr. vj. & sic videtur dicendum in casu nostro, quòd exhæredatio facta per verba indefinita hic non valeret. Nec est verum, quòd sit facienda differētia inter nomen singulare, & plurale: quia hoc procedit in nominibus, in quibus vel ex proprietate verbi, singulare significat plurale: vt cùm dico, lanam, vinum, & similia. vel consuetudine loquendi: aliàs non potest negari, quòd numerus singularis non comprehendit plures, sicut pluralis: vt l. fin. ff. ad Trebel. & ideo non potest ęquipollere orationi vniuersali, vt contineat plures simul: sicut secundò dixi in l. ij. s. eod. Vnde cū dico, filius, ex proprietate verbi singulariter quilibet vnus ex filijs, sed non plures filij. Et ista pars forte esset verior de

f iij

a ¶ Donatio facta per Constantinū. Adđ tex. in c. fundamenta. de ele. lib. vj. Archi. in capi. placuit. xvj. q. iij. in extrauaganti Bonifacij. viij. inc. vnā sanctā. doc. in c. causam. & in c. per venerabilē. qui filij sint legiti. Car. Zaba. in repet. c. ppendim⁹. đ sen. excō. in vij. qō.

b ¶ Indefinita æquipollet. Adđ glo. in c. qa circa. de priui. Bar. in l. si is qui ducenta. in §. verū. ff. de reb. dub.

iure:& tamẽ quia communis opinio sentit oppositũ, defendẽ
do eam dicamus,ꝙ text.in §.plenũ.nõ loquitur in actu ita o-
dioso,sicut est exhæredatio.Glo.autẽ præallegata hoc vult,ꝙ
id qđ nõ comprehẽditur in oratione vniuersali,qñ hoc esset,
quia nõ est eadẽ ratio omniũ in indefinita oratione cõprehen
sorum.Sed quãdo hoc procederet ex natura sermonis indefi-
nitę,quæ ex proprietate sui non cõprehendat omnia,tunc est
differẽtia inter indefinitã & vniuersalẽ.Et talis est casus no-
ster:quia testator exhæredando indefinitè filios nõ compre-
hẽdit omnes:quia locutio indefinita de sui natura nõ compre
hẽdit vniuersalẽ,sed potius ex interpretatione benigna:dicit
tex.in l.si seruus.in prin.ff.de ser.vrb.prędio.& declarat Bar.
in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.Ex principio tamẽ istius
literæ,in quo videť præsupponi,ꝙ nõ esset nisi vnus filius,ꝓ
batur notabiliter,ꝙ sicut exhęredatio facta per nomẽ singula
re,videtur facta nominatim,si non põt referri nisi ad vnũ:ita
videť,si est facta per nomẽ plurale:quia in pluribus etiã vnus
inest:vt l.j.§.si stipulãti.ff.de ver.obli.qđ facit contra singula
rẽ decisionẽ Io.And.de qua dixi in l.ij.s̃.eo.Non tamẽ debes
restringere ad hunc casum duntaxat,ꝙ inferius in ver.respon
di:satis videť declarari,quòd ista exhæredatio esset sufficiens,
6 etiam si testator haberet plures filios.†Et ex solutione hic po
sita in gloss.apparet,ꝙ in isto tex.est casus not.probans quòd
a appellatione filiorũ[a] non veniunt nisi constituti in primo gra-

a ¶ Appellatione filiorũ. Adde Bar. in l. alimẽta. ff. de alimẽ. leg. Io. And. & Ant. de But. in c. ad extirpandas. de fil. presbytero.

du,ex proprietate sermonis,cõtra Iac.But.cuius dicta refert
Barto.& impugnat in l.liberorũ.ff.de verb.sign.Vnde infert
hic Bal.ꝙ si ex forma statuti rebelles cũ filijs suis nõ possunt
stare sub appellatione filiorũ,non veniunt nepotes:de quo vi
de per eum in l.maximũ vitium.C.de lib.præte.& vide text.
in c.vbicũqꝫ.de pe.lib.vj.¶In glo.vlti.ibi: an in institutione
&c.Ista glo.reprehẽdiť per Moder.hic,dicentes ꝙ iste tex. lo
quitur in exhæredatione,quæ cũ sit odiosa,nõ extendiť sicut
institutio:vt l.cùm quidam.s̃.eo.Et quia si testator cogitasset
filiũ se habere,verisimile est ꝙ instituisset:vt l.qui filiabus.§.
j.j.de leg.j.Sed nõ ecõtra,si testator cogitasset filiũ se habere,
quem credebat nõ habere,est verisimile,ꝙ eum voluerit exhę
redare,sicut alios quos sciebat se habere.Et ad tex.in l.si quis
ita.§.fin.ff.de testa.tute.qui videť probare,ꝙ etiã in dispositio
ne fauorabili ꝓuisio facta filijs nõ cõplectiť eum,quẽ testator
ignorat se habere. rñdet Pau.de Ca.ꝙ licet datio tutoris sit fa
uorabilis, non tamẽ est æquè fauorabilis, sicut institutio,cùm
cõtineat onus ex parte tutoris:alleg.nota.per Barto.in l.qui-
dam legatus.ff.de re.dub.Tu dic,& melius,ꝙ maioritas fauo
ris colligitur ex eo, quia in datione tutelę versať solus fauor
filij:sed in institutione filij versatur fauor filij testatoris sine te
stamento,qui est maior.Vnde videmus,ꝙ tutor non põt dari
rei certæ:vt l.certarum.ff.de testa.tut.& tamẽ institutio facta
in re certa saluatur:vt l.j.§.si ex feudo.j.de hæred.instit.Et i-
stum tex.hic cum gloss.inducit Bald.ad illam qõnem diffici-
lẽ,vtrũ quando est præteritus posthumus ignorãter,legata cõ
seruenť,per auť.ex causa.de lib.præte.Et vt non æquiuoces in
ista materia,debes scire,ꝙ duplex est qõ.Vna est,vtrũ autem
ex causa habet locum in pręteritione posthumi scienter facta.
Et similiter,vtrũ habeat locũ clausula codicillaris. de quo nõ
dicam hic,sed dic vt traditur in l.filio ꝑterito.s̃. allegata. de
☞ clausula codicillari dixi in l.ex ea.s̃.de testa.post Moder.†Re-
stat igitur nunc videre,nunquid si pręteritio est facta ignoran
ter,conseruenť legata,per auť.ex causa,vel per clausulam codi
cillarẽ,si illa clausula est apposita in testõ,posito ꝙ nòn conser
uarenť ex dispositione l.per d.auť.s̃.alleg.Sed primò dixit hic
Bald.& in effectu sequiť Ang.ꝙ aut pater cùm reliquit legata
habebat alios filios,quos grauauit legatis:& tunc legata con-
seruabunť,per authẽ. ex causa.qa qua ratione grauauit filios
natos,eadẽ ratione ꝑsumitur voluisse grauare nascituros. Et
pro ista cõclusione licet ipse non adducat,facit optime tex.per
locũ à speciali in l.pen.in l.qui graui.j.de iure codi.in quibus
probatur,ꝙ si legatũ nõ esset relictũ nominatim à filio nato,
etiam posthumus,qui nascitur præter opinionem codicillan-
tis,teneatur ad legata.Et licet ista iura loquũtur in codicillis,
eadẽ tamen ratio videtur esse in cõseruatione,quæ fit per auť.
ex causa.quæ videtur inducta ad tuendam volũtatem testato
ris,quæ non ꝑsumitur cessare in isto casu,vt dixi. Hoc tamen
videtur limitandum,nisi testator fecisset tot legata, quòd nõ
esset verisimile ea fuisse facturum,si plures filios habuisset:
tunc enim eadem videtur esse ratio, quæ esset, quando
nulli filij nati superessent. & hoc sentit Bartolus,si rectè
inspicias in lege, filio præterito. præallegata. dum probat
opinionem suam procedere de æquitate.Facit optime quod
ipse idem ponit in lege,demonstratio.§.quod autẽ. de con-
dition.& demonstratio.& tex. quẽ ibi ponderat Barto.ad hoc
in d.l.pe.in fi.j.de iure codi.Vbi probať,ꝙ etiã filius natus nõ
debet præstare legatũ à se relictũ nominatim,qñ præsumitur
ꝙ testator nõ fuisset illud legatũ relicturus alio filio postea
nato.In secundo casu,qñ testator nullos instituit filios, quia
eos nõ habebat,nec sperabat se habiturũ:fuere diuersæ quæ-
stiones,quas & respectu d.auť.& respectu clausulæ codicilla-
ris prolixè refert Io.de Imo.& alij Moderni in l.filio præte
rito.j.ti.proxi.Nã Bal.& Ang.hic,& ibi sequunť opinionem
Bar.qui tenuit,ꝙ legata nõ conseruenť:nec per auť.ex causa.
nec per clausulã codicillarẽ.De quo vltimo posuit Bart.in l.j.
j.de iure codi.Bal.in l.sicut certi.C.de test.mili.simpliciter te
net,ꝙ quia etiã isto casu legata conseruẽtur per auť.ex causa.
& per clausulã codici.multofortius sicut ipse tenet in auť.ex
causa.& in l.fi.C.de codi.vbi omnino est videndum.& istas
opi.sequiť Io.de Imo.in loco præallegato.Et quia lõgũ esset
omnia referre,& superfluũ,tangemus ea quæ magis stringũt
pro opini.Bar.vel cõtra ipsum.Et primò nõ videtur Bal. nec
Io.de Imo.bene rñdere ad l.si vnqꝫ.C.de reuo.dona.quã indu
cit Bar.pro se,qui cùm dicũt,ꝙ ibi est speciale in donatione fa
cta liberto,hoc nõ est verũ,& cõmuniter reprobať in l.Titia.
§.imperator.ff.de lega.ij.& in l.j.C.de inoffic.dona.per Bal.
Secũda responsio,quã tangit Bal.in auť.ex causa.& clarius in
d.l.sicut certi.ꝙ illa loquitur,qñ donatur quota bonorum:&
sic per illũ magis infertur ad reuocationẽ institutionis, vel fi-
deicõmissi vniuersalis,qꝫ ad reuocandũ legata particularia:nã
ista respõsio dãnatur per Bar.in d.§.imperator.& Bal.in l.j.de
inoffi.dona.in pe.col.per l.nomẽ debitoris.§.si filio.& qđ ibi
per Bar.ff.de leg.iij.vbi probatur,ꝙ dispositio facta superquo
ta,trahitur ad rẽ certã,qñ est eadẽ ratio in vtroq;.Si ergo per
l.si vnqꝫ.reuocatur donatio facta de maiori parte bonorũ, vel
saltẽ de dimidia:eodẽ modo reuocabitur donatio facta de vna
re,quæ quo ad pretiũ,valeat dimidiã.Sin autẽ reuocatur quæ
libet particula,qꝫtũcunqꝫ minima,qđ tenuit Bar.in d.§.impe
rator.& videť verius,licet Bar.aliter sentiat in locis allegatis:
tũc etiã quodlibet particulare legatũ videť reuocandũ.Quòd
aũt opi.Bar.sit verior,videtur probari ex verbis tex.in d.l. si
vnqꝫ.dũ dicitur,ꝙ si aliquã partẽ donauit,reuocatur &c.Nam
hoc verbũ,partis,significat dimidiam:vt l.nomen filiorum.§.
portiones. de verbõ.signi.verbũ tamen,aliqua pars,significat
quãlibet minimã particulã.Glo.est notabilis,& menti tenen
da in cle.vnica.super versi.partiũ.de foro cõpe.& ita etiã in-
ducit Bal.in d.l.j.de inof.do.præallegata.Secũdò nõ videť be
ne respondere Io.de Imo.dum dicit,ꝙ illa l.loquitur in do-
natione,& ꝙ non est eadẽ ratio in reuocatione legati,quia do
natio ab ipso principio est irreuocabilis, sed legatũ põt reuo-
cari vsqꝫ ad mortẽ:nã ista differentia posset esse bona, si testa
tor nõ prętẽderet iustã causam ignorãtiæ vsq; ad mortem:sed
cũ possit prætẽdere iustã ignorantiã,semper in aliquibus casi
bus,puta si ignoraret probabiliter filium viuere,quẽ credebat
esse mortuũ,vel si posthumus nasceretur post mortẽ suã,vide
tur ꝙ nihil sit reputandũ testatori,si nõ reuocauit legata,licet
ea posset reuocare,ex quo nõ cogitauit,ꝙ filios haberet,vel es
set habiturus.Et licet illa l.si vnqꝫ.sit exorbitãs:per hoc tamẽ
nõ inducitur,ꝙ non possit extẽdi ad casum nostrũ , id est ad
legata:quia cũ illa dispositio sit fauorabilis, faciliter extendiť
de casu ad casum in eadẽ persona:vt plene declarat Bar.in l. si
constãte.in princ.s̃.so.matr.Pro opi.Bar.multũ facit tex. qui
est sing.in materia in l.generaliter.§.fin.C.de insti.& substi.
vbi probať,ꝙ sicut in fideicõmisso vniuersali excluditur sub-
stitutus per tacitã conditionẽ liberorum subintellectã:vt l.cũ
acutissimi.de fideicõmissis.ita etiã obseruať in legatis,& fidei
cõmissis particularibus.In contrariũ facit l.ab intestato.& l.
si quis cũ nullũ.in vlti.respõso.j.de iure codicil.quas inducit
Bal.& Io.de Imo.in locis allegatis,in quibus videť probari,
ꝙ si testator facit codicillos,videť grauare etiã posthumum,
quẽ ignorabat esse nasciturum.ergo saltẽ clausula codicillaris
operatur,vt debeantur legata,qñ filius est præteritus ignoran
ter,siue sit posthumus,siue iã natus.Nec potes restringere illa
licet filius masculus excludat fœminam ex forma statuti:fi-
lia tamẽ nata ex filio masculo nõ excludet eã, quia cessat in
ea ratio exclusionis, secũdùm Bart.in l.liberorum. de verbo.
signi. Præterea aduerte subtiliter, quòd illa differentia,quã
facit Bar.in d.§.si pater,vtrum præcedat priuatio eorum, qui
deberent succedere ab intestato,& sequatur institutio extra
nei,vel simul & semel fiãt,vtrunq; non videt̃ esse rationabi-
le,quia saltim prioritate intellectus & ordinis, quando vnũ
confertur alteri, per quod aliquis priuatur, ademptio p̃cedit
collationem,aliàs non valeret collatio, quia duo non pos-
sunt esse domini insolidum:sicut declaratum est in l.in suis.s̃.
eo.& ad materiam istam vide quod no.Bal. in l.si emancipa
ti.C.de colla,in quibus locis vidẽtur velle præfati doc. quòd
filia exclusa ex forma statuti ab intestato etiam institutis a-
gnatis, vel his qui vocarentur ab intestato, possit contra-
tabulare testamentum. Sed ista opi. reprehẽdit̃ cõmuniter,vt
s̃.dixi, maxime nõ esset vera,qñ filia quæ excluderet̃ à statu
to,esset dotata:sup quo vide tex.& qđ ibi no.Ang.in l.Pap.
§.si qs mortis.s̃.de inof.te.& Bal.& ibi etiã tãgit Ange. in l.
posthumus.§.si quis ex his.e.ti. vide etiam Ange.consil. suo
c.circa prin.Et si velles disputando tenere,quòd filia quæ ex
cluditur ab intestato,posset contratab, testamẽtũ,ad argumẽ
ta supradicta posses dicere, quòd quãuis regulariter qui non
põt succedere ab intestato,& qui non põt dicere testamentũ
nullum,nõ admittat̃ cõtrà:vt l.non putauit.in prin.j.de con
tratab.& bene facit tex.in l.fi.in princi.j.de leg. præstã. Ista
tamen regula reperitur habere instatiã:qa filius est emãcipa-
tus,qui

tus, qui non potest succedere ab intestato vnà cum filio suo, nisi cõferat: potest tamen succedere per contratab. vt l.filiũ §.videamus.ĵ.de bo no.pos.contratab. Itẽ filius adoptiuus, qui de iure Digestorũ non succedebat patri ab intestato, si sit institutus in testamento, potest intentare contratab. alio committente edictũ: vt l.non putauit.§.in adoptionem. ff.e. Ex equiparatis autem non potest argui, vbicunq; reperitur in eis instantia, secundùm glo.j.q.j.c.sicut vrgeri.& in l.si autem.§.possidere.š. de rei vendi. veritas tamẽ est, vt primo dixi: quia in §.videamus. filius emancipatus non excluditur à successione intestati absolutè: de qua exclusione ponitur regula prędicta in §.si in adop.filius qui non admittitur ab intestato, non admittitur contratab.ex persona sua: vbi dicit tex: sed ex persona alterius. regula autẽ excludit veniẽtes ex persona sua: vnde ille tex. melius facit pro sententia communi. ¶ † In ead.glos.ibi: post mortem &c. hanc glos. valde commendant hic docto.& sæpe allegatur in materia legitimationis filiorum: quidam enim notant ex ista gl. quòd restitutio facta per principem non trahitur retro.& hoc sentit Dy. respõdendo ad l.si quis filio exhæredato.ĵ.titu.proxi. Alĳ dicunt, & hoc sentit Barto. quòd etiam si aliàs restitutio trahatur, non trahitur ad præiudicium iuris quęsiti. Tertiò concordat text.in c.quamuis.de rescri.lib.vj. & quod habetur in l.j.š.ex qui.cau.maio. Et ideo infert hic, & plenius in l.vlti. C.de sen.pas. quòd si bannitus restituitur à banno, non reuocat bona interim alienata per fiscum: & sic dicit debere limitari l.j.&ĳ. C. de sen.pas. Bal autem hic referẽs dicta Cy. videtur primò distinguere, quòd aut illa alienatio immediate procedit ex virtute sententię banni, aut ex alio titu. Exemplum de primo: si forma statuti bona interfectorum applicat pro dimidia hęredibus interfecti. Exemplum de secundo: si post confiscationem fiscus vendit, vel donat, vel aliter alienat bona banniti. Primo casu videtur dicendum, quòd alienatio retractetur per l.siue patronus.in prin.ĵ.de iure.pa. Secundo casu est dicendum, quòd bona non retractantur: vt š.est probatum. Non tamen persistunt prædicti doct.in ista distinctione: sed finaliter in exemplo suprà posito concludunt contrarium: quia restitutio principis debet interpretari sine iniuria alterius: vt l.ĳ.§.merito. cum si.j. ne quid in lo.pu. & in c.ex multiplici. extrà, de deci. non tñ respondet ad l.siue patronus. Sed Io.de Imo. respondet, quòd ibi ius non erat translatum in alterum, sed potius suppressum, & extinctum in personam patroni. Tu potes dicere clarius, quòd ille text. debet intelligi, quando patronus deputatus fuit restitutus in vita liberti, ita q; non aufertur aliquod ius quęsitum in re alteri: secus forte esset dicendum, si esset institutus mortuo liberto, & vellet in præiudiciũ hæredis liberti venire ad hæreditatẽ liberti. Ia. autẽ de Bel. quem refert & sequitur Bal. in c.j.hic finitur lex Corradi. deinde incipit consuetudo feudi. videtur sequi distinctionem supradictã, quę videt̃ verissima, quando aliqua quota bonorũ ex forma statuti applicaretur hæredibus interfecti: quia tũc ipsi tenerent locũ hæredis, & paterentur onera cum fisco, secũdùm Bal.no.in l.ĳ.C.ad l.Iul.de vi. Sicut ergo bãnitus restituitur aduersus hæredẽ filĳ, qui occupauerat bona profectitia, q̃ prius fuerant patris ante bannum: quia cùm hæres filĳ ea possideat, qui reprę̃sentãt personã filĳ, nulla videtur facta noua alienatio de istis bonis, vt subtiliter declarat Bar. in l.fi.sępe allegata. ita videtur, q; taliter restitut' recuperet ista bona alienata in alium, ex quo ille tanq; heres repręsentabat personam meã. Pręterea qua ratione recuperat bona acquisita fisco, qui tenet locũ heredis: eadẽ ratione videtur q; recuperat bona ab alio, qui vnà cũ fisco tenet locũ hæredis. Sed si bona non essent translata ad aliũ per modum quotæ, puta quia statutum diceret, q; de bonis interfectorum deberent dari centum hæredibus interfecti, si patrimonium interfectorum ad id esset sufficiens, vel ascenderet vsq; ad certam summam, tunc posset esse vera opi. Cyn. & Bald. hic posita.& ad materiam istam vide text. singu. quem ibi ponderat Bald. ad hoc in c.j.§.priuilegia. de pace Constan. per quem videtur probari, q; restitutio rebellium, quæ fit in capitulis pacis propter fauorem publicum, vt pax citius fiat, trahitur etiam ad bona alienata pendente rebellione: & ad ea quæ suprà diximus adde text.not. quem ibi ponderat Ang. ad hoc in auten. vt cum de app.cog.§.causas ve rò si quis de parẽtibus. per quem tex. decidit ibi no. q; restitutio facta de bannito nõ extenditur ad bona prius alienata: & ad hoc probat ibi tex. in ver. in statu in quo tunc sunt. Secundò adde tex. valde not. super quo Bald. format quęstionem nostram in terminis in l.sed si hac.§.liberos.š. de in ius vo. vbi dicitur, q; si patronus deportatus restituitur, recuperat ius quod habebat in liberto, ne possit vocari in ius sine venia: ex quo in 22 fert ibi Bal. in vl.q. † q; bannitus q restituit̃ [a] à principe, recuperat bona a alienata in tertiũ, quãdo alienatio immediatè surgit à virtute sentẽtiæ: & sic videt̃ sequi distinctionem, quã primo loco posuit hic post Cy. idẽ tenuit in l.si pater. la vl.š.de adop. Et forte ista opi. simpl'r est verior, siue bona sint translata vt res singulares: nam illa respõsio quã dat hic Ioan. de Imo. ad l.siue patronus. nõ videt̃ bona: quia licet illa lex, & tex.in §. liberos. loquant̃, quãdo ius extinguit̃ per deportationẽ, non q̃n transfert̃ in alterũ: ex illa tamẽ iuris exactione est facta melior conditio liberti, quia est factus homo magis liber: & sic si illud ius resuscitet̃, videtur resuscitari cum præiudicio alterius. Pro ista conclusione facit optime tex. in l.non est nouum. in fin. de cõdi. inde. vbi probatur, q; si legata sint con firmata per conditionem minorum, & minor restituitur aduersus adi-

a ¶ Bannitus qui restituitur. Adde Car. Zaba. in c.diligentia. de elect. & per Petr. de Ancha. in consi.cccc. incip. probata tanta vi.

b ¶ Auferre ius quæsitũ alteri. Adde qd in principe, dic q; non, nisi soluat pretium rei ille, cui causa au fert, secundũ Archi. formaliter in ca. cũ per principalẽ.ix.q.iĳ. Bald. in l.qui se patris. C. vnde liberi. Nõ ob. q; omnia sunt principis, intellige.s. fiscalia, secundùm Odofr. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscripti. Archi. in §. quãuis.xxiĳ.quęst. viĳ. Paul. de Castr. cõsi.clvj.incip. viso & examinato. circa fin. vbi alleg. Inno. in c.in nostra. de iniur. Inn. in c.nouit. de iudi. idẽ dic in papa, quo ad laicos, secũdùm Pau. de Ca. consi.ccxvj. inci.p̃supposita sine p̃iudicio. & qd in rebus b̃n̄ficialibus, an papa possit auferre sine cã: dic q; sic, secũdùm Archi. in trac. de hæresi. incip. sanctissimo in Christo patri. vers.& qa tanta est p̃eminẽtia. & tex. in c.ĳ. de p̃b. li. vj. & in cle.j. ad fin. vt lite pẽ. doct. in c. vnic. de summa tri. lib.vj. Ioã. de Imo. in c.constitutus. de rescri. Pau. de Cast. consi.cclxxxj. inci. primũ dubiũ procedit. Ang. cõs.lxĳ. inci. nobilis miles d. Raymũdus de Bartholomeis.

tionem, rescinditur confirmatio legatorũ facta p aditionem: & ita tenuit Bar. per illũ tex. ibi, & in l.Lucius. ff. de acqui. hære. & in l.si filius q patri. & ibi per Mod. ff. de vulg. & pupil. Sed post istã q. quærit Bal. incõtinenti post Cy. nunqd statutum possit expresse disponere, q; bona quę sunt applicata heredibus interfecti, auferant̃ ab eis, & restituãtur bannito restituto. Et determinãt isti doc. per ea quæ habentur in l.fin. C. si contra ius vel vti. pub. & in l.Titius. in prin.ĵ. de polli. & in 23 l.j. in fin.ĵ. de do. except. † Tu aũt aduerte, qa ista quæstio pertinet ad illã difficultatẽ, vtrũ statutũ b populi possit auferre ius quæsitum alteri[b], saltẽ ex causa legitima: de qua vide quod no. Barto. in l. Antiochensiũ.ĵ. de priui. credi. & in prima constitutione Digestorũ. & Moder. in c.cũ oẽs. & in c.quæ in ecclesiarum. de consti. † Restat nunc discutere vnã quæstionẽ subtilem, quam tetigit hic c Barto. videlicet nunqd legitimatio facta[c] de filio spurio post mortẽ patris sui, præiudicet venientibus ab intestato, quibus erat prius quæsita hæreditas, vel ad minus delata. Pro cuius q. declaratione, & pro perfecta examinatione dictorũ Barto. quæ hic posuit in ista materia, videnda sunt quatuor ex ordine. Primò, vtrũ legitimatio trahatur retro, vel considerer̃ vt exnunc: & in hoc videbimus cõsequẽter quid de aliĳs restitutionibus. Secundò, posito q; regulariter trahatur retro, vtrũ trahatur ad præiudicium iuris quęsiti his, quibus fuit delata hæreditas. Tertiò, vtrũ Imperator v' comes Pala. habens ab eo potestatẽ legitimãdi, possit si expresse velit, nõ consentientibus his, quibus est quæsita hæreditas, legitimare spuriũ post mortem patris. Quartò, posito quòd Imperator hic non possit, nisi ex causa legitima, vtrũ subsistente causa hoc poterit, non citatis his quorum interest. ¶ Super secũdo articulo videtur dicendũ, q; legitimatio est quædam restitutio natalium: vt in cor. quib. mo. na. effi. legi.§. si quis ergo. sed restitutio nõ trahitur retro, vt ostendã: ergo nec legitimatio. Quòd aũt restitutio non trahatur retro, p̃batur in auт. vt cùm de appel. cog. in §. causas. ver. q; si forte. vñ sumitur aut. idẽ est. C. de hæreti. vbi dicitur, q; si de gratia hæreticus reuersus ad fidem recuperat bona quæ erãt applicata fratribus suis fidelibus, fructus interim percepti nõ restituunt̃: ex quo datur intelligi, q; restitutio non trahitur retro, quia tunc essent restituẽdi fructus: vt patet in l.patri pro filio.§. ex diuerso.š. de mino. bene facit tex. cũ glos. in l.donationes. C. de dona. inter virum & vxorẽ. & per illa iura d. Ang. in loco alleg. & Bald. in c.j. hic finitur &c. q; si bannitus restituatur, nõ recuperabit fructus interim perceptos. Confirmatur ista conclusio per tex. in l.Lucius.§. Sempronĳ.š. de admi.tut. vbi patet, q; si princeps restituit de gratia bona incorporata in fiscum, seu applicata reipub. ista restitutio nõ trahitur retro, vt bona videant̃ semper fuisse priuati, quia scilicet semper videretur priuati: tũc administratore existente non soluendo, magistratus, qui eũ creauit, non teneret̃: vt l.cũ alicui.š. de neg. ge. & ista est vera solutio, & cõcordia illarũ ll. vt patet ex his q̃ ponit Bald. in d.l.cũ alicui. licet glo. aliter dicant, supplendo ad tex. quod est diuinare. Secũdò, hoc videtur p̃bari in corpore in auth. qui. mod. na. effi. legi.§. si quis ergo.& §. seq. in vers. de cætero. & qui. mo. na. effi. sui.§. illud. in eodem verbo. in quibus videtur probari, q; filius legitimatus in futurũ censeatur esse suus patri: ergo in præteritum. Confirmatur ista inductio per textum in capitulo, 24 tanta. extrà, qui filĳ sint legitimi. dũ ibi dicitur, † d quòd filĳ nati ante matrimoniũ[d] post matrimonium erunt legitimi: & sic videtur, quòd non

c ¶ Nunquid legitimatio facta. Adde Iac. Zochũ de Ferraria in repe. c. p venerabilẽ. q filĳ sint legi. & p Anto. de Rosellis, & Lud. de Sardis in suis tractati. de legitimatiõe.

d ¶ Filĳ nati ante matrimoniũ. Adde an papa possit facere, q; tales sic legitimati nõ sint legitimi: vide glo. in verb. cõstituente. in ca. non oĩs.xxxĳ.q.ĳ. Bal. in c. ex transmissa. de restitu. spo. & an tales legitimati per subsequens matrimonium admittantur ad episcopatũ: vide glos. in verbo, coniugata. in capit. innotuit. de electi. Pet. de Ancha. consilio ccxxj. incipiente, & admittitur ad dignitates.

ante.& hanc ſententiã ſequit̃ Io.Andr.in regula,ſine culpa.de reg.iur.in ſua mercuria.& in c.ſi pro te.de reſcript.lib.vj.in nouella.& in c.innotuit.extrà,de elect.†Ex qua cōcluſione infert in locis p̄dictis,ꝙ ſi ſpurius primò natus[a] legitimet̃ poſt natiuitatē filij ſecundi legitimè nati,non præferetur ſpurius in ſucceſsione regni, ſtante cōſuetudine,quòd primogenitus ſuccedat in regno,de quo fit mentio in c.licet.extrà,de voto.& ibi per Mod.Secundò infert in d.c.innotuit. quòd ordinatio facta vel promotio de illegitimo,non ratificatur ꝑ legitimationē ſequentē. In contrariũ videtur eſſe caſus quē allegat hic Bar.in l.fin. in vltimo reſponſo.j.de nata.reſti.& in l.ij.eod.tit.in quibus probatur,quòd reſtitutus natalibus retro cenſetur medio tēpore fuiſſe ingenuus:Sed legitimatio eſt quædam reſtitutio nataliũ,vt dictum eſt:ergo videtur,ꝙ trahatur retro.Bar.hic nō determinat in hoc articulo,quid iuris, ſed Ang.hic videtur ſequi dicta Io.And.Contrarium tñ videtur tenere:& ibi eũ ſequitur Io.de Imol.in l.ſi alienum.§.in extraneis.j.de hære.inſti. vbi dixit,ꝙ ſi pater inſtituit ſimpliciter filium ſpuriũ,& poſtea facit eum legitimari ſe viuēte, ꝙ inſtitutio conualeſcit, qa legitimatio retro trahit̃.& idem tenet Bal.in l.certũ.C.vñ legit.Et iſta opi. videtur de iure verior per tex.in d.l.fin.& ꝓbatur ratione,qa reſtitutio nataliũ ex ipſis verbis nihil aliud videt̃ importare,niſi vt qui nat⁹ fuit ſeruus legitimus,videatur natus ingenuus & legitimus:& ſic iſta reſtitutio videt̃ inſpicere prĩcipiũ natiuitatis, & neceſſario tp̄s p̄teritũ.Nec placet mihi diſtinctio do.Ant.de But.in c.per venerabilem.extrà,qui fil.ſint legit.vbi dicit, ꝙ aut princeps ſimpliciter facit aliquē legitimũ: & tũc legitimatio erat nouũ ius,ſed nō trahit̃ retro.Aut reſtituit eum natalibus antiquis:& tunc trahit̃ retro,vt ſ.diximus:nam verbi ſignificatio cũ princeps facit aliquem legitimum, ſignificat totum, qcquid continet̃ in legitimatione inducta ex forma iuris:vt in aut̃.quib.mo.na.effi.ſui.§.reliqui. vt patet de ſe:qa cũ legitimatio de ſui natura reſtituat aliquem natalibus,hoc ipſo ꝙ legitimatio cōceditur,tacitè viden̄t ſubintellecta omnia,quę veniunt ex natura actus;vt l.cũ quid.ſ.ſi cer.pet. & l.emptori.in prin.ſ.de actio.empt.Nō obſt.ꝙ alia reſtitutio non trahit̃ retro, vt ſ.dixi : quia in legitimatione hoc eſt ex proprietate verborum. Eſt em̄ legitimatio reſtitutio antiquorũ nataliũ: vt ſ.declaraui. Ange.tñ tenuit in illo §. in extraneis.quòd quęlibet reſtitutio trahat̃ retro.quod non eſt verũ,niſi quatenus expreſſe hæc reſtitutio gratioſa diſponit:ſicut in aut̃.idē eſt.C.de hære. Reperitur tñ caſus , in quo reſtitutio gratioſa trahitur de vno tp̄e ad aliud retro:quē ſingulariter ponit Io.And.in tit.de accuſa.§.ſequit̃.ibi:eſt ſciendũ.vbi dicit,ꝙ ſi bannitus ſoluens intra mēſem certam quantitatē eſt exemptus & liberatus in principio termini, & ideo oſtendēs talem bannitum in termino,ante ſolutionē factam poterit puniri ſecuta ſolutione:quod dictum nō affirmo pro nũc,quia eſt dubiũ.Dixit etiã in iſta materia Ang.ſingulariter conſilio ſuo ccliiij. ꝙ licet bãnitus poſsit offendi impunè, ſi non eſt cancellatus de facto,quãuis ſoluerit condēnationem,vel exēptus alio modo à banno:ſi tñ à cōcilio populi reſtituitur aduerſus bannũ,& contēta in eo,nō poterit offendi,licet non ſit cancellat⁹ de facto, qa videtur reſtitutus aduerſus delictum, & fingitur non deliquiſſe.†Verbum em̄,reſtituo[b],de ſui natura eſt plenum,& ſignificat reſtitutionē per omnia:alleg.tex.cũ glo.Inſti.quib.mod.ius pa.pot. ſolu.§.pari ratione.Super ſecũdo arti.Bartol.hic ſimpliciter dicit,quòd legitimatio ſimpliciter facta non trahitur retro,vt auferat hęreditatē acquiſitam agnatis poſt mortem:ſed nō diſtinguit tempora,vtrum hoc intelligat poſt aditam hæreditatem duntaxat,an etiam ante:quem articulum attingit hic Bald. ſed videtur ſe reſtringere ad legitimationem,quæ fit per comitem Palatinum,de quo eſt minus dubium,vt dicam tertio articulo. Alibi Bal. ipſe diſtinguit,quòd aut hæreditas fuit adita per agnatos, & tunc legitimatio ſimpliciter facta non aufert ius quæſitum agnatis,per gloſſ. ibi poſitam,& per ea quæ ſ.diximus:quia verba priuilegij debent reſtringi,vt intelligatur ſine iniuria alterius:vt l.nec auus.C.de eman.liber. & in l.cùm filius.j.de teſta.milit.Aut hęreditas nondum erat adita,ſed delata: & tunc legitimatio trahatur retro ad præiudicium agnatorum:ita not. ipſe in l.ij.C.de iuris & fact.ignor.iuxta fin. Mouetur,quia ius adeundi non dicitur eſſe in bonis noſtris:vt l.pretia rerum.j.ad legem Falc.ergo nullum præiudicium fit agnatis vel cognatis . Præterea ſicut filius, qui repudiauit hæreditatem paternam ex priuilegio l.poteſt auferre ius adeundi delatum ſequenti in gradu,ſed non hæreditatem iam aditam : vt patet ex not.in d.l.ij.ad intellectum l.fina.C.de repu.hær.videt̃, quòd legitimatio aufert ius adeundi, licet non hæreditatem acquiſitã.& hãc ſententiam ſequitur idem Bal.in l.deo nobis.C.de epiſco.& cleri.in vlti.q.& ita dixit tenere Dyn.in conſilijs ſuis. cuius effectum plenius recitat hic,& ſtatim latius dicetur. Alibi autem Bald.ſimpliciter videtur tenere,quòd legitimatio facta per principem auferat hæreditatem agnatis etiam quæſitam:ſecus ſi ſit facta per comitē Palatinũ.ita not.ipſe in c.j.hic finitur lex &c.Mouetur ſubtili ratione,quia videtur ꝙ immediata cã acquiſitionis hæreditatis procedat ex inhabilitate ſpurij: qa ſi ipſe eſſet legitim⁹, obſtaret agnatis,& non deferretur eis hæreditas.Ergo ſi ſpurius reſtituitur aduerſus hãc inhabilitatem, videtur quòd ſicut tollit̃ illa inhabilitas,ita tollatur acquiſitio immediatè cauſata ex eo, vt in ꝓximo artic.eſt oſtenſum.Ergo hoc videt̃ cōfirmari ex vna ratione, quã aſsignat Dy.in conſi.ſuo xxj.qđ refert hic Bald.nã legitimatio non videtur in filio inducere nouã qualitatem,ſed reſtituere veterē:quia inſpecto primo iure naturæ,omnes homines liberi & legitimi naſcebantur: vt plene dicitur in iuribus ſ.alleg.Sed qñ qualitas vetus extincta reſtituitur,nunquam videtur fuiſſe extincta,vt l.filio quē pater.in princi.ſ. eod.ergo.ſimiliter iſte filius ſemꝑ videtur legitimus,& conſequenter tēpore mortis.Sed ad primã rationem rñdetur, ꝙ reſtitutio reſtituit ius, quod erat immediatè amiſſum per ſententiã, vel ex actu contra quē fit reſtitutio,ſi illud ius erat prius quæſitum illi,qui nunc reſtituitur.Sed ĩ caſu noſtro ſpurius qui legitimatur nũc,nunquã habuerat tale ius quæſitum,qa nũquam fuit ſibi delata hæreditas paterna. Vnde ad ius,quod nunquam habuit,non reſtituitur in præiudicium iuris alterius:ita dicit Bart.expreſſe in ſimili q.in l.fin.C.de ſen.paſ.& Bald.expreſse in aut̃. excipitur.C.de bo.mat. Ad ſecundũ eſt dicendum,ꝙ in filio legitimato non reſtituit̃ qualitas vetus,quę olim in illo fuit:quia ipſe nunquã fuit legitimus ante legitimationē:ſed reſtituitur qualitas,quę fuit in alijs hominibus,antequam induceret̃ diſtinctio inter legitimum & illegitimũ, & inter ſeruum & liberũ:& ita dicit iuriſconſultus in l.ij.circa med.j.de nat.reſti. Vnde in iſto legitimato eſt noua qualitas, & nouum ius: nec etiã placet diſtinctio quã ipſe facit in l.ij.p̄alleg.quia licet ius adeũdi reuera nō poſsit proprie dici quæſitum,ſed potius ius delatũ ad acquirendum:vt plene declarat Bar.in l.is poteſt.j.de acquiren.hære.non tamen pōt negari,ꝙ eſt fortius ius,quàm ſit ſpes filij in hæreditate paterna viuente patre.Sed illa ſola ſpes videtur tunc cauſa ſufficiens,cur non inducatur noua filiatio,& diminuatur ſpes filiorum,& cur nō fiat legitimatio,vt probabitur:ergo tale ius attendit̃,vt princeps ei non videatur velle præiudicare de noua filiatione. Caſus eſt in l.nec ei.§.fi.ſ.de adopt.† De legitimatione vide in aut̃.quib.mod.natu.efficiun.legit.§. ſi quis ergo filios nō habens.& quib.mod.natu.effi.ſui.§.illud. in quibus patet, quòd pater nō admittitur ad ſupplicãdum pro legitimatione filiorum, niſi quando non habet prolem legitimam:ergo ſicut imperator in dubio non videretur verè pręiudicare filijs,ita nec agnatis poſt delatã hæreditatem. Et hanc opi.ſequitur Ioan. Andr.in addi.Specu.in tit.de ſucceſ.ab inte.§.j.item ſcias.vbi concludit,& in prin.& in fin. additionis, quòd ſi ſpurius legitimatur poſt mortem iam delata hæreditate filijs, vel alijs,reſcriptum cenſetur ſubreptitium,ſi non eſt facta mentio de filijs de iure agnatorũ,cùm hæreditas fuit ei delata : nam non pōt negari, quòd ſi princeps ſciuiſſet hæreditatem alteri delatam, difficilius fuiſſet conceſſurus gratiam iſtam. Item non pōt negari,ꝙ extinguendo ius adeundi cōpetens agnatis facit eis iniuriã:vt l.fin.j.de na.reſtitu. Reſcriptum autem & gratia redditur ſubreptitia,non ſolũ quãdo certum tēpus eſt,quòd princeps nō eſſet cōceſſurus:ſed etiam quãdo eſt dubium, vtrum eſſet cōceſſurus:vt ſolenniter declarat Ioan.Andr.in addi.Spe. in rubri.qui fil.ſint legi.& bene facit tex.in c.poſtulaſti.extrà,de reſcri. & ideo ſimpliciter videt̃ eſſe tenēdũ, quòd legitimatio facta poſt mortem in dubio non trahatur retro ad præiudiciũ hæreditatis delatæ. Hãc opi.ſequitur hic Pau.de Caſt.allegans Bald.hoc tenentē in prima conſtitutione C.iuxta finem.Sed Bald. ibi loquitur, quando legitimatum in terris eccleſiæ aliquo caſu alia ratione non pōt legitimare,etiam in p̄iudicium hæreditatis delatę,licet non aditæ:de qua ibi per eum,& Hoſtien.& Ioan. Andr.in c.per venerabilem.præallega. Sed quæritur pro pleniori declaratione , quia Bald.hic dicit, quòd legitimatio facta viuente patre ad poſtulationem ipſius ſine dubio præiudicat agnatis etiam nō citatis,nec conſentientibus:per legē,cũ adoptio.ſuprà,de adop. & ſequuntur communiter docto.vbiq;,& Angel.conſilio ſuo lxxxvij.

quòd

a ¶Si ſpurius primo natus. Adde Bald. in l. quoties.C. de rei vēdi.& ibi Pau. de Caſtr.poſt eum. Barto.in l.cùm decem.in §.fina.ff. de donat.Ioan.Andr. in regula, ſine culpa.de regul.iur.lib. ſexto.in merc.An. de Burr. in c.tanta. qui filij ſint legiti. Ange.in diſputa.incipien.nobilis quidam genere. Abb. conſil. lxxxv. incipiēt.videtur primò dictam donationē. in primo volumi.

b ¶Verbum em̄,reſtituo. Adde Ange. in l.& in contraria. in §. ex cauſa. in v. nota.ff.de vſuris.

26 quòd † si pater facit legitimare filiū,[a] habēs filios legitimos, a vtrū ipsi filij sint citandi, vel saltē sit facienda mētio de eis. Super quo dixit Ant. de Bu. in loco sępe allegato, ꝙ licet filij nō sint citādi, debet tñ fieri mentio de ipsis, aliàs legitimatio est subreptitia. Hanc sentētiam sequit̃ Io. An. in addi. Spe. in tit. de suc. ab inte. §. j. versi. itē scias. & licet thema format̃ in filio, q fecit se legitimari post mortē: prima tamē ratio ibi assignata cōcludit idē esse, si filij legitimētur postulāte parente in vita patris. Dicit em̃ Ioā. An. ꝙ ista legitimatio est subreptitia, quia non est facta mentio filiorū: & quòd princeps si hoc sciuisset, & etiā expressum nō præsumeretur fuisse cōcessurus, qa spurij nō solent legitimari, imo nec debēt de iure stantib⁹ filijs legitimis, in aut̃. q. mo. na. effi. legi. §. sancitū. & §. fin verò solum. in fin. & p hāc rationē sequitur hic istam opi. Pau. de Ca. Et licet Ant. de But. dicat in loco allegato, quòd debet etiam fieri mentio de agnatis, & dicit hoc sentire Io. An. hoc nō esse verum: quia Ioan. An. hoc sentit de filijs, nō de agnatis, & non reperitur quòd filius sit prohibitus legitimari, stantibus agnatis, sicut stante filio legitimo. Sed quæritur incontinenti, quid si filius sit legitimatus cum ista clausula, saluo iure filiorum legitimorum, vel succedentium ab intestato, qd conferretur filio per istam legitimationem in iure succedendi? Hanc quæstionem diffuse declarat Angel. consil. xxvj. & ibi videtur concludere, quòd ista verba non excludāt, quin filius legitimatus præferatur agnatis ab intestato; quin posset institui à patre intestato: sed solùm inducūt, quòd si sunt instituti venientes ab intestato, filius præteritus nō poterit expugnare testm̃. Quę opi. non placet, quia quādo reseruatur ius venientium ab intestato, manifestum est quòd in successione intestati noluit testator pferri filium legitimatū, sed agnatos. Nec ob. ꝙ interpretādo aliter ista concessio nihil operaretur, cōtra l. si qñ. de lega. j. & c. si papa. de priui. lib. vj. qa imo operabit̃, quòd fili⁹ taliter legitimatus possit institui à patre, dūmodo nō diminuat̃ aliquid de legitima, q̃ deberet̃ filijs, si iste spurius non esset legitimatus: nā illa verba, sine piudicio succedentiū ab intestato, intelliguntur cùm est locus successioni intestati, nō quādo pater facit testm̃. & tenet hic Pau. de Ca. & bene, licet nō viderit istud cōsiliū An. Et qa s̃. dixi, referēdo dicta Io. An. in regula, sine culpa. de. reg. iu. ꝙ primogenitus legitimatus nō præfert̃ secūdò genito legitimo. aduerte, qa Io. An. intelligit hoc, etiam si illegitimus sit legitimatus per matrimoniū sequēs, quod videtur valde difficile sustinere: sicut dicit hic subtiliter Pau. de Ca. quia per matrimonium sequēs pōt diminui ius legitimę filiorū legitimorū pcedētiū, licet aliàs pr̃ nō possit in legitima piudicare: allegat tex. in aut̃. qb. mo. natu. effi sui. §. generaliter. tu vide tex. meliorē ī aut̃. de tri. & semis. §. fi. Licet ergo pater non possit piudicare filio primogenito in iure sibi quęsito ex cōsuetudine: per hūc tamē modū videtur posse piudicare. Et vtrū hoc sit verū, quòd pater nō possit piudicare iuri primogeniti, vel possit ex causa: vide quod solenniter not. Bal. in aut̃. hoc amplius. C. de fidei com. & in c. j. de suc. feu. & credo ꝙ iste doct. dicit verū p iura alle. Aduerte tamē, qa Ia. Bu. alia ratione quæ nō pertinet ad materiā, dixit quòd nunq̃ legitimatus pōt præferri tanq̃ primogenitus: qa consuetudo quæ loquit̃ de primogenito legitimo, intelligit̃ de vero legitimo, nō secūdùm fictionē: ita refert Bal. & sequit̃ in l. quo. C. de rei ven. q̃d vtrū sit verū, nō prosequor nunc, qa nō est nostra materia. ¶ † Circa tertium articulum cōclude breuiter, quòd comes Palatinus per potestatē sibi concessam quibuscūq; verbis generalibus non pōt legitimare in piudiciū hęreditatis delatæ & agnitæ p eū, qui deberet succedere, si filius nō esset legitimatus: & in hoc concordant omnes, videlicet Bal. hic, & in l. cū filius. j. de testa. mi. & in illo c. j. hic fi. lex sæpe alle. & in l. ij. circa medium. C. de serui. & aqua. Sed do. Ant. in c. per venerabilē. pallegato. addit, ꝙ non pōt legitimare, etiā patre viuente in pręiudiciū filiorū: & hoc sequitur hic Pau. de Ca. et multominus poterit in præiudicio hæreditatis delatæ, licet nō agnitæ, per ea quæ s̃. dixi. Fundamentum istorū est: quia cōcessio quæ fit comiti, debet interptari vt sit sine iniuria alterius: vt in iurib⁹ sæpe alle. Tu dic, & melius, ꝙ ista conclusio probatur ex his quæ elegāter tradit Bart. in l. ambitiosa. C. de decre. ab ord. fa. & in l. dotalē. j. de testa. mili. in quibus locis dicit, ꝙ per quæcūq; verba concedatur ptās in genere à superiore, etiā si dicat, ꝙ ille cui fit concessio, possit idem q̃d ipse cōcedens, nunq̃ vr̃ data ptās auferendi ius quæsitum tertio: p l. toties. in pri. j. de pollicita. Sed dubitatur, nūquid ipse princeps hoc possit facere. s. legitimare filiū spurij post mortē patris in præiudicium eorum, quibus hæreditas fuit delata. Bar. hic expresse dicit, quòd sic: & Bal. in l. nā ita diuus. de ado. & in l. ij. C. de seru. & aqua. Do. Pau de Cast. hic attingit veritatē, distinguens ꝙ aut princeps vult auferre ius adeūdi delatū agnatis, antequā adeāt hæreditatē: & hoc pōt, qa tale ius est merè de iure ciuili, sup quo prīceps habet plenitudinē potestatis: vt patet ex no. in l. fi. C. si cōtra ius vel vtili. pub. & in l. oēs populi. s̃. de iusti. & iur. p Bartol. Aut princeps vult auferre ius quæsitū agnatis per aditionē: & hoc non pōt, qa licet successio ex testamento vel ab intestato sit de iure ciuili, dñium tñ q̃d ex ipsa successione acquiritur, est de iure gentiū: vt plene declarat Bar. in l. hoc iure gētiū. s̃. de iusti. & iur. Sed dñium quæsitū de iure gentiū princeps nō pōt auferre sine causa respiciēte vtilitatē publicā: vt l. Titius. s̃. de euic. & l. itē si verberatū. s̃. de rei ven. & est cōmunis conclusio in c. q̃ in ecclesiarū. de consti. & in prima cōstitutione ff. vbi plene ponit Bar. ergo tale ius nō poterit auferri. & ita dicit se cōsuluisse de facto, licet non inuenerit hoc tactū à doctoribus. Tu aūt vide Bald. q ita distinguit in effectu in l. rescripta. in vlt. col. C. de preci. impe. offe. vbi dicit, ꝙ a princeps non pōt dare potestatē comiti legitimandi ad hæreditatem aditam per agnatos tpe legitimationis, per rōnem p̃ dictam: & clare sentit, ꝙ possit concedere ante aditā hæreditatem. Et in terminis dictū Bal. est simpliciter verū: sed in terminis do. Pau. & Bart. est magis dubiū: qa licet princeps non possit auferre ius quæsitū sine cā, in dubio tñ cā præsumitur in principe rescribente, & maximè si princeps hoc exprimat, quia ex iusta & rōnabili cā mouet̃. Ita declarat Cy. referens dicta Petr. in l. fi. C. si cōtra ius vel vtili. pub. & tenet Ant. de But. in c. q̃ in ecclesiarū. de cōst. & Abb. Mod. in c. tua. extrà, de deci. Sed forte posset rñdendo dici, ꝙ licet præsumatur cā iusta, qñ princeps voluit dispensare cōtra ius naturale, vel diuinum: nō tñ ita faciliter psumitur, si vult dispensare cōtra ius quæsitū de iure naturali, vel gentiū, ad piudiciū alterius. Vnde isto casu requirit̃ clausula nō obstātiū magis spālis: vt no. in c. j. extrà, de rescript. vbi hoc plene declaraui in repe. mea. Istud dictū est valde æquū, & pro eo facit optime tex. in l. pe. j. de nata. resti. vbi dicit̃, quòd princeps non pōt restituere liberū natalibus nō consentiēte filio patroni. Et licet tex. in l. ij. in fi. eo. tit. per quē se fundat hic Bar. videat̃ velle, ꝙ prīceps non soleat hoc de facili cōcedere: & sic innuit, quòd si vellet, posset cōcedere: quia dico, ꝙ illa verba nō significant hoc: sed quòd ista concessio posset fieri cū cā legitima, aliter nō. & ita intelligit glo. not. l. quæris. eo. tit. in l. is qui reipu. s̃. ex quib. cau. maio. ita etiā videtur intelligere Bal. in l. rescripta. præallegata. Nec restringo causam iunctā ad causam quæ respiciat vtilitatē publicā dūtaxat, sicut hic dicit Pau. de Cast. quia docto. simpliciter in locis præalleg. dicūt, ꝙ princeps pōt auferre ius quæsitū ex causa iusta. Vnde in l. fi. C. de repu. hæredi. aufertur ius quæsitū sequenti in gradu post aditionem à se factam, licet illa iusta causa nō respiciat fauorē publicū, sed simpliciter fauorē filij, cui magis debet̃ hęreditas parentis, quàm b sequentibus in gradu, vel substitutis, intelligēdo d. l. put intelligit Bar. in l. si qs suus. ff. de iure de libe. ꝙ habebat locum 27 etiā post aditā hæreditatē ad sequētē in gradu. ¶ † Circa quartum & vltimū articulū est cōmunis op. ꝙ si pater facit ipse legitimari filiū, vel mandat eum legitimari in testamēto, nō sit b citandus aliquis[b], per l. cū adopt. s̃. de adop. & ita tenet Ang. loquendo de agnatis, consi. lxxxvij. & Bald. in l. fin. C. quib⁹ res iud. non no. Aduerte tñ, qa viuente patre filius non pōt facere se legitimari stātibus legitimis patre non consentiente. Tex. est no. secundū Ang. ibi, & in aut̃. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis igit̃. Quinimo si filius sit legitimatus ad petitionem patris, non pōt pater plus sibi relinquere, quàm vni ex filijs legitimis, cui minus reliquit: cuius cōtrarium s̃. dixi sequendo Pau. de Castr. ita tradit Ang. in eod. tit. §. & qm̃. Sed istud dictum simpliciter intellectū nimis exorbitat à regul. iur. quæ volūt quòd in præiudiciū filiorū pater possit relinquere extraneo totam substantiā præter legitimā: vt l. cū quæritur. & l. cū parentibus. C. de inoffi. testa. Si ergo hoc potest relinquere extraneo, multofortius filio legitimo, in quo est abolita macula defectus sui, cū sit restitutus natalibus. Vnde melius est dicere, quòd ille tex. restringat̃ ad casum suum, videlicet ad legitimā per oblationē curiæ, in quo quædā etiā sunt specialia, quædā sunt cōmunia alijs legitimatis, sicut est illud ꝙ ipse non efficiatur agnatus & cognatus attinentibus testatoris: vt patet eod. titu. §. filium verò. Sed remanet dubitatio, quid si princeps velit legitimare post ius quæsitum, vel saltem delatum alijs post mortem defuncti. Super quo est cōmunis opi. quam Bartol. affirmat hic & Moder. sequētes eū, quòd non requiratur aliqua citatio. Pro qua opi. est glo. sing: quam ipsi non allegant in lege, is qui reipublicæ. s̃. ex quib⁹ cau. maior. quæ expresse vult etiam quòd vbi princeps non

a ¶ Quòd si pater facit legitimare filiū. Addē qd de patre q habet solùm filios naturales et facit eos legitimari, & postea nascūtur filij legitimi, an talis legitimatio reuocet̃. vide p Ray. de Forli. ī l. ex facto. ff. de vul. & pu. Cy. & Saly. ī l. si. vnq̃. C. d̃ reuo. do. An. in l. humanitatis. C. de impu. An. d̃ Iser. ī c. naturales. si de feu. fuc. contro. inter do. & agna. in vsibus feu. Spe. & ibi Io. An. ī addi. ti. de suc. ab intest. ī §. ver. sed ex facto quærit̃. Old. cons. ccxlvij. ici. factū tale est, qdā &c. Lud. Ro. cōs. clxiiij. inci. ī proposita cōsultatione. Alexā. de Imo. cōsi. cxxxviij. ici. opportune cōsideratis. in j. vo.

b ¶ Non sit citandus aliquis. Adde Ale. de Imo. cōsil. xxv. inci. circa primum dubiū, quo quærit̃. in j. vol. Alex. cōs. lxvij. inci. cōsideratis his quæ in themate narrātur. ī e. vol. idē Alexā. cōsi. lx. inci. visa legitimatione. in ij. vol. Pau. de Ca. consil. cxxj. inc. sup co solo. Frā. de Are. cōs. pe. inci. magnifici et excellētis. dom.

pōt derogare iuri alterius, nisi cū causa, subsistente cā possit concedere priuilegium parte nō citata: & ita tenet Bald. in l. nā ita diuus. præallegata. idē tenet in l. fi. qui. res iu. nō nocet. Idē dicit do. Abb. Moder. se cōsuluisse in c. cū olim. extrà, de re iudi. Mouetur, quia priuilegiū nō est actus iudicialis, ideo nō requiritur in eo citatio partis: alleg. Inno. in c. nisi cū pridem. extrà, de renun. idē tenet Ant. de Butr. in legitimatiōe in c. per venerabilem. sępe allegato. Sed hoc videtur expresse contra doct. Bart. in l. ij. C. de tempo. appell. vbi dixit, ꝙ vbicunqꝫ res de sui natura requirit causæ cognitionē, vel infert graue præiudicium, princeps illud nō pōt facere sine partis requisitione: quā doctrinā ego probo ratione manifesta in casu nostro: qa si princeps nō pōt dispēsare, nisi ex causa, vt dictū est, post aditā hæreditatē: necesse est dicere, ꝙ requiratur partis citatio, qa principi nō pōt liquere, vtrū subsit cā iusta, vel nō, parte nō citata: vt l. pe. C. si p vim vel alio modo. Vnde dicit alibi Bart. in extrauagā. ad repri. super verbo, summarie. & l. ab executione. C. quorū appel. non rescin. ꝙ semper cognitio dicitur summaria respectu probationis, quæ fit parte absente. Cū ergo, vt ex cā legitima possit auferre ius q̄sitū, debet sibi liquere de cā, aliàs non poterit dispensare: vt l. hoc autem. §. recte defendi. & ibi per Bart. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & per eundē in l. multū interest. ff. de condi. & demō. Pręter ea ipsi non bene responderunt ad l. nam ita diuus. vbi videt̃ probari cōtrarium, ꝙ requiritur citatio in cōfirmatione adoptionis inutilis, quā princeps facit de gratia. Intelligo autem illā l. q̄n post mortē adoptantis confirmatur adoptio p ipm adoptatū in præiudiciū iuris quæsiti tertio. Nec valet r̄n̄sio, quam dat do. Ant. in loco alleg. ꝙ ibi loquit̃ in acquisitione iuris noui: sed legitimatio restituit ad ius, q̄d olim cōpetebat: qa ista r̄n̄sio fuit superi⁹ reprobata, soluēdo rōnes Dy. & fuit ostēsum, ꝙ istud ius erat nouū respectu ipsius. Nō obstant dicta Inno. in c. nisi cū pridē. qa ibi loquitur in gratia, quæ fit in pręiudiciū iuris positiui, quod pōt princeps tollere sine aliqua causa. Facit optime pro illa doctrina q̄d ipse idē no. in c. fin. extrà, de præsum. & glo. in cle. vnica. de offi. lega. Possumus ergo cōcludere, quòd opi. doct. procedat, quando princeps vellet legitimare hæreditate delata, sed non adita: & p hoc sit expedita ista difficillima materia, saluo iure meli⁹ sentientis. Refert etiam hic Bald. & per hāc glo. Ray. de For. cōsuluisse, ꝙ si ex forma statuti stāte filio masculo filia fœmina nō succedat, & fili⁹ masculus erat tpe mortis, licet postea moriatur filia fœmina nō admittit̃: qa ex quo semel filius est effectus hæres, nō pōt amplius desinere esse. Et ista cōclusio est vera, q̄n exclusio est simplex, & non tpalis, & hæreditas fuit agnita p filiū: vt optime declarat Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. pro qua cōclusione est casus in terminis, quē ibi pōderat Bald. ad hoc in c. j. §. fi. epm vel ab. feu. da. nō pos. bñ facit q̄d no. Bal. in l. in substitutione. ff. de vulga. & pup. Si aūt hæreditas non esset agnita p filium, tūc est maior dubitatio: qa Saly. in l. j. C. de adul. referēs ibi quendā doc. antiquū, videtur tenere ꝙ filius nō transmittat ad suos partē filiæ delatā sibi de iure spāli, non est cognita. In contrariū facit quod no. Bal. in au. in quibus. C. de secun. nupt. quod non prosequor nunc, quia nō est nostra materia: & per hoc sit expeditus iste difficilis §.

Quid si is. Si substituit̃ nepos nasciturus ex filio capto ab hostibus, nō euertitur testamentum, siue nepos nascat̃ patre viuo, q postea in captiuitate decedet, siue mortuo patre, & auo. Vel sic: Si filius instituit̃, & nepos nasciturus substituitur ei sub cōditione, si filius moriat̃ viuo auo, substitutio locū habebit, si filius tpe mortis aui erat in captiuitate, & in ea moriat̃. diuisionē hic vide p Bal. q perfectè eā ꝓsequitur. ¶ † No. primò, ꝙ filius qui moritur apud hostes, cēsetur fuisse mortuus retro ante horam captiuitatis.

28

29 Cōcordat tex. in l. leg. Cornelia. ff. de testa. mili. ¶ † Secundò not. secundū verā expositionē huius literæ, ꝙ dispositio facta per verba pluralis numeri verificatur in numero sin. Cōcor. tex. in l. ij. & in l. j. ff. de pet. hær. & est arg. secundū Bal. hic, ꝙ si statutum punit producentē falsos testes, verificat̃, etiam si aliquis ꝓducat solū vnum testē falsum: idem dicit Bar. in l. ij. §. homines. ff. vi bo. rapt. & Angel. in l. ij. ꝑ alle. sup quo vide q̄d not. Bald. super simili q. in l. iubemus. §. pe. C. ad Trebel.

30 ¶ † Tertiò no. & tene mēti, quòd testamēta nō euerti seu nō rūpi pertinet ad vtilitatē publicā: q̄d Bal. dicit non bene inueniri alibi. bene facit tex. in l. vel negare. ff. quēad. test. aper. ¶ Quartò not. quòd interpretatio aliquādo sumitur pro interpretatione suppletiua, siue extensiua: aliquādo sumitur ꝓ interpretatione declaratiua: aliquando pro correctiua, secundùm gloss. in l. j. §. qui operas. ff. ad Tertul. & in l. j. ff. de origi. iur. secundū Bald. hic: de quo vide plene per Bar. in l. oēs po

31 puli. ff. de iusti. & iur. in vj. q. prin. ¶ † Vltimò not. ꝙ dispositio facta in casu mortis verè trahitur ad casum mortis fictæ: idē probatur in §. ꝑcedenti. Et occasione huius notabilis tractat hic Bal. vtrū dispositio statuti facta in casu vero, trahat̃ ad fictum, quę est longa materia & difficilis: & vtrū statutū, quod punit cōmittentē delictum, cōprehendat mandantē: de quo dicā tibi in lectione seq. aliqd. ¶ Extra gl. tangit hic Bar. post Dyn. illam quæstionē difficilem, vtrum testator possit instituere nepotē natum ex filio spurio. Cui⁹ dictis adde q̄d Bald. in §. quidā recte. ff. eod. dubitās de ista quæstione, videt̃ declinare cōtra sn̄iam Bart. & nititur respondere rationibus eius isto modo: quia inquantū Bar. dicit, quòd delictum filij non obest nepoti in his quæ non habēt originē à filio: vt l. iij. ff. de inter. & relega. & quòd deportatio filij non nocet nepoti. Itē quòd nepos ex filio hæretico pōt succedere non obstante inhabilitate patris: vt in au. idem est. C. de hære. Bal. concedit ista esse vera, sed tamen dicit, quòd non faciūt ad ꝓpositum: qa hic non agitur de aggrauando conditionem nepotis ex delicto filij, sed ex delicto testatoris disponētis: nam propter concupiscentiā refrenandam, inducta est ꝓhibitio, ne quis possit instituere naturales, vel spurios. l. fi. C. de natu. libe. Hæc aūt ratio videtur adhuc durare, vt prohibeatur nepos institui: quia si ille q generat spurios, videt̃ quòd nō possit nec spurios nec descendentes ex se instituere, sine dubio fortius refrenabit̃, ad l. cōcupiscentię. Et quòd ista opi. sua sit vera, probat ipse per tex. in au. quib. mo. natu. effi. sui. §. fin. dū dicit, ꝙ prohibitio spuriorū habet locū in his, q procedūt ex cōplexu illicito: verbū aūt, ꝓcedere, videt̃ extendi ad oēs descēdentes ex filio spurio: ergo etiā nepos non poterit institui. Sed ad illū tex. pōt r̄n̄deri, & ipse etiā tangit, quòd illa generalitas illius verbi restringitur per dictionem, ex quo solet significare causam immediatam[a]: vt l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufra. & not. in l. non dubiū. C. de leg. sicut nomē vniuersale restringit̃ per qualitatē sibi adiectā loci vel temporis: vt l. fi. §. cum dulcia. ff. de vi. tri. & oleo leg. Ang. hic videtur tenere dicta Bar. præterquam in vno casu: videlicet quādo est dubium, vtrum nepos sit institutus contēplatione filij, vel non: quo casu ipse dicit, ꝙ relictum nō valebit: qa ex quo testator expresse nō prohibuit vsumfruct. acquiri filio, si valeret relictum factū nepoti, acquireret̃ aliquid filio, scilicet vsusfructus, quāuis nepos videretur institutus in dubio cōtemplatione sui, & non patris: esset eñ tunc acquisitio aduentitia, ex qua acquireret̃ patri vsusfructus, vt notatū est. Pro ista cōclusione adducit̃ tex. cū glo. per Saly. in l. fin. C. de na. libe. & per Io. de Imo. hic in l. impuberē. §. j. ff. de fal. vbi pater non pōt ascribere legatū filio, ex quo deberet sibi acq ri vsusfructus, sicut non pōt ascribere sibi legatū, q̄d ei totaliter esset applicandū. Sed ad illum text. respondent optime doct. ꝙ ibi ratio quæ prohibet sibi ascribere legatū, pariformiter habeat locū in legato ascripto filio: qa cū agat̃ de cōmodo patris, fides eius est suspecta: vt patet in l. filius. §. sequens quęstio. eod. ti. Sed nō est hic eadē ratio vitiādi relictū factū nepoti, q̄d nō possit fieri filio: relinquit̃ ergo, ꝙ respectu ꝓprietatis relictū factū nepoti valebit. Sed remanet dubitatio, secundū Moder. cui applicabitur iste vsusfruct⁹, qui in aduentitijs debet quæri patri. & videt̃ dicendū, ꝙ applicet̃ ipsi patri: qa licet nō possit sibi relinqui aliquid immediate, vel per mediā personā ex iudicio testatoris: videt̃ tamē quòd in consequētiā ad relictū factū filio possit sibi acquiri ex dispositione legis. per ea quæ habent̃ in l. si is qui duos. in fin. ff. de lib. leg. & in l. nihil. §. fina. ff. de inoffi. testam. Vnde alibi dicit Bar. & notanter in l. iij. §. liberis. ff. de leg. præstan. quòd licet aliquis sit prohibitus sub pœna cōtrahere cum bānito: non tamē est prohibitus cōtrahere cū seruo, vel filio bāniti, licet in consequentiā ex l. dispositione ius acquirat̃ bannito. Nō obst. tex. in l. si is qui duos. ff. de lib. lega. qa ideo ibi dispositio testatoris in cōsequentiam porrigitur ad non capacē, q̄m non poterat separari lucrū capacis, & non capacis: sed q̄n pōt separari, vt in duobus reis, qui non sunt socij, tūc dispositio facta de capace non trahitur in cōsequentiam ad nō capacē: vt ibi dicit̃, & in l. si sponsus. §. j. ff. de don. inter vi. & vxo. Nō ob tex. in l. iij. §. liberis. & q̄d ibi no. Bart. ff. de leg. p̄stan. quia in illo tex. non erat eadē ratio cōfirmandi legatū relictū seruo, sicut si esset factū dn̄o serui propter honorē, qui nō fuit sibi habitus in legando: vt ibi expresse dicitur. Dictum autē Barto. ibi positū de bānito est intelligēdū respectu pœnę extrinsecæ, quæ imponitur cōtrahenti cū bānito: tunc eñ duplici ratione nō extendit̃ pœna ad eū q cōtrahit cū seruo vel filio bāniti. Prima, vr̄ eñ statutū ꝓhibuisse cōtrahi cū bānito, ne in præiudiciū reipublicæ aliqs conuerset̃ cū eo: quæ rō non

a ¶ Significare cām immediatam. Adde Phili. Cor. con. xx. incip. in præsenti. I j. volu. idem consil. cxliij. incip. viso. in eodem volumi.

32 non sic habet locũ in eo qui cõtrahit cũ seruo vel filio.† Secũdá rõ est, qa dispositio stricti iuris, quæ disponit super contractu, intelligit̃ de cõtractu vero, non de ficto. Casus est not. quem ibi ponderat Bal. ad hoc in l. si qs in legatione. ff. de iudi. & tenet idem Baldus in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. Sed qñ dispositio respicit effectum acquisitionis, sicut in terminis nostris: quia pater prohibetur relinquere spurio, & sic conferre sibi aliquid de sua substantia, tunc prohibitus alienare vel conferre ius certæ personæ, videtur prohibitus & facere aliquid, ex quo sequatur alienatio vel acquisitio iuris, ex dispositiõe l. vt est casus in l. fi. C. de legi. tuto. & gl. ordinaria in l. si ita quis. §. ea. l. j. de verborum obl. & ita tradit Bal. in l. hac edictali. in pri. C. de secund. nup. & Bar. in l. si constante. in prin. sol. ma. Dicendum est ergo, secundùm Saly. in d. l. fi. & Moder. hic, quòd vsusfructus acquiritur sibi filio, quia nõ potest acqri patri: & ita etiam sentit hic Bar. & in l. j. in prin. ff. de auto. tu. Nam id qd dicit hic Io. de Imo. nõ est verum, quòd hic vsusfruct. remaneat penes hæredem, quia legatum vsusfructus fuit inutile ex persona legatarij. hoc enim posset esse verũ, quando ipse vsusfruct. esset applicandus ipsi nepoti, cui fuit relicta proprietas: quia non esset conueniens, q in eo casu in quo amitteret vsumfructum, vel non posset consequi directo, applicaretur sibi tanq̃ proprietario: vt dicit tex. in fi. in l. sicut in annos. §. idem Papi. ff. qui. mo. vsusfructu. amittat̃. Sed hic acquisitio vsusfructus erat inutilis in personam patris: ergo non est inconueniens quòd applicetur nepoti, qui est dominus proprietatis: sicut dicitur in fi. in l. item si seruus. in prin. j. de stip. ser. Per hæc tamen non habes adhuc expeditum articulum: vnde pro perfecta expeditione ipsius considera aliquos casus: & dic, quòd aliquando auus vult instituere nepotem natum ex spurio mortuo ipso filio spurio, & expresè cauetur in testamento, quòd vsusfructus non acquiratur patri: & tunc non cadunt hic difficultates motæ per Bar. sed solum est videndum, vtrum dispositio l. quæ prohibet spurium filium institui, extendatur ad nepotẽ ex spurio: & videtur dicendum q sic, qa primò per text. ĩ l. j. C. de na. lib. vbi text. dicit in prin. q filijs natis ex matrimonio reprobato, de quo ibi in tex. non potest aliquid relinqui vel donari: deinde sequitur ĩ alio ver. quòd talibus liberis non potest fieri ista concesio per se, vel per interpositam personam: & sic illos quos prius vocabat filios, vocat liberos: quæ appellatio extenditur ad omnes descendentes: vt l. liberorum. j. de verbo. signi. Secundò, quia tex. in corpore, prohibet omnes institui, qui ex complexu illicito procedunt: vt patet in fi. §. fi. Sed istud verbum est generale, non solum ad filias, sed etiam ad descendentes ex eis, ergo videtur, quòd & illis sit prohibitum relinqui. Nec ob. dictio, ex, posita ĩ tex. quia illa non excludit, quin comprehendantur nepotes, etiam si aliquis faciat mentionem de filijs ex se natis. casus est in l. Lucius. j. de hære. insti. & tenet Bar. expresse in l. liberorum. ĩ pe. co. j. de ver. signi. de quo

plures actiones habētes oīno eundē effectum. exemplum in l. certi condictio. in prin. š. si cer. pet. Et tunc non cogitur actor exprimere quam ex istis actionibus eligat: quia editio actionis fit, vt reus reddatur certus in defensionibus suis: vt l. j. in prin. suprà, de eden. sed satis est certus ex propositione facti, ex quo vna actio non continet plus, ꝙ alia, licet vna spes actionis non proponatur: ergo cessat cā propter quā debet exprimi actio. Si verò actiones, quæ simul resultant ex eodem facto, tendunt ad diuersa, supple, vel vna continet plus, ꝙ alia. Exemplum in l. duobus. §. colonus. š. de iureiu. tunc reo petente cogitur actor eligere vel exprimere, quam actionem intendit. Si tñ reus non peteret, videretur intētata illa actio, quæ continet mitiorem pœnā, si ad pœnā agere tur: vt l. si præses. & ibi per Bar. j. de pœnis. & no. Inn. in c. cùm dilectus. de ordi. cog. bene facit tex. in l. iij. §. fi. cum l. seq. š. de susp. tu. ¶ In gloss. vlti. ibi: sicut vbi & mortuus &c. Bar. hic ad declarationem huius argumenti dicit, quòd intentio glo. est ista, ꝙ ex quo per l. Corneliam captus fingitur mortuus ante captiuitatem: necessario vr̄ sequi, ꝙ si nepos iste captus, fingitur captus ante captiuitatem, fingatur etiam natus: quia natiuitas necessario præcedit mortē: cū ergo inducatur fictio in morte: vt in §. qđ si is. necessario etiam inducitur in natiuitate. Sed ista declaratio glo. cū reuerentia non est vera, quia l. Cornelia non fingit captum mortuum ante captiuitatē, nisi qñ vere moritur apud hostes: vt patet in l. Corne. š. de test. & in l. lex Cor. j. de vul. & pup. & ideo interim hæreditas stat in suspenso, nec pōt adiri per sequentem in gradu: vt l. nec nos. C. de pac. & bene declarat Bar. š. in §. quid si tm̄. Cùm ergo nos loquamur hic in nepote redeūte ab hostibus, in quo nihil fingitur de morte, nō sequitur necessario in casu nostro ad fictionem mortis fictio natiuitatis. Dic ergo, & verius, hanc fuisse intentionē glo. ꝙ sicut l. Cor. morientem apud hostes fingit fuisse mortuum ante captiuitatem, ita in simili nepos qui redit ab hostibus fingatur retro fuisse natus: qđ qualiter procedat, videbis in vlt. parte glo. ¶ In ea. glo. ibi: & in hoc pręsenti &c. Bar. dicit, ꝙ multi libri non habent istud verbum, & ꝙ vere istud verbum nihil significat: vñ dū gl. dicit, & hoc pn̄ti nepos mortuus est vere. Bar. dicit, ꝙ deberet dicere, natus est verè viuente. s. auo & pr̄e, cùm redeat ab hostibus. Sed ista expositio nō placet, tum quia glo. potuit aliquid significare stando prout stat: tum alia ratione j. dicenda: est em̄ sensus glo. ꝙ in primo & secūdo sensu huius §. habet locū dispositio Galli: quia videntur conuenire qualitates huius dispositionis: videtur em̄ nepos vel pronepos ex fictione iuris natus post mortem patris & aui, qđ requirit Gallus: item filius vel nepos, secundū verā lecturā mortui sunt hic viuo auo, quod erat alterū requisitum in dispositione Galli. hoc est em̄ quod dicit glo. in isto ver. Dixerat em̄ š. respiciendo primum casum, ꝙ pater nepotis. i. filius testatoris mortuus erat vere viuente auo. nunc autem dicit, ꝙ in hoc pn̄ti ver. j. in ver. quod quęrendū. nepos erat vere mortuus viuente auo, & sic respectu pronepotis habebat locū dispositio Galli. Concurrebat enim in ista dispositione triplex qualitas: vt hic tangit gloss. pertinens ad dispositionem Galli. Prima erat, quia nepos iste vel pronepos fingitur natus post mortem pr̄is & aui. Secunda, quia filius vel nepos mortui sunt viuente auo vel patre. Tertia, quia tēpore quo fiebat testamentum, filius vel nepos erant viui, ita ꝙ non decesserant añ. Præterea si exponens exponit Bart. verbum, mortuus. i. natus est vere: ita ꝙ loco huius verbi, mortuus, ponatur verbū, natus, ista inductio nihil faceret ad probandū hunc casum cōtineri sub sententia Galli: sed potius econtra faceret ad probādum, ꝙ quia verè natus est viuēte auo, & patre, pertineret iste casus ad l. Velle. vt ergo verba adaptētur ad probationē conclusionis, melior est expositio prior. Et aduerte, in quantum glo. incontinenti dicit, ꝙ etiam si sequamur intellectū Io. & Dy. in ver. quod quærendum. adhuc iste casus pertinet ad Gallum: videlicet quando nepos esset institutus mortuo iam filio, in hoc reprehēditur, & recte hic per Dy. & Bar. qm̄ si filius erat mortuus tpe testamenti, posthumus nasciturus, qui erat futurus suus in oēm euentū, poterat institui etiā añ Gallū, ex l. xij. tab. patet in §. posthumo. Insti. de leg. ergo iste casus non pertinet ad Gallum, qui solū disposuit, qñ testator faciebat testm̄ viuente filio: & in hoc casu erat necessaria suppletio ad ius antiquum. ¶ In ea. glo. ibi: quia vere fingitur suus. ista glo. vr̄ continere contradictionē. dicit em̄, ꝙ nunc cū redit iste nepos, verè fingitur suus: nam si fingitur suus, quomodo pōt adaptari veritas casui ficto? Sed intellectus gl. videtur fuisse talis: quia ex quo iura. fictio inductiua videatur velle eam, sufficeret nunc ad cōfirmandū testm̄, qa per eam reperitur institutus nepos, qui ex fictione nascitur suus post mortem testatoris, & patris sui, nō est opus retrotrahere istā fictionē ex iure postliminij. s. vt nepos videaꝛ fuisse in ciuitate retro à tpe natiuitatis suæ, & sic fuisse in ptāte aui, cùm tempore vitæ aui natus fuit: vt patet ex principio literæ: nā illud quod dicit glo. in verbis præcedentibus, ꝙ quādo vēter capitur ab hostibus, non habet ius postliminij: est falsum secūdū Bar. hic, & bn̄: & est casus expressus in l. pe. in secūdo rñso. š. de statu ho. & tenet gl. ī l. j. C. de capt. Et ex hac solutione sic declarata no. singulariter duo. Primò, ꝙ vbicunqꝫ potest satisfieri intentioni l. per fictionem inductiuā, non vtimur duplici fictione, scilicet inductiua & translatiua: licet aliàs fictio translatiua regulariter in illa psona sit inducta. Secūdò, ꝙ reperiꝛ aliquis esse fictè suus post mortem testatoris, qui tpe mortis ipsius verè non erat in ptāte, nec fingiur retro fuisse, & sic erit dare aliquā suitatem sine ptāte vera vel ficta: qđ est valde nouū in ista materia. Et ꝙ gl. dicat verum, probat Barto. tali rōne: quia cū tpe reditus istius nepotis essent mortui, non potuit induci fictio translatiua, per quam retro filius vel nepos videretur fuisse in ptāte aui sui: quia fictio translatiua requirit extremum à quo, nō solū in potentia, sed in actu: sed nunc istud extremū nō pōt inueniri in actu, qa cū auus sit mortuus, non pōt hr̄e nepotē tūc in ptāte: ergo non poterit fieri retrotractio: vt l. huic scripturæ. cū simi. ff. ad l. A ql. Sed tu aduerte, qa ista sua rō cū reuerētia est falsa, & cōtra casum in l. pe. j. de suis & legi. vbi pbaꝛ, ꝙ si filius captus ab hostibus moritur, anteqꝫ pr̄ redeat, & pr̄ postea reuertitur, retro fingitur illum habuisse in ptāte medio tpe: & iō oīa filij applicantur sibi iure peculij: sed tñ tpe, quo pr̄ redit, nō reperitur extremū habile à quo: qa cùm filius iā sit mortuus, non pōt nūc vere esse in ptāte patris. Præterea sequeretur, ꝙ qñ pr̄ moritur apud hostes, nō posset filius fingi retro fuisse in ptāte: quia cùm tpe mortis pr̄ sit captiuus, non habet vere filiū in ptāte. & tñ contrariū dicit tex. in l. lege Cornelia. š. de test. & in §. interdū. Instit. de hære. quę ab intest. defe. Vñ est sciendū, secūdùm Bar. in l. fi. C. de sen. pas. ꝙ vt fictio translatiua possit induci, satis est ꝙ habeat extremum habile sup eo qđ principaliter fingitur, licet extrema nō sint habilia, respectu eorū quę veniūt in cōsequētiā: nepos ergo, q redit ab hostibus, in casu nr̄o, quia fingitur retro fuisse in ciuitate: vt l. retro. & l. postliminij. j. de capti. ideo sup quo fit fictio principaliter, habet extremum habile à quo, qa ipse viuit: & licet in eo qđ venit ī cōsequētiā. i. ꝙ fingatur fuisse in ptāte aui, extremū à quo nō sit habile, vt debet: qa auus q est mortuꝰ, nō potest eū habere in ptāte: hoc nō attenditur. Præterea ista opi. gloss. vr̄ presupponere duo, quę sunt impossibilia. Primum est, ꝙ aliquis post mortem patris vel aui possit effici suus, qui verè vel fictè non fuit in potestate morientis tempore mortis: quod est impossibile, & contra tex. in §. sui. Insti. de hære. qua. & dif. & in l. si filius. j. de testa. Et maxime attento: quia iste nepos qui nunc redit ab hostibus, nunqꝫ fuit in potestate morientis. Vnde licet aliqui cōcedant, quòd ille qui aliquando fuit in potestate patris, exeundo de ptāte viuente ipso patre, possit remanere suus, sicut dicitur de monacho, & de episcopo: vt tradit Bald. in l. apud hostes. in vlti. qō. de suis & legi. C. & l. deo nobis. C. de epis. & cle. ꝙ tamen ille qui nunqꝫ fuit in potestate verè vel fictè, post mortem patris vel aui sit suus, hoc non legitur in aliquo loco, sicut plenius scripsi in c. in præsentia. extrà, de proba. imo est contra iura prææallegata: & ideò aliàs dixi, ꝙ licet filius adoptiuus hodie qui non est in potestate patris adoptantis, appelletur suus, in l. cum adoptiuis. C. de adop. quem tex. ibi no. Bal. ad hoc. reuera non est proprie suus, vt probatur in ver. quasi suus. Instit. qui. mod. test. infir. §. j. Secundò vt colligitur ex isto tex. in ver. institutus non rumpere. satis declaratur per istum tex. ꝙ si nepos iste reperiret se præteritum, rumperet testamentum. & hoc concedunt omnes. Sed istud esset impossibile, secundùm doctrinam gloss. vt probatur: ergo patet, ꝙ sua opi. non procedit. Quòd autem sit impossibile, probatur: quia ille potest præteritus rumpere testamentū, qui tempore mortis reperitur tenere primum locum in suitate: vt l. si quis filio exhæredato. in prin. j. tit. proxi. & in l. si quis posthumos. §. si filium. š. eod. & ibi hoc declarat Bar. Sed iste tempore mortis, si nunc tempore reditus efficitur suus, non tenuit primum locum tempore mortis in suitate: ergo est impossibile, quòd rumpat. Dicendum est ergo de subtilitate iuris, quòd iste nepos institutus comprehenditur sub prouisione l. Velle. non sub prouisione Galli: ex quo habet ius postliminij, & censetur retro fuisse in potestate aui, postqꝫ natus est viuente ipso auo. Extra gloss. ☞ tangit hic Bal. & Moder. duas quæstiones. †prima est, vtrum si aliquis petit sibi in libello fieri ius, secundùm formam iuris, vel statutorum, iste libellus procedit. Et videtur concludere, quòd si ex forma statuti & iuris communis imponitur eadem pœna, tunc procedit libellus per istum tex. & per l. quod si dubitet. j. de acqui. hæredi. Secus si imponatur diuersæ pœnæ. Tu autem considera duos casus: nam aliquando per pœnam statuti est recessum à pœna iuris communis: quod quando sit, vide Bar. in l. j. vi bo. rapto. Aliquando per pœnam statuti non est recessum à pœna iuris communis. Primo casu videtur procedere libellus: quia secundùm Bar. in l. rerum amo. quidem. š. re. amo. ista verba exponūtur, ꝙ quis videatur intentare solùm pœnā statuti, qñ illa sola potest imponi. Pro qua conclusione est tex. in c. cū venissent. de eo qui mit. in poss. cau. rei seruan. & in c. de pace Constan. in vsi. feu. & hanc sniam sequitur Bal. in l. obseruare. §. pficisci. ver. xxxij. quæritur. de offi. procōsu. & lega. Secūdo casu procedit opi. Bal. nisi forte exponeres libellum, secūdū secundam expositionē Bal. in loco allegato: qui dicit, ꝙ ego videor petere pcedi secūdū formā iuris, & cōdēnari secūdū formā statuti. Sed ista sua expositio multū importare videꝛ: qa potest forte pcedere, vbi nō posset imponi pœna ex vtroqꝫ capite, non potest esse ratio, cur magis videatur eligere vnā pœnam, ꝙ aliā, & maxime pœnā statuti præcise, nisi forte pœna statuti esset mitior: iuxta l. si præses. j. de pœnis. Secūdò ex isto tex. arguit Bal. ad no. q. vtrū pcedat libellus, in quo aliquis concludit ad eūdē effectum alternatiuè, ex diuersis tamen factis & dispositionibus resultantem. Exemplum: aliquis in libello petit declarari emphyteotam cecidisse à iure suo: vel quia non soluit canonē intra tps de-

bitum, vel qa alienauit rem irreqsito dño. Et in ef
fectu concludit, ꝙ quia alternatiua libelli hic nõ
respicit iuris remedia, q̃ oriunt̃ ex eodem facto,
sed potius diuersa facta, libellus iste non ꝓcedit.
Facit optime tex. in l. prætor edixit. §. qd autẽ.
j. de iniur. & hãc opi. sequit̃ Bar. etiã si libellans
probabiliter dubitet de iure suo, in l. siue contra.
§. qa Plautianum. s̃. de lib. agnos. Limitat tñ hoc
ibi singulariter, ꝙ vbi agit̃ de modico p̃iudicio,
& concurrit fauor filij, talis libellus admitteret̃.
Sed do. Ant. de Bu. dicit contra istam opi. esse ca
sum in terminis in c. ex parte. extrà, de foro com
pe. vbi ꝓbatur, ꝙ iste libellus ꝓcedit, peto te cõ
demnari ad restitutionem rei, qa spoliasti me, vł
scienter recepisti rem à spoliatore. Secũdò addu
cit tex. in c. dudum. el ij. extrà, de elec. vbi proce
dit ista petitio alternatiua. dico, quòd tua electio
debet cessari, qa cõmisisti furtũ vel rapinã. Ter-
tio adducit in c. tertio loco. extrà, de ꝓba. vbi ꝓ
cedit ista exceptio: dico sigillũ esse furtiuum, vł
adulterinum: & tñ exceptio obscura non ꝓce-
dit, sicut & actio: vt l. j. §. Labeo. j. de flumi. & l.
Titiæ textores. §. penultimo. j. de lega. j. et ꝑ Bar.
in l. j. j. de excep. Pro ista cõclusione facit optime
glo. nota. in c. si is cui. de offi. delega. lib. vj. quæ
vult ꝙ libellus alternatiuꝰ in causa appellationis
admittatur, vbi libellans probabiliter dubitat,
ad quẽ iudicem debeat appellare. Vnde saltem ĩ
isto casu videretur procedere opi. do. Anto. Pro
quo vide quod singularit̃ no. Spec. in ti. de obli.
& solu. §. sequitur. versi. quid si libellus. quẽ re-
fert & sequit̃ Bal. in l. sancimꝰ. C. de sac. sanc. ec-
cle. qui dicit, quòd iste libellus procedit de cõsue
tudine, & de iure, peto rem vel æstimationem: &
si dubitatur vtrum res sit perempta, licet iura al
legata per do. Anto. valde vrgeant: mihi tamen
placet opi. Barto. & Bald. ¶ Pro cuius opinionis
declaratione dic breuiter, quòd aliquando incer-
titudo pẽdet à facto iudicis, vel alterius partis: &
tũc nõ est dubium ꝙ procedit libellus incertus.
De primo vide in l. vbi aũt. §. qui illud. j. de ver.
ob. De secundo vide eundem Bar. in l. stipulatio
nes nõ diuidunt̃. ĩ vlti. q. j. de verb. ob. Vnde dixit
Bal. not. in l. si tutor aliquo. s̃. de suspec. tuto. ꝙ
quando electio pœnarum est in arbitrio iudicis,
semper procedit libellus alternatiuus. Aliquãdo
incertitudo causatur aliunde: & tunc standũ est
regulæ, ꝙ libellus non procedit, nisi in casu posi-
to per Barto. in loco allegato. Non obst. iura al-
legata per domi. Ant. quia in c. ex parte B. potest
intelligi, ꝙ intẽtetur in effectu vnum factũ: vno
modo, prout fuit commissum per reum, contra
quẽ agit. alio modo prout fuit cõmissum per ali
um ipso mandante, vel ratũ habente: vel potest
dici, ꝙ ibi non declaratur, vtrũ libellus esset legi
timus, & procederet, si fuisset oppositũ, sed ꝓnũ
ciatur super quadam declinatoria. Et eodem mo-
do potest responderi ad tex. in d. c. dudũ, ꝙ ibi e-
lectus fuit remotꝰ ex alio capite simpliciter & le-
gitime deducto: vel ꝙ ibi processit iudiciũ, qa nõ
fuit oppositum ꝑ partẽ, iuxta l. si ex multis. C. de
annali excep. Ad tex. in c. certo loco. est dicẽdũ,
ꝙ ibi id qđ deducit̃ simpliciter, in exceptione, e-
rat deductum simpliciter, videlicet ꝙ instrumen-
tum non fuerat celebratum de consensu capituli.
Vnde licet probatio huius exceptionis deducere
tur alternatiuè: propter hoc exceptio non vide-
tur obscura, quia reus non tenetur se astringere
ad vnam speciem probationis, sicut nec iudex. Et
ad ea quæ s̃. diximꝰ, vide tex. & qđ ibi ponit Bar.
in l. actio s̃. de nego. gest. & in l. duo. j. de solu.
Nouissimè quærit hic Bal. vtrum cõditio ista ad-
iecta in testamento, si filius decesserit sine liberis,
deficiat si moriens decesserit cũ filijs legitimatis
sed nõ legitimis. Et refert quæstionem istam fu-
isse disputatã Bononiæ: & conclusum in effectu,
quòd aut grauatꝰ fuit aliquis simpliciter, si deces
serit sine filijs legitimis & naturalibus, aut de-
cesserit sine filijs legitimè natis, seu legitimè de-
scẽdentibus. Prĩo casu legitimatꝰ excludit substi

tutũ. Secũdo casu nõ excludit: & hãc distinctionẽ secutꝰ est Ang. ĩ dis-
putatione sua, quæ incipit, nobilis quidã genere. in primo dubio. & ita
debẽt modificari dicta Iaco. de Are. & Ioã. An. q eũ sequit̃ ĩ tit. de test.
§. fi. in vlti. addi. vbi dicitur tenere simpliciter, ꝙ filij legitimati positi ĩ
cõditione excludunt substitutũ. Rationes eorũ potissimè in vtroq; mẽ
bro sunt istæ: & primo quo ad primũ, dicũt ipsi ꝙ cũ omnia iura legiti
morũ attribuantur legitimatis, vt patet in cor. qui. mod. na. effi. leg. §. si
quis ergo. ibi: antiquæ ingenuitati. & ibi: ad ipsam deducentes naturã. &
in fi. dum dicit, nihil à legitimis filijs differentes. sicut etiam dicitur in
auten. q. mo. na. effi. sui. §. illud. sequit̃, ꝙ per interp̃tationẽ passiuã quæ
libet dispositio faciens mentionem de filijs legitimis, trahet ad legitima
tos: sicut dicimus in l. j. & qđ ibi no. j. de lega. j. Tu autem potes dicere,
& melius, quòd legitimatus à tempore legitimationis in futurũ est ve-
re legitimus: & ideo nõ est mirũ, si ex proprietate verborũ cõprehẽdat̃
sub dispositione testatoris: quòd aũt sit verè legitimus, patet ratione le
gis. Rõne quidem, quia in his q̃ sunt iuris, lex disponit disponẽda sim-
pliciter & absolute ꝑ fictionem: vnde si statutũ vult aliquẽ simpliciter
haberi pro ciue, ille est vere ciuis: secus si dispositio iuris imprimat alicui
aliquam qualitatem, quo ad qd. i. quo ad vnum effectum, vel duos. ita
declarat Bar. in l. nec vtilem. s̃. ex qui cau. maio. & in l. si maritꝰ. §. legis
Iuliæ. j. de adul. Et ideo Bal. in q. nostra ĩ l. eam quam. C. de fideicõ. sen
tit tacite veritatem, dum dicit ꝙ legitimatio restituit in integrum, sicut
ius postliminij: ius autem postliminij habet duo capita: vnum inquantũ
restituit alteri iura sua de præsenti: & in hoc disponit ꝑ veritatem, nõ ꝑ
fictionẽ. Aliud, inquantũ trahit retro hãc iuris institutionẽ: & in hoc dis
ponit ficte & non verè, vt salubriter declarat Bar. in d. l. nec vtilem. &
ex hoc patet, ꝙ legitimatus vt ex nũc, est verè legitimus: & hoc est, qđ
dicunt iura s̃. allegata, dum volunt, quòd nihil differat à legitimo. Non
ob. dicit Ia. de Are. ꝙ qñ nomine filij ponitur in conditione, in dubio
non veniat filius ciuilis. i. adoptiuus: vt l. fideicommissum. j. de condi.
& demon. in l. si ita quis. §. si cui in tempus. j. de l. ij. quia illud inducit̃ in
dictis legibus ad excludendam fraudem, ne sit ĩ ptãte grauati adoptãdo
filiũ excludere substitutũ: quæ fraus cessat in casu nostro, ex quo filiꝰ
legitimatus erat vere filiꝰ naturaliter facientis eũ legitimari: & est nota
bilis limitatio ad illa iura, quã sensit Bar. ad aliud ꝓpositũ in l. si cogna
tis. j. de re. du. & ego tetigi in l. si qs posthumos. in prin. s̃. co. & ĩ c. in præ
sentia. extrà, de proba. tu aũt potes dicere melius, & formalius, ꝙ filius
legitimatus vere est filiꝰ legitimus & naturalis. Quòd vere sit legitimꝰ,
probatũ est s̃. ꝙ sit naturalis patet, qa secũdùm primæuũ ius naturæ qui
libet filius erat legitimus et naturalis p̃ri suo: vt patet ĩ iuribꝰ præallega
tis. Vnde dicit Bar. & bñ, in l. tutelas. in prin. s̃. de cap. dimi. & in l. pro-
nunciatio. §. familiæ. de verb. sig. ꝙ ista nomina naturaliter significãtia,
sicut adiectio naturalis, respiciũt bastardos sicut legitimos: vñ iste legiti
matus licet non dicat̃ naturaliter legitimꝰ, sed ex accidenti, secundùm
Bal. q subtiliter declarat hoc in l. manumissiones. s̃. de iusti. & iur. dicit̃
tñ vere & naturał legitimus. Et præmissa cõclusio est vera, licet Bal. te
nuerit contrariũ in l. Lucius. la vltima. j. de hære. insti. & in l. si ita qs. §.
si cui. j. de lega. ij. Sed super secũdo mẽbro maior est dubitatio quia licet
possumus concedere, ꝙ legitimatio nũc facta in quantũ retro trahit̃ ad
tp̃s natiuitatis, fictè trahatur retro, et non verè, vt sentit Bald. in l. eam
☞ quam. præallegata. † Et probatur rõne, quoniam retrotractio de tẽpore
ad tempus nunq̃ fit, nisi per fictionẽ, etiam super his quæ sunt iuris: vt
patet ex notatis in l. si tibi homo. §. cũ seruus. j. de leg. j. & in l. nec vtilẽ.
præallegata, in exemplo, de dominio rei legatæ. videtur tamen, quòd ex
quo omnia iura legitimorum attribuntur legitimatis: vt patet in iuri-
bus s̃. alle. & est optimus tex. in l. quæris. in verbo, quo ad omnem sta-
tum. j. de nata. rest. quicquid disponit̃ in quacunq; materia de legitimo,
trahitur ad legitimatum. Sed ad hoc potest rñderi dupł. Et primo ꝙ ista
interpretatio passiua, ꝑ quam fit extensio ab æquiparatis: de qua in l. j. j.
de leg. j. & in l. si quis seruo. C. de fur. & per Bar. in l. omnes pop. s̃. de iu
sti. & iure. & in l. Marcellus. §. quòd autem. j. ad Treb. videt̃ habere locũ
in dispõne l. quæ facilius extenditur q̃ dispositio hominis: vt plene de-
claraui in §. qd si tantum. s̃. eo. hæc tamen responsio non esset sufficiẽs ĩ
omni casu, ꝑ ea quæ ibi dixi: qa aliquãdo dispositio hominis fauorabilis
extẽditur ad alium casum, & ad aliam personã fictã. Vnde si filius esset
grauatus de restituendo extraneo, si decederet sine filijs legitimis, vt hæ
reditas remaneret in posteritate defuncti, videretur debere compræhẽ-
di filius legitimatus: & ideo dicendum est, & melius, quòd verba testa-
toris hic videntur respicere potius ius, & qualitatem legitimi, prout est
qualitas naturalis, quam prout est qualitas ficta & accidentalis: verbũ
enim, natus legitime, est nomen non iuris, sed naturæ: vt solenniter
declarat Bar. in d. l. tutelas. præalleg. Vnde non videtur haberi respectꝰ
ad ius legitimationis proueniens accidentaliter, & non ex natura: q̃uis
enim quòd aliqui sint legitimi, & aliqui nõ, sit inductũ ex l. positiua: fi-
lium tamen esse legitimum patri, simpliciter est inductum ex l. naturæ.
vtrunq; probat tex. expresse in §. si quis ergo. præallegato. in versi. nec
enim. & ideo dixit Bal. no. ad propositum in l. quoties. C. de rei. ven. ꝙ
quia consuetudo quæ præfert primogenitũ alijs, magis respicit ius na-
43 turale, quàm ius positiuũ: † ideo legitimatus non venit [a] sub appellati-
a one legitimi. Et ad materiam istam vide quod ponit Bal. in l. cùm acu-
tissimi

a ¶ Legitimatus nõ venit. Adde Bart. in l. ex ea. in §. ĩ insulam. ff. de ver. ob. Bar. ĩ l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. doc. in c. cũ Vintoniensis ecclesia. de elec. doct. in c. per venerabilem. q fi. sint legi. & an veniat legitimatus ꝑ subsequens matrimoniũ, vide glo. in c. ĩnotuit. de elect. & ibi doc. ĩ c. tãta. q fi. sint legi. Ant. de Bu. in d. c. per venerabilem.

tißimi.C.de fideicom.& qđ ipse idē no.in l.gñalit.§.j.C.de insti.&c.vbi dicit,ꝙ in emphyteosi ecclesiastica appellatione filij legitimi nō venit filius legitimatus,qa ecclesia abhorret natos ex illegitimo coitu:vt in c.innotuit.extrà,de elec.& ꝑ istam rōnem dixit Ang.in disputatione ꝑallegata,ꝙ filij legitimati nō excludunt substitutum,qñ testator esset talis persona,ꝙ verisimiliter non videret velle prouidere proli illegitimæ:sicut declarat Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.j.ad Treb.Sed ista dicta sunt valde dubia:& arguo sic à diuisione: aut testator est talis persona,q̄ non ꝑsumit abhorrere prolē illegitimā : & tūc em̄ naturales illegitimati comprehenderent,vt patet in locis ꝑallegatis:ergo multo fortius legitimati. Aut est talis persona,quæ non ꝑsumitur velle vocare illegitimos.& tūc si illegitimati non cōprehendunt, sequitur ꝙ quantū ad faciendū deficere cōditionē,legitimatio nihil operat:aut oīno deficeret cōditio,sine legitimatione:aut nō deficeret etiam secuta legitimatione,nisi forte dicas saluādo ista dicta,ꝙ legitimatio operabitur ī primo casu:qa licet filij naturales excludunt substitutum,non tamē filij spurij,& maxime nati ex dānato coitu,q nō merent dici veri filij:vt in auť. ex complexu.C.de incest.nup . Et licet prædicta distinctio cōiter approbetur:vt refert Anto.de But . plenißimè in c. ꝑ venerabilē.extrà,qui fi.sint leg.Saly.tñ ī l. gñaliter.ꝑalle.& Io.de Imo.sequēdo eū in l.ex facto.in prin.j.de vul.& pup. tenēt simpľr,ꝙ qualitercūq; fiat mentio filiorū legitimorum in conditione apposita à testatore,nō venient filij legitimati. Primo qdem,qa cōis vsus loquēdi legitimatos non vocat legitimos.Sed verba testatoris debēt interꝑtari à cōi vsu loquendi:vt l.liberorū.§.qđ tñ Casßius.j.de le.iij.& l. Labeo. & ibi per Bart.j.de supel.leg.ergo legitimatus nō comprehēdetur sub appellatione legitimi,& sine dubio si iste cōis vsus ꝓbaretur,ista ratio procederet,& verum diceret:si autē non probaretur,adhuc dicunt idem alia rōne : qa vt declaratū est s̄.in §.quid si tm̄.legitimatio non trahitur retro in præiudiciū iuris q̄siti tertio:vt patet maxime ex no.ꝑ Io. An.in regula, sine culpa.de re.iur.Sed si legitimat⁹ excluderet substitutū, fieret retrotractio in præiudicium iuris quæsiti substituto: ergo hoc non est dicendū.Sed ista ratio,cum reuerētia, nihil valet,quòd ista qualitas,ꝙ filius sit legitimus naturalis,ad excludēdum substitutum,satis est,ꝙ insit filio tꝑe mortis grauati:licet verò filius non videatur fuisse legitimus , qa qualitas adiūcta verbo,sufficit,ꝙ adsit secundùm tempus:vt l.in delictis.§.si extraneus.s̄.de noxali.& plene per Bar.ī l.ex facto.in prin.ꝑalle.nō est ergo hic tractandū de retrotractiōe. Et si tu dicas saltem per legitimationem secutā,si legitimat⁹ excluderet substitutū,auferret ius quęsitū substituto , qđ in dubio non vr̄ velle princeps:vt l.nec auus.de eman.lib . & l. ij.§.merito.j.ne quid in lo.pu.Ad hoc rñdeo,ꝙ ex quo filius legitimatus verè cōpræhēdit sub verbis testatoris, nullū ius aufertur fideicōmissario,seu substituto,qm̄ nō fuit substitutus in hunc casum,qñ filius legitimatus extaret,si sub appellatione legitimi cōprehendit legitimatus ex ꝓprietate sermonis,vt s̄.dixi,vel ex alio capite.Vtrū aūt statutū qđ excludit filias fœminas,stātib⁹ masculis legitimis & naturalibus, repellat eas stāte filio legitimato:vide Bal.qui determinat ꝙ sic,in l.eam quā.C.de fideicom.& in l.cū acutißimi. eo.ti . & bene per rationē ibi assignatā per eum,licet Ang.dixerit cōtrarium cōsilio suo lxxv.& pro opi.Bal.vide optimū tex.vltra ea q̄ s̄.dixi in auť.de trien.& semis.§.nec illo.ver.hoc etiā. in fi.vbi satis vr̄ probari,ꝙ etiā in materia correctiua appellatione legitimę sobolis[a] venit legitimatus per sequens matrimonium : super qua q . vide qđ notabiliter ponit Ant. de Bu.in c.tanta.extrà,qui fi.sint legitimi.

Forsitan. Præteritio nepotis instituto filio non irritat institutionē pronepotis instituti post mortē proaui,si nascitur mortuo proauo,& cæteris præcedentibus eum vere vel ficte,dūmodo nepos præmoriatur patri:sicut testamentum non rumperetur,si pronepos ex filio emancipato adoptatus existēs apud hostes reperiat institut⁹.h.d.secūdùm cōem intellectū.Secūda est ibi:pr̄e mortuo. Iste tex.dupliciter pōt exponi:vel qa hoc nomen ,pr̄is,hic significat pr̄em ipsius pronepotis.i.nepotem & patrē nepotis. i.filiū:ita ꝙ ꝑ nomē,aui,qđ sequit,significet au⁹ respectu nepotis,& proauus respectu pronepotis:& ita exponit glo. vt infrà videbis.Sed ista locutio est multū inepta,ꝙ hoc nomē, pr̄is,singularit̄ ꝓlatū recipiat duos patres diuersarū ꝑsonarū,& ꝙ iurisc̄osult⁹ loquēdo de pronepote nominet proauū suū auo. Vnde pōt dici, & melius,ꝙ hic solum fit mentio de morte nepotis & filij,ad ostēdēdū ꝙ cū nepos pri⁹ esset mortu⁹,q hic vocat pater,& postea filius,q vocat au⁹,nepos mortuus est nō suus.præsupponit tñ ꝙ iste ꝓnepos etiam natus est post mortē testatoris,vt hic dicitur inferius,ibi:& si post mortē nascit &c.¶ In tex.ibi:nō rectè institutus.tex.iste pōt intelligi duob⁹modis:vno mō nō rectè.i.nullo mō:& ita exponit gl.& cōmunit doc.Sed ista expositio in iurisc̄osulto, q p̄sumit ꝓpriè & rectè loqui,nō videtur tolerabilis. Aliud est em̄ aliqd nō esse factū,& aliqd non esse solēniter factum: vt l.si qs legatum.in prin.j.de fal.Et ideo ad istū ver.pōt dari nouus intellectus,vt intelligamus totū hūc primū casum,qñ nepos fuit institutus,si nasceret post mortem testōris.Vnde ex quo fuit natus viuo testatore,reperit se preteritum: vt l. cōmodißime.s̄.eo.hoc est ergo,qđ vult dicere iurisc̄osultus, ꝙ institutio nō fuit facta rectè.i.ritè:qa nō fuit facta prouisio in omnem casum,sicut debuit fieri.¶ In tex.ibi:ergo et ꝓnepos.hic est duplex litera,secūdùm glo.& doct.sed melior est illa,quæ sine si:vbi autē sit illa dictio,si,in tex.exponitur, si, pro certe,secūdùm Bar.qa vna dictio aliquādo ponit ꝓ alia: vt l.eas causas.& ibi no.de cōdi.& demō.¶ In tex.ibi: ex eo natus esset &c.iste tex.secūdùm glo.& doc . exponit ex eo.i. ꝓnepote.†Et secūdùm hoc intēdit,ꝙ si nepos conceptus ex nepote emācipato existēs apud hostes est institutus,& postea adoptatus ꝑ rescriptū principis,& postea redeat ab hostibus, poterit succedere ex testamēto,& ex prima institutione,licet mutata sit qualitas instituti:quia tꝑe quo fuit institutus,erat extraneus, & postea ꝑ adoptionē secutā & reditū ab hostib⁹ efficiatur suus.Et adaptatur hoc vltimum respōsum ad præcedētes,isto modo:qa sicut iste princeps qui fuit institutus tēpore quo erat extraneus,pōt succedere postea factus suus:ita in casu præcedēti pronepos qui inspecta veritate natus est tēpore quo nō erat suus,qa natus est viuo patre,et auo,si postea tempore reditus reperit se suum,potest succedere ex institutione, quāuis attēta veritate sit natus tēpore, quo reperiebat se extraneum,& non institutum : & ista expositio cōis non placet:qa casus sequēs nō bene ꝓportionatur præcedēti: in sequēti em̄ vtroq; tēpore ꝓnepos reperiebat se institutū: vnde facile erat,ꝙ valeret institutio, licet mutaret qualitas instituti:vt l.filio quē pater.in prin.s̄.eo.Sed in casu præcedēti pronepos tempore natiuitatis suæ nō reperiebat se institutum aliquo modo:qa cū esset institutus,si nasceret post mortem omnium tēpore natiuitatis,iste casus non erat cōpletus, & adhuc viuebat pater & auus. Saluat aūt institutio istius nepotis ex hoc:qa licet verè natus fuerit viuēte patre & auo:fictè tamen censetur fuisse natus post mortē eorū.i . tempore quo venit à captiuitate.Potest tñ dici,ꝙ ista similitudo ī his duobus casibus stat in hoc,qa vterq; rediens ab hostibus efficeretur suus , & occasione suitatis superueniente succedit ex institutione post reditum à captiuitate:ideo pōt dari nouus intellectus ad istum versiculū verisimus,ꝙ verbū,ex eo,nō referatur ad nepotē,sed ad filiū:& erit sensus,ꝙ qñ nepos est mortuus viuo auo suo & patre naturaliter:ita nascit suus ꝓnepos q oritur post mortē omniū,sicut nasceretur suus,si nepos pater suus trāsiuisset ꝑ adoptionē in familiā alienā,& sic exijsset de potestate patris sui:quod est dicere,sicut per capitis diminutionem,q̄ est mors ciuilis,nepos ita sumeretur de medio,vt non impediret pronepotem nasciturum effici suū, ita non impediat,vt subtrahatur per mortem naturalē, dum modo moriatur ante patrem suum,licet fuerit præteritus.

44 ¶†Not.primo,ꝙ nō omnis ille q est in potestate pręteritus rūpit testamentū:sed qui tenet primum locum inter existentes in potestate tēpore testamenti,vel mortis.concordat tex. in l.si quis filio.in prin.& in l. posthumorum.j.tit.proxi. idē probatur s̄.e.l.§.idem credendum.¶ Secundò no.ex tex.iuncta glo.quòd ille qui actum dicit non esse solenniter,vel legitimè factum:non propterea videtur fateri actum esse gestum:quod est notabile,secundùm Bal.hic,& est addendum ad ea quæ scribit Bar.in l.nonnunquàm.j.de excep . Tertiò & vltimò no.quòd suitas quę causatur ex filiatione ciuili,æquiparatur suitati,quæ causatur ex filiatione naturali . ¶ In glo.posita super verbo.post testamentum.dicit glossator,ꝙ idem esset,si nepos fuisset natus ante testamentum:& verè diceret,si dicamus nepotem istum omnino fuisse præteritū. & tunc ista verba ponerentur sine ministerio à iurisc̄osulto: quod nō est dicēdū:& iō & tu dic, ꝙ iō sunt posita,qa iste nepos nō fuit omnino præteritus,sed fuit institutus in vnū casum,scilicet si nasceretur post mortem testatoris:vnde si nascitur in vita,hoc solo casu non reperiret se præteritum:quę distinctiō posset cadere in nepote , quia esset natus tempore testamenti,quia iste esset instituendus simpliciter,nec posset institui in casu natiuitatis futurę,cùm iam esset natus. ¶ In gl.posita super verbo,auo.ibi: alij habent &c.Ista litera non

[a] ¶Appellatiōe legitimę sobolis. Adđ docto. in l.fi. C.de bo.dāna. & ꝑ Bal. in c.si pr̄. de testa. li.vj.

videtur posse stare, duplici ratione. Prima est, quia dictio, de inde, significat ordinem temporis, vel ordinem duorum, qui aliquo modo habeant se per prius, & posterius: vt patet in l. ij. §. deinde. s. de orig. iu. et i l. j. §. deinde ait prætor. s. de posthu. Sed hoc non potest significare aliquod istorum: quia si pater nepotis, & auus viuebant, simul viuebant: vñ quo ad actū viuendi, non potest considerari hic ordo, quem significat ista dictio, deinde. Præterea in princ. istius literæ, quinimo. nec in ver. ergo. nulla fit mentio de captiuitate pronepotis. Vnde etiam intellectus communis diuinat ad illum versi. & est iuncta ista diuinatio: quia si tex. staret proprie, vt dicit glo. videretur pertinere ad l. Velleia. nō ad Gallum: cùm tñ de l. Velleia, non tractetur vsq; ad §. nunc de lege. Sed potest dici, nō diuinādo tex. quòd in isto §. principaliter tractat̃ de sñia Galli: nec est inconueniens, quòd illatiuè & in consequentiā dicat̃ aliqd de l. Velleia, sicut sæpe videmus, ꝙ cùm iurisconsultus tractat de vna materia, consequenter infert ad aliam: & isto mō melius ꝓcederet litera. ¶ In gl. posita sup verbo, ergo. gl. ista primo mō hic posita bene infert ex primo respōso, & illatio est talis, sicut pronepos qui natus est post mortē omniū, nascit̃ suus, & pōt succedere ex institutiōe de se facta: ita ille qui nascitur vere viuentibus prædictis, sed fictè post mortē omniū, pōt succedere tanq; suus: & est satis clara illatio. Sed quæritur hic secundū istū intellectū, illa dictio, postea, quæ ponitur in tex. ad qđ verbum referatur? Et est dicendum, secundùm diuersos intellectus, quòd potest referri diuersimodè. Nam secundùm primum intellectum non transponēdo tex. aliquo modo, dictio, postea,[a] refertur ad verbū, siue ad participiū, natus: & est sensus, quòd pronepos admittetur, qui natus erit ex nepote postea. i. vltimo loco viuo filio. Potest etiam referri illa dictio, postea, ad verbum, admittetur: & tunc necessario facienda est transpositio tex. vt dicamus hoc modo: & pronepos admittetur postea, qui natus erit ex nepote viuo filio. & quia istud est inconueniens, ideo melior videtur prima expositio. Tertio modo potest exponi ista dictio gl. ponendo secundum intellectum, vt fiat relatio ad verbum subauditum, videlicet ad verbum, mortuo: & est sensus, quòd si pronepos admittitur, qui natus est ex nepote postea mortuo viuo filio, sequitur ꝙ non rumpetur testamētum per ipsum pronepotem. quæ expositio est falsa multipliciter: sed maximè quia oportet bis subaudire ad tex. Vnde tene primam expositionem, de qua s. dixi. ¶ In gl. posita super verbo, atq; ista glos. ponit duplex exemplum in vltimo responso: & quia exēpla sunt clara, solum est videndum, quo modo tertium responsum sit simile secundo. & dicendū est breuiter, sicut etiā sentit gloss. in vltimo dicto suo, quòd similitudo formatur isto modo, vt dicamus ita: sicut potestas ciuilis superueniens per adoptionem conuertit institutionem factam de extraneo, etiam in casu in quo quis succedit vt suus: ita ficta potestas superueniens pronepoti in secundo casu per reditum ab hostibus, confirmat institutionem factam de pronepote, tempore quo non erat suus, quia alij cum præcedebant: & etiam si esset apud hostes, non poterat esse suus. Et licet ista adaptatio sit satis bona, quia tamen diuinat ad textum, secundùm vtrunq; exemplum, non placet. Nam in primo exemplo diuinat ad textum, quia hic nulla fit mentio de emancipatione nepotis. In secūdo exemplo diuinat, quia tex. præsupponit, quòd iste pronepos institutus esset natus ex nepote: ergo non poterat esse omnino extraneus. Potest tamen saluari ista secunda expositio, intelligēdo hoc modo, quòd extraneus sit adoptatus in pronepotem, quasi natus ex nepote: & secundùm istam fictionem dicitur in tex. quòd ex nepote fuit adoptatus in pronepotem. Et quia istæ expositiones aut impropriant literam, aut subaudiunt quòd non est in litera: ideo sequere intellectum meum, quem posui tibi in lectione præcedenti. Et quia doc. intelligūt hic, quòd pronepos iste existens apud hostes fuit adoptatus spāli concessione principis, per l. iubemus. C. de emanci. lib. quoniam aliter adoptio de absente fieri non potest: vt l. post mortem. §. fi. & l. nec abñs. s. de adop. ideo occasione hic sumpta, quæ-
45 siuit† hic Bart. vtrum legitimatio possit fieri per procuratorem constitutum à patre, vel à filio legitimando, vel ab vtroq; simul. Super quo articulo adde dictis Bar. hic, qui tenuit quòd legitimatio fieri possit. tex. no. in l. quā in prouincia. §. diu⁹. s. de ritu nup. vbi patet quòd legitimatio facta p principem fuit facta ab absente, & pro filijs absentibus: per quam l. ita tenet Bal. in l. iij. C. de manu. vindi. Secundò adde tex. in c. per venerabilem. in prin. extrà, qui fi. sint legi. vbi patet quòd legitimatio fuit petita per procuratorem, & tamen non repellitur propter hoc, sed ex alijs causis: quinimo dicitur, ꝙ

a ¶ Dictio, postea. Adde ꝙ qñ ista dictio est bis posita ĩ textu, denotat interuallū. l. nō erit. ĩ §. fi. ff. de iureiurā. l. ius gētiū. in §. qn imo. de pact. l. quoties. ĩ §. si qs ita scripserit. vbi doct. ff. de hered. inst. Barto. in l. fructus. ĩ fi. ff. solu. ma. Bart. in c. potuit. in v. col. đ loc.

b ¶ Quòd manumissio. Add̃ Iaso. Insti. de libert. in additionibus ad Porcū, inci. adde tñ, ꝙ licet manumissio,

fuerunt legitimati filij regis: & tamen certum est, quòd rex nō fuit præsens legitimationi. & per illum tex. ita tenet Bal. in l. post mortem. in fi. s. de adop. Sed dubium facit in ista materia: quia Bar. concedit de plano, quòd ea quæ non sunt in administratione pr̃imonij, non possunt expediri p procuratorem: per tex. cum gl. in l. iij. C. de manu. vindi. Tūc arguo cōtra ipsum: Prohibitus facere actum aliqua ratiōe, videtur etiam prohibitus consentire tali actui, qui fit per alium, vbicunq; in consensu est eadem ratio, quæ est in confectione ipsius actus principalis: vt patet in l. si fundus. §. j. de pigno. et colligitur ex dictis Bart. in l. fi. C. de pac. in j. col. facit optime tex. in l. ij. C. si aduer. do. per quē dicit ibi Bal. quòd si ex forma statuti minor prohibetur contrahere, videtur prohibitus contrahenti consentire. Cùm ergo ille qui cōsentit legitimationi, consentiat super actu, qui nō est in administratione patroni, videtur ꝙ si minor nō possit constituere procuratorē, quia sicut ipsa gestio actus est extra patrimonium, ita videt̃, quòd ipse consensus ad talem actum gerendum sit similiter extra patrimoniū. † Vnde videmus, quòd autoritas q̃ debet interponi per tutorem, non potest interponi per procuratorem: vt l. & minoris. & ibi per Bal. de prædi. mino. propter quæ ista q. relinquitur dubia, & est cogitandum pro solutione: maxime, quia prohibitus facere omne id qđ antecedat ad illud, qñ in antecedenti est eadem ratio: vt l. oratio. s. de sponsali. & l. cùm hi. in prin. & ibi per Bar. s. de transac. confirmatur istud argumentum, quia licet aliud sit ex proprietate sermonis aliquid facere, vel consentire facienti: vt l. filius. §. sed & filia. s. de procur. quando tamē ista sunt eiusdem effectus, statutum qđ loquitur de vno, habet locum in alio, secundùm Bal. ibi: & vide qđ ponit idem Bal. in l. pluribus. ff. eo. ti. Sed ad istud arg. pōt rñderi dupliciter. Primò negando id qđ cōcedit hic Bar. videlicet quòd ratio quare filius non pōt adoptari per procuratorem, vel seruus nō potest manumitti, sit, quia ista sunt extra administrationē patrimonij: nā ista ratio nō videt̃ vera, nec est generalis, sicut dicit Bal. in l. iij. C. đ manu. vindi. Cōtrahere eñ matrimoniū nō respicit administrationē patrimonij, & tñ pōt fieri p ꝓcuratorē: vt l. mulierē. s. de ritu nup. & in c. fi. & ibi gl. ordi. de ꝓcu. lib. vj. Itē iuramētū fidelitatis nō cōcedit administrationē patrimonij, & tñ potest fieri per ꝓcuratorē: vt in c. j. §. fi. & ibi p Bal. p quos fiat inuestit. & plene p eundē in l. j. §. ne aūt. in vlt. colū. C. de cadu. tol. Præterea ius adeūdi non dicit̃ esse in bonis nostris: vt l. pretia rerū. circa mediū. j. ad l. Fal. & tñ ad adeundū pōt constitui procurator, qñ ius adeundi nō pēdet ex mera voluntate adeūtis, secundū Bar. in l. Paulus. j. de acqui. here. Vñ melior ratio videtur esse, quia sentit expresse iurisċōsultus in l. post mortē. in fi. pręallegata. dum dicit, ꝙ solennitatē habere non potest quis, nec implere per procuratorem: ex quo satis declarat, quæ est causa impediens constitutionem procuratoris: scilicet qa adoptio vel arrogatio nō solū sunt actus simplicis volūtatis, sed volūtatis solennis, quę requirit̃ ꝓ forma: & qa in actibus qui reqrunt̃ ꝓ forma, nō admittit̃ explicatio p ꝓcuratorē: vt l. obligari. §. tutor. s. de auto. tuto. & l. & minorū. præallegata. & nota. Bart. in l. si p epistolā. j. de acqui. hære. ideo nō admittitur procurator in dictis casibus. Sed quando consensus reperitur sub ratione simplicis consensus: non videt̃ requiri pro forma, si requiritur propter interesse consentiētis: & ideo potest interponi per nūciū vel epistolā, & non est necesse ꝙ interueniat in ipso actu, secundùm Bart. q ita declarat in l. si quis mihi bona. §. iussum. j. de acquiren. hę redi. ergo poterit interponi per procuratorem. inde dicit Bal. singu. in l. si pater. in fi. C. de sponsa. quòd si minor xxv. annis non potest se obligare sine consensu patris. sufficit quòd pat̃ cōsentiat in testamento, licet actus fiat post mortem patris: & ita dicit se consuluisse de facto. Et si quæris, quare emancipatio, manumissio, & adoptio, sunt actus nō solùm voluntarij, sed solennes etiam respectu adoptantis: dico quòd hoc est, quia debeat fieri coram iudice. Vnde sicut actus, quibus fundatur iudicium contentiosum, sunt de solēnitate iudicij: vt libelli oblatio, & lit. cōtesta. ita isti actus iurisdictionis voluntariæ, qui per partes debent fieri coram iudice: & ideo si manumissio fiat aliter, ꝗ̃ coram iudice, credo quòd possit fieri per procuratorem: licet glo. dicat contrarium in d. l. iij. hoc
46 videtur probari Inst. de liberti. §. multis. vbi tex. dicit, † quòd
b manumissio [b] possit fieri per literas: ergo per nuncium & ꝓcuratorem. Bene facit tex. in l. qui absenti. ĩ prin. j. de acquir. pos. Si tamen vis defendere rationem glo. & Bar. possumus dicere, quòd in consensu patris non attenditur, nisi ratio interesse patrimonialis: ideo enim videtur consentire, ne cogatur habere hæredem inuitus saltē in legitima, vel obliga

ri ad alendum filium. Vnde nõ est mirum, si potest consenti
re per procuratorem: qa hoc respicit principaliter interesse
patrimonij. Ista aũt legitimatio, si haberet fieri per patrem,
respiceret principaliter ius in personã, nõ interesse patrimo
nij. In dispositione aũt attenditur, ꝙ principaliter agitur: vt l.
j. §. si te rogauero. ff. deposi. & l. si quis nec causam. ff. si cer. pe.
Et quia Bar. hic dicit, quòd in legitimatione non requiritur
cõsensus, & præsentia filij in ipso actu: sed satis est, ꝙ postea
ratificet: vt probat tex. in aut. qui. mo. natu. effi. sui. §. si vero.
ver. generaliter. Aduerte, quia istud est verum, ꝙ requiritur
ratificatio, etiam si legitimatio sit facta per mr̃imoniũ secutũ:
& intelligit̃ de his, qui erant nati tempore matrimonij, & ma
iores infante: ita probat tex. in dicto versi. generaliter. per quẽ
ita determinat Guil. de Cu. & Bal. & bñ in l. benignus. ff. de le
gi. & licet Ang. teneat cõtrarium in cõsilio suo xvij. nõ bene
dicit. quia cõtra tex. in d. verbo, generaliter. in verbo, ꝑ instru
menta. & qa ille tex. dicit, ꝙ in omnibus casibus præcedenti-
bus in illo ti. requiritur ratificatio filij. Sed in illo ti. ponitur
expresse casus, quo quis legitimatur per sequẽs matrimoniũ:
ergo dupliciter ille textus concludit opi. istam. Nõ obst. tex.
quẽ ipse allegat in cor. in qui. mo. na. effi. legi. §. si quis ergo.
in verbo, fraudari. quia licet ille tex. innuat, ꝙ posset contra-
here matrimoniũ, & sic legitimare filios, si filij nõ occultarẽt
matrem, & per consequens facere eos legitimos ipso iure: nõ
tamen ꝑ hoc tollitur, qñ ius legitimatio. quæsitum filijs non
possit extingui, si filij expresse nolint esse legi. quinimo per il
lum tex. inducitur solum hoc, ꝙ legitimatio non est nulla,
licet filij non cõsentiant matrimonio à prin. Non tamen ne-
gatur, quin stet in suspenso, quousq; filij ratificant: sicut dicit
expresse tex. in d. versi. gñaliter. Dixit etiam Ang. in eodem
consilio, & in consilio suo lxxj. ꝙ non requiritur expresse ra-
tificatio, vt legitima valeat, qñ est facta per rescriptum prin-
cipis: sed sufficit, ꝙ filius nõ cõtradicat expresse, per tex. cum
glo. in d. l. si quis ergo. in verbo, fraudari. Sed ipse idem in dis
putatione sua q̃ incipit, nobilis quidam genere. videtur hoc
restringere solum ad casum positum in illo ver. videlicet qñ
filij occultant matrem, ne per matrimonium sequens possint
legitimari: quo casu ad hoc vt legitimatio non valeat, requi-
rit̃ expresse contradictio, secũdum glo. ibi. Sed ista dicta sũt
contra. tex. & contra rõnem: nã in ti. q mo. na. effi. sui expres-
se fit mentio de legitimatione, q̃ fit rescriptum, eo casu quo
filij per dolum occultarent matrem: & tamen postea in §. si
verò. in §. generaliter. in omnibus casibus præcedentibus dis-
ponit̃, ꝙ filius debet ratificare, vt legitimatio habeat effectũ:
& hoc dictat ratio: qa cũ acceptatio legitimationis possit au-
ferre, nõ solũ cõmodũ, sed etiã incõmodũ filio, sola taciturni-
tas nõ ĩducit tacitã acceptationẽ, ꝑ ea q̃ hñr in l. q̃ dotis. cũ ma
teria. ff. sol. ma. & ĩ c. nõne. de p̃sump. Et ad materiã vide oĩno
qđ no. Bar. in l. fi. ff. de his qui sũt sui vel alie. iur. & qđ ponit
Ange. singulariter cõsilio suo lxxxvij. vbi dicit, ꝙ sicut filius
põt legitimari absens: ita absente p̃re põt petere se legitima-
ri: et valet legitimatio, si pater eã postea ratificet: allegat tex. ĩ
aut. q. mo. na effician. legi. §. j. itaq; mod⁹. versus finẽ §. Sed si
respicias ad prin. tex. dispositio illius §. nõ loquit̃, nisi qñ fi-
lius offert se curiæ mortuo patre. Vtrũ aũt idem possit fa-
cere viuo patre, sicut dicit Ang. hoc non bñ probat̃ ĩ illo tex.
sed tñ credo idem per regulam supradictam, qa sensus potest
interuenire etiã post factũ. Cum aũt pater fecit legitimari fi-
lium, filius potest ratificare legitimationem, etiã mortuo pa-
tre, secundũ Ang. in dicta disputatione. Pro cuius dicto facit
optime tex. & quod ibi Bal. in l. si pater. C. de spon. prȩallega
ta. ipse autẽ inducit tex. ad hoc in autenti. itẽ si qs. C. de na.
47 lib. de quo dic vt ibi plene per eum. † Quæsiuit etiã hic Bar.
a vtrum compaternitas[a] possit contrahi per procuratorem. in
qua q. cõprehendendo dicta oĩm tria sunt videnda. Primum
est, vtrũ ꝑ aliũ qs possit effici cõpater. secũdùm, posito ꝙ nõ,
vtrũ ille qui procuratorio nomine suscipit, efficiatur ipse cõ-
pater. Tertium, vtrum vniuersitas possit contrahere compa-
ternitatem. ¶ Circa primũ, tenet hic Bar. & Ioã. And. in re-
gula, põt qs. de reg. iur. in mercuriali. cuius dicta referunt hic
Moder. ꝙ qs non potest effici compater ꝑ alium, qa cõpater
facit ipse aliquid, & disponit. Rñdet eñ pro baptizando, &
videt̃ esse fideiussor eius, & suscipit eum de sacro fonte: vt ha
bet̃ de cõs. dist. iiij. c. ĩ baptismate. et in c. non oẽs. & iste actus
non respicit administrationem patrimonij: ergo videt̃, ꝙ non
possit expediri per procuratorem. Sed ista ratio superius fu-
it reprobata, quia nõ est generalis: vt ff. dixi. Vnde Io. And.
in loco allega. quẽ sequitur hic Ioan. de Imo. dicit, ꝙ verba
loquentia de suscipiente aliquem de sacro fonte vel chrisma
te, loquũtur personaliter: vt patet xxx. q. j. c. ad limina. in ver
bo, proprijs. in verbo, super se. quæ verba, vt plene declaraui,
allegando multa iura in §. ꝙ si is. C. co. significant ꝙ actus de
beat explicari in persona propria. Facit optime tex. cum glo.
in c. statutum. de prȩben. in vj. & quod no. Io. And. in nouel. ĩ
c. vt circa. de elec. li. vj. ergo videtur, ꝙ talis actus non possit
expediri ꝑ procuratorem. Confirmat̃ ista cõclusio secundum
Ab. Moder. in c. veniẽs. extrà, de cog. spi. vbi istã q. plene teti
git d. Ant. quẽ Mod. non allegant hic: qa ista susceptio de sa-
cro fonte est q̃dã filiatio & paternitas canonica, & sic in effe-
ctu filiatio iuris: si ergo filatio ciuilis non põt contrahi ꝑ pro-
curatorem: vt l. nec absens. & l. post mortem. ĩ fi. ff. de adopt.
ita nec ista filiatio canonica. Et vt intelligas terminos esse pa
res, aduerte: quia sicut ego dixi superius, ꝙ adoptio ideo non
poterat fieri per procuratorem: qa cùm fieret coram publica
persona, erat nõ solùm actus voluntatis, sed solẽnitatis: ita pũ
ctualiter est dicẽdum de cõpaternitate, qa illa fit coram præs-
bytero in actu sacramenti: quo tempore censetur esse publi-
ca persona, secundùm Barto. in l. j. §. ius publicũ. ff. de iusti. &
iur. & bene facit tex. & quod ibi Io. An. in c. quanq; vsu. in
vj. & per istã rõnem potissime sequor hanc partem. Sed do.
Floria. & do. Abb. in c. veniens. tenent contrarium. Pro quo
rum opinione multum facit, ꝙ compaternitas sit actus iuridi
cus, & obligatorius, in talibus actibus ille qui facit per aliũ,
propriè videtur facere per se: vt l. iij. §. si procurator. ff. quod
quisq; iuris. & plene declarat Bar. in l. sed & si vnius. §. seruus
me⁹. j. de iureiurã. Iura ergo quæ dicũt suscipientem de sacro
fonte effici cõpatrẽ, vident̃ cõprehẽdere etiã illũ, qui suscipit
per alium, quia intelligitur proprie suscipere: & in hoc fun-
dat se do. Abb. Sed ista dicta soluũtur per rationẽ ff. alleg. qa
cùm iste sit actus solẽnis, non potest explicari per procurato
rem. Præterea tex. in c. de his. videtur requirere actum perso-
nalem, vt dixi: & ista opi. est verior, licet Bal. teneat oppositũ,
& dicat Ioan. And. illud tenere in l. j. §. ne autem. in penulti-
ma colum. C. de caduc. tol. Consuetudo tamen approbat opi
nio. contrariam in principibus, & dominis, qui non possunt a
de facili interesse, vel non cõsueuerũt huiusmodi actibus cẽ
p̃sentes ꝑsonalit̃ ꝓpter dignitatem ꝑsonæ: & forte isto casu
ista opi. esset tolerabilis, ꝑ id qđ dicitur in simili in l. j. C. de in
ius vo. vbi illustris persona admittitur ꝑ procuratorem, quã-
Quos possum. Hęres necessarius testatori est etiā necessarius filio impuberi testatoris. hoc dicit. Secunda ibi: quatenus. ¶ †Not. secundùm Barto. hic, quòd sicut filius institutus est suus hæres patri suo: ita etiā est hæres fratri, cui fuit pupillariter substitut⁹. & ex hoc sequitur, quòd ita transmittit hæreditatem paternam, sicut fraternam, ex capite suitatis: quod est multum nota. secundùm Barto. & Ange. Ex hoc etiam sequitur quidam singularis effectus, ꝙ hæreditas fratris īpuberis, cui frater succedit ab intestato, transmittitur ad substitutum pupillariter ipsi fratri succedendo: quia testator videtur omisisse substitutionem pupillarem, quo ad primum fratrem, quem credit secundum ei ab intestato successurum. Vnde si pater spem testatoris secundus non potuit succedere, impeditus forte morte repentina, transmittit hæreditatem ad substitutum suum: quia si testator substituisset eum, expressè transmitteret tanꝙ suum virtute substitutionis: ita probat tex. singularis secundùm intellectum Ang. quem videtur approbare Io. de Imo. in l. qui duos. j. eod. ¶ †Secūdò not. ibi: ex verbo, possum. secundùm Barto. hic, quòd ad hoc vt filius sit suus, & necessarius fratri ex substitutione, non est necesse quòd sit suus & necessarius etiam patri, dūmodo possit eum facere sibi suū, & necessarium si vult. Ex hoc infert Barto. in §. nostro, quòd licet filio instituto sit datus substitutus vulgaris, & per hoc in hæreditate paterna desinat esse suus: poterit tamen, si substituatur pupillo ipsi, fieri suus & necessarius. Ange. autem nō hic, sed in l. iij. §. aperturæ. s. de hære. insti. videtur ponere quādam singularem, & nouam doctrinā ad intellectū istius §. dicit enim, quòd licet datio substituti vulgaris nō tollat existētiam suitatis secundùm eum, prout ipse tenuit in l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inof. testa. tamen si filio pupillariter substituto datur substitutus vulgaris, quia tollitur necessitas per dationem substituti, filius iste non poterit transmittere hæreditatē non aditam: & hoc sequitur ibi Io. de Imo. quę verba significant hic, ꝙ filius substitutus patri est necessarius hæres fratri, sed non suus: & ideo sublata necessitate nihil remanet, propter qđ hæreditas sit sibi quæsita ipso iure. & per consequens non transmittitur iuxta regulas iuris. In filio autē respectu hæreditatis paternę ipse vult, ꝙ suitas possit separari à necessitate, & sic ꝙ fili⁹ trāsmittat ex capite suitatis, etiā si habet substitutū vulgarē. Bar. aūt, qui nō separat necessitatē à suitate, quoniā nō vult aliquē esse suum, nisi sit necessarius, præsupponit filiū æqualiter, & codē modo esse suū, frater cū est pupillariter substitutus, & patri cū est substitutū: vnde vtroq; casu aut est suus & necessarius, aut si non est necessarius, in neutro casu est suus. Quis autem verius dicat, pendent ab illa subtili q. quam tetigi in l. si filius hęres. s. de lib. & posthu. vtrum possit dari suitas sine necessitate: de quo dic, vt ibi. Sequitur §. filio. h. d.

Filio impuberi. Hæreditas patris & filij vnita, nō pōt à substituto separari, & nō valet tesīm̄ pupillare, si nō adit hęreditas ex paterno ꝑ cohæredē data pupillo. h. d. Secūda ibi: idē ꝗ. ¶ †No. primo, ꝙ qñ duæ hæreditates sunt vnitæ simul, quia iā vna venit in cōsequentiā, & tanꝗ connexā ad alterā, non pōt vnū ex connexis acceptari, & aliud repudiari[b]. Ex hoc arguit hic Ang. ꝙ si vnū beneficium est vnitū alteri accessoriè, ego non possum acceptare vnū sine alio. facit tex. secundū Mod. in c. super eo. de præbēdis. lib. vj. & qđ no. in c. j. ne sede vacā. & per Bart. in l. j. §. sic hæredis. ff. ad l. Falc. vbi tractat de pluribus castris vnitis simul. Tu ad principale dictū vide bonū tex. & qđ per glo. & Bar. in l. Publia. §. fi. ff. depositi. in l. etiā. §. j. ff. de mino. & qđ no. idem Bar. in l. quædā. §. nūmularios. ff. de edēdo. de vnione aūt castri ad ciuitatē quid importet, vide qđ not. scribit Bar. in l. si cōuenerit. §. si nuda. ff. de pign. act. Vtrū priuilegia cōcessa ciuitati & comitatui veteri trahant̃ ad loca de nouo vnita:[c] vide ibi per Bar. & Bald. in l. etiā. C. de iure dot. & qđ ponit solēniter Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de treuga & pace. super rub. in q. pe. & in ti. de cēsibus. §. ij. in addi. magna. in ver. est alia q. vbi etiā determinat notabiliter, vtrū potestas oneris imponendi trahat̃ ad villā vel castrū creatū de nouo. vide etiā ad materiā qđ no. Bar. in l. nō dubito. in princ. ff. de captiuis. ¶ †Secūdò no. ꝙ qñ hęreditas est adita per hęredē, iam nō dicunt̃ duæ hęreditates, neq; duo patrimonia, sed vnū patrimoniū hęredis, cui est annexa hęreditas adita in l. q ti. j. de his quibus vt indig. & facit tex. cū glos. in l. j. §. per. ff. de acq. pos. per quæ iura ego consului anno præterito, ꝙ si ex forma statuti stāte masculo filia nō pōt succedere in hæreditate paterna, & filius masculus adit hęreditatē paternā, deinde morit̃ sine descendētibus, soror poterit succedere fratri in bonis paternis: quia iam nō sunt bona paterna, sed fraterna: & ita inclinat dñs meus in d. §. veteres. licet nō determinet q. ita etiā tenet Ful. in l. quāꝗ. C. ad l. Fal. & manifeste est de mēte Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. in duobus locis, vbi ad aliud propositū expresse declarat, stāte statuto prædicto, ꝙ postꝗ hæreditas fuit adita per filiū masculū, non est tractandū amplius de hæreditate paterna, sed de hæreditate fratris, siue filij, qui successit patri. & hæreditas adita relinquit̃ ab eo, qui eā agnouit, nō inducat̃ fideic. vniuersale, quia nō cōsideratur vt hæreditas de per se, sed species patrimonij, cui sit vnita: qđ vide per Bar. in l. cū filios. §. Lucio. in prin. de leg. ij. ¶ †Tertiò no. ibi: idem ꝗ est &c. ꝙ datio cohęredis extranei tollit existētiā sui hæredis in dependētibus ex testamēto: vnde cohærede nō adeūte, nō cōfirmātur tabulæ pupillares secūdū cōem intellectum, quē tāgit hic Bar. & cōiter Mod. & qđ diximus plene in l. si filius hæres. s. de libe. & posth. Illi tñ quos refert hic Pau. de Ca. volētes rñdere ad istū text. dicunt, ꝙ ista nō est bona intētio huius literæ: sed sensus est, ꝙ sicut qñ pupillus solus institutus adiuit hęreditatē paternā, substitutus eius non pōt hæreditatē vnitam separare: ita qñ pupillus fuit ex parte institutus, supple & adiuit pro portione sua, nō poterit cohæres repudiādo ex paterno ex substitutione pupillari acceptare bona pupilli, & repudiare paterna: qa portio cohæredis repudiātis accreuit pupillo adeūti: & sic tota hæreditas patris reperit̃ vnita bonis pupilli. & sic est cadē rō, vt in primo casu. Sed per istū intellectū dixit Pau. confundi per tex. in fi. dū dicit, ꝙ filij hæreditas non pōt haberi. & sic patet, ꝙ etiā in bonis pupilli succedere non posset. Sed ad hoc pōt faciliter rñderi, ꝙ nō pōt succedi in bonis pupilli, scilicet sine hæreditate paterna. Iste tamē intellectus non placet: quia præsupposita veritate primi dicti positi in prin. ista q. nullā habet dubitationē. Extra glo. quæ nō indigēt alia aditione, quærit hic Bar. vtrū substitutus poterit separare hæreditatē paternam à pupilli, beneficio restitutionis in integrū, si forte pupillo adeūte fuit læsus. Et respondet ꝙ sic: quia qñ remediū restitutionis in integrum cepit competere pupillo, trāsmittitur ad hærede. l. non solum. ff. de in integ. resti. & hęc dicta cōiter approbant Moder. Sed hoc repugnat multū literę nostræ, quæ simpliciter dicit, ꝙ non pōt habere vnā sine alia: si enim per beneficiū restitutionis haberi possit, si fuisset facta mētio de eo, sicut fit in simili casu in l. necessarius. j. de acqui. hære. Præterea contra istā conclusionē facit ratio: quia ex quo hęreditas patris fuit vnita per aditionem filij, & sic ex duabus constituta est vna hæreditas, si substitutus

[a] ¶ In genere. Et ista est vera sol. quā etiā tenet & firmat do. Ias. May. in hoc, referēdo Are. et de relatiuo, quis, vel q, vide oīno ꝑ d. Iaso. May. in l. j. in prin. C. de summa tri. & fide cath. in ij. & iij. col. vbi ponit regulā cum fallentijs.

[b] ¶ Repudiari. Circa materiā cōnexorū vide aliquid ꝑ Fel. in c. significauerūt, de exce. in v. col. & qđ ibi dixi in apo. & per do. Ias. hic.

[c] ¶ Vnita. Cōtrariū vr̄ tenere Dyn. in l. vxori. §. vxori. de leg. iij. & Bal. in ti. de pa. Cōstā. §. nos Romanorū. ij. col. ver. quid aūt si quōdā. vbi ꝙ priuilegia concessa ciuitati & villis nō extēdunt̃ ad villas postea acq sitas. Sed vide Ioā. And. in addi. Spec. super rubr. de treu. & pa. per q. versic. quo ad secundā partē. & oīno d. Alex. de Imo. in consilio clxxvij. ij. parte.

posset petere restitutionē in integrū, sequeret̃ q̃ aduersus vnā hæreditatē, quæ defertur sibi ex vno testamēto, scilicet ex testamēto paterno, ipse posset restitui, vt ex vno testamēto in vna hæreditate ipse posset succedere pro parte, & pro parte non: qđ nō est admittendū, quia etiā minor nō posset impetrare hanc restitutionē, vt succederet pro parte, & pro parte non, quia regula est in oppositum, in lege, neminem. de lega. ij. & in l. j. de acq. hære. ergo multominus hoc debet concedi substituto, qui est hæres pupilli: vt l. qđ si minor. §. Scæuola. in fi. ff. de mino. etiā ex beneficio competēte ex persona pupilli. Vnde ista conclusio non relinquit̃ dubia. Non tñ auderē firmare cōtrariū[a] propter cōem sententiā: vides tñ satis clare, q̃ illa ratio quę prohibet substitutum hic petere restitutionē, non habet locū in ipso minore, si ipse peteret, quia ipse per restitutionē non repudiarit vnā hęreditatē in parte, sed totum. Sequitur §. si ex asse. hoc dicit.

Si ex asse. Substitutus filio exhæredato non pōt succedere ex tabulis pupillaribus, si repudiet hæreditatē paternā, in qua solus fuit institutus. hoc dicit. Secūda est ibi: nec enim. ¶ † Not. primò, q̃ exhæredatio in filio tollit suitatem: qđ patet, quia si filius exhæredatus nō desineret esse suus, non esset necesse adiri hæreditatē ex paterno, quoniā suitas filij confirmaret tabulas pupillares: vt l. si filius qui patri. j. eo. Cùm ergo sit necesse, per hoc patet, q̃ filius exhæredatus nō est suus. qđ intellige, quousq; testamentū non rescinditur per querelā: nā postea reuiuiscit suitas, & idē si exhæredatio irritetur, quia hæreditas nō sit adita, reducitur tamē tūc res ad causam intestati. Pro primo vide text. & qđ ibi per Ang. in l. Papinianus. §. si ex causa. s. de inof. testa. Pro secūdo vide text. in l. filio. §. sed cū exhæredatio. j. de contrata. & ad materiā vide tex. in l. qui in aliena. §. interdū. j. de acqui. hæ. & in l. j. §. sciendū. & ibi per Bar. j. de suis & legiti. ¶ † Secundò no. q̃ hęrede extraneo instituto non confirmātur tab. pup. factæ filio exhæredato, nisi sit adita hæreditas ex testamēto paterno. idē sensit hic Ang. sub dubio, forte si sit institutus hæres suus, quasi in odium exhæredationis hoc sit inductū, & iniurię illatæ filio: arg. l. cū quidā. C. de leg. Sed ista cōclusio, dicit Ioā. de Imo. est contra casum expressum, de quo forte fuit oblitus, in l. filius qui paterna. j. de acq. hæ. Sequitur §. in arrogato.

In arrogato. Substitutus pupillariter succedit in omnibus bonis pupilli, nisi sit substitutus à milite, qui voluit tantū succedi in bonis suis: & pater arrogator potuit substituere pupillo in legitima sua duntaxat, & in his quæ sine cōtēplatione fuerūt filio donata. hoc dicit. Secūda est ibi: nisi. Tertia ibi: in arrogato. Quarta ibi: Scęuola tñ. Vltima ibi: ego etiā &c. ¶ † No. primò ibi: ad substitutū. q̃ qua ratione substitutus succedit in bonis testatoris, eadē in bonis pupilli vñcūq; veniētibus. Ex hoc infert hic Bal. & Angel. q̃ substitutus pupillariter exprèsse præfertur matri etiā in bonis quæ prouenerunt pupillo ex latere paterno, id est ad cōsanguineos ex latere matris: & hoc ꝓbat ista litera, quæ indistinctè dicit id qđ dixi. ¶ † Secūdò no. q̃ qua rōne miles in hæreditate sua pōt decedere ꝓ parte testatus, & ꝓ parte intestatus: eadē rōne pōt inducere, q̃ pupillus cui substituit pupillariter, decedat ꝓ parte testat⁹, & ꝓ parte intestatus: ex quo collige, q̃ duæ spālitates quę oriūtur ex diuersis respectibus, possunt concurrere in eodē actu:[b] nam q̃ possit facere testamentū alteri, hoc cōpetit militi, quia pater: sed q̃ pupillus decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, hoc cōpetit ei, quia miles: & ita concludit Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. q̃ duæ fictiones ex diuersis causis possunt cōcurrere simul. ¶ Tertiò no. q̃ pater potest substituere filio pupillariter in legitima, & istud etiam est verum in patre naturali: vt l. ex tribus, C. de inoffi. test. & in c. si pater. de testa. libr. vj. Vtrum autē possit ei substituere per fideicom. vel hæredibus eius, fuit dictū in l. j. in fi. s. eo. vbi Bar. tangit. ¶ Quartò no. q̃ donatū filio contēplatione patris, censetur esse profectitiū. cōcordat tex. in l. profectitiam, in princ. ff. de iure do. & in l. dedit dotē, & ibi per Bar. j. de colla. bono. Præsumitur autem datum contēplatione patris, si amicus vel consanguineus donauit: & aduerte, quia ex isto tex. non requiritur, q̃ hoc præsumatur, quòd donans faciat mentionē consanguinitatis vel amicitiæ. cuius contrarium voluit hic Ang. vt j. dicam. ¶ Vltimò arg. istius literæ dicit hic Bald. q̃ sicut pater arrogator nō pōt substituere nisi in bonis prouenientibus à se: vt plene traditur in l. si arrogator. s. de adoption. ne fiat præiudicium tacito vel expresso iudicio patris naturalis: ita arguendo de patre ad magistratum: quia patria & patres videntur æquiparari, imo patria est potior: vt l. postliminium. §. filium. de captiuis, & l. veluti. ff. de iusti. & iur. dicendum erit, quòd si per sententiam bona alicuius sunt confiscanda, iudex qui dedit sententiam, possit incorporare in suum fiscum duntaxat bona quæ sunt in suo territorio, ne faciat præiudicium alteri præsidi in bonis, quę sunt in eius territorio. de qua q. dic vt plene scribit Bar. in l. j. in vlt. q. C. de sum. tri. de quo etiam vide qđ singulariter ponit Ioan. And. in ti. de acc. §. j. in additione magna. in ver. qui incipit, felicis Nicolai de Matarel. &c. & qđ ponūt doct. Moder. in l. ex facto. §. fin. s. titu. proxi. vide etiā quod ponit Ant. de But. in c. postulasti. extrà, de foro compe. ¶ In glo. posita super verbo, milite. attēta ratione assignata in glo. videretur dicēdum, q̃ pater arrogator qui non est miles, non posset substituere pupillo in bonis suis dūtaxat. Sed Bar. ibi dicit, & Moder. quòd ex alia ratione hoc potest, cōcesso vno inconueniēti, necesse est aliquādo & aliud concedere. Cū igitur l. permiserit patri naturali adiungi patrē arrogatorem, consequēs fuit concedere forte, q̃ pater arrogator, qui habebat filium in potestate, posset ei substituere pupillariter: & ne hoc concederetur cum iniuria patris naturalis, necesse fuit induci vnū speciale cōtra regulas iuris, q̃ valeret substitutio facta pupillo solū in bonis arrogatoris: & sic, q̃ pupillus posset decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. ¶ In glo. posita super verbo, bñficio. ibi: quę faciūt cōtra consules & c. gl. videtur hic sentire, q̃ dona acquirantur reipublicæ, & non legatis, quæ contēplatione reipublicę videntur data. Bar. in l. si verò. §. ei qui[c]. s. solu. matri. sequendo dicta Guil. quę etiā Moder. ibi approbant, videtur tenere q̃ dona non sint restituenda reipublicę, sed pertineant ad ipsos oratores, per l. cū multa. C. de bon. quę lib. vbi probatur, secundū Guil. q̃ princeps qui donat, pręsumitur donare contēplatione recipientis. vnde proprietas & vsusfructus nō quęruntur patri. Mihi non placet ista inductio, sed bene dico ibi probari, q̃ liberalitas principis acquirit̃ filio in casu: q̃ si fieret ab alio, esset quęsita patri: & hęc ostēdunt verba literę, dū dicit q̃ in rebus taliter donatis nō acquirit̃ ꝓprietas patri, nec vsusfructus, ꝓpter culmē dignitatis imperialis: & sic datur intelligi, q̃ in vno ex illis casibus, videlicet quando denegatur acquisitio proprietatis, si donatio fuisset facta ab alio, proprietas acquireret̃ patri. hoc autē non esset, nisi quando esset facta contemplatione patris de iure nouissimo. Concedo tamē in donatione principis, q̃ eadē ratione nō debet acquiri reipublicę, licet sit facta cōtemplatione reipublicę, quia videtur esse eadē. Sed hoc nō esset admittendū in alio principe inferiori, quia ratio teneret per omnia locum supremi principis, quia illud statuitur ibi propter eminentiam imperatorię maiestatis. Secūdò adducit Bar. tex. in l. diuus. ff. de bonis damna. vbi probatur, q̃ talia munera cōsueuerunt dari legatis. Sed hoc non vrget: quia ex quo ista sit consuetudo, aliud tamen requiritur, videlicet q̃ consuetū sit ista munera esse legatorum, & non reipublicæ. Præterea potest dici in casu nostro, quòd duę qualitates cōcurrant ad causam immediatam doni, scilicet respectu reipublicę legatorū, & industria vel qualitas ipsorum legatorum: vnde videretur q̃ deberet attendi causa fauorabilior: sicut dicit̃ in l. si ita scriptum. in principi. ff. de libe. & posthu. & in l. ij. in princi. ff. de verbo. obliga. fauorabilior autem videtur esse causa reipublicę, q̃ priuati: vt in aut. res quæ. in fi. C. communia de legatis. ergo ad rempublicam viderentur pertinere. Mihi placet distinctio Ang. cum aliqua aditione, quam ipse ponit hic, vt distinguatur qualitas doni, secūdùm eum: adde vltra ipsum, & quantitas: nam si donatur aliquid legatis, qđ magis conueniat eorum reipublicæ q̃ ipsis, vel ex qualitate doni: exemplum, si lega. Florentinorū donaretur leo, vel si attenta qualitate oratorum quantitas doni esset nimium excessiua, videretur potius donatum reipu. tunc pro ista conclusione adduco tibi tex. no. in l. si vxori. in prin. la ij. ff. de auro & arg. leg. † per quem tex. Bar. dicit ibi notabiliter, q̃ si pater legat filio suos libros iuris, intelligatur legasse libros iuris canonici duntaxat, si solū de iure canonico studeret, facit tex. in l. plenum. §. & equitij. ff. de vsu & habitatione. & ista distinctio est multum rationabilis. Nunquid autem econtra si orator patitur damnū causa legationis: verbi gratia, quia derobatus in itinere, teneatur respublica emendare tale dānū[d]: vide Bart. qui no. hoc declarat in l. si seruus. §. quod vero. ff. de furt. Tractat etiam Barto. hic de causa mediata & immediata, cuius dictis adde, q̃ licet causa mediata cohæreat proximo, ita q̃ nulla sit media inter ipsas, non tamen hæc causa mediata accipietur vt proxima: vt colligitur satis euidenter ex l. Proculus. ff. de nego. gest. & ex l. metum. §. sed licet. ff. qđ me. cau. & vtrobiq; per Bart. Vnde ista causa, vt j. dicam. non appellatur proprie causa, sed occasio: & reuera hoc est de mente literæ in l. lege censo. iuxta fin. ff. de verborū

a ¶ Contrariū. Vide hic d. Iaso. May. in princi. ij. col. vbi dicit, q̃ est oīno tenēda opin. Bar. q̃ est cōis, licet Are. subtiliter reprehendat Bar. quia forte falso mouet̃. & rñdit ad ar. Are. ꝓut ibi vide.

b ¶ Actu. Secus dic, vt per Fel. in c. at si clerici. in §. de adul. de iu. in vij. colū. circa med. & qđ ibi dixi in apo.

c ¶ §. ei q. Et ibi ad hoc vide Alexand. de Imo. & Bart. & Alex. in l. sociū. s. pro socio. & Io. de Pra. in l. qui proprio. §. procurator. ti. de procu. & Flo. in l. si serui. ff. de vsufruc.

d ¶ Dānum. Vide ad hoc cōsiliū collegij Paduani, inci. factū tale p dominos priores, & omnino d. Alex. de Imo. in d. §. qđ vero, allega, hic per Are.

ver. sig. licet Bar. allegat eā pro se in l. ambitiosa. vbi no. loqtur. ff. de decretis ab ordi. faci. Non obstat tex. in l. si vxori. ff. de auro & arg. leg. quia ibi vestes emptę pro ancillis nō veniunt tanq̄ parata mediante ad vsum vxoris, & vt legatū principaliter per se factum: sed veniunt accessoriè ad ipsas ancillas, quæ erant paratæ vxoris causa: legauerat enim ibi testator quicquid vxoris causa paratū erat. Cōstat aūt, q̄ ad legatū principaliter factū veniunt eius accessoria, tanq̄ pars legati principalis: vt l. creditor. §. fin. de libe. lega. & bene facit tex. in l. j. §. quæ depositi. ff. depositi. non solū aūt non attēditur causa mediata, quæ non intēditur à disponēte tūc cū fit dispositio: sed etiā causa mediata, quæ intēderetur à disponēte, tan quàm causa causæ immediatę. Vnde licet procurator emat, quia sibi fuit mandatū: causa tamē acquisitionis immediata est emptio: & quia illa causa quę debet à procuratore ipsi, acquiritur ius directū ex cōtractu: vt l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. emp. & ista sunt elegātia verba Bal. in ista materia in c. imperialē. §. insuper. de prohibita feu. ali. per Fed. Causa aūt mediata siue propinqua proxime siue multū remota dicitur potius occasio q̄ causa: intelligo, quādo non cōsideratur in intētione disponentiū actū. Vnde si statutum facit mentionē de occasione, vel verba instrumēti, bene comprehēdetur quęlibet causa, quantūcunq; remota: ita singulariter determinat Io. And. in titu. de vsu. in §. sequitur. in additione magna. referēs dicta Gof. in quadā disputatione. ita concludit etiā Ang. consi. lxij. allegat l. manifestissimi. §. sed cùm in secundā. C. de furt. & l. fin. C. vt intra certū tēpus. & est optimus tex. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. test. †Secūdò aduerte, quia quādo Bar. ponit exemplum de causa non multū remota, nō videtur bene exēplificare: quoniam in exēplo suo videnṫ potius duę causæ[a] simul iūctę, quæ faciūt vnā causam immediatā, quarū quælibet de per se non esset sufficiēs, q̄ vna prior, & altera posterior, seu vna immediata, & alia mediata: sicut dicit Bal. in d. §. insuper. de tabulis pupillaribus. quia in ipsis concurrūt duę qualitates immediatæ, & attenditur illa quæ est fauorabilior in dispositione: vt l. Papinianus. §. sed nec impub. ff. de inoffi. testa. In q. ergo Bart. haberemus dicere, q̄ attenderetur qualitas ætatis, quia sic dispositio esset perfectior, nam valeret proprie in persona, in qua fit: sicut dicimus in l. cum multa. C. de bonis quæ lib. quòd quia beneficium principis debet impetrari plenissime, non acquiratur aliquid per filiū patri. & quia iste text. dicit hic, q̄ datum ab amico vel consanguineo patris filio, videtur datum ipsi patri, per hoc infert Bartolus, & dicit se consuluisse de facto, quòd si consanguineo mariti, donant aliquid sponsæ: quia videntur donare contem platione mariti, ipsi marito videtur facta donatio: & per consequens res sunt mariti, & hæredum eius. Dominus Ioan. de Imo. addit, quòd istud est verum, si appareat maritum fuisse huius voluntatis, vt nollet illas donare vxori. Si autē hoc non apparet, tunc esset distinguendū, vtrū vxor prędecedat viro, & sic res remanebūt viri, quia donatio nō est cōfirmata morte: si autē maritus prædecederet vxori, tūc res nō possent repeti per hæredes viri, quia donatio esset confirmata per mortē. Mihi videtur, q̄ hic sit magnus error[b]: quia & Bar. & Moder. in effectu volūt, q̄ si donatio fit sponsæ à consanguineis mariti, verè sit facta marito, & nō sponsæ per ipsos cōsanguineos: deinde videtur facta à marito sponsæ, vel res donatæ à marito, videantur concessæ à marito ad vsum sponsæ: quæ verba sunt contra multas ll. quę simpliciter dicunt, quòd donatio facta à cōsanguineo mariti vxori, & ecōtra à consanguineo vxoris marito, valet in continenti, & acquiritur dominium illi cui fit donatio: ita probatur expresse in l. si constante. & l. si te in vacuam. C. de dona. inter vi. & vxo. & in l. tertia. §. socrui. hoc in pluribus exēplis illius l. & maxime in primo, quando filius donat nouercæ de peculio castrensi. ff. de dona. inter virū & vxo. Vnde tu restringas illas ll. ad casum, quādo apparet expresse, q̄ cōsanguineus mariti donauit vxori cōtēplatione vxoris, & nō mariti. Tu nō poteseuadere illas ll. sed ista restrictio est manifestissima diuinatio, & ideo ista doctrina non videtur vera: & ad istam l. & similes respondeo, q̄ hic cōcurrūt duo, propter quæ donatio videṫ facta patri. Primū est, quia fuit facta contemplatione ipsius: secundū, quia ille cui fiebat, erat persona, mediante qua titulus & acquisitio ex dispositione iuris poterat respicere, imo respiciebat psonā patris, ex quo filius erat in potestate. sed vxor non est talis respectu mariti: licet enim per liberam personam possit acquiri nobis dominiū & possessio, si recipit nomine nostro: vt l. j. C. per quas perso. no. acqui. si tamen actus celebretur per liberam personā nomine suo proprio, tunc non acquiritur nobis, quia intentio acquirentis non videtur esse ista: & per ista sit expeditus iste articulus. Sequitur §. nemo institutus, & sibi substitutus &c.

Nemo institutus. Nemo potest sibi substitui, nisi mutata causa, vel nisi substituatur sibi & alteri. hoc dicit. Secūda est ibi: cæterum. Tertia ibi: siquidem. Quarta ibi: quod si ita. ¶ †No. primò, quod substitutio quæ nullam affert vtilitatem est inutilis, & non valet: vbicunq; autem potest afferre vtilitatem, etiam si prima institutio sit simplex, tunc valeret: exemplum, si institutio esset grauata legatis, quæ non essent repetita substitutio. ita probat tex. & ibi per Barto. in l. j. §. si proponatur. ff. si quis omis. causa testā. & de materia dicetur plenius in l. si. j. eod. ¶ Secundò no. q̄ aliquando gradus capitur pro persona succedente ex eodem gradu, proprie tamē accipitur aliter: vt l. iij. §. filius. de libe. & post hu. ¶ †Tertiò no. & semper tene mēti quòd per dictionem implicatiuam inducitur tacita substitutio vulgaris in parte alterius instituti: et est vnus modꝰ inducēdi tacitā substitutionē, de quo specifice nō feci mētionē in l. j. s. eo. vult em̄ iste tex. q̄ per ista verba, si Seius hęres nō erit, Stichus etiam in parte sua sit hæres. videatur facta substitutio etiam in parte Titij, & adeunte: quia hic ponitur dictio, &, quæ est dictio implicatiua[c], sicut etiam, vt bene declarat gloss. facit ad ea quæ habentur in l. Gallus. §. forsitan. s. de lib. & posthu. ¶ †Vltimò no. quòd propter partem cohæredis valet substitutio facta simpliciter in parte propria. & est ratio: quia ad vtrāq; partē vocatur substitutus simul, & quodammodo ex vna dispositione. sicut dicimus in simili secundū Mod. hic, q̄ valet emptio rei communis pro parte sua, ratione alterius partis quæ emitur: vt l. qd̄ si vno. in fi. ff. de in diem addict.

Si is qui hæres. Capacitas vl' incapacitas substituti, pupillariter attēditur tempore mortis pupilli, non testatoris. hoc dicit. Secunda ibi: contra quoq; &c. ¶ †No. primò, quòd quantum ad capacitatem vel incapacitatem substituti pupilla. substitutio absolutè consideratur, vt testamentum filij: licet ergo quo ad expugnandum testamentum, substitutio pupil. dicatur modo testamentum filij, modo patris, prout est fauorabilius testamētum, tamē quātum ad inhabilitatē, quæ surgit ex capacitate vel incapacitate substituti, etiam quo ad annullādam substitutionem, attēditur pupil. substitutio, vt testamentum filij. & ratio est, quia capacitas vel incapacitas consideratur respectu acquisitionis hæreditatis: hæreditas autem in qua succedit substitutus pupillariter, semper dicitur vniformiter hę reditas filij: vt l. ij. §. prius. s. eo. & Insti. de pupil. substi. §. j. Doct. tamē declarādo istum tex. hic intelligunt, q̄ capacitas huius substituti debet adesse tribus tēporibus: scilicet tēpore quo pater facit testamētum, tēpore mortis filij, & aditionis hęreditatis: in l. si alienum. §. in extraneis. s. titu. pro xi. ita tenet expresse hic Bar. Ex qua doctrina colligitur manifestè, q̄ etiam in institutionibus cōditionalibus, sicut est substitutio quęlibet: vt fuit declaratum in l. qui liberis. in princ. s. eo. debent attendi illa tria tēpora,[d] de quibus in d. §. in extraneis. de quo vide quod plenissime scripsi vltra omnes in l. ij. in princ. in notabilibus. & etiam in glo. s. eo. ¶ Secūdò no. q̄ incapacitas, per quā quis prohibetur à lucro, est pœna: vnde aliquando imponunt pœnam alicui, quòd sit intestabilis passiuè propter crimen: vt l. cum l. & l. is cui l. s. de testa. Sequitur l. si filius qui patri.

SVMMARIVM.

1. Suitas confirmat pupillares tabulas, non tn̄ legata relicta in testamento. & vide in nu. 7.
2. Nunquid filius sit obligatus oneribus hæreditarijs, donec abstinet.
3. Datio cohæredis sui non tollit existentiam sui hęredis, etiam quo ad ea quæ pendēt ex testamēto.
4. Determinatio vna non determinat plura determinabilia vniformiter, quādo est diuersa ratio inter ea quæ determinatur.
5. In correlatiuis non fit extensio, vbi est diuersitas rationis.
6. Dispositio respectu vnius personę pōt esse odiosa, & respectu alterius fauorabilis.

Si filius qui patri. Suitas cōfirmat tabulas pupillares, & operatur ad cōmodū filij, licet filius per beneficiū prætoris abstineat. & diuiditur in tres partes. In prima ponit thema, & decisio. In secunda ponitur duplex obiectio cum respōsione. In tertia ibi: itaq;. fit quædam illatio in præcedentibus. ¶ †No. primò secundū communem intellectum, qui tangitur in principio primæ glo. quòd suitas confirmat tabulas pupillares, non tamen confir-

---

a ¶ Duæ causæ. Add̄ q̄ solus Are. in hoc reprehēdit Bar. sed dic vt per do. Iaso. May. hic ī §. ad substitutos. in ij. colū. ver. iij. aduerte. qui alleg. optime hanc materiā declarantē Bal. in c. j. §. insup. in iiij. col. de pac. iu. fir. in vsibus feudo.

b ¶ Error. Vide hic ad fi. oīno do. Iaso. May. qui post opin. Are. hic, & aīs non nullas dicit tutius esse tenedā opinio. Bar. pro qua opi. refert ita consuluisse d. Ant. de Bu. in cō si. suo xxxviij. inci. qa maior pars quęsitorū. in secūdo dubio.

c ¶ Implicatiua. Adde Bart. in l. iij. §. si duo. ff. ad Carbon.

d ¶ Tēpora. De quo dic vt hic per d. Ia. May. in me. j. colū. vbi dicit, q̄ Are. & Mod. minus bn̄ prędicāt dictū Bar. qa Bar. loquiṫ de cōditione intrinseca, q̄ inest tacite in substōne, et si nō exprimaṫ à testōre. Sed ista cōditio cùm sit intrinseca, nō facit q̄ se cōditionē: all. tex. in d. l. qui libe. alleg. hic per Are. vide eum.

mat legata relicta in testamento, nisi sit legatum libertatis: vt l. gene-
raliter. §. sed & si quis. ff. de fideicom. liber. Quòd autem non confirmet
alia legata, probatur expresse in l. j. in fin. j. vt in posses. lega. Et quia le-
gata ad pias causas æquiparãtur legato libertatis, ideo dicit hic Angel. ꝙ
etiam talia legata confirmabuntur à suitate: argu. eorum quæ habentur
in c. cùm tibi. & in c. cùm esses. extrà, de testib. & quod not. in l. proxi-
me. s̃. de his quæ in testamento delentur. Ex hoc infert hic Io. de Imol.
quòd ad intellectum l. j. C. de sacrosanct. eccle. ꝙ si testamentum deficiat
per aditionem non factam, tamen relicta in eo ad pias causas valebunt, si
filius suus sit institutus: reperiuntur etiam tres casus, in quibus suitas
post abstensionẽ operatur confirmationem fideicom. vniuersalis, etiam
quo ad obligandũ ipsum filiũ: vt l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Treb. & est
ratio: quia filius qui abstinebat omnino, poterat cogi ad adeundum & re
stituendum fideicom. Vnde ista obligatio à qua non definitur per abstẽ
sionem, nullũ incommodũ sibi affert, secundũ Bal. qui ita dicit ad intel-
lectũ illius literæ in l. si pater. ff. quæ in frau. creditorum. Hoc autem in-
ligit Ange. esse verum hic, quãdo filius ipse viueret, vel moreretur post
moram contractã in restituendo fideicom. vt l. non iustam. C. ad Treb.
Vbi autẽ filius esset mortuus post abstensionẽ, & ante moram: tũc sui-
tas non confirmaret fideicom. quia cùm ista confirmatio sit odiosa, nõ de
bet extẽdi vltra personã filij: si aũt filius non abstinuisset, & sic ex benefi
cio suitatis non transmisisset hæreditatẽ ad hæredẽ suũ, tũc qua ratione
suitas viuente filio confirmaret fideicom. ita etiã confirmabit post mor-
tẽ: quia cùm hęres filij posset cogi adire hæreditatem, eadem ratio est, vt
4 suitas operetur, quæ erat in filio, secundùm Ioã. de Imol. ¶ † Secundò
no. ibi: non sponte susceptis liberare &c. nã per istum tex. videt̃ proba-
re, ꝙ donec filius abstinet, est obligatus oneribus hæreditarijs, & põt cõ-
ueniri. Cõtrarium tamen tenet Bar. in l. necessarijs. j. de acqui. hære. quia
cùm filius sit debitor, nisi abstinuerit, ex quo in euentum contrariæ con
ditionis resoluetur eius obligatio, interim donec pendet euentus contra
riæ conditionis, scilicet abstensio actualis, non potest conueniri effica-
citer: vt l. si pecuniam. & quod ibi not. ff. si cert. peta. Est ergo obligatus
ipso iure, vt hic probatur: sed obstat exceptio ratione præmissa. Ang. aũt
hic dicit, ꝙ verbũ, liberare, ponit̃ hic improprie, id est non obligare: & sic
exponendo filius interim non esset obligatus ipso iure. Sed Io. de Imo.
sequitur secundam expositionem, & etiam Bal. hic, sed in l. j. in vltim. q.
C. communia de leg. Bald. dicit expresse, quòd exceptio ista, non immi-
scuit in bonis paternis, est exceptio intẽtionis. i. quæ cõcludit agentem
non habere actionẽ ipso iure. Et ideo etiã si filius nihil excipiat, nõ debet
sequi condemnatio: iuxta no. in l. vbi pactum. C. de transact. & in l. si Ti
tius. j. de verborum obligatio. Et licet Bar. in l. necessarijs. dicat, ꝙ etiam
si ipso iure filius sit obligatus, nihilominus nõ est opus, ꝙ filius excipiat:
quia l. ipsa inducit hanc inefficaciam obligationis ipso iure. hoc non vide
tur bene dictum: quoniam creditor, qui petit suum à filio, nõ locupletat̃
cum aliena iactura, nihil enim lucratur si suum cõsequitur. Ergo quam-
uis ex ipsa petitione & processu notorio constet iudici, si non probatur
aliter immistio de exceptione competente filio, iudex tamen non vide-
tur posse supplere: iuxta gloss. not. quam ibi declarat Bar. in l. si vnus. §.
pactus ne peteret. in verbo, in apponendo. ff. de pact. Vnde præsupposi-
to, quòd filius esset obligatus ipso iure, verius videretur esse, quòd exce-
ptio deberet opponi contra creditores. Notabis tamen singulariter do-
ctrinam Bar. in dicta l. necessarijs. per quam colligitur, quòd quando pu
re obligato adijcitur conditio resolutiua obligationis in contrarium euẽ
tum à lege, tunc suspenditur obligatio pura, sicut in contractibus: & sic
æquiparatur dispositio legati magis contractui, q̃ vltimæ voluntati, in
qua dispositio purè non suspenditur: vt l. pure. in princ. ff. de doli excep.
Ex his infert hic Io. de Imo. se obtinuisse de facto, quòd si filius agit cõ-
tra debitorem paternum, anteq̃ se immisceat, & postea pendente iudi-
cio solenniter se immiscuit, ꝙ potest sequi condemnatoria, quia filio cõ-
petebat actio ipso iure, vt patet ex prædictis: sed erat suspensum eius ex
ercitium: quo casu satis est, ꝙ suspensio tollatur pendente iudicio: vt l. si
autem. §. possidere. & quod ibi no. ff. de rei vendica. Præterea etiam si a-
ctio non competisset à principio, quia tamen nunc incipit competere ex
causa de præterito, & maxime quæ retrotrahitur, conualidatur iudiciũ:
vt l. si rem. ff. de pigno. actio. & l. hæres quandoq;. j. de acqui. hære. & ita
traditur in l. non potest videri. ff. de iudi. per Bar. & alios. Hæc autem di
cta oportet intelligere, quando ille qui agebat contra debitorem pater-
num, erat talis persona, quæ non poterat simpliciter se immiscere, sed cũ
aliqua solennitate, aliàs quæstio non procederet: quia agendo contra de
bitorem hereditariũ tacitè videretur agnoscere hæreditatem, secundùm
Bal. in l. j. C. si vt se ab hæredi. absti. est enim iste actus, qui non potest fie
ri pręter nomen, & ius hæredis: ergo inducitur aditio: vt l. pro hærede. j.
de acqui. hære. Vtrum autem competat aliquod remedium filio, qui nõ
potest se abstinere ex forma statuti, quòd non subeat onera hæreditatis
paternæ, vide quod singulariter ponit Bald. in l. secunda. C. quæ in frau.
credito. & in l. dotis. C. de iure do. ¶ † Tertiò not. quòd beneficium absti
nendi est inductum non in odium filij, sed in fauorem. & ideo nõ debet
operari contrariũ effectum: vt l. quod fauore. C. de ll. quod eleganter pro
batur. ¶ Quartò no. singulariter, secundùm intellectum Iacob. de Are.
quòd substituto exhæredati potest relinqui legatum, quando talis sub-
stitutus fuit institutus à patre, licet repudiauerit hęreditatem paternam.
& est notabilis limitatio ad ea quæ habentur in l. proprias. C. de legi. &
5 in l. penul. de lega. primo. ¶ † Vltimò not. ꝙ datio cohęredis sui non tol
lit existentiã sui hæredis, etiam quo ad ea quæ pendent ex testamento:
secus est in datione cohęredis extranei: vt l. sed si plures. §. filio. s̃. eod. de
quo plenius dicetur in explanatione materię. Et ad ea quæ diximus s̃. in
secundo no. circa intellectum l. necessarijs. j. de acquirẽ. hære. aduerte di
ligenter: quia licet Bal. & Ang. in l. posthu. §. fina. cum l. sequen. s̃. de in-
offi. testa. simpliciter teneant hanc sententiam communem, videlicet ꝙ
filius sit ipso iure obligatus, sed obstat exceptio ante immistionem: alle
gan. glo. in l. si cùm dotem. s̃. solu. matrimo. ista tamen opin. videtur mi
hi multum dubia: quia quando præcedit dispositio pura, & sequitur con
ditio resolutiua, tunc stat regula, quòd effectus dispositionis purę interea
non intelligitur: vt l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diem adie.
& l. sub conditione. in fi. ff. de assignandis libertis. Et licet ll. illæ loquan
tur in contractibus: idem tamẽ videtur esse in dispositione legali: ita de
cidit singulariter Barto. in l. Iulianus verum debitorem. in vltima q̃ne.
vbi allegat istas ll. ff. de conditio. indebi. Confirmatur ista conclusio for
titer per tex. in l. iij. §. qui fideicõmis. s̃. titul. proxi. & per ea quæ no. glo.
in l. pater filio. ff. eod. vbi probatur, quòd seruus inspecto statu præsenti
tempore mortis hæredis succedit hæredi tanquàm necessarius, licet ista
necessitas sit resolubilis in euentum cõditionis appositæ à testatore. idẽ
probatur in tex. iuncta gloss. in l. si seruum. in prin. ff. de acqui. hęre. Nec
dicas, quòd illæ ll. loquuntur in conditione, quę non est in potestate il-
lius, qui est necessarius. Nam in hoc non videtur esse differentia, imo for
tius debet operari effectum suum necessitas, quando est quid imputetur
hęredi necessario, qui potuit se liberare à necessitate, & non fecit: ꝙ quã-
do conditio non est in potestate sua. argumẽ. l. j. §. qui sub conditione. &
quod ibi no. j. si quis omis. causa testamen. pręterea tex. Instit. de hęre.
quali. & differẽ. §. sed his. dicit, ꝙ si filius abstinet, consequitur vt credito
res paterni non possideant bona sua. Sed hic non consequeretur per ab-
stensionẽ, si competeret quidem, excipitur ipso iure, antequàm abstine-
ret: sed impediretur executio per exceptionem, ita quòd bona eius non
possent possideri: ergo satis clarè datur intelligi, quòd antequàm absti-
neat, posset fieri executio. Non obst. tex. in l. j. C. si vt se ab hęredi. absti.
quia ille tex. non loquitur de protestatione, id est de abstensione & repu
diatione, quasi sentiat: vt intelligunt doc. ꝙ etiam antequàm filius se ab
stineat, non possit conueniri. Sed hoc vult in effectu, ꝙ dummodo filius
se non immisceat actualiter, non perdit beneficium abstinendi, quantũ-
cunq; steterit tacitus & silens, & nunq̃ fuerit protestatus: q̄d ipse intẽde
bat, tacendo se immiscere hęreditati, sed ꝙ non intendebat se immiscere
hæreditati simpliciter, nihil gerendo. Non obstat tex. in l. nam nec emã
cipatus. in fin. de lega. j. vbi suus & necessarius per beneficium prætoris
ęquiparatur extraneo hęredi instituto: sed extraneus non posset conue-
niri, nisi adeat: vt l. ex maleficijs. §. hęres. ff. de actionibus & obligation.
ergo idẽ videtur dicendum in suo & necessario. Nam licet ille tex. valde
bene faciat pro opin. doct. quòd ęquiparetur hęredi extraneo, quo ad a-
ctum abstinẽdi & repudiandi, vt idem operetur abstẽsio in suo, quod re
pudiatio in extraneo: sed non quo ad statum medij tẽporis, antequàm
abstineat. Non obstat ratio, quam assignat Bar. in l. necessarijs. quia quã
do debitor pure promittit idẽ sub cõditione, & ideo suspenditur prima
exactio & obligatio pura quo ad exercitiũ, quia aliàs frustratoriè videt̃
interposita obligatio conditionalis: nam pręsumitur, quòd creditor ex
pectata conditione vellet consequi suum citius, q̃ posset: sed quãdo pr
cedit dispositio pura resoluenda sub conditione, tunc conditio apposita
multum poterit operari. quia etiã post executam obligationẽ puram si
eueniat cõditio, irritabitur executio, & retractabitur: vt patet in dicto §.
sed & Marcellus. & in dicto §. qui fideicommis. Quando autem obliga-
tioni puræ additur conditio per nouam promissionem: hoc videtur con
tinere fauorẽ debitoris, si promittitur eidem, qui aliàs erat eius creditor,
vt dixi, nullus fauor resultaret, quo ad debitorem, si posset exigi inconti
nẽti. Et per ista iste articulus redditur valde dubius, & cogitandũ pro so-
lutione, non reprehẽdẽdo, est communis sentẽtia, à qua de difficili est re-
cedẽdum. Aliqui tamen tenuerunt hoc, quos refert gloss. in dicta l. ne-
cessarijs. & ad materiã istã vide quod not. singu. Bald. in capi. j. circa prin.
de c. Corradi. vbi dicit, quòd pœna quę imponitur hęredi negligenti ali
quid facere, non habet locũ in filio ante immistionem. bene facit quod
ipse idem no. in l. necessarios. in princ. j. ad Sylle. & aduerte ad quęstio-
nem quam posuit Io. de Imol. & ipse expresse pręsupponit, quòd filius
qui agebat, non poterat agnoscere hęreditatem solam. ¶ In glo. j. ibi: nõ
per immistionem vel aditionem &c. Gloss. ista in hoc principio tangit
vnam principalem lect. & solutionem, quę datur ad l. sed si plures. §. sed
filio. & §. si ex asse. s̃. eo. dicit enim, ꝙ hic filius non immiscuit se hęredi
tati paternę, & postea abstinuit ex beneficio prętoris. de quo in l. necessa
rijs. j. de acqui. hęred. & secundùm hunc intellectum est dicendum ad iu
ra contraria, ꝙ suitas confirmat tabulas pupillares, in l. filius qui se pater
na. & l. Iulianus. j. de acquiren. hęredita. & hęc lectura communiter ap-
probatur. Sed contra ipsum arguunt quidam, quos refert hic Ioannes de
Imol. quia text. præsupponit, quòd iste filius fuit hęres patri, & fratri:
fratri autem fuit hęres in effectu, & immiscendo se: ergo similiter debet
intelligi,

intelligi, fuerit hæres patri:per regulã positã in l.iam hoc iu re.š.eo.& in l.quamuis.C.de impu.†Et ad hoc ipse respõdet, 4 vna determinatio nõ determinat plura determinabilia vni a formiter,quãdo est diuersa ratio[a] inter ea quæ determinãtur: sicut clausula posita in fine,vel in principio,non refertur ad omnia vniformiter, quando est ratio,cur magis referatur ad vnum,q ad aliud:vt l.si idẽ cum eodem.ff.de iurisd.omnium iudi.& l.talis scriptura.in fi.& ibi no.j.de lega.j.Nec est mirum hoc,quia etiam vnum & idem verbũ aliquando capitur diuersimode,prout respicit diuersas personas,in quibus est diuersa ratio:vt l.ij.& ibi per glos.ff.de offi.procon.& lega.& no.Bart.in l.j.š.de test.Sed inter hæreditatẽ patris & fratris est diuersa ratio,quia filio acquiritur hæreditas patris ipso iure,tanq suo:sed nõ eodẽ modo hæreditas fratris,cui filius nõ est suus,& necessarius.Sed istud dictũ vltimũ nõ est verum, vt dicũt Moder.& bene,per l.sed si plures.§.quos possum.& per l.ij.§.prius.š.eodem.in quibus patet, ille qui est hæres necessarius testatori,est etiam hæres necessarius pupillo, si ei substituatur.Vnde expositio glo.stat optime, & vna determinatio pariter determinat determinabilia: quia dicitur secũdũ hunc sensum, filius fuit hæres fratri & patri vtriq;,vide licet ipso iure,cũ vtriq; sit necessarius.& hoc satis ostenditur ex versi.non enim.vbi declaratur, ab hæreditate paterna filius potest abstinere,& pupillarẽ acceptare si vult:& sic datur intelligi, adhuc se non immiscuerat,licet in principio dicat esse hęres vtriq;.¶In eadem glo.ibi:per in integrũ resti.hanc glo.approbat Bar.colligens ex isto intellectu, nomen hęredis,qđ remanet penes eum,qui restituitur in integrũ, operať in omnibus quæ pertinent ad fauorem ipsius restituti, p quẽ non diminuitur hęreditas,à qua abstinuit per restitutionem: secus si hæreditas diminuereť:vnde etiam post restitutionem inualidantur legata,præter libertates:vt l.non est nouum.ff. de condic.indebi.& l.si mulier.& l.in integrum.ff.de mino. Sed Bal.impugnat istam opi.dicẽs, sicut restitutio facta aduersus repudiationem hęreditatis cõfirmat totaliter testamẽtum,ita & restitutio concessa aduersus aditionẽ totaliter debet infirmari:quia contrariorum eadem est regula:vt l.ij. cũ simi.de his qui sunt sui vel alie.iu. Ange.dicit,quòd opi.Bald. est vera in hærede extraneo,qui adiuisset hęreditatem:nam si iste restitueretur aduersus aditionẽ,infirmarentur tabulę pupilla.quia restitutio est in primum statum repositio:vt l. si minor.§.fin.ff.de mino.Sed si nunq fuisset adita hęreditas,sine dubio tabulæ pupilla.non valerent:ergo etiam non valebunt nunc.Dicit tamen ipse, in casu l.nostræ opi. Bar. procedit,quia filius qui abstinuit erat suus:vnde ex capite suitatis,quæ semper remanet,confirmantur tabu. pupil.Ioan. de Imo.hic defendit opi.Bar.per ea quæ habentur in l.& si contra.in princ.j.eo.& in l.filium.§.j.& ibi bona gloss.j.de leg. pręstandis.in quibus patet, licet testamentum ex post facto sit recessum de iure prætorio,nihilominus quia valet de iure ciuili,remanent tabu.pupilla.validæ:ergo idem si rescinditur aditio per restitutionem in integ.beneficio prætoris.Nec obstat, nudum nomen hæredis non debet aliquid operari: vt dixit Ange.argu.l.ij.§.sed si sint sui.& ibi per Bar.j.ad Tertu.quia potest dici secundũ eum, hoc nomen non est omnino nudum,quoniã confirmantur libertates relictæ in iuribus prædlleg.Tu autem dic audacter, opi.Barto.& glo.est vera:& probatur primò in l.qui hæredi.§.j.ff.de condi.& demõstra.iuncta l.in causa quod.§.qui cõpulsus.ff.ad Treb.dicitur enim in d.§.qui compulsus. qui adit compulsus,omnia cõmoda perdit prouenientia ex aditione.Et tamen hoc non obstante,licet habeat nudum nomen hæredis,sine aliquo commodo,ex hoc solo nomine admittitur ad emolumentũ,quod non respicit aliquo modo diminutionẽ hæreditatis:& potest impleri conditio damni in eius personam.¶Secundò adduciť tex.pro ista conclusione in l.ex facto.§.Iulianus.j.eo.vbi ille qui priuatur hæreditate propter delictũ,succedit ex substitutione,licet habeat nudum nomẽ hæredis:& ita no.Bar. in l.si tota.ff.de acq.hære.Ad argu.Bal.respondeo formaliter:& dico, non est eadẽ ratio contrariorum hic:& ideo non potest argui modo prædicto,vt declarat glo.no.in cle.cũ à repulsione.de appel.& Bal.in l.si præses quasi desertam.C.quomodo 5 & qñ iudex.†sicut dicimus, in correlatiuis non fit extẽsio, b vbi est diuersitas rationis[b],secundũ Bar.in l.multũ interest. ff.de verbo.oblig.Quòd autẽ non sit eadẽ ratio hic,patet manifeste:quia ille qui repudiauit hæreditatẽ,non quæsiuit pro pter hoc aliquod ius de iure ciuili,quod non posset tolli per ius prætorium:sed ille qui adiuit hæreditatẽ, bene acquisiuit aliqđ ius de iure ciuili,qđ nõ põt totaliter tolli per ius pręto rium:vt l.si fine.§.sed qđ Pap.ff.de mi.Satis est aũt, qñ restitutio in int.reponat in pristinũ statũ,respectu eius sup quo principaliter est petita,& maxime, vt non tollat id qđ est inductũ in fauorem petentis restitutionem,ne fauor conuertatur in odiũ.Pro qua solutione vide optimum text.& qđ ibi per Bar.in l.fina.§.item quęsitũ est.ff.de cõdi.inde.Tex.autẽ in l. si contra.& in l.filium.š.alleg.licet valde bene faciat,posset tamẽ disputando euitari:quia cõtratabulę non rescindunt testamentũ formaliter,sicut restitutio cõcessa aduersus aditionem: vt potest colligi ex his quæ tradit Bar.in l.illud,in prin.ff.de contrata.& in l.filij.§.cõtratabulas.ff.de inoff.testa.Pręterea vltra prædicta arguo sic pro ista opi.si beneficium abstinẽdi concessum à prætore mortuo,quæ est quædã restitutio legis mortuæ aduersus obligationem,inducta ipso iure, non impedit confirmari tab.pupil.vt omnes fatentur, quare fortius debet operari factũ iudicis restituẽtis eum regulariter,quantum ad rescindendũ actũ,seu annullandũ,durius agatur cũ l.quàm cũ homine:vt l.si libertus.de iure patro.& plene per Bar.in l. insulam.de verb.obli.& hoc præsertim est verum in iudice, qui est minister l.cuius factum iudicatur vt factum l.vt l.si cũ diem.§.fina.cum l.sequen.ff.de arbit.& no.in dicta l.insulã. Videtur ergo concludendũ ex præmisis,veram esse glo.nostram,non obstantibus obiectis,maxime per istam vltimam rationẽ.¶Tertiò adde vltra glo.quo ad intellectum Iaco. de Are.dum dicit, iste tex.loquebatur in filio exhęredato,cui erat facta substitutio:vñ alius filius substitutus erat hæres patris insolidum,& sic remanebat suus,quia non habebat cohæ a redẽ.Nã iste intellectus primò diuinat ad literã,nec est necessarius:quia etiã si filius pupillus esset institutus, vterq; eorũ remaneret suus:& sic possunt confirmari tabu.pupil.vt l.Iulianus.in prin.j.de acqui.hæ.& est cõmunis opinio doct. hic. Præterea circa istam lecturam instat Bald.ostendẽs sit impossibilis.& moueť tali ratione: quia si non est adita hæreditas ex paterno,ergo exhæredatio facta de illo redditur nulla: b vt l.filiũ.§.sed cùm exhæredatio.j.de cõtrata.si redditur nulla,ergo filius remanet præteritus in testamẽto paterno, ergo testamentũ est nullũ:& consequẽter annullať pupillare:vt l. j.in fine.š.eo.& l.ij.in princ.nec potest dici secundũ eũ, suitas filij abstinentis confirmat exhæredationẽ:quia hoc est ab c surdum,cũ exhęredatio sit res odiosa:vt l.j.in fin.cũ l.seq.š.de lib.& posth.& l.cùm quidã.eo.ti.Sed doct.Moder.dicunt, pro opi.Iac.est casus in l.filius qui se paterna.j.de acqui.hæ. vbi substitutio pupillaris facta filio exhęredato confirmatur, licet filius institutus abstineat ab hæreditate paterna.Respondẽdo ergo formaliter ad arg.suum,vt defendamus iuriscõsultũ,nõ Iac.de Are.dicimus exhæredatio non confirmať per suitatẽ,quatenus respicit odiũ ipsius filij exhæredati:sed quatenus respicit fauorẽ ipsius:quia per substitutionem pupi. prouidetur filio:vt l.Iulianus.š.alleg.cum quo fauore concludit 6 fauor filij substituti,bene potest cõfirmari per suitatẽ:†est enim c ista regula, dispositio potest esse odiosa[c] respectu vnius personæ,& fauorabilis respectu alterius:& quãdo fauor & odiũ possunt separari respectu diuersarũ personarũ,semper vtrũq; attenditur,quo ad effectum suum de per se:vt l.sed si hac. §.fin.in tex.& glo.ff.de in ius vocan.& per Bar.plene in l. veniat.C.eo.Dicemus ergo, exhæredatio est odiosa respectu filij exhæredati:sed respectu substituti pupillariter non est odiosa,inquantũ per eam valet testamentum paternum, & cõsequẽter tabulæ pupillares.Vel dicas,& generalius, etiam respectu filij exhæredati aliquo respectu est odiosa,& aliquo fauorabilis,inquantum consideratur vt duplex persona, scilicet vt succedens patri,& vt ille cui succeditur ex pupillari substitutione:& sic etiam respectu eius,quia consideratur vt duplex persona, militat ratio prædicta. Sed sequendo lecturam Iac.de Are.relinquitur maior dubitatio: quia nõ videť, si institutus à patre repudiat hæreditatẽ paternã, teneať ad legata relicta in secũdis tabulis: quia tex.in l.plane.in princi. de lega.j.& in l.in ratione.§.prædlleg.videntur dicere, tũc legata debentur à substituto exhæredati,quando qui extitit hæres,vel fuit ipsi testatori.Sed ista verba vidẽtur significare, ille qui fuit institutus,adiuerit hæreditatem ex paterno:vt est casus expressus in l.ex duobus.§.j.j.eo.ergo videtur,quòd si repudiauit,non teneatur ad legata.Ange.hic dicit, in l.in ratione.in fi.hoc venit ita de facto,scilicet hæres institutus adiuerit ex paterno.Sed ista solu.est impossibilis,quo ad illũ tex.quia ibi non narratur factum,dum dicitur, hæres extiterit &c.sed ponũtur verba per modum causæ & rationis, quare fiat cõtributio legatorum:& dicitur,quòd debet fieri, quia substitutus exhæredato hæres extitit testatori.Vñ quicquid dicitur in illa ratione decidendi,est regula iuris:quoniam ratio illa assignatur generaliter ad responsum præcedẽs: mul-

¶Ratio. Adde do. Bar.Soc.in cõ.cxlj. inc.circa primã difficultatẽ.ver. præterea dici põt.in ij. parte.char.cxxiiij.

¶Rõnis.Als sic,vt per Fely.in proœ. Decretaliũ.in vers. Gregorius eps.in j. col. circa medium. ibi:ex quo.

¶Odiosa. De quo vide hic domi.Ias. May.circa fi.iij.col. qui pro huius articuli decisione refert opin.deinde firmať opi.Are.& Pau.de Ca.hic.

tominus pōt r̄nderi ad l. plane. vbi dicitur per modum conditionis, ꝙ ita demū pōt relinqui fideicō. ab eo qui succedit ab incestato filio exhæredato impuberi, si hæres fuit patri. Propter quæ Ioã. de Imo. hic satis dubitat, licet non inducat ista iura isto modo: finaliter tñ tenet sentētiã cōmunē: quia nō licet instituto à patre repudiare hæreditatē paternã, ad extinguēdū legata relicta in secūdis tabu. arg. l. liber octoaginta. in fi. ff. de ope. liberto. Sed iste text. loquitur in alio casu, videlicet qñ legatū quod nō repudiat hæres, vt inducat Falcidiam, iã erat in bonis testatoris, vel quo ad dñium, vel quo ad actionē personalē: vnde non est mirum, si in præiudiciū legatorū nō poterat renūciare hæres iuri q̄sito: sed hic p renūciationē hęreditatis paternæ nō tollitur aliqđ ius quęsitū legatarijs in hęreditate pupilli, quia validitas legatorū istorū erat in pendēti, quousq; hæreditas patris adiretur, vel nō. Potest tñ sustentari ista cōmunis opi. vt dicamus, ꝙ ex quo institut⁹ iste vult succedere ex tabulis pupillaribus, & sic vult hæreditatē paternã, quo ad hunc effectū, esse aditã: ipse non pōt separare hãc suã voluntatē, vt verè intelligatur adita ex capite suitatis, diuidere circa eandē dispositionē, vt respectu tabularum pupillariū, quo ad quid dicatur adita, & quo ad quid nō, id est quo ad legata relicta in tabulis pupillaribus: qa dispositio vna vel connexa non potest acceptari in fauorē sui, & contra se repudiare: vt l. Publi. §. fina. ff. depositi. cū ibi notatis. & l. etiam. §. ex causa. ff. de mino. vnde & quo ad legata verè censetur hæreditas adita. Et ad materiam quam s̄. tetigi, quid operetur nudum nomē hæredis, quãdo quis abstinuit per restitutionē in integ. Pondera primò, quia tex. in l. & si ex modica. §. fi. l. filius. j. de bo. liber. & in l. cum quasi. §. sed & si quis. ff. de fidei com. liber. videtur ponere ista duo à pari[a], abstinere per beneficiū prætoris mortui, & restitui à prætore viuo. & ad materiam prædictam tene mēti tex. no. in l. si ita scriptū. j. de cōdi. instit. vbi probat̄, ꝙ si tertius instituitur sub conditione, si Titius hæres erit, illa conditio verificatur: & si ille sit hæres, qui adeat coactè, & sic habeat nudū nomē hæredis duntaxat. ¶ Extra gl. tractat hic Bar. duas q. principales. Prima est, qualiter finiatur suitas. Secunda, qui sint effectus suitatis. De prima q. scripsi plenissime in l. si filius hæres. s̄. de libe. & posth. & quia inter ceteros modos finiēdi suitatē est emancipatio filij, relinquit̄ dubitatio, vtrum de iure nouissimo, quo est sublata differētia emancipationis &c. emancipatus sit suus, maxime in successiōe intestati. Super quo vide qđ scripsi in l. Gallus. §. quid si tantū. s̄. de libe. & posthu. & ad materiã qđ nor. Bar. in l. cū quidã. §. suum. j. de acqui. hære. Secūdò vide gloss. quã ibi approbat Bar. in l. Gallus. §. si hæres. s̄. de libe. & posthu. quę ponit vnum casum, in quo licet non detur patria potestas vera vel ficta, tamen datur suitas: & ad materiã illius q. de datione cohęredis extranei, vide tex. & qđ ibi no. Bal. in l. ex parte. ff. de acqui. hære. Ad q. aūt de datione substituti vulga. vide tex. in l. si solus. §. j. eo. ti. vbi probatur, ꝙ datio substituti vulg. nō excusat hæredē primū institutū, vt videat̄ habere licentiã acceptãdi vnam partē hęreditatis, & aliã repudiare. Et potest esse ratio, quia testator videtur in aliū casum substituisse: videlicet qñ primò institutus repudiaret vtranq; partē. & ex hoc posset argui cōtra opi. Bar. hic, ꝙ datio substituti vulgaris nō tollat suitatē, quia potest videri facta substitutio in aliū casum, scilicet si filius institutus abstineat de iure pretorio, quo casu fieri pōt: vt l. si sine. §. sed qđ Papinianus. ff. de mino. tene mēti text. quē ibi ponderat Bal. in l. j. §. quid si sub cōditione. j. si omis. cã testa. qui probat, ꝙ cōditio potestatiua delata: verbi gratia, si extraneo dederit: nō tollit suitatē: qđ etiã tenet hic Bar. Secūda q. principalis sua est, qui sint effectus suitatis, de quibus vt hic cōiter per Mod. ¶ † Et circa secundū effectū suitatis, videlicet ꝙ cōfirmat tab. pupil. adde vnū verbum dūtaxat, inquantū dñs Io. de Imo. hic defendēdo dicta do. Argentini concludit, ꝙ suitas confirmat tab. pupil. etiã si tēpore mortis pupilli mater sit in medio: debes em̄ scire, qđ hic tenet expresse Bart. dū dicit, ꝙ confirmatio tab. pupi. respicit fauorē filij substituti, qñ superesset mater, quæ succederet filio ab intestato vnà cū fratre. Et ista opin. videt̄ verior: quia si bene respicias ad tex. nostrū, prima ratio, ꝑpter suitatē confirmat tab. pup. est, quia beneficiū abstinendi fuit inductū ad fauorē filij, nō ad odium: vnde non debet conuerti in eius grauamē: & quia ista ratio sola per se esset sufficiēs, secundū regulas iuris, ideo etiã sequens ratio de successione ab intestato, quæ ponit̄ in ver. præsertim. attēderet̄ copulatiue, sola prima sufficeret: vt l. libertorū. §. j. s̄. de infa. & l. si vētri. §. fi. de priuile. creditorū. Quãto ergo fortius hoc debet dici, cū hic ponatur dictio implicatiua, præsertim, quæ significat idem in casu contrario. Præterea sicut dicunt Moder. & bene,

a ¶ A pari. Hoc dictū Areti. confirma vt hic per d. Ias. May. in v. col. retēta conclusione.

b ¶ Vindicare. Adđ Barto. Cępo. in l. j. vij. q. in princip. de ver. sig. & Ioan. de Por. hic.

c ¶ Bart. Tu tñ tene decisionē Bar. quæ est cōmunis, & sol⁹ Are. hic tenet contrariū, & eã confirma, prout do. Iaso, May. ad fin.

maior est æquitas, ꝙ præferatur voluntas expressa testatoris, q̄ꝫ quòd mater succedat ab intestato. † Tangit etiam hic Barto. circa effectum suitatis: vtrū stante statuto, ꝙ bannitus nō possit redire vsq; ad decennium, nisi habeat pacē ab hærede occisi, sufficiat eum habere pacē à filio, qui abstinuit ab hæreditate paterna. Et concludit ꝙ sic. primò, quia vendicare mortē patris, & etiam posse remittere iniuriam, hoc pertinet ad fauorē filij, & non est de his quę respiciãt diminutionē ipsius hęreditatis: ergo quantū ad hoc, cēsetur hæres: vt in tex. nostro. Confirmatur ista conclusio per l. pro hærede. §. fin. j. de acqui. hęre. & per l. quęsitū. ff. de sepulchro viola. in quibus probat̄, ꝙ ius competēs ad vindictã transit ad filium, licet non sit hæres. Sed istud ius est tale: ergo non curatur, ꝙ adiuerit hæreditatē. Et hanc conclusionē approbat hic Ang. & Io. de Imol. dicens ꝙ hæres extraneus ante pacē nō posset remittere: quia in his quæ transeunt ad filios vt filios, nomen hæredis capit̄ pro hęrede sanguinis: vt in c. j. de alie. feud. & no. in l. ex facto. in fin. j. ad Treb. Addit tamē Ang. ad dicta Bart. ꝙ licet filius masculus possit facere pacem cū filia, tamen fœmina non posset, quia ad eam nō pertinet vindicare[b] se extraiudicialiter de iniuria illata patri, vel suis, licet accusando in iudicio possit ꝓsequi suam, vel suorum iniuriam: vt no. in l. ij. j. de accus. & in l. fœmina. C. ad Tertul. alleg. glo. quã dicit esse vnicam in ca. j. §. hoc autē. qui feudum dare possunt. & hanc conclusionem tenuit idē Angel. in l. iij. §. Cato. de verbo. oblig. & consil. suo lxvij. & consi. lxxxiij. Tu autē aduerte, quia contra istã doctrinã Bar.[c] hic multū facit, qđ ipse idē no. in l. iusiurãdi. §. si liberi. j. de ope. lib. circa princ. commenti voluit expresse, ꝙ quando emphyteosis ecclesiastica, quę non transit ad hęredem sanguinis, accipitur pro se & hęredibus suis, filius non possit abstinere ab hęreditate paterna, & succedere in emphyteosim: & idē tenet in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. reprehēdendo glo. ibi positã, quę punctualiter in filio repudiante tenuit contrarium, & concordat cū doct. Bar. hic, pro qua conclusione bene facit tex. quē ipse alleg. in aut̄. de non alie. §. emphyteosim autē. coll. ij. & in l. tale pactū. §. fin. & ibi per Bal. s̄. de pactis. Non obstant iura alle. hic per Bar. quia loquuntur in iurib⁹, quæ transeunt ad filios, etsi non sint hæredes: sed statutum requirit hic ꝙ sit hęres. Non obst. iste text. inductus vt s̄. quia pōt responderi, ꝙ cū omnino ius vindictę de iure cōmuni pertinet ad filiū, ad hoc vt verba statuti aliquid operētur, verbū, hęres, debet intelligi propriè de eo qui se immiscuit hęreditati: & hanc partē puto veriorē, quam sum sequutus in similibus terminis in l. Gallus. §. quidã rectè. de libe. & posthu. sed in §. etiam tetigi q. & non determinaui. & pro opi. Bar. hic adduxi tex. qui fortiter vrget in l. pro hęrede. §. quid tñ. j. de acqui. hęre. & ibi hoc no. Bar. in his quę de sui natura transeunt ad filiū non hęredem, nomen hęredis capitur pro hęrede sanguinis, licet non sit hęres effectualiter defuncto: allegaui Bal. in d. §. etiam. qui hoc tenet in c. j. de eo qui sibi & hęred. suis. in vsi. feud. Contrariū sentit idē Bal. in l. cū secundū. in vltim. col. C. de fideicommis. & ista pars vt dixi, videtur verior: quia ex quo est facta mētio hęredis super eo iure, qđ de sui natura nō trãsibat ad filios nō hæredes, ad hoc vt verba nō sint superflua, tutius est dicere, ꝙ intelligimus de hærede propriè, prout habet nomē & ius hęredis. & ad tex. in §. si quid tamē. dic vt dixi in §. quidam rectè. videlicet ꝙ verba libelli facilius impropriantur, secundū intentionē libellãtis: vt habetur in l. si quis intētione. ff. de iudi. & in l. j. C. de vsufruct. q̄ꝫ verba cōtrahentiū, vel l. Et credo, ꝙ ista opi. obtinetur in practica: alia tamen satis posset tueri de iure, quia tex. in §. emphyteosim. quem Barto. allegat pro se, non declarat quomodo intelligatur ibi verbū, hęres. Vnde qui vellet tenere opi. Bart. hic, & glo. in l. ex facto. in fi. j. ad Trebel. posset dicere, ꝙ ibi nomen hęredis posset accipi pro filio abstinente, apud quē remanet nomen hęredis. Illud autem quod dixit Angel. quòd vindicta non pertinet ad fœminam, est verum de iure Longobardo. sed de iure communi non est verum, secundùm Bald. in l. pro hęrede. §. fi. j. de acq. hęre. & in dicto c. j. qui feud. dare possunt. de quo tetigi etiam vnum verbum in l. Titius. §. Lucius. j. de legatis secundo. & potest probari hoc dictū ratione. quia eo casu quo promitteretur vindicta propria autoritate, ista facultas succederet loco vindictæ iudicialis: argu. l. pater. & qđ ibi nota. C. de pigno. actio. & l. creditores. C. de pign. vbi no. quòd factum patris, qui potest ingredi rem propria autoritate, subrogatur loco facti iudicis: bene facit quod not. glos. & ibi Bald. in l. acc. C. quod me. causa. Sicut ergo mulier potest prosequi accusando suam vel suorum iniuriam: ita videtur, quòd possit eam vindicare propria autoritate, posito quòd hoc permittatur à statuto. Et aduerte, quia dominus Paul. hic dicit, quod

ꝙ inquantum lectura cõmunis intelligat istũ text. in pupillo, qui abstinuit ab hæreditate paterna: hoc videtur cõtra literã, secundũ eum. dicit enĩ tex. ꝙ filio maiori substituto permittatur separatio bonorũ paternorũ à bonis pupilli. Sed secundũ hoc non ipse separaret bona paterna, quia iam essent separata per abstensionẽ pupilli: ergo ista lectura non procedit. Sed saluando dicas, vel ꝙ iste tex. loquitur respectu portionis substituti, in qua nõdum ꝓcesserat aliqua abstẽsio. Vel dic, & melius, ꝙ prætor concedendo filio substituto, vt abstineat à portione sua, satis concedit separationẽ bonorum paternorũ, etiã pro parte pupilli, à qua prius pupillus abstinuerat, qui si cogeretur acceptare partem suam, portio pupilli accresceret sibi per ius accrescendi: vt l. j. de acqui. hære. & consequẽter cogeretur habere vtrãq; hæreditatẽ. Ista tamẽ lectura cõmunis aliqualiter diuinat ad tex. vt etiã fatetur Bald. & ideo ipse intelligit tex. nostrũ, ꝙ pupillus hic neq; abstinuit, neq; immiscuit se hæreditati paternæ: & ideo trãsmisit ex capite suitatis portionem suam ad substitutum cum beneficio abstinendi: vt l. si quis filium. §. fin. j. de acqui. hære. & sic saatersubstitutus separat in totum bona paterna à bonis pupilli. Et ista lectura placet, quia nihil diuinat ad tex. & ex hac collige singulariter casum no. ꝙ tacita vulgaris comprehẽsa sub expressã pupillari non tollit suitatem: quod tenuit Bart. & cõmuniter omnes in l. j. s. eodem.

SVMMARIVM.

1 Dispositio vtilis in temporibus diuisibilibus, non vitiatur per inutilem.
2 Substitutio pupilla. an per ingressum religionis extinguat.
3 Papa potest ex certa scientia promouere pupillum, nedum ad beneficium non curatum, sed etiam ad curatum.

In pupillari. Substitutio pupillaris facta in maius tempus, finitur pubertate. hoc dicit. ¶ †Not. primò secundùm primam lecturam, ꝙ substitutio pupillaris facta vltra pubertatem per errorem testatoris: quia forte testator credebat pupillum esse minoris ætatis, q̃ esset, non valet vltra pubertatẽ. ¶ †Secũdò no. secundũ alium intellectum, ꝙ substitutio pupil. facta per verba directa, si aliquo tẽpore potuit valere iure directo, non trahitur post pubertatem ad fideicõ. sicut vidisti in l. verbis ciuilibus. s. eod. nisi forte esset adiecta clausula codicil. vt ibi tetigit Bald. & etiam tangit hic Imol.

1 ¶ †Tertiò no. ꝙ sicut in summis diuisibilibus vtile per inutile non vitiatur: vt l. Græce. §. illã. & q̃d ibi not. j. de fideiuss. ita etiam in tẽporibus diuisibilibus nõ vitiatur vtilis dispositio per inutilem[a]. ¶ In gloss. vnica ibi: vel compẽdiose dixit quandocunq;. glo. ista sentit coniuncta præcedenti versi. quòd substitutio facta pupillo in certum tẽpus vltra ætatẽ pupillarẽ, non sit compendiosa: de qua dicetur in l. centurio. j. eod. vbi doct. tenent oppo. Secundò sentit clare, ꝙ compendiosa facta per verba directa pupillo, ex vi verborum extẽditur vltra tempora pubertatis: & idẽ dixi in l. verbis ciuilibus. s. eo. q̃d dictum potest admitti, si esset facta simpliciter, hoc modo: quandocũq; filius meus decesserit, talis sit hæres: sed si testator dixisset ei, substituo ei pupillariter: forte ista dictio, quandocunq;, posset astringi propter naturam pupilla. substitu. vt intelligeretur quandocunq;, scilicet infra pupillarẽ ætatẽ, sic restringitur in feudis verbum, qualiscunq; hæres, ad hæredem sanguinis: vt tenet Bald. quẽ ego retuli in diuersis locis in l. Gallus. §. etiam. s. de lib. & posthu. & bene facit tex. in l. ij. §. quod ait prætor. & ibi per Bar. ff. qui satisda. cogan. & gl. quã no. Bar. in l. iij. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. libr. x. & alia in l. j. & quod ibi per Bal. C. de fid. instru. Ange. autem dixit hic super ista glo. ꝙ quãdo substitutio fit per ista verba distributiua, quãdocũq;, etiã si fiat verbis directis post pubertatẽ, trahitur ad fideicom. Sed ista opi. Io. And. in c. si pater. de testa. lib. vj. de qua dicetur in l. centurio. j. eo. & communis opi. est in oppositum. ¶ In eadem glo. ibi: argumentũ contra &c. Ista glo. nõ soluit contrarium, q̃d est valde difficile. Bar. soluit multum eleganter, & bene, ꝙ ideo ibi vna dispositio capitur diuersimodè pro tutela, & cura, secundũ diuersa tẽpora: quia in d. §. conditione. in vtroq; tẽpore resultabat similis effectus: nã testator per tutelã & curã intẽdebat prouidere pupillo: vnde nõ est mirum, si ex quo sequitur in idem finis, impropriantur verba, & fit extensio de tutela ad curam: sed in casu nostro si substitutio facta post tempus pubertatis traheretur ad fideicommiss. resultaret effectus contrarius primo effectui intentato in verbis propriè sumptis: quia vsq; ad tempus pubertatis importatur substitutio pupil. directa, quæ prouidet filio, & est fauor ipsius: vt l. ex tribus. C. de inoffic. testa. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. eo. Si autem traheretur ad fideicommiss. post pubertatem, tunc induceret contrarium effectum, scilicet onus in persona filij: vt l. cohæredis. §. cum filio. j. eo. & ista so. multum placet. Sed tamen nos videmus, ꝙ aliquãdo verba testatoris ex ipsius mente trahuntur ad contrarium sensum eius quem important verba ex proprietate sua, sicut quando coniuncta in conditionibus apponuntur pro disiuncta: patet in l. Lucius. s. titu. proxi. & in l. generaliter. in princip. C. de instit. & substitu. Item videmus, ꝙ ex mente testatoris nomen vsusfructus trahitur ad proprietatẽ, vt saluetur dispositio, cùm tamen vsusfructus formalis, & proprietas sint duo incompatibilia. Sed ad hanc rationem potest responderi, quòd in illis iuribus ex mente testatoris dispositio nunq̃ saluatur, secundùm proprietatem verborum, sed in casu nostro saluetur, & habet effectum certo tempore. Vnde ad propositum nostrum dicũt doct. in l. verbis ciuilibus. s. eo. ꝙ verbum directum ciuile trahitur ad fideicommiss. quando dispositio à principio nunq̃ potuit valere iure directo. Limitatur verò singulariter ille tex. in §. conditionum. quando testator apponit vnum verbum: nam habet locum, quòd ex larga significatione vocabuli potest comprehẽdere casum, de quo quæritur: sicut verbum, tutor, continet curatorem, quia tutela est plus q̃ cura: vñ nõ est mirum, si ex largo vocabulo cõtinet id quod est minus. Sed ecõtra si in terminis illius l. testator appellasset curatorem eum, quem debuit appellare tutorem, non comprehenderetur tutor: quia id quod est minus, nõ continet id q̃d est plus. Casus est nota. & ita ibi distinguit Bart. ista duo iura in l. tutores. §. j. ff. de admi. tut. & probatur satis bene ista conclusio in l. j. in ȷ̃. responso. ff. de confir. tuto. Habet igitur tex. in §. cõditionũ verba. duas limitationes no. Prima est, quã tangit hic Bar. ꝙ nõ comprehẽditur casus, per quẽ inducitur cõtrarius effectus ad casum, qui importatur ex proprietate verborum. Secunda illa, quã modo dixi, pro qua distinctione seu limitatione bene facit tex. in l. liberorum. §. sed etsi quis. ff. de leg. iij. & q̃d no. Bar. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. vbi vult, per illum tex. ꝙ verbũ, in nomine appellatiuo, q̃d habet aliquã similitudinẽ vel proximitatẽ cũ nomine, q̃d testator voluit exprimere, non vitiat dispositionem. Ex hac secunda limitatione posset dari noua solutio ad §. conditionum verba. quo ad l. nostram. & dicit, ꝙ tũc dispositio facta ad vnum casum trahitur ad alium in diuerso tẽpore, qñ ille casus saltẽ ex larga significatione vocabuli posset comprehendi sub casu expresso, sicut cura sub tutela: secus si à larga significatione non posset cõprehẽdi, ex quacũq; causa istud contingat: verbi gratia, vel quia minus non continet maius, vel quia significatio verborum nullo modo adaptatur ad hũc casum: etiam ita videtur esse in casu nostro, quia verbũ ciuile, instituo, vel hæres esto, nõ videtur adaptari aliquo modo ad fideicom. Et ista solutio posset defendi, tenẽdo opi. quã tenui in l. verbis ciuilibus. secũdũ Io. in c. si pater. de testa. lib. vj. ꝙ ista verba ciuilia nõ obliquãtur, etiam si à principio non possint valere in vi directæ dispositionis. Si autem teneremus cõmunẽ opi. quæ est in oppositum, ista sol. non procedit. Pro complemento materiæ huius gloss. in tertia & vltima parte

2 ipsius quærit hic Bar. post Guil. de Cu. †vtrũ per ingressum religionis extinguatur substitutio pup. In iiij. q. considerat, ꝙ si pupillus ingrederetur religionem ex dispensatione principis, de qua j. dicetur, in vita patris euanesceret pupill. substitutio. Alia ratione cõtradicunt doct. quia per ingressum religionis filius liberatur à patria potestate[b], secundũ glos. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de mino. & tenet Barto. in l. patri. ff. de adulte. & in auť. idem est. C. de bonis quæ libe. & tenet Abb. Moder. in c. ij. extrà, de regu. Sed quando filius viuo testatore exit de eius potestate, euanescit substitutio: vt l. cohæredi. §. cum filio. j. eo. ergo & nunc euanescit. Si verò filius ingrediatur religionem post mortẽ patris, tunc substitutio euanescit, secundũ Bar. alia rõne, quia filius efficit intestabilis: vt in auť. ingressi. & in auť. si qua mulier. & sic incipit nõ posse facere testamentũ alia ratione, q̃ propter ætatẽ: ergo non valet pupil. substitutio. in l. ij. in princ. s. eod. Et licet pupillus de iure non possit profiteri religionẽ: vt in c. significatur. & in ca. nostra. de regu. hoc tamen potest facere ex dispensatione principis, si est doli capax, secundũ eum, alleg. tex. in l. quidam consulebat. ff. de re iudica. Sed ille tex. nõ loquitur de pupillo, sed de eo qui excesserat xiiij. an. vt patet ex principio. Credo tamen dictum suum esse verum: quia nos videmus, quòd lex canonica obligat pupillum doli capacem ad vinculum spirituale iuramenti: vt in capit. j. de delictis puerorum. & notat Barto. in l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiurã. Quod ergo potest põtifex in vinculo iuramenti, q̃d est spirituale: idem poterit in vinc

a ¶ Per inutilem. Et gñaliter qñ vtile ꝑ inutile vitiat: vide Fel. in c. cũ super. de offi. dele. in ȷ̃. versi. & generaliter.

b ¶ Ptãte. Adde Ange. in l. j. §. q sint. ff. si quis omiss. cã test. ꝙ filius ingressus monasteriũ desinit esse suus patri. ideo hæreditatẽ nõ assignatã nõ transmittit ad monasteriũ, contra Bal. in l. deo nobis. C. de epis. & cleric. retinet tñ ius prioris grad⁹, & idẽ filius eius ab auo ꝓteritus nõ rũpit testamẽtũ, ex quo est in medio pater monachus. Alex. in §. Papinian⁹. alle. hic ꝑ Aret. & Bald. in auť. si qua mulier. pe. col. C. de sa. san. eccle.

§ lo voti. Confirmatur iſta concluſio,† quia papa ex certa ſcientia poteſt promouere pupillū[a], non ſolū ad beneficiū non curatū: vt in c. ex eo q̄d de electione. libr. vj. ſed etiā ad beneficiū curatū requirit̄ in hoc ſecūdo caſu, ꝙ conſtet de certa ſcientia pontificis. ita not. determinat Ioā. in d. c. eā te. & in c. ij. de ætate & qualitate. Sed aduerte, quia Bart. videtur ſentire, & alij, qui ſequuntur eum hic, ꝙ papa nō poſsit obligare religioni pupillū, qui nō eſt doli capax: quod eſt valde menti tenendū, quia non memini hoc determinatū alibi in terminis. Cū enim obligatio de iure gentiū oriatur ex contractu, aliàs conſenſu: vt l. cū amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iu. & l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolu. ꝙ ille obligetur, qui nō poteſt cōſentire tāꝗ ex contractu: aliàs cōſenſu ſuo, hoc videt̄ cōtra ius gentium, contra q̄d papa non pōt diſpenſare ſine cauſa, nec etiā cū cauſa, vbi aſs nō reperitur diſpenſatū: vt traditur in c. quę in eccle. extrā, de conſti. & per Bartolum in l. omnes populi. de iuſtitia & iure. Reperitur tamen, ꝙ Papa pōt diſpenſare cum infante, vt obtineat beneficiū, dūmodo conſtet de certa ſcientia principis: ſecundùm Bal. in l. fi. C. ſentē. reſcin. nō poſſe. in c. j. per quos fiat inueſti. in vſi. feud. Item videmus, ꝙ per reſcriptum principis filius infans poteſt emancipari abſq; ſuo conſenſu: vt l. iubemus. in fi. C. de eman. libe. item & legitimari, ſecundū Bar. in l. fi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & tamē per vtrunq; præiudicatur infanti in iure ſuo. & ideo forte poſſet dici, ſaltem ex cauſa legitima, ꝙ à Papa poſſet habere ratam profeſsionem infantis ſine cauſa. Aut credo ꝙ non poſſet. hoc tamē non affirmo pro nunc, ſed relinquo ſub dubio: ea tamen quæ ſ. allegata ſunt, ſatisfaciunt pro hac concluſione. Dicit etiā Barto. in l. quidā conſulebat. ff. de re iudi. & Bal. in l. fin. C. de teſta. mili. ꝙ populus qui tenet locū principis, poteſt eligere ſibi infantē in principē, vel regē: ſed aliud eſt acquirere ius infanti, & aliud obligare infantē in illa ſpecie obligationis, quæ de ſubſtantia ſua requirit conſenſum, ſicut eſt votum. Hęc tñ dicta Bar. dum dicit, ꝙ pupilla. ſubſtitutio extinguitur iſto caſu, limitat Ioan. de Imo. niſi pupillus ingrediatur religionem mendicantium in communi, & in particulari, ſicut ſunt fratres minores: quia tunc cùm per ingreſſum religionis talis ingrediens habeatur pro mortuo totaliter, ſuccedetur ſibi ex pupil. ſubſtitu. ſecundùm eum, per ea quæ habētur in l. j. ſ. de teſta. vbi ſe remittit. Sed iſta concluſio prima facie videtur dubia: quia ingrediēs talem religionē ſine dubio efficitur inteſtabilis: ergo cū non poſsit facere teſtamētū aliter, ꝗ propter ętatē, videtur ꝙ rūpatur ſubſtitutio pupil. ſicut rumpitur in filio deportato, vel cū ſit ſeruus pœnę: vt hic dixit Bar. Quòd ergo ſuccedetur illi, qui nō poteſt habere hęredē, nec poteſt facere teſtamentū ex pupillari: hoc videtur contra regulas ſuprà poſitas: niſi dicas, defendendo iſtam opi. ꝙ prius ꝗ efficiat̄ inteſtabilis, iſte ingrediens videtur mortuus: vnde inhabilitas ſuperueniēs poſt mortē non attēditur, quia ſatis eſt quòd tempore mortis fuerit habilis, vt poſsit ſibi ſuccedi[b]. Scias etiā pro declaratione dictorū Bart. in iſta q. quòd filius qui offertur à parentibus religioni in pupil. ætate, licet non poſsit recedere à religione ante pubertatem, non tamen eſt interim monachus, ſecundū glo. in c. virum. de regu. quam communiter approbant omnes; vnde cū interim ſit adhuc laicus, nō eſt mirum, ſi poteſt ei ſuccedi ex pupilla. ſubſtitu. directo: itaq; non eſt opus intrare monaſterium. l. ſi arrogator. de adoptio. ſicut videmus in eo, qui eſt intra annum probationis, qui iudicatur vt laicus, quo ad retinendū omne ius, quod ſibi competebat; vt in c. beneficium. de reg. lib. vj. ſecundū Ioā. de Imo. hic, & bene. Adde etiā, ꝙ inquantum Bar. dicit, ꝙ ſi minor & impubes habet filios, expirat pupil. ſubſtitu. licet hoc ſit de raro contingentibus, eſt tamē poſsibile, & aliqñ accidit, ſecundū glo. xx. q. j. in ſumma. nā iſtud eſt verum, ſi habeat filios legitimos ex matrimonio. ſecus ſi nō legitimos, ſecundū Bal. in l. nec. in princ. de ado. Sequitur l. centurio filio.

SVMMARIVM

1. Subſtitutio cōpēdioſa alicui facta, ſi ſine liberis deceſſerit, non facit hanc ſubſtitutionem eſſe fideicom. imo eſt pup. de iure communi intra pubertatem.
2. Subſtitutio reperitur duplex, directa & obliqua.
3. Subſtitutio vna & eadem variatur ſecundū tempora.
4. Ius commune fortius eſt ꝗ priuilegium.
5. Statuto ſtante ꝙ pater poſsit diminuere legitimam filio, nō poterit tamen relinquendo legitimam, apponere ſibi grauamen.
6. Subſtitutio quæ non continet pluralitatem temporum, non dicitur compendioſa.
7. Subſtitutio compendioſa dici poteſt, quo vno compēdio vel oratione continet plures ſubſtitutiones.
8. Subſtitutio per verba directo ciuilia poſt tempora pubertatis facta, non trahitur ad fideicom.
9. Pretium in vniuerſalibus ſuccedit loco rei.
10. Trebellianica de iure nouiſsimo prohiberi poteſt.
11. Omnis, eſt nomen vniuerſale collectiuum.
12. Geminatio debet operari aliquid.
13. Dictio, ſicut, ſignificat ſimilitudinem aut limitationem.
14. Deus ſolus cognoſcit futuros euentus.
15. Vbi res prohibetur alienari extra familiam, videtur tacite relictum fideicom.
16. Conſequens qui vult, videtur velle antecedens, ſine quo illud eſſe non poteſt.
17. Verbum, capere, vel accipere, eſt verbum directum, non ciuile.
18. Verbum, relinquo, dicitur eſſe commune: poteſt enim ſe habere ad inſtitutionem & fideicom.
19. Verbum, pertineo, dicitur eſſe commune.
20. Verbum, remaneo, eſt verbum commune.

Centurio filio. Subſtitutio compendioſa facta à milite, valet de iure communi intra tempora pubertatis, & trahitur etiam ad bona impuberis: poſt pubertatem verò valet ex priuilegio ſpeciali, ſolùm reſpectu bonorum teſtatoris: & diuiditur in tres partes. In prima ponitur thema ſeu conſultatio. In ſecunda ibi: intra xiiij. annum. ponitur vnum membrum reſponſionis ad conſultationem. In tertia ibi: poſt eam. ſubnectitur aliud &c. ¶ 1 † Nota primò ibi: ſine liberis &c. quòd ſubſtitutio compendioſa facta alicui, ſi ſine liberis deceſſerit, non facit hanc ſubſtitutionem eſſe fidei commiſ. imo eſt pupilla. de iure communi intra pubertatem. cuius contrarium dicit gloſſ. in l. precibus. C. de impub. quam ſequutus eſt Iaco. de Belui. vt refert Bald. hic, quaſi videatur ſenſiſſe teſtator velle ſubſtituere illi duntaxat, qui eſt pubes, & qui poteſt habere liberos. Sed hoc cōfunditur per iſtū text. quia vt vides, ſubſtitutio videtur facta, etiam decedenti in pupilla. ætate: & ita probatur in capitu. primo. de teſt. libro vj. pro qua concluſione do tibi caſum clarum de iure ciuili in l. credendum. verſicu. ſed ſi maritus. j. qui pe. tu. vbi probatur, quòd fideicommiſ. datum à filio, ſi decedat ſine liberis, valet, etiam ſi filius decederet in pupilla. ętate. ¶ 2 † Secundò no. ibi: directo ſubſtituit &c. quòd reperitur ſubſtitutio directa, item & obliqua: vt l. cohæredi. §. cum filio. j. eodem. Et quæ verba faciāt directam ſubſtitutionem, & quæ obliquam, & quot modis accipiatur directa, item quæ ſint verba communia, habentia ſe ad vtranque ſubſtitutionem: dic vt hic per Bartol. 3 in vltima parte repetit. vbi aliquid dicetur poſt eum. ¶ † Tertiò not. quòd vna & eadem ſubſtitutio variatur ſecundū tempora, dummodo videatur facta de iure cōmuni, & ſit plenior, modo videatur facta de iure ſpeciali, id eſt poſt xiiij. annum. Licet autem reſpectu vniuerſorum temporum vna & eadē ſubſtitutio conſideretur diuerſimode, tanquàm directa, non tamen poteſt conſiderari vna ſubſtitutio vno tempore vt directa, alio vt obliqua, ſecundùm gloſſ. noſtram, vt in ea videbis. & eſt ratio differentiæ, quia in habentibus ſimilitudinē facilior eſt tranſitus: vt l. in rem. §. item quæcunq; ſ. de rei vēdicatione. ¶ Quartò not. quòd verbū, capiat, de ſui natura cēſeatur eſſe verbum directum: videtur enim ſignificare, quòd 4 quis recipiat propria autoritate. ¶ † Quintò not. quòd fortius eſt ius cōmune, quàm priuilegium: quod patet, quia ſuccedens directo de iure communi ſuccedit in omnibus bonis ſuis: ſed ſuccedens ex priuilegio militari, ſuccedit in bonis paternis duntaxat: concordat text. in l. eius militis. §. militia miſſus[c]. j. de teſtamen. mili. ¶ In gloſ. poſita ſuper verbo, dūtaxat. ibi: directo &c. Iſta opinio communiter tenetur, quòd in ſecundo reſponſo iſtius l. poſt pupilla. æta. ſuccedatur directo in bonis teſtatoris ex priuilegio militis: vt dicit gloſſ. quā opinionem Bartol. confirmat tali ratione. Dicit enim tex. in fin. quòd hæreditas pertinet ad ſubſtitutum cum fructibus inuentis in hæreditate, id eſt cum fructibus quos percepit filius inſtitutus vſque ad mortem ſuam. Sed hoc eſſet falſum, ſi ſubſtitutio eſſet fideicommiſ. quia fructus percepti ante mortem pertinerent ad hęredem morientis: vt l. ſi fideicommiſ. j. ad Trebellia. ergo neceſſe eſt dicere, quòd ſubſtitutio ſit directa. Tu autem aduerte, quia iſtud argumen. procedit, intelligendo literam in fin. de fructibus inuentis tempore mortis ſubſtituti: ſicut intelligit Bartolus & Bald. Si autem intelligeres, vt intelligit Angel. de fructibus inuentis in hæreditate teſtatoris, tempore mortis ipſius: tunc iſtud argumen. nihil concluderet. Mouetur autem Ange. ad exponendum iſtum textum hoc

a ¶ Pupillū. Add Fely. in c. dudū. in ix. col. circa fi. de preſum. & q̄d ibi dixi in apoſt. & Fely. in c. ſi qñ. pe. col. verſi. dū gl. hic dicit. et in c. nōnulli. xvij. col. ver. cōfirmat̄. circa prin. de reſcri. & in d. c. ſi qñ. in iij. col. ver. de inferiorib⁹.

b ¶ Succedi. Pro huius dicti Are. intellectu vide d. Iaſo. May. hic in ij. colū. circa med.

c ¶ §. militia miſſus. Pro cuius tex. intellectu vide do. Iaſ. May. hic in iiij. col. in ver. iiij. not. circa fi. ver. vbi dicit etiā, ꝙ cōtra reg. d. text. fortiter facit lex, in aut. hoc inter liberos. C. de teſt. ibi ſolus idem Areti. de hoc perpendit.

hoc modo, quia fructus percepti à filio instituto ante mortẽ sunt facti ipsius filij, vt patet in d.l.fideicom.prææallegata. Sed substitutio directa post pubertatem, quæ fit à milite filio, nõ trahitur nisi ad bona ipsius militis: vt est casus expressus in l. milites etiam.j.de testa.mi. ergo isti fructus non deberẽt pertinere ad institutum. Sed Io.de Imo.hic defendendo opi.Bar. & Bal.dicit, ꝙ miles hęredi suo potest substituere directo: & potest etiam si vult instituere hæredẽ suum ad tẽpus, & post tẽpus alium. Primo casu succedetur non solùm in bonis testatoris, sed etiam in fructibus perceptis ex hęreditate sua, & intelligitur tex.noster. Secundo casu posset habere locum ratio Ang.quòd sola hæreditas post tempus videtur delata ad alterum hæredem, & non interusurium medij temporis: & licet Iaco.Bu.dixerit, vt ipse refert, ꝙ miles non potest substituere directo hæredi suo post aditam hæreditatem, qui nõ sit pupillus, vel non in potestate eius alia ratione, nisi quia potest facere hæredem ad tempus, & post tempus vocare alium: vt l. miles ita hæredem.j.de testa.mili. ipse tamen hoc non concedit, sed per istam legem dicit, ꝙ potest etiã substitui directo ipsi hæredi instituto, licet nõ sit impubes. Sed ista differentia nihil videtur releuare, quo ad casum nostrum: quia etiã, quando miles substituit, tex.dicit in l.milites etiam.pręalleg.quòd substituit duntaxat in his quæ hæres est testamento suo consequutus: sed fructus quos lucratur hæres institutus, non consequitur immediate ex testamẽto, sed mediate propter dominium, qđ quęsiuit in rebus hæreditarijs: ergo nõ cõprehẽdit sub illis verbis, quia dictio, ex, significat immediatã acquisitionem: vt l.qui liberis.§.hæc verba.s.eo.& ibi fuit dictum. Vnde tex.in l.miles ita.§.exhæredato.eod.titu.dicit, ꝙ extraneo exhæredato potest substitui in his quæ à testatore ad substitutum peruenerunt, non in his quæ postea quæsiuit. Vnde ego non intelligo, quam virtutem habeat ista differentia: & tamẽ pro opi.Bar.quæ est cõmunis, arguo fortiter contra Ang. dicit em̃ tex.noster in fin.ꝙ hæreditas pertinebit ad substitutũ cum fructibus in hæreditate inuentis: quæ verba si intelligerentur de fructibus inuẽtis tempore mortis testatoris, sine dubio essent superflua, quia illi fructus sunt pars hæreditatis: quicquid enim inuenitur penes testatorẽ tempore mortis, venit in petitione hæreditatis: vt l.ancillarũ.in princ.ff.de peti. hær.& tenet hic Ang.expresse, vt j.videbis, nec põt aliter dici: q̃a si sunt in dñio testatoris tẽpore mortis, sine dubio sunt vniti in eius patrimoniũ: vt l.sed si plures.§.filio.s.eo. Cũ ergo tex.dicat, ꝙ hæreditas est restituenda cũ fructibus, manifeste datur intelligi, ꝙ loquitur de alijs fructibus, q̃ de his qui erãt in dominio testatoris tẽpore mortis: nam respectu illorum ista adiectio cũ fructibus esset superflua, quia illi veniebãt vt pars hæreditatis, & sub eius appellatione. Multũ tamẽ faciũt per Ang.s.alleg.sed possumus dicere, ꝙ istæ dictiones ponuntur aliquando improprie: vt not.in l.non dubium.C. de ll. Est autẽ multiplex effectus & differẽtia, si dicamus hanc substitutionem esse directam vel obliquam: nam si substitutio sit directa, succedetur absolute in omnibus bonis testatoris: si autem sit obliqua, tunc hæredes instituti detrahent legitimam de fideicom.vniuersali: ita dixit gloss.no.in l.precibus.C.de impu.quam Bar.hic etiam videtur sequi, licet eam non alleget. Sed in l.precibus. videtur dubitare de ista conclusione: quia sicut in pagano hoc esset verũ sine dubio: vt l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.test.ita in milite etiam videtur verum: quia si miles potest faciendo testamentũ totaliter excludere filium exhæredando vel prætereundo scienter: vt l.si cut certi.& l.si cùm in vtero.C.de testa.mili.& in l.fina.C.de inoff.testamẽ.eadem ratione videtur, ꝙ possit grauare filium in legitima. Sed Io.de Imol.hic nititꝰ sustinere illã glo.duabus rationibus. Prima est, quia licet miles possit non dare legitimam filio à principio, ipsum totaliter pretereundo, vt in ll.su pradictis: non tamen sequitur, ergo potest legitimam datam filio auferre, grauando ipsum in restitutionem legitimę: quia multa impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta: vt in c.quẽadmodũ.de iureiu.& l.patre furioso.s.de his qui sunt sui vel alie.iur. Sed aduerte[a]: q̃a licet ille tex.in l.si fundũ per fideicom.in fin.fortiter faciat contra opinio.do.Io.& glo. in d.l.precibus.videtur tamen ista opi.posse saluari per tex.in l. omnimodo.in prin.iuncta l.quoniã in prioribus.C.de inoff. test.in quibus simul iunctis probatur, ꝙ etiã in materia correctiua, etiam si sit fauorabilis dispositio facta super substantia legitimæ in quantitate, non extenditur ad onus: aliàs grauamen qđ ipsi legitimæ totaliter relictæ esset impositum, nisi l. vltra processisset: per quam l.dicit Butr.nota.ad propositum, & sequitur Bald.in d.l.quoniã in prioribus.& Ioan.de Imol. referens dicta But.in l.Titio centũ.§.Titio genero.de condi. & demon.† ꝙ si ex forma statuti pater potest diminuere legitimã[b] filio, non poterit tamen relinquendo legitimam apponere sibi grauamẽ: licet Bartol.aliter senserit in simili casu in d.§.Titio genero. ego tñ consulendo sum sequutus istam doctr.& euitantur dicta Bar.prout dicit Ioã.de Imo.in loco prææalleg. Et licet in casu nostro non sumus in materia correctiua: sumus tamẽ in materia exorbitanti, in qua etiam est regula, ꝙ non fit extensio[c] regulariter: vt l.qđ verum.ff.de leg. & in regula, quæ à iure.de regu.iur. Iste tamen casus, de quo dubitauit Bar.in d.l.precibus.est magis vtilis, q̃ pręcedẽs: quia nõ sumus in materia correctiua, vt dixi.& quia etiã in l.si fundũ per fideicom.in fi.potestas que cõpetit testatori in auferẽdo legitimã hæredis filij, videtꝰ esse exorbitãs à regulis iuris, in quibus nõ dimittatur voluntas captatoria, pendẽs ex arbitrio alterius.[d] Sed ad hoc põt responderi, ꝙ illæ ll.non loquuntur nisi de eo qui põt pro se disponere, & sic potestas, quæ conceditur patri, est potius nouum ius in nouo casu inductũ, q̃ ius exorbitãs à regulis iuris. Sed ista ratio cõfunditꝰ manifeste per l.si fundũ.per fideicõ.§.fi.de leg.j.vbi patet, ꝙ substitutus pupillariter, vel succedẽs ab intesta.pupillo, põt grauari in legitima: & est ratio secundũ doct.in l.j.in fin.s.eo.quia poterat testator hanc legitimã ei nõ relinquere: vnde habet eam ex voluntate, non ex necessitate: & ideo potest grauari. quæ ratio manifeste decidit casum nostrum, quòd ex quo miles nõ tenetur relinquere filio legitimam, si nõ vult, & filius & hæres eius possit in ea grauari tanq̃ data à testatore: vnde text.in l.si arrogator. in fin.ff.de adop.vbi dicit, quòd quãdo pater arrogator nõ potest substituere filios in legitima per fideicom. fundat se ĩ hoc, quòd habet eã ex prouisione l.siue testator velit, siue nõ.facit tex.in simili in l.j.§.si impuberi.ff.de collat.bon. Secũda ratio do.Io.est melior: quia licet pater posset grauare filium in legitima, quando est miles, in dubio: tamẽ relinquendo fideicom.ab eo nõ videtur grauare: & ita intelligit glos.in l.precibus.dicit etiam hoc ibi probari, quod nõ est verum: sed forte noluit sentire hoc, ꝙ ex quo substitutio cõuertitur ibi ĩ obliqua fauore matris, intentio text.fit, quòd detrahitur legitima, quasi aliàs iste fauor esset inutilis matri. Sed hoc non sequitur, ꝙ mater habebit cõmodum fructuum vsq; ad mortẽ filij. Itẽ illa iura, quę nõ trãseunt ad fideicõ.remanebũt penes eam, vt iura sepulchrorũ: vt l.quia perinde.j.ad Trebel. aliter autem nõ potest cõstare ex tex.ꝙ detrahitur legitima. Tu ergo approbando illam glos. singularem dic melius, quòd quãuis legitima à filio hærede instituto capiatur vt portio hæreditatis instituentis: filius tamẽ in ipsa legitima habet particularius ius, & fauorabiliꝰ, q̃ in cæteris bonis: vt patet ex his quę diximus in l.j.s.eo.nam si haberet substitutũ vulgarem, posset repudiando hæreditatem retinere legitimam, vt ibi fuit dictum. Præterea vsq; ad legitimã remouetur omne grauamen de medio: vt in cap.Raynutius.de test.licet filius fuerit vniuersaliter institutꝰ. Est ergo in legitima fauorabilior causa, & specialior ratio acquisitionis, q̃ in alia hæreditate, ad minus quia debetur sibi iure naturali.l.cùm ratio.ff.de bonis damn. Licet ergo miles super hoc iure fauorabili possit filium grauare si vult, nihilominus in dubio hoc nõ videtur velle, sicut dicimus in fideicõ.vniuersali relicto à filio, ꝙ non venit in eo dos filio, licet excedat legitimam ipsius, & in ea filia possit specialiter grauari: improbatur ita l.ea filia.in princ.ff.ad Trebel. & plene declarat Barto.in l.Lucius.§.maritus.ff.eo.titu.pro hoc facit quod habetur in l.sequens q.de lega.ij.& est ratio, quia miles in dubio relinquẽdo fideicõ.si dispõ vtroq; modo põt valere, videtꝰ magis velle vti iure cõi, q̃ iure speciali: vt l.q̃q̃. & qđ ibi not.in glo.& in l.in testamẽto.& ibi not.C.de te.mil. & illam glo.singularem in l.precibus.adde ad not.per Bart.in d.§.maritus. Est & alius effectus, & differentia no.inter directã & fideicõ.substitutionem: q̃a in casu nostro, in quo fuit directa institutio, veniũt fructꝰ percepti post mortẽ testõris à filio instituto vsq; ad mortẽ ipsius: sed si substitutio esset fideic. nõ venirẽt: vt l.in fideicõ.j.ad Treb.& ita pũctualiter soluit Bar.istã l.in oppositionibus. Sed aduerte, quia ante istam oppositionẽ, in qua ita se declarat, ipse dicit volẽdo ꝓbare, ꝙ hic erat substõ directa, & nõ obliqua: ꝙ si substõ esset obliqua, nõ venirent restituendi fructus ꝑcepti tempore mortis testatoris. Quod dictũ reprehendit Ang.& merito: quia fructꝰ qui sunt percepti à testatore, transiuerũt in dominium eius: & sic sunt substantiæ & hæreditatis suæ: cur ergo non venit in restitutione, cùm in fideicom.vniuersali veniat substantia testatoris? vt l.nam quod.§.fina.& l.sequẽ.ff.ad Trebell. quinimo secundũ Ang.filius fructus perceptos à testatore imputaret sibi in legitima: vt tenet Iac.But.in l.iubemus.in princip.C.ad Treb. Sed hoc vltimũ dictum impugnat hic Io.de Imo.per ea quæ

[a] ¶Sed aduerte. Hũc met versicu. de verbo ad verbum, habes per eũ j.in fin. vj.colũ.vsq; ibi: sed ista ratio.

[b] ¶Legitimã. Sed nũquid valeat tale statutũ, si in totũ tollat, vel minuat legitimã: vide d.Mari. Soc.in cõsi.xxx. in ci.q̃uis ex his.ver. circa primã q.cum ver.seq.in j.parte. char.lvij.& d.Bar. eius filiũ in cõsi. cl. inc.& nos introducere.versi. succedit alia.ĩ d.parte.char. ccxxvj.& ver. præterea legitima.cum ver.se.char. ccxxx.

[c] ¶Extẽsio. Addꝺ An. Ros.in l.si cõstante §.de viro.s.sol.ma. in x.fal.& in tract. de suc.ab intest.lxxij.co.in fi.fallit in casu quẽ ponit Felyn.in c.nõnulli.de rescrip.in xxiij.co. versi.& qđ fauore. & vide d.Alex. de Imo.in l.j.xxj.col. de offic.eius.& ĩ §. Chrysogonus. de verbo.obli.

[d] ¶Alteriꝰ. Adde qđ per eundẽ Frãc.Aret.habetꝰ in l.moribus.s.eo.& vide q̃ ibi dixi in apostil.

habentur in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi.teſta. vbi di
citur,quòd repletio legitimę debet fieri ex ipſa ſubſtātia prin
cipalis teſtatoris,nō ex fructibus.& ita traditur in l.Papinia-
nus.§.vnde ſi quis.ff. de inoffi.teſta.Præterea ſi filius primi
gradus nō imputat ſibi fructus in Trebellianica:vt l.iubem⁹.
in princi.C.ad Trebel.ergo multominus in legitima.Sed iſta
iura concludūt cū reuerētia in fructibus perceptis poſt mortē
defuncti à filio,qui non poſſunt dici principalis ſubſtantia pa
terna.& ita intelliguntur per doct.Sed fructus percepti à te-
ſtatore ipſo viuēte cū tranſiuerūt in dominiū ſuū, quare non
poſſunt dici principalis ſubſtantia paterna, non intelligo : ſi
enim nomē ſubſtantiæ ſignificat idē,q̄d nomē hæreditas: vt
dicit tex.in d.l.nam quod.§.fina.ſicut fructus percepti à teſta
tore ſunt in hæreditate:vt l.non tantū.in fi.ff.de pe.hære. &
cætera mobilia:ita dicunt̃ eſſe in ſubſtantia defuncti, ex quo
iſta nomina ſignificant idē. Vnde indubitāter tenēda eſt opi.
Ange.& tamē nō credo hoc fuiſſe de mente Bar.quod retu-
lit Ang.licet verba videantur hoc ſonare.Hoc patet,quia in
ferius in oppoſitione,dum loquitur de fructibus perceptis à
filio teſtatoris,non ab ipſo teſtatore,allegat eandem l.quæ l.
proprie loquitur in hoc caſu,non quando fructus fuerant per
cepti à teſtatore.Aut ergo fuit error ſcriptoris,aut lapſu lin-
guæ ſine dubio:& ad iſtam materiam vide alium caſum not.
in quo ſubſtituto vulgariter reſtituuntur omnes fructus per
cepti ab inſtituto,in l.hæres furioſi.in princ.& ibi per Ange.
ff.de peti.hære.¶ In eadē gloſſ.ibi:trahitur ad fideicom.&c.
Limitatur huius l.diſpoſitio,ſecundū glo.quando ſubſtitutio
eſt facta à milite per verba directa fauore matris, quæ eſt in
medio trahatur ad fideicom.poſt pubertatē. Sed Bartol. hic,
quem ſequuntur Bald.& Ange.dicunt, quòd quando verba
eſſent concepta directa,etiam in fauorem matris,non trahe-
rētur ad fideicom.quia cùm iſta obliquatio ſumatur ex præ-
ſumpta mente teſtatoris,non habet locum,quando verba ex
proprio ſignificatu ſuo important aliud:& vtroq; modo pōt
valere diſpoſitio:ſed in l.precibus.ſecundū eos,verba appoſi-
ta in ſubſtitutione erant cōmunia:vnde facilius poſſunt trahi
ad ſenſum obliquum,ſicut j.videbis in tertia parte prin. hu-
ius gloſſ.& eſt caſus etiam in pagano,in c.Raynutius.in ver-
bo,ſuccedere.extrà,de teſta.Ioan.de Imo.hic,& aliqui Mod.
dicunt,quòd in l.precibus.cōmuniter non eſt verbum, ſubſti
tuit,in quo eſt fundamentum Barto.eſt enim verbum com-
mune,vt ſcis.l.iam hoc iure.in prin.ſ.eo.& ideo dicunt gloſſ.
poſſe ſuſtineri,quaſi in l.precibus.fuerint verba directa, non
verba cōmunia.Tu autem aduerte, ſicut dicebam heri in vo-
ce,quòd ſi non eſſet verbum,ſubſtituit,in l.precibus.totus il-
le verſi.eſſet imperfectus,& eſſet falſa grammatica,quia non
haberet verbum à quo regeretur . vnde aut ibi eſt verbum,
ſubſtituit,aut aliud eſt ſubaudiendum.Sed poſito, quòd ille
verſiculus poſſet ſtare ſine illo verbo,adhuc videtur poſſe ſal
uari opini.Bartol.quia inferius eſt verbum,ſubſtituo,& ver-
bum,ſubſtitutus;quæ verba poſſunt ſignificare idem q̄d ver
bum ſubſtituit,id eſt quòd ſubſtitutio fuerit facta per verbū
obliquū, quod potuit cōplecti directam & obliquam.Vnde
iſtę reſponſiones Moder.non ſunt bonę:ſi tamen velis defen
dere opi.glo.ſicut dicebam in voce,poteſt dici, quòd ex prin-
cip.tex.apparet ſubſtitutionem fuiſſe factam per verba dire-
cta:nam in princip.l.ponitur ſupplicatio, ſeu libellus ſuppli-
cantis,in quo vt refert Imperator,contineatur ꝙ teſtator in
ſtituto filio hærede fecerat ſecundum hęredem,& ſic ponitur
ibi diſpoſitio facta per verbum ciuile directum:verba autem
quæ poſtea ſequuntur,non ſunt verba formaliter deſignan-
tia diſpoſitionē teſtatoris,ſed ſunt verba imperatoris ponen-
tia effectum diſpoſitionis,cuius forma ſuperius fuerat expreſ
ſa.ſicut econtra aliquando imperator præmittit ſubſtantiam
diſpoſitionis,& poſtea ſubijcit formā:vt patet in l.final. circa
princ.C.de inſti.& ſubſti.† & potuit imperator per verbum,
ſubſtituo,q̄d eſt verbū cōe,[a] legitimè ſignificare etiā ſubſtitu
tionē directā ſine pręiudicio abſtinuitatis vel ambiguitatis,ex
quo p̄ceſſerat forma diſpōnis ſ.expreſſa.Retēta aūt iſta opi.
glo.multū inſiſtit hic Io.de Imo.in aſsignādo rationē,quare
ſubſtitutio ibi directa obliquatur fauore matris:& poſt mul-
ta verba aſsignat talē rationē,quia nō reperitur iure cautū,ꝙ
qn̄ mater eſt in medio,poſsit fieri ſubſtitutio directa filio poſt
pubertatē:nā text. in l.miles ita.§.exhęredato.& in l.milites
etiam.j.de teſta.mili.loquātur ſimpliciter,nō quando mater
eſt in medio.& ex hoc infert falſam eſſe gl.in l.precibus.quę
dicit,ꝙ ſi ſubſtitutio fuiſſet facta p verba directa puberi,ita ꝙ
cum ea non eſſet coniuncta pupillaris,talis ſubſtitutio nō tra
heretur ad fideicom.fauore matris:nam videretur dicendum
contrariū ratione præmiſſa.Sed cū illæ ll.ſ.alleg. ſimpliciter

a ¶ Cōmune. Adde idē Are.in l.nā hoc iure.ſ.eo.& q̄d ibi dixi in apo.

b ¶ Male dixit. Hāc opi. Are. ſequit̃ Iaſo.May.hic in vij. col. poſt me.ibi ego ſum.

dicant,ꝙ puberi poteſt ſubſtitui directo,probāda eſt iſta ex-
ceptio per aliquā l.vel rationē,quòd hoc ſit verum,niſi ma-
ter ſit in medio.Sed hoc nō dicit text.in l.precibus . ſimpliċi-
citer:ſed tunc demū,quando ſubſtitutio fuit facta tali tēpore,
q̄d potuit valere iure directo,& excludere matrē de iure cō-
muni.inducitur enim ſpecialiter in fauorē tabularū,vt mater
poſsit excludi totaliter ab hæreditate filij in pupil.ætate,qua
ſi non ſit teſtamētū filij,ſed patris:vt l.Papinianus.§.ſed nec
impuberes.ff.de inoff.teſta.& in c.ſi pater.de teſta.in fin. lib.
vj.Vnde propter hunc fauorē,qui adhibetur teſtamēto filij,
vt cōſeruetur,non eſt mirū,cùm iſte fauor adhibeatur in iniu
riā matris,ſi ſit iſta recōpenſatio,vt poſt pupilla.ętatē ſubſti-
tutio directa obliquetur,ſicut onus collatoris eſt inductū in
recompenſationē iniuriæ,quam facit pater filio ſuo in fauorē
emancipati:vt l.j.in prin.j.de colla.bono.& hoc eſt q̄d voluit
gloſſ.in d.l.precibus.licet non ita ſe declaret. Sed contra hoc
dictū facit,quia ꝙ teſtamentū factū à patre filio impuberi nō
poſsit expugnari à matre,hoc non videtur inductū fauore cō
ſeruationis teſtamenti,vt eſt dictum: ſed potius ſecundū re-
gulas iuris,quia verè teſtamentū eſt patris,licet hæreditas di
catur hæreditas filij:vt videbis in l.patris & filij.j.co. Sed ad
hoc poteſt reſponderi:quia licet verè teſtamentū ſit patris,ex
quo tamē reſpectu hęreditatis pupilli pater hic ſubrogat̃ loco
filij,perinde eſt,ac ſi filius feciſſet ſibi teſtamentū,per regulam
quæ ponitur in l.j.§.hæc actio.ff.ſi quis teſta.libe.eſſe iuſſus.
Quòd ergo illa regula nō habeat locum,hoc facit fauor teſta-
menti,ſicut econtra,quòd teſtamentū pupillare videatur te-
ſtamentū filij,quo ad hoc vt non poſsit expugnari per filium
teſtatoris,quia ſit in eo pręteritus.¶ In ea.glo.ibi:non conti-
net in ſe tacitam pupilla.& c.Barto.hic not.iſtam gloſ.ſolen-
niter ad duo.vult eñ primò hanc gl.ſentire,ꝙ pupilla. quę cō
tinetur in cōpendioſa,dicatur tacita, & nō admittatur contra
matrē,ſicut tacita pupillaris,quæ cōtinetur in expreſſa vulga
ri: & credo ꝙ ſenſerit hunc intellectum ex glo.per verba po
ſita in princ.huius ver.dum glo.dicit,nam & alias in priuato
vulga.expreſſa non cōtinet in ſe tacitam pupillarem:quæ ver
ba propter dictionem,&, videntur implicatiua. Vnde ſenſus
videtur eſſe,nō ſolùm in cōpendioſa facta à milite tacita pupil
laris in ea cōprehenſa nō admittitur contra matrē, ſed etiam
b in alio caſu &c.& ſi ſic intellexit,gloſſ.iſta male dixit[b],& be-
ne reprehenditur hic per Barto.Ego aūt non cedo hanc eſſe
mentē glo.ſed hunc eſſe credo ſenſum verum:dixit enim pri
us,quòd fauore matris ſubſtitutio directa obliquat̃ in caſu no
ſtro,& ſic inducitur vnum ſpeciale,ſicut & alibi etiam aliud ī-
ducitur,videlicet ꝙ expreſſa vulgaris non cōtinet tacitā pup.
Implicatio ergo fit hic ad caſum præcedentē, quatenus con-
tinet ius ſpeciale, ſicut & caſus ſequens , non reſpectu for-
te diſpoſitionis.Secūdò colligit Bart.ex hac glo. ꝙ quādo eſt
in medio expreſſa vul.nullo modo cōtinet tacitā pupil.Cōtra
rium tenuit glo.in l.ij.in prin.ſ.eo.& in l.p̄cibus.ſæpe allega.
Opin.glo.hic tenuit Petr.vt hic plenius refert Barto.qui te-
net glo.cōtrarias.Tu autem pro concordia opin.adde,ꝙ ſi di-
catur ſimpliciter tacitam ſubſtitutionem nullo modo contine
ri in expreſſa vulga.cùm mater eſt in medio:iſtud eſt penitus
impoſsibile,ſi teſtator propter matrem omiſit penitus ſubſti
tuere pupillariter.poſsibile eſt,quòd mortuo teſtatore ſubſti
tutio quæ nunq; fuit facta,non oriatur de nouo aliquo caſu,
quia voluntas teſtatoris finitur morte:vt l.cùm hic ſtatus.in
fin.ff.de donat.inter virū & vxo.& l.quia.ff.loca.& not.in l.
centeſimis.§.fina.de verbo.obliga.& patet de ſe naturaliter ſi
ne ll.Sed textus dicit expreſſe, quòd ſi mater moriatur ante
pupillum, ſuccedit ſubſtitutus ex tacita pupillari:vt l.fina.C.
de inſtit.& ſubſtitu.ergo impoſsibile eſt dicere,quòd teſtator
penitus non ſubſtituerit.Si autē dicat,vt videntur dicere ver
ba Barto.ꝙ tacita ſubſtitutio videt̃ fieri,ſed nō habet effectū
cōtra matrē:hoc pōt intelligi dupliciter. vno modo, ꝙ ſubſtō
ſit pura, nec ſuſtentat̃ niſi in euentu mortis pupilli:moriente
igitur pupillo remanebit pura & ſimplex,ſed non habebit ef
fectum contra matrē.Sed iſte modus loquendi nec probatur
iure,& habet abſurditatē:nā ſi diſpoſitio eſt pura, ꝙ ſit pura,
& non habeat effectum niſi in matre repudiāte,hoc nō cōue-
nit naturæ vltimę voluntatis:quæ ſi eſt pura, nō debet ſtare
in ſuſpenſo:vt l.fin.ff.cōmunia prædio. Sed dato, quòd iſta ra
tio non obſtaret,adhuc dico ꝙ non eſt pura, ſed eſt conditio
nalis, ſi mater nō extaret tempore mortis filij, nā ſi ſubſtitu-
tio expreſſa ſimpliciter facta eſt perſona in medio,quæ ex p̄-
ſumpta voluntate defuncti excludit ſubſtitutum,intelligitur
eſſe conditionalis ex hoc ſola præſumptione:vt probatur in l.
pen.C.de impub.& alijs ſubſtit.& l.cùm auus.ff.de condi.&
demōſt.l.cū acutiſsimi.C.de fideicō.Quare ex eadē p̄ſumptio

ne facta

ne facta suspendatur dispositio tacita, quæ est minus fauorabilis ꝙ expressa, non videmus. Ergo & hanc credo fuisse mentem Bart. quòd tacita pupilla. matre existente in medio, continetur vulga. expressa, sed sub duabus conditionibus: videlicet si pupillus moriatur in pupil. ætate, & si mater tēpore mortis pupilli non supersit. Est autem prima conditio intrinseca, secunda extrinseca: vt l. qui liberis. in princ. & ibi plene declaraui. s. eo. Et anteꝗ̄ ingrediar secundam partē glos. sequendo ordinē Bar. qui expedit secundam partē glo. in tertia q. principali, quam facit in materia substitutionis compendiosæ, vidēdum est primò aliquid circa diffinitionē istius substitutionis, quā ponit hic Bart. dicit enim, ꝙ illa est substitutio compendiosa, quæ sub cōditione matris vel alia continet plura tēpora. Cui diffinitioni adde breuiter, ꝙ si illud verbum, alia coditio, capitur hoc modo, scilicet ꝙ vltra conditionē mortis possit apponi alia conditio in substitutione, intellectus iste procedit simpliciter, & probatur in l. qui liberis. in prin. s. eo. Si aūt intelligas, prout verba videntur sonare, ꝙ substitutio cōpendiosa possit fieri sub alia conditione, absq; eo ꝙ interueniat conditio mortis, hoc videtur esse impossibile. Qđ probo manifesta ratione: quia aut ista substitutio cum hac conditione extrinseca fit pupillo, & continet pupillarē, & tunc necessario subintelligitur conditio mortis, quæ est conditio intrinseca ad pupillarē substitutionē: vt Institu. de pupilla. substit. §. j. & §. non solum. Aut substitutio fit maiori, cui non potest substitui pupillariter: & tunc licet, quia per ista verba, quādo cūq; nauis ex Asia venerit, vel Titi⁹ fuerit factus cōsul, † (6) ista substitutio nō poterit dici cōpendiosa, quia non continet pluralitatē temporum: vt probabo, quod requiritur de essentia compendiosæ, [a] secundū diffinitionem s. positā. Quòd autem non continet plura tēpora, patet: quia omnia tēpora post pubertatē in eo cui fit substitutio, sunt vniformia, nō enim possunt inducere nisi substitutionē fideicom. in omnibus tēporibus: ergo cū quātū ad effectū substitutionis sint vniformia, & vnius effectus, nō dicūtur plura, sed vnum formaliter: & quo ad effectum, licet materialiter sint plura, hoc sufficit quo ad hoc, vt dispositio quæ fit in tēpore, dicatur vna, & omnia tēpora considerentur vt vnum tēpus: sicut patet in delicto affirmatiuo vel negatiuo, qđ habet causam successiuam, qđ licet continuetur pluribus tēporibus, tamē dicitur vnū. l. cū qui. §. in pupillaribus. in tex. & glo. ff. de iureiu. & ibi per Bar. & per eundē plenius in l. inficiādo. §. infans. ff. de furtis. & tāgit glo. in l. mariti. §. quinquēnio. ff. de adulte. sicut videmus in simili, ꝙ duo testamēta quæ continent idē, dicuntur vnum testamentū, nō duo: vt l. vnū. & ibi not. s. de testa. Pro ista conclusione est casus in l. precibus. in ver. si verò. C. de impu. & aliis substitu. & ibi hoc tenet glo. dicit enim tex. ꝙ si præcessit substitutio pupilla. expressa, substitutio post pupillarē ætatē facta est similiter expressa substitutio, & differt à compendiosa, vt ibi sequitur in tex. & hoc dicit ibi glo. magna, ꝙ si substitutio fiat cū distinctione temporū expressa: verbi gratia, si decesserit in pupi. ętate, vel postea quādocūq;: substitutio ista post pupil. ætatē nō est compendiosa, sed simplex fideicom. & reuera hoc probatur in text. & patet ratione præmissa. Ex hoc sequitur, ꝙ secūda pars diffinitionis, quæ dicit, ꝙ substitutio cōpendiosa cōtinet plura tēpora distincta formaliter, id est ex quibus inducūtur diuersæ substitutiones, & hoc tenet glo. satis clare in d. l. precibus. & ita credo intellexisse Bartol. Sed aduerte: quia licet Barto. in diffinitione ita sentiat, ꝙ ad esse substitutionis compendiosæ requiratur, ꝙ contineat plures substitutiones, & plura tempora, saltem ex aptitudine verborum: quia bene contingit aliquādo, ꝙ ex dispositione iuris non continet nisi vnum tempus, & vnā substitutionē, videlicet qn̄ fit à pagano per verba directa post tēpora pubertatis: vt l. verbis ciuilibus. s. eod. Ipse tamen Bar. incontinēti dum quærit, vnde dicatur compēdiosa substitutio, dicit ꝙ dicitur compendiosa, quia continet plura tempora, vel plures substitutiones: & sic videtur velle, quòd si substitutio cōtinet plures substitutiones in se in vno constructu verborum, non tamen plura tempora; adhuc possit dici compendiosa. & secundū hoc si fit substitutio puberi, quandocūq; decesserit: vel sub conditione, si nauis ex Asia venerit, vt s. dixi: quia ista substitutio continet fideicommis. si aditur hæreditas, & vulgarem si non aditur: & sic diuersis casibus diuersæ substitutiones poterunt dici compendiosa. Et hoc forte voluit sentire Bartol. in prima parte diffinitionis: sed si sic sensit, tunc repugnat sibi secunda pars, quæ requirit pluralitatem temporum. Bald. in l. precibus. in tertia charta. reprobando gloss. dum dicit, quòd substitutio facta cum distinctione temporum expressa post pubertatem nō est cōpendiosa, sed fideicom. vt s. dixi. sentit, quòd sit compēdiosa, quia cōtinet fideicom. & vulg. Ex hoc infert ipse idē in pe. charta, ꝙ si testator ita substituit filio impuberi, si filius meus decesserit infra xiiij. annum, talis sit hæres. ista substitutio non est expressa pupil. sed compendiosa, continens duas substitutiones, scilicet vulga. & pupil. & per hoc infert ibi no. ꝙ si pupillus morit̄ viuente testatore, tunc substitutus admittet̄ ex vulga. nec habebit locū l. quod si filius. ff. de capti. & quod ibi per Dyn. & Barto. quòd ista vulga. non est tacita contenta in pupillari, sed est expressa contenta in compendiosa. & ista dicta retuli in l. j. s. eod. & refert Pau. de Cast. in l. iam hoc iure. in princip. s. eo. in vna lectu: se vidisse ita consultum per excellentes viros, per illam doctrinam Bald. Ego in ista materia credo posse sustentari duas conclusiones. † (7) Prima conclusio est ista: Substitutio compendiosa potest dici, [b] quę vno compendio vel oratione continet plures substitutiones, licet istæ non inducantur ex varietate temporum, sed ex varietate casuum: sicut cùm substitutio facta puberi vel impuberi cum distinctione temporum expressa continet post pubertatem vulga. & fideicō. nam hic in vno tempore, sed in diuersis casibus, sunt duę substitutiones, vt patet de se: cùm enim substitutio compendiosa, secundùm Bartol. & alios dicatur, quia sub vno compendio plura continet tempora: cur non possit dici compendiosa, si sub eodem compendio cōtineat diuersas substitutiones ex varietate casuum, non video, maxime cùm regulariter liceat arguere de re ad tēpus: vt l. miles ita. & quod diximus j. de testamen. mili. Non [a] obstat tex. qui fortiter vrget in oppositum in lege, precibus. in versicu. si verò. vbi substitutio facta expresse post tempora pubertatis dicitur expressa, & distinguitur contra compendiosam: quia potest responderi, quòd non dicitur compendiosa respectu pluralitatis temporum & substitutionum, quę ex diuersis temporibus sequuntur: sed respectu diuersorum casuum, & substitutionum ex eis sequentiū. Et in hoc differt ista compendiosa à breuiloqua, quia illa vno compendio continet substitutiones plures respectu diuersarum personarum: sed ista continebit plures substitutiones respectu vnius personæ, secundùm Bald. qui ita declarat in dicta l. precibus. in tertia charta. Secunda cōclusio potest esse talis: Ista substitutio, si filius meus decesserit infra xiiij. annum, seu in pupilla. ętate, talis sit hæres: est pupil. expressa, continens vulg. tacitam, non compendiosa continens duas substitutiones. Ista conclusio ꝓbatur recte intuenti in l. ij. §. prius. vers. sed si quis ita. cum versicu. sequē. s. eo. vbi dicitur primò, quòd ista substitutio continet testamentum filij, id est, pupil. substit. deinde in versic. sed [b] etsi ita retento eodē themate peruersionis ordinis, determinat de vulg. substitutione facta ipsi filio. Ex quo satis datur intelligi, quòd in præcedenti nō erat facta vulg. substitutio expressa: nam si fuisset facta expressa substitutio vul. ex vno themate, poterat decidi vtraq; quæst. quid iuris esset, si esset peruersus ordo in pupil. vel vulga. Et hanc opin. sequuntur quidam Moder. scribentes in l. pcibus. maxime per ea quæ tradit Bar. [c] in l. j. & ij. s. eo. vbi dicit, quòd ad esse pupil. substitutionis nō requiruntur ista verba, si filius meus hæres erit. Et hanc opi. ego sum sequutus in dicta l. precibus. sed vltra ea quæ ibi scripsi, addo nūc subtilem & nouam rationē: nam ista est regula, ꝙ vbicunq; in aliqua dispōne, cuius nomē propriū non exprimitur, specificatur aliqua qualitas, quæ conuenit vni dispositioni ex natura vel substantia ipsius: alteri verò dispositioni non conuenit ex natura ipsius, sed tamē ex voluntate disponētis posset opponi semper, illa dispositio, vel ille cōtractus censetur factus, cùm illa qualitas naturaliter vel essentialiter conuenit. Casus est in l. cum dotem. & ibi per Bald. C. de iure dotium. vbi probatur, quòd pactum appositum in æstimationē rei dotalis, ꝙ periculum pertineat ad maritum, facit quòd videatur celebrata emptio & venditio: quia ista qualitas conuenit naturæ huius contractus, ꝗ̄uis etiam in alio contractu posset apponi pactū de suscipiendo periculum in se: iuxta l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautionibus. facit optime quod ponit Barto. in disputatione sua quæ incipit, publicanus quidā. & quod not. glo. & Barto. post eam in l. j. ff. de superficiebus. Cū ergo testator substituit pupillo decedenti in pupil. ætate, ipsa qualitas pupil. ætatis, quæ essentialiter respicit substitutionem pupillarem, vulgarem autem neq; naturaliter neque essentialiter, sed accidentaliter, inꝗ̄tū placeret testatori inuitare vulga. ad pupil. ætatem. facit vt testator videatur pup. substituisse solummodo, & non vulgariter, intellige expresse. Sed aduerte: [c] quia licet ille tex. in l. si fundū per fideicō. in fi. fortiter faciat cōtra opi. do. Ioā. & glo. in d. l. precibus. videt̄ tn̄ ista opi. posse saluari per tex. in l. omnimodo. in prin. C. de inoffi. te. iūcta l. q̄m̄ in prioribus. in quibus simul iunctis ꝓbatur, ꝙ

[a] ¶ Compendiosę. Et ita refert, & sequit̄ d. Iaso. Mạy. hic in ix. col. ver. ij. & subtilius. dicit tn̄ hoc sibi non obstare, qa si filio pupillo substituat̄, qn̄cūq; Titi⁹ cōsul factus fuerit, vel qn̄ nauis ex Asia venerit, aptitudine pōt continere plura tpa, & plures substōnes: sed fatet̄ nō cōtinere pupillarē, nisi pupill⁹ moriat̄ in pupillari ętate. Vn̄ dicit super hoc esse cogitādū.

[b] ¶ Dici. Quibus aūt verbis substō cōpēdiosa videat̄ facta, vide quę dixi in a. post. s. eo. in l. verbis ciuilibus.

[c] ¶ Sed aduerte. Idē dixit, & per eadem met verba. s. ead. l. in ij. col. inci. ibi: sed aduerte. vsq; ibi: sed ista rō. ꝓut facit hic infrà sequendo ibi. in ea. glo.

in materia correctiua, etiam si sit fauorabilis dispositio, facta super substantia legitima & quantitate, non extenditur ad onus: aliàs grauamẽ, quod ipsi legitimę totaliter relictę esset im positum, nisi l. vltra præcessisset: per quam l. dicit Butr. no. ad propositum, & sequitur Bal. in d. l. quoniam in prioribus. & Io. de Imo. referens dicta Bu. in l. Titio centum. §. Titio genero. de conditioni. & demonstra. ꝙ si ex forma statuti pater potest diminuere legitimam filio, non tamẽ poterit relinquẽdo legitimã apponere sibi grauamẽ, licet Bar. aliter senserit in simili casu in d. §. Titio genero. Ego tamẽ consulẽdo sum sequutus istam doctrinã, & euitãtur dicta Bar. vt dicit Ioan. de Imo. in loco allegato: & licet in casu nostro nõ sumus in materia correctiua, sumus tamẽ in materia exorbitãti, in qua est regula, ꝙ non fit extensio regulariter: vt l. quod verum. ff. de ll. & in regula, quæ à iure. de reg. iur. Iste tamẽ casus, de quo dubitauit Bart. in l. precibus. est magis dubius, ꝗ̃ præcedẽs: quia non sumus in materia correctiua, vt dixi: & quia etiam in l. si fundũ per fideic. in fi. potestas quæ competit testatori in auferẽdo legitimã hæredibus filiis, videtur esse exorbitans à regulis iuris, in quibus non permittuntur voluntas captatoria pendẽs ex arbitrio alterius. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ illę ll. nõ loquunt̃ nisi de eo, qui põt per se disponere, & sic potestas quæ conceditur patri est potius nouũ ius in nouũ casum inductum, ꝗ̃ ius exorbitans à regulis iuris. ¶ † In ea. glo. & c. ibi: si aũt esset paganus & c. Concludit hic glossator noster, & in l. verbis ciuilibus. s̃. eo. ꝙ substitutio facta per verba directo ciuilia post tẽpora pubertatis, nõ trahitur ad fideic. Quæ cõclusio videtur probari in l. verbis ciuilibus. & in l. in substitutione. s̃. eo. & ista est cõmunis sententia, quã approbat Bar. hic, qñ verba sunt directa & ciuilia, vt verbum, instituo, & verbũ, hęres esto. Si aũt essent verba directa, & non ciuilia[a], tunc bene traherẽtur ad fideicõ. secundùm Bar. vt hic plene per eum. & licet Io. And. tenuerit contrariũ in c. si pater. in nouella. de testi. li. vj. Hæc tamẽ opi. est verior. & inductionibus & rationibus suis rñde, vt ibi per Bar. & Moder. superuenit Bald. qui in ista materia varie locutus est: nã in l. precibus. C. de impu. ipse restrinxit, ꝙ aut testator dicit, quandocunq; filius meus decesserit, talis sibi sit hæres: & tunc apparet, ꝙ voluit facere pupillarẽ tantũ, per quã succeditur filio: vt Inst. de pupillari subst. §. j. vnde substitutio non valebit: vt fideic. Sed ista ratio facile potest euitari, sicut ecõtra saluatur pupi. substitutio, si testator dicat, talis mihi sit hæres: vt l. si ita. §. qui filio. ff. de bo. poss. secundũ tabul. itáne dispositio testatoris reddatur inutilis? Poterũt hic impropriari verba, talis sibi sit hæres, id est ꝑ mediam personam ipsius mihi sit hæres: fideicõ. eñ capit mediante persona hæredis restituentis: vt l. restituta. in princi. C. ad Trebelli. & bene declarat Bartol. ad aliud propositum in l. pe. C. de impu. & aliis substi. Aut testator simpliciter dicit, si filius meus quandocũq; decesserit, talis sit mihi hæres: & tunc verba directa trahuntur ad fideic. quia manifesta est intentio testatoris, ꝙ sibi voluit succedi. Aut simpliciter dixit, talis sit hæres: & tunc idẽ ꝙ substitutio valeat iure fideic. quia in dubio debemus interpretari verba, vt actus valeat: vt l. Gallus. §. quidã recte, s̃. de libe. & posth. & l. quoties. de rebus dubiis. cum aliis vulgaribus: & quæ dicta vtrum sint vera, dicemus postea. Sed ipse idẽ Bal. in l. ex tribus. C. de inof. testa. simpliciter dicit, ꝙ ista substitutio trahitur ad fideicõ. post tẽpora pubertatis, si testator substituit, quandocũq; decesserit filius suus sit hæres, maxime si substituat si decesserit sine liberis: ꝑ ista enim verba apparet manifeste, quòd testator voluit substitutionem suam valere quocunq; tẽpore, etiam post pubertatẽ. Sed cùm sciret nõ posse valere iure directo, quis dubitat quòd voluit eam valere iure fideicom. vt l. illud. §. tractari. j. de iure codicil. & hanc opin. sequitur Ang. in lectu. Paduana in l. precibus. quando esset apposita dictio, quandocunq;, vel tempus expresse post pubertatem. Si autem testator simpliciter ita dixisset, si filius meus decesserit, talis sit hæres: tunc ista locutio indefinita restringetur ad tempus pupillaris ætatis, in quo verbum directum potest stare propriè, non autem ad alia tẽpora extenditur, in quibus tale verbum propriè non potest assumi: quia indefinita restringitur, vt non cõprehendat omnes casus, quando non est eadem ratio omnium casuum, qui in ea comprehendi possunt: vt l. si pluribus, & ibi per Bar. de lega. ij. & per eundem in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Io. autẽ de Imo. hic concedit opi. Ioan. Andr. esse veram, quando substitutio esset facta cum expressa distinctione temporum: verbi gratia, si decesserit in pupilla. ætate, vel postea & c. tunc enim istæ duæ substitutiones sint penitus diuersæ, & non vna substitutio, secundũ glo. in l. precibus. C. de impub. perinde est, ac si pater filio solũ in casu pubertatis substituisset directo: quo casu verba traherentur ad fideicom. secundùm glo. & communem sententiam in l. verbis ciuilibus. s̃. eo. Et ista conclusio esset vera, secundùm eum, tenendo id quod tenet communis opin. quãdo substitutio non põt valere à principio iure directo, verba trahuntur ad fideicõ. Si autem teneas opin. glo. In stitu. de pupil. substi. §. extraneo. quæ voluit, ꝙ non trahant̃ ad fideicom. tunc ista limitatio seu cõclusio nõ procederet. Et hanc opin. sequitur hic ipse cõtra cõmunẽ sñiam dicens, quòd aliquãdo substitutio non põt valere propter qualitatem dispositiõis, in qua fit iure directo: & tunc trahitur ad fideicom. ita loquitur l. Scæuola. ff. ad Treb. ita intelligitur text. in l. ex facto. in princ. eo. titu. quia hæres institutus bene poterat instituere hæredem, ipse illum de quo erat rogatus, vt eum faceret hæredem, licet testator non possit eum cogere ad hoc, ne auferatur libera testamenti factio. Vnde ille actus nõ erat simpliciter prohibitus fieri, sed erat prohibitus fieri illo modo, id est per coactionẽ testatoris. Puberi autem vel extraneo post aditam hæreditatem prohibetur testator simpliciter substituere directo, nisi sit miles: vt hic, & l. miles ita hæredem. j. de testa. mili. Ergo quicquid attentatur contra prohibitionẽ l. est nullum, quo ad omnes effectus: vt l. nõ dubium. C. de lega. & l. nemo potest. de leg. j. Pro ista cõclusione alleg. ipse textũ in l. seruo. C. de testa. manumis. & in l. si seruus legatus. §. si seruus.[b] de lega. j. in quibus probatur, ꝙ etiam fauore libertatis verba directa non trahuntur ad fideicõ. Si ergo hoc non fit fauore libertatis, ergo multomin⁹ fiet ĩ alia dispositiõe. Tu aduerte, quia ista ratio videtur concludere de brocardo, ꝙ etiam substitutio sit facta per verba directa, quæ nõn sint ciuilia: vt per verbum, capiat, per verbum, moriatur, nõ trahatur ad fideicõ. quia in dictis ll. legatum nõ fuit relictum, nisi per verba directa, quæ non sunt ciuilia, sicut verbum, lego: vt hic plene declarat Barto. & sic destrueretur distinctio Barto. quam facit saluando opin. Ioan. And. in aliquo casu. Tu autem, quãtum ad qõnem principalem, quæ tangit̃ hic in glo. potes simpliciter sequi opin. cõmunem, etiam concesso ꝙ si substitutio fieret à prĩcipio puberi per verba directa & ciuilia, traheretur ad fideicõ. de quo dicetur postea. Et pro declaratione huius q. concedo, ꝙ quando testator substituit vel cũ distinctione tẽporum, vel compendiose, intentio testatoris videtur esse, vt omni tempore hæres succedat: sed tamen non est in potestate sua, nisi aliter ex verbis suis appareat ꝑ verba directò ciuilia significare, & inducere substitutionẽ fideicõ. quia in nominib⁹ appellatiuis significatus attributi alicui parti orationis nõ possunt mutari vel extendi ex voluntate hominis: vt l. si quis in fundi vocabulo. de le. j. sed vel à cõmuni vsu loquendi, vel ex dispositione l. & hoc est, quod dicit tex. in l. verbis ciuilibus. in verbo, frustra & c. illud enim verbum significat non voluntatem deesse, sed potentiã ita faciendi: vt l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudiciis. & ista ratio habet locum in omnib⁹ s̃. dictis. Si autem aliter quàm per ista verba constaret, quòd testator voluit verba directa intelligi vt obliqua, tunc fatendum esset quòd substitutio obliquaretur: vt l. quærebatur. & ibi ꝑ Bar. j. de testamẽ. mili. Est tamen concedendum, ꝙ quãdo substitutio esset facta sine distinctione temporum, vel cõpendiose, adhuc ista conclusio fortius procederet, quia vna & eadẽ substitutio non debet diuerso iure censeri: & partim necessario esset directa, & partim obliqua, vt j. videbis in tertia parte glo. & probatur in l. eum qui hæres. ff. de vsucap. Pro ista conclusione bene facit text. in cap. si pater. in pen. responso. de testa. lib. vj. vbi tex. dicit, ꝙ quando verba & persona cui fit substitutio, possunt conuenire substitutioni directæ, tunc debent interpretari vt directa, licet aliquando ex causa illa verba trahãtur ad fideicom. Sed si cõcederemus, ꝙ semper post pubertatem substitutio compẽdiosa obliquaretur, tunc ista obliquatio fieret aliquando non ex causa, sed regulariter, vbicunq; nõ posset habere locum directa substitutio: quod nõ videtur de mente literę. Fateor tamen, ꝙ disputando illa litera posset eua di, capiendo causam generaliter pro quocũq; casu, in quo nõ posset habere locum substitutio directa. † Circa illud autẽ, quod tetigit hic dominus Ioan. incidenter, videlicet vtrum substitutio facta per verba directa illi cui pupil. substitui nõ potest, videtur dicendum, non cauillando literam, ꝙ pro opi. communi[c] fit casus clarus in c. si pater. de testamẽ. lib. vj. dum text. dicit, ꝙ substitutio de qua ibi, est interpretanda directa, si verbis conuenire potest ex personis institutis: ergo vbi possit conuenire verbis, sed non personis, quibus non potest substitui directò, non interpretabitur directa tũc, quia textus requirit ista duo copulatiue, vt debeat interpretari directa, ergo altera nõ sufficit: vt lege, si hæredi plures, de conditione instit. & vere ista fuit mẽs illius decretalis in illo rñso, per quã ego adhęreo sententię

a ¶ Et nõ ciuilia. Istã differẽtiã inter verba ciuilia & directa, & verba directa & nõ ciuilia, sequutus est idẽ Aret. in cons. clv. inc. periculosum ẽ, vt ait Hiero. in viij. col. sed vide d. Iaso. May. hic referentẽ opi. contra Bar. in xij. colũ.

b ¶ §. si seruus. Quæ autẽ rñsiões dãtur huic tex. vide d. Iaso. May. in xiij. col. in ver. quid tenendũ. referendo dicta ꝑ Aret. hic.

c ¶ Pro opi. cõi. Pro qua opi. cõi add Raph. Cu. in cõsi. clxxvj. incip. ꝓsupponit ꝙ Bart. & Bar. in cõsi. suo incip. ideo accessorij.

ſi ſtatuto cauetur, quòd ille qui habet inſtrumentum, debeat illud facere inſtituere intra certum tempus: idem erit in eo, qui non habet, ſed faciliter poteſt habere. & credo dictum eſſe verum in ſuis terminis, quia ſtatutũ ponderat negligentiam, quæ reperitur in iſto. facit optime tex. in l. j. §. qui ſub conditione. ſi quis omiſſa cã teſtamẽti. & in l. ſi quis hæres inſtituatᵲ. in princ. & ibi per Barto. ſ. de hæred. inſtitu. quia tñ periculoſum eſt recedere à ſnĩa communi, dicamus ſaltẽ, ꝙ iſtud verbum cõmune ſit in vltimis volũtatibus, in quibus ſit largior interpretatio ꝓ conſeruatione teſtamẽti: vt l. in teſtamẽtis. de regu. iur. ¶ † Secũdò adde de verbo, remaneat[a], qđ eſt verbũ cõmune, ſecundũ Barto. bonũ text. cum glo. & ibi per Bar. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. vbi iſta concluſio probatᵲ, quòd iſtud verbum exponitur in ſenſu directo, & obliquo. de verbo tñ, redeat: & de verbo, reuertatᵲ: & de verbo, reuoluatur, dixit Ioan. Andr. in c. ſi pater. ſæpe allegato. ꝙ iſta ſunt verba directa: ſed verius eſt, ꝙ ſint verba cõmunia, vt dicit Barto. Et ꝙ verbum, reuertatᵲ, ſignificet effectũ diſpõnis directæ, probatur not. & ibi tangit Barto. in l. ſi quis. C. de omni agro deſer. lib. x. & in l. ſi totas. in tex. iuncta glo. C. de inoffi. dona. vbi etiam ſecundũ vnum intellectum probatur, ꝙ poteſt accipi in ſenſu obliquo. l. ſi nunꝗ. C. de reuocan. dona. capitur in ſenſu directo, ſecundũ cõem intellectũ: & ſimiliter capitur in authen. de reſtitu. & ea quæ parit. §. j. quem tex. ibi no. Ang. ad hoc. Verbum etiã, ſuccedat, ſimiliter eſt verbũ cõmune[b], vt hic tenent omnes: & probatur vltra iura allegata per eos in l. nõ ſolum. ff. de in integr. reſtitu. vbi eſt caſus, ꝙ ſucceſſoris noĩe comprehendiᵲ tam ſuccedens per obliquũ, ꝗ directo. Verbũ autem, cõpetat, ſecundùm Ange. in auᵗ. de reſti. fideicõ. §. j. eſt verbũ obliquum: ſed ego nõ video rõnem, cur ſit magis obliquũ, ꝗ verbum, pertineat, vel perueniat. vnde nõ affirmo hãc cõcluſionẽ pro nũc. Et de multis verbis cõibus vide hic plene p Angel. quẽ hic refert Ioan. de Imo. & de verbo, vendicare, quod eſt verbũ cõmune, vide text. & ibi per Bald. in c. j. §. de dona. quali. olim feudum alienari poterat, & in c. licet. de ſepul. libr. vj. & Bald. in l. fina. de ſacroſanc. eccle. præallegata. Sequitur modo l. ſi quis eum.

SVMMARIVM.

1. Diſpoſitio nouiſsima in vltimis voluntatibus videtur derogare priori.
2. Principali ſublato tollitur acceſſorium.
3. Subſtitutio pupillaris fieri nõ poteſt filio præterito.
4. Teſtamentũ nõ valet, in quo filius natus eſt præteritus.
5. Ordine ſucceſsiuo quod fit, fieri videtur eodem tenore.

SI quis eum. Si ſeruus legatus ſubſtituitur pupillo cũ libertate, legatũ videᵲ ademptũ. Vel ſic, & magis ad tex. Si relinquiᵲ ſeruus alicui in teſtõ paterno, & eidẽ datur libertas in tabulis pupil. à ſubſtituto primo legatũ videᵲ ademptum. h. d. ¶ † Not. primò, ꝙ in vltimis volũtatibus diſpoſitio nouiſsima videᵲ derogare priori[c], ĩtellige niſi prior habeat clauſulam derogatoriã ad ſequentem: vt l. ſi quis in prin. teſtamenti. j. de lega. iij. & l. ſi mihi & tibi. §. fin. j. de leg. j. quæ hic allegatur in glo. Pro contrario hoc etiam eſt intelligendũ, qñ ſecũda diſpoſitio eſt incõpatibilis cũ prima: aliàs ſecus, vt plene declaratur j. de condit. & demonſtr. in l. nõ ad ea. ¶ Secundò not. ꝙ qñ duo teſtamenta, quæ vere ſunt diuerſorũ, habẽtur pro vno, propter vnitatẽ perſonæ diſponẽtis, & ordinantis: quicquid dicitur, vel diſponitur de contentis in vno teſtamento, habet locum in his duobus teſtamentis: quæ qualiter cenſeantur vnum, vel plura, dicetur in l. patris & filij. j. eo. Sequitur §. ſi ſuo teſtamento.

Si ſuo teſtamento. Tabulæ pupilla. valẽt, licet fiat ex ĩteruallo poſt teſtamentum, non tamen tollunt teſtamentũ principale: ſed ſi fiat ſecundum teſtamentum poſt primum, tollitur primum cum tabulis pupillaribus, niſi ſit ruptum ſecũdum ex prǽteritione filij iam nati. & ſunt tria dicta. Secundum eſt ibi: nam ſi ſibi. Tertium ibi: ſed ſi ſine &c. ¶ † Not. primò ibi: alia hora &c. ſecundùm ſecundam expoſitionem poſitam in gloſ. quòd iſta verba, alio tempore, vel alia hora, præſumptiue important, quòd inter tempus & tempus, vel horam & horam, fuerit interuallum extranei actus: ita quòd inter duos actus, de quibus fieret mentio, non intelligeretur tempus continuatum. Vnde ſi teſtis diceret, quòd vna hora vidit talem facientem ſic, & alia talem, non probaret actum ſimul eſſe factum ab illis duobus: ſecus ſi diceret, quòd Titium facientem ſic, & poſt eum talem: tũc enim probareᵲ actus ſimultaneus. de quo tamen dicto tradit Barto. & Modern. in lege, fructus. in fi. ſ. ſo. ma. & quòd iſte tex. intelligaᵲ de hora ſecuta ex interuallo, ſatis patet ex tex. dum dicit, adhibitis legitimis teſtibus. nam ſi tabulæ pupilla. fuiſſent continuatæ ad teſtamẽtũ, non erat opus in ipſis adhibere nouos teſtes, vel eoſdẽ iterũ, quia vna ſolẽnitas ſufficiebat pro teſtamẽto, & tabulis pupillaribus. ¶ † Secũdò no. in ver. nam ſi ſibi. ꝙ ſublato principali regulariter tollatur acceſſorium[d]. ſicut hic ſublato primo teſtamento tolluntur tabul. pupil. aliqñ tamẽ ex poſtfacto licet tollatur principale, remanet acceſſorium: iuxta not. in l. vſuc. C. de pigno. & in l. fideiuſſor obligari. in fine. ff. de fideiuſſo. ¶ † Tertiò not. ſecũdùm vnam expoſitionem literę in verſi. ſi viuo ſe &c. ꝙ ſubſtitutio pupil. nõ poteſt fieri filio præterito, & ꝙ filius nõ videtur inſtitui à patre, licet fiat eis ſubſtitutio, ſi ipſe filius viuo teſtatore deceſſerit. Contrariũ tenet hic Barto. expreſsè, adducens multa iura pro contraria parte, quę omnia fuerunt optime declarata in l. Gallus. in prĩ. ſ. de lib. & poſthu. & aliquid dicetur ſuper glo. quo ad intellectum literæ. ¶ † Vltimò no. quòd teſtamentum in quo filius natus eſt præteritus, non valet ipſo iure de iure ciuili: qđ patet, quia per illud non tollitur primum, etiam ſi filius moriatur viuẽte teſtatore, ſecundùm expoſitionem quam hic ſequitur Bart. ſi enim valeret ipſo iure de iure ciuili, tunc tolleretur primũ, ex quo eſſet poſsibile adiri hæreditatẽ ex ſecundo: vt hic declarat glo. ſuper verbo, viuo. & probatur in l. cùm in ſecũdo. ſ. de iniu. teſt. ¶ † In gl. poſita ſuper verbo, alia hora cõtinua. No. iſtam gloſſ. perpetuo, quia probat iuncto tex. ꝙ id qđ eſt factum duobus tẽporibus continuatis, ita ꝙ nullus actus extraneus interueniat, videtur factũ vno tẽpore[e]: quia quod fit ordine ſucceſsiuo, dicitur fieri eodem tẽpore. & ideo arguũt hic Mod. quòd ſi teſtes dixerunt ſe vidiſſe aliquẽ actum fieri vnus poſt alium, forte per rimulam oſtij, iſti teſtes dicũtur cõteſtes in tẽpore, ex quo deponunt de vno tẽpore cõtinuato. & ita notant doc. in l. teſtium. C. de teſtibus. & in c. prętereà. extrà, de teſtibus. pro quo vide bonum tex. quẽ ibi no. Bart. ad hoc in l. quærebatur. in fi. j. de teſta. mili. bene facit text. & quod ibi per Bar. in l. quòd ait. in fi. ff. de adul. & ad prædictã q. vide glo. ordi. quæ ita determinat. iij. q. ix. in c. nihilominꝰ. & Bal. in l. quid ergo. §. ꝙ ait prætor. vbi bonus tex. ff. de his qui no. infa. & Angel. in l. antiquæ. ff. ſi pars hære. petatur. & Anto. de But. in c. cũ oporteat. extrà, de excuſa. & inter alia tene mẽti quandam ſingularẽ doctrinam Bar. quam ipſe poſuit ad propoſitum in l. in operis. ff. locati. per quẽ tex. ipſe dicit, ꝙ ſi teſtes dicũt aliquid eſſe factum ſimul, ſatis eſt ꝙ à pluribus idẽ ſit factum eo die, vt dicatur ſimul factum: & ſi actus fuiſſent continuati, vnus poſt alium, hoc eſſet veriſsimum per ſuprà dicta: ſed ſi inter iſtos actus interueniſſet interuallum, & aliquis actus extraneus, hoc eſſet magis dubiũ: nec video, quo modo poſſet dici ſimul factum. Illud etiam tenebis menti, ꝙ quando teſtes deponunt de actu non iterabili ex interuallo: verbi gratia, vt de homicidio facto à pluribus, ſi non diſtinguunᵲ tẽpora in dicto ſuo, ad hoc vt euitetur cõtrarietas, intelligũt deponere, quòd actus fuerit factus ſimul à pluribus. qđ potuit fieri: vt l. ſi in rixa. ff. ad l. Corn. de ſica. ita tradit valde eleganter Barto. in l. j. §. non autem. iuxta fin. ff. de bono. poſ. ſecundùm tabul. ¶ † Sed quæritur pro declaratione literæ & gloſ. quia factum tempore continuato, dicitur factum vno tẽpore, quale tempus vel qualis dies debeat apponi in inſtrumẽto per notariũ? Et hanc quęſt. mouet hic Bald. dicens ꝙ debet apponi tempus cõcluſionis & perfectionis actus: allegat Inn. in cap. cõſuluit[f]. extrà, de offi. deleg. Ioan. de Imo. dicit hic, ꝙ Inno. ibi hoc nõ clare decidit: ipſe tñ credit hanc opin. eſſe veram: quia cũ notarius dicat, actum in tali die &c. iſta verba ſignificat actum perfectum, nõ in fieri: vt l. j. in fi. ff. quod quiſque iuris. & ideo debet apponi tempus cõcluſionis, quo actus eſt perfectus: vt l. cõtractus. C. de fid. inſtru. Iſta concluſio ꝓbatur manifeſta ratione, quia anteꝗ diſpoſitio habeaᵲ pro ſoluta, licet mille capitula præcedãt, nõ tamẽ dicitur aliquid formaliter actum, & quo ad effectum iuris: ſed omnia videntur ſimul etiam acta in cõcluſione, ſecundùm Bald. qui ita declarat, & bene, in l. quid ergo. §. pœna grauior. in pen. chart. ff. de his qui not. infa. & probatur in d. l. cõtractus. & in l. ſi inęqualibus. iuncta glo. ſua. ſ. de hæred. & iſta eſt mens Vltramont. dum dicunt, ꝙ illa pacta dicũtur incontinenti fieri, quæ fiunt ante cõtractum abſolutũ à partibus: ſicut refert Barto. in l. lecta. ſi cer. peta. & in l. iuriſgentiũ. §. quinimo. ſ. de pact. Vnde ſi nihil dicitur formaliter actum, niſi in cõcluſione: ergo illud tempus de neceſsitate debet apponi. Et ꝓ iſta cõcluſione vide quæ not. ponit Barto. in l. ſi teſtamentum. ſ. de teſtamẽ. vbi dixit, quòd ſi vna die ſcribitur ſcripta, & ſigillatur, & alia die ſubſcribitur, poteſt dici in ſubſcriptione actum totum illa die: quia tempus præcedens trahitur ad actum concluſionis &

a ¶ Remaneat. Et qđ denotat & dſignat vide d. Maria. So. in cõſi. xxxvj. inc. ĩ pſenti recte ac matu re. ver. vij. ꝓbatur. in j. parte.

b ¶ Eſt verbũ cõe. Vide cõtrariũ tenentẽ d. Signo. de Hõdeis, in cõſi. lxj. inc. d. Guid. facit teſtm̃ ꝙ verbũ, ſuccedat, ſit verbũ mere directũ: ſed tu tene id qđ tenet Aret. hic, qa eſt cõmunis opi. pro qua opin. adde Bar. in cõſi. ſuo inc. in qõ. ꝓpoſita, viſo puncto. & Pau. de Ca. in cõſi. cxxxiij. incip. viſo pũcto & dubijs ſupraſcript. in ij. colũ.

c ¶ Priori. Adđ Dy. ĩ cõſi. vij. & qđ ibi dixi in apoſt. & Dy. in conſi. lj.

d ¶ Acceſſoriũ. Adde Fel. in c. olim. de accuſa. in iiij. col. in fi. & adde ꝙ vbi cã annullans principale nõ cõcurrit in acceſſoria, annullato prĩcipali, nõ annullaᵲ acceſſoriũ: ita Fel. ĩ c. debitores. in ij. colũ. in ver. in gloſſ. j. poſt princ. verſi. de iureiur. vbi dicit, ꝙ eſt no. ad regulã, acceſſoriũ. de re. iu. in vj. facit qđ habeᵲ p do. Mari. Soc. in cõſil. iij. inc. circa pñtẽ cõſultationẽ. verſi. & no. glo. fi. ꝙ principale põt ſtare ſine acceſſorio, ſed non econtra.

e ¶ Vno tẽpore. Faciunt ad hoc ea quæ dixi ſ. eod. in l. ij. §. prius. vbi vide.

f ¶ Cõſuluit. Et ibi vide ad hoc oĩno do. Felyn.

sionis & subscriptionis. ¶ In eadem gloss. ibi: vel dic, quòd si fiat testamẽtum &c. Licet ista glossa in se contineat conclusionem veram, quam ego plene declaraui post Modern. in l. ij. §. prius. s. eod. non tñ respondet formaliter ad contrariũ, in quo dr̃, ꝙ vnũ testm̃ debet fieri vno contextu. Vñ Bar. ipse rñdet, ꝙ illa l. loquit̃ in testõ, qđ est vnũ omni respectu, & rõ diuersificatur aliquo respectu propter diuersas hæreditates, & diuersas personas, sicut in casu nostro. Ioã. de Imo. hic reprehẽdit istã sõl. dicẽs, ꝙ etiã legata q̃ sunt pars testamẽti, & omni respectu cõtinetur in vno testõ, possũt fieri ex interuallo: quinimo inferius in alia q. dicit, ꝙ hoc non reperitur iure cautũ, qđ dixit hic Bald. ꝙ vulg. substõ non possit fieri ex interuallo ad primũ testm̃: & tñ sine dubio illa est pars vnius testamẽti. Sed ad ista sua dicta cum reuerentia rñdit Barto. quia legata q̃ fiunt ex interuallo, post testm̃, in codicillis, non dicũtur proprie esse pars testĩ, sed dicunt̃ esse codicilli, qui viderẽtur esse pars testĩ, eo ꝙ recipiunt vires à testõ ꝑcedenti, & pẽdent ab eo: vt l. si quis cũ nullus. §. fi. cũ l. seq. & l. ante tab. ff. de iure codicillo. ¶ Substitutio aũt vulga. cũ sit ex interuallo, est nouũ testm̃: & ideo oportet oẽm solẽnitatẽ de nouo adhiberi: vt est tex. & ibi hoc declarat Bar. in l. heredes palam. §. si quis post. iuncta gl. s. de test. vbi probat̃, ꝙ non solùm si aliqđ mutat̃ de priori testõ, sed si aliqđ additur, oĩa disposita sunt renouanda: ex quo datur intelligi, qđ sit nouũ testm̃. Ipse tamẽ soluit aliter, dicens ꝙ anteꝗ̃ testm̃ perficiatur, debet fieri vno contextu: quia incepto testõ ante conclusionem, nõ debet qs diuertere ad actus extraneos: vt l. cũ antiquitas. C. de testa. Sed post testm̃ perfectum bene potest fieri aliquid ex interuallo, adhibita solẽnitate legitĩa, qđ sit pars testamẽti prioris, qđ est omnino falsum: quia sicut declarat tex. in d. §. si quid post. aditio facta ex interuallo est noua dispositio: capiendo tamen aliquid esse partẽ testĩ prioris, nõ proprie, sed ratione accessionis vel dependentiæ, hoc posset saluari: sicut dixi s. in exemplo de codicillis. ¶ In gloss. posita super verbo, si viuo. ibi: sub hac conditione. & ibi: vel dic &c Iste text. in principio istius gl. exponitur dupliciter. Prima expositio placet, per quam ꝓbat̃ singulariter, ꝙ per ista verba, si fili⁹ me⁹ me viuo decedat, talis sit hæres: filius nõ vr̃ esse in primo gradu institut⁹. Et qa Bart. videt, ꝙ sic intelligendo istã l. est ineuitabilis, iõ amplectit̃ secũdã expositionẽ, & exponit, si, ꝓ ꝗuis: & vult, ꝙ ista non fuerint verba testatoris, sed iurisconsulti: & nititur probare hoc per plures ll. ꝙ ꝑ illa verba posita in substõne induceretur institutio filij. Sed ista opi. cõiter reprehendit̃ ꝑ Mod. in l. Gallus. in prin. s. de lib. & posthu. de qua dic vt ibi scripsi. Sed quãtũ attinet ad propositum l. nostræ, ista expositio non cõuenit, neq; verbis neq; mẽti huius literæ: nã exponere, si, ꝓ ꝗuis, est impropriare literã: qm̃ dictio, si, sine copula nõ stat implicatiue, sed potius limitatiue, & conditionaliter: vt patet ex notatis in l. j. j. de condi. & demon. per Bar. Si autẽ stat ꝓpriè, tunc sensus literæ esset, quando ista essent verba iuriscõsulti, ꝙ testm̃, in quo filius est ꝑteritus, est nullũ, si filius ꝑteritus moriat̃ viuo testatore, q̃ locutio esset ineptissima, nã taci te daret̃ intelligi, ꝙ solũ isto casu esset nulla, cũ longe fortius sit nullum, si filius moritur post mortẽ testatoris: vt patet In sti. de exhære. lib. in prin. Præterea hoc tertiũ rñsum hic, qđ ponitur ꝑ dictionẽ aduersatiuã, sed si, q̃ regulariter aduersatur in iure & in facto: iuxta no. in l. sed si l. in prin. de pet. hære. & in l. hoc amplius. §. de his. ff. de dã. infect. aduersant̃ præcedẽtibus, q̃ dicta sunt in secũdo rñso: vbi iuriscõsultus dicit, ꝙ per scđm testm̃ validũ tollit̃ primũ testm̃, & tabulæ pup. Intẽtio ergo iuriscõsulti in tertio rñso est dicere, ꝙ qñ scđm testm̃ est ex præteritione filij, non tollunt̃ tunc tabulæ pupil. sicut nec tollit̃ primũ testm̃ principale. Sed ista decisio esset inanis & superflua, si filius esset mortuus viuo testatore: quia tunc eua nuisset penitus substitutio pupil. vt l. ꝙ si filius. ff. de capti. ergo iste intellectus nõ est sequẽd⁹ aliquo modo. Sed cõtra primũ intellectũ, quẽ ego sum secutus, impugnando intellectũ Bar. opponit Bal. dupliciter. nam videtur primò, ꝙ ex quo prçcesserat institutio filij, ĩ primo testamẽto, potuerit fieri substõ ex interuallo: & sic primum testamentum, maneret validũ, & etiã sequẽs substõ, cũ substi. sit pars testamẽti. Sed ad hoc ipse rñdet, ꝙ substõ nõ potuit fieri ex interuallo ad testm̃, cùm sit pars substantialis testamenti, à qua testamentum potest incipere: vt l. iij. in fi. s. de lib. & posth. quia testamentum debet fieri vno contextu: vt l. hæredes palã. §. fi. s. de testa. & per hanc rationẽ ipse videtur sentire, ꝙ substitutio deberet esse nulla. qđ non est verum, vt j. videbis: & tamen vt ipse dicit, iurisconsultus non fundat se in ista ratione, ꝙ ista substitutio vulga. fuerit nulla, sed quia filius fuerit præteritus: quæ ratio secundũ eum non videtur posse stare, secundũ istum intellectum: quia ex quo filius erat institutus in primo gradu, non debuit institui in secundo, imo potuit præteriri: vt l. si posthumus. §. quod vulgo. s. de lib. & posthu. & ideo quia retento isto intellectu hæc ratio esset falsa, ipse sequitur secundum intellectũ hic positum in gl. quem etiam approbat Bart. vt dixit. Do. Io. de Imo. hic dicit, ꝙ istud non reperitur iure cautum: nec est verũ, ꝙ substitutio vulg. non possit ex interuallo à testamento, quod est manifeste iure cautum, vt j. dicã, inquantum scilicet substitutio vulg. consideraretur vt pars prioris testamẽti. Vnde ipse ponit secundam responsionem, tenendo primum intellectum, dicens ꝙ ideo filius reperitur præteritus, quia testator expresse voluit facere nouum testamentum, & sic sublatũ est primum, cũ paganus non possit decedere cum duobus testamentis, quasi velit ꝙ si non appareret, ꝙ testator vellet facere nouum testamentum, substitutio vulg. facta sub modo, de quo in tex. non tolleret primum testamentum, sed esset pars eius. & per consequens filius non inueniret̃ ꝑteritus, ex quo ¶ erat institutus in primo gradu: vt s. dixi. † Tu autem dic, vt eleganter hic dicit Pau. de Ca. & verissime, ꝙ testator faciendo substitutionem vulgarem ex interuallo, licet non ꝓtestet̃ aliter, ꝙ vult facere nouũ testm̃, tñ hoc ipso nouũ testm̃ vr̃ facere & reuocare primũ. & hoc est qđ no. vult l. nostra, q̃ cõsonat cũ regulis iuris, q̃ dicũt, ꝙ qñ testator addit vel mutat aliqđ ex interuallo de primo testõ, illa videtur esse de noua dispositio: vt dicit tex. quẽ allegaui tibi superi⁹ ĩ l. hęredes palã. §. si quid post. de testa. & siquidem testator addit vel detrahit circa legata, tunc erit codicillus, qui vere est noua dispositio, licet fingatur esse pars testamenti, vt s. dixi. si autem addat, detrahat, vel mutet aliquid circa substantiam institutionis, tunc erit nouũ testm̃: [a] ita dicit tex. clare in l. tribunus. §. fi. j. de test. mi. & in l. ei⁹ militis. §. fi. cũ l. se. ff. e. ti. vbi tex. dicit, ꝙ q̃ diuersis diebus disponit diuersa, sæpe vr̃ testari. & ex hoc sequit̃, ꝙ si ista substõ tanꝗ̃ nouũ testm̃ sustulit primũ, filius remanet ꝑterit⁹. q in prĩo testõ fuerat institutus: vt dicit iste doc. eleganter, & bene. Et ex hoc infert ad notabilẽ & sing. conclusionẽ, ꝙ si in principio testĩ sit institutus hæres, cui detur substitutus vulg. ex interuallo sub cõditione, si institutus decedat viuo testatore, tũc primus institutus, et si testator ꝑmoriat̃, sibi nõ poterit succedere, quia primũ testm̃ est reuocatũ: substitut⁹ autẽ etiã ipse nõ poterit succedere pure post mortẽ testatoris, sed ita demum, si sit ĩpleta conditio sibi adiecta. s. si institutus decessit viuo testatore: nihil allegat pro hoc scđo dicto, sed dicit istũ casum esse valde extraneũ & nouũ. Tu autem vide text. qui optime facit ꝓ ista conclusione in l. peculiũ. in fi. ff. de leg. ij. per quem Bar. ibi not. decidit, ꝙ si relinquitur ab hærede si deicom. vr̃e, post mortẽ ipsi⁹ hæredis, & testamẽtum sit nullũ ex causa præteritionis, ita ꝙ hæreditas deuoluatur ad alios. s. ad venientes ab intestato: nihilominus conditio vel dies incertus appositus fauore eius qui vocabitur ex testamento: vt patet ex not. in l. cum qui. aliàs, Iabolenus. ff. de annu. lega. & in l. fideicom. §. cũ Pollidius. ff. de vsu. adhuc durat, licet cesset fauor illius, cuius gratia fuit appositus. Et hoc maxime est verũ, quando fauor primi vocati, cuius gratia fuit apposita conditio in sequenti, ce stat ex voluntate testatoris: vt solenniter declarat Bar. in l. filius. §. cũ quis in sua distinctione. ff. de leg. j. Nec dicas, ꝙ hic testator noluerit tollere primam institutionem, quia imo voluit, ex quo fecit testamentũ, quod sciebat tollere primũ, ĩ quo ali⁹ erat institutus. & per hoc habes optime declaratum & defensum primum intellectum, & sine dubio est magis amicus literæ. Et adde ad præmissa, ꝙ etiam si secundũ testamentũ fiat incõtinenti in dubio, reuocat primũ, etiã si sit factũ ab eo, qui põt decedere cũ duobus testamẽtis: ita videtur probari, non destruendo text. in l. quęrebatur. ff. de testa. mili. licet gl. ibi aliter sentiat. Barto. tamen in l. in militis codicillis. §. fin. eo. titu. simpliciter reprehendendo gloss. dicit, ꝙ etiam ille q põt decedere cũ duobus testamentis, faciẽdo secundũ videt̃ tollere primũ, licet nõ attingat pũctualiter casum ꝑdictum. Est tamen vna differentia no. vtrum actus sequens tollat præcedentem incontinenti, vel ex interuallo: si tollat incontinenti, actus prior non reputatur præcessisse, quo ad soluendam gabellam de contractu, vel de dispositione: secus si tollat ex interuallo, quia tunc de vtroq; soluet̃ gabella, scđm Bal. q ita no. decidit in l. pacta conuenta. ff. de cõtra. emp. & sequit̃ Ange. in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. Et ad conclusionem positã hic in glos. dũ dicit, ꝙ scđm testm̃, qđ rumpitur natiuitate posthumi non tollit primũ, quia videt̃ esse contra tex. hic allegatum per doc. in l. iij. §. si stante. s. de iniusto test. adde aliam bonam l. vbi gloss. allegat l. s. allegatam. in l. mili

[a] ¶ Testm̃. Et hãc responsionem seqtur & format do. Ias. May. hic ĩ ij. col. in ver. cõtra istũ text. in fi. in ver. referendum. Are. hic.

tis.§.fin.j.de testa.mili.vbi probatur,ꝙ ad hoc vt secundùm
testamentũ tollat primũ,satis est ꝙ ex eo aliquo tẽpore quo
testator moritur non possit adiri.Sequitur l.substituti.

Franc.Aret.

SVbstituti. Etiam nasciturus post mortem substituti põt substitui.
h.d.Sequitur l.si seruus communis.

SVMMARIVM.

1 ☞Necessarius testatori qui fieri potest,potest etiam fieri ne
cessarius testatoris filio.
2 Dispositio l.dicentis seruũ institutũ esse necessarium hæredẽ
testatoris,ad eum non extendit,qui fictè habetur pro institu
to à domino suo.
3 Verbalis oblatio quando sufficiat.
4 Debitum cũ non est liquidum,satis est ꝙ debitor offerat se pa
ratum ad liquidationem debiti.
5 Oblatio realis an sola sufficiat ad acquirẽdum ius de nouo ex
oblatione.

SI seruus cõmunis. Seruus cõmunis substitutus pupil.est necessarius, si redimitur à testatore:
secus si à pupillo.& si à n ullo redimatur, potest
ipse oblato pretio seipsum redimere,& esse liber,& hæres. h.
d.Secũda est ibi:si verò.Tertia ibi: quod si neq;.¶† Not.pri-
1 mò,ꝙ ille qui põt fieri necessarius testatori,põt etiã fieri neces
sarius filio testatoris.concordat tex.in l.sed plures.§.quos pos
2 sum.s.eo.¶†Secundò not.& semper tene menti in vers.si ve
rò.ꝙ dispositio l.quæ dicit,ꝙ seruus institutus est necessarius
hæres testatoris,non extẽditur ad eũ,qui fictè habetur pro in
stituto à domino suo:nã testamentũ patris respectu tabularũ
pupillatium fingitur esse testamẽtũ filij,quo ad fauorem ipsi⁹
filij:vt l.qđ Papinia.§.sed nec impu.ff.de inoffi.testa.& si ser
uus substitutus sibi fingitur institutus ab eo, & tñ non est ei
necessarius,vt hic vides.& de materia vide plene in text.& gl.
in l.sed si in cõditione.§.sed si seruum.s.de hære.insti.Facit ad
notata in l.iij.§.hęc verba.ff.de neg.gest.cũ materia.& est no
tabilis limitatio ad l.in suis.s.de lib.& posthu.cũ materia sua.
¶Tertiò no.iũcta gl.ꝙ maior est fauor testamẽti & libertatis
☞simul,q̃ solius libertatis. ¶† Vltimò no.casum, in quo quis
a cogitur vendere rem suã[a],propter fauorẽ libertatis, sicut &
aliàs ꝓpter vtilitatẽ publicã:vt l.Lucius.& l. itẽ si verberatũ.
in fin.s.de rei vendi.¶In glo.posita super verbo,offerens.ibi:
vel dic etiã consignatio.Bald.hic videtur tenere,ꝙ sola obla-
tio realis sufficiat,non autem verbalis,per l.iij.§.j.& per l.ser-
uus si hæredi.in fin.j.de stat.liber.Bar.hic approbat gloss.&
rectè:quia cùm ista oblatio tendat ad acquirendũ ius de nouo
offerendi,& diminuat de iure alterius, vel obliget alium ad
aliqd,nõ sufficit sola oblatio,sed requirit consignatio & depo
sitio:& hæc est vna regula,quã ponit not.Bar.in l.si ita. ff. de
cond.insti.& bene probat in l.j.de seruo commu.manu.& be
ne facit tex.in l.si à te.C.de pac.inter emp.& vend. arguẽdo
de iure,qđ acquirit per oblationẽ ex dispositione cõtrahẽtiũ
ad ius, qđ acquiritur ex dispositione l.Et ad iura alle. in cõtra
riũ respõdeo breuiter,ꝙ in illis ideo sufficit sola oblatio,qa nõ
auferet aliqd de iure alterius,nec ille cui offertur obligatur ad
dandũ aliquid de suo:nam per oblationẽ in dictis iuribus ser
uus hæreditarius cõsequitur libertatem:& sic hæres admittit
lucrũ q̃sitũ ex causa hæreditaria.De intellectu tñ illarũ ll.dicã
plenius infrà.Et hinc sumpta occasione Io.de Imo.hic prose
quitur quatuor casus ex dictis Bar.in l.acceptã.C.de vsuris.&
l.creditor.in prin.ff.de distract.pigno.& primo quærit, vtrũ
sufficiat oblatio verbalis:cuius dictis adde,ꝙ qñ creditor recu
sat recipere ab offerente verbaliter,videtur sufficere sola obla
tio verbalis,secundùm Bald.not.in l.j.C.ne liceat in vna ea-
demq; causa tertiò prouocare. & hanc conclusionem firmat
Rapha.Cu.licet non viderit Bald.in l.qui Romæ.in prin.ff.de
verb.oblig.per illum tex.à contrario sensu.dicitur enim ibi,
ꝙ debitor testatus est creditorẽ velle soluere Romæ,quod de
bebat alibi:& sic patet,ꝙ fuit oblatio verbalis,& ideo non te
nuit,quia non obtulit integrã summã:ergo à contrario sensu
si obtulisset,videbatur sufficere talis oblatio[b].Tu dic,vt ple-
b ne scripsi super hoc in d.l.q Romæ.& tñ pro nunc aduerte,qa
licet ibi interuenerit oblatio verbalis,non tamen negat,quin
realis fuerit facta,imo semper cùm sit realis oblatio,debent in
teruenire verba, ad ostendendum quam ob causam pecunia
3 præsentatur creditori.¶†Secũdò adde,ꝙ oblatio verbalis tũc
videt sufficere,qñ reus cõuenit in iudicio à ꝓcuratore, q nõ
habet mãdatum ad recipiendã solutionẽ,& dñs est absens à
domo iudicij:tũc enĩ videtur sufficere,ꝙ debitor dicat,ad pur
gãdũ morã,vel euitãdam,ego soluerẽ,si haberem cui soluere.
ita no.declarat Bar.in l.si seruus.§.videamus.vbi oĩno videas.
4 ff.de ver.obl.¶†Tertiò adde,ꝙ qñ debitũ non est liquidum,
satis est ꝙ debitor offerat se paratum ad liquidationẽ debiti,
& petat à iudice deputari calculatorem ad liquidationẽ debi-
c ti,scđm Bar.q ita no.in l.creditor.[c]in prin.ff.de distract.pig.
per not.in l.si residuũ.C.eo.& tangit glo.in l.ob signationem.
C.de so.Et aduerte,qa Bal.in loco præallegato nõ requirit, ꝙ
debitor præstet fideiussorem:& tñ tex.in l.statuliber rationẽ.
& l.seruus si hæredi.in fin.ff.de sta.lib.videtur hoc requirere.
& forte istud vltimũ est verũ,qñ ille q se offert,vult consequi
aliquod ius de nouo,sicut in d.iuribus volebat consequi liber
tatem:de quo tangit aliqd Ang.Mod.post eũ,in l.prætor.§.si
quis paratus.s.de oper.no.nun.Et aduerte,quia ille qui tenet
d p̄stare fideiussorẽ, satis est ꝙ offerat[d] cum aliter aduersario:
& si ille nõ vult recipere, sufficit absq; ꝙ offerens faciat nota
riũ recipere pro aduersario:ita dicit no.Ang.per illũ tex.& in
5 l.de pupillo.§.si is cui.ff.de no.ope.nũ.¶†Scđò tangit hic do.
Ioã.vtrũ sola oblatio realis sufficiat ad acqrendũ ius de nouo
ex oblatione.& in effectu sequit dicta Bar.in d.l.acceptã:cui⁹
dictis adde,ꝙ oblatio facta in iudicio nõ solũ in acquirenda a-
ctione pignoratitia operat idẽ qđ oblatio,cõsignatio, & depo
sitio extraiudicialis:vt dicit Bar.in d.l.creditor.per l.si rẽ. §.fi.
ff.de pig.act.refert hic Io.de Imo.sed etiã generaliter in quo
cũq; iure quærendo de nouo,qa nõ põt dari spãlis ratio in a-
ctione pignoratitia magis q̃ in alijs.Vñ idem vr dicẽdum in
quocũq; iure:& ita sentit Bar.in d.§.fi.sed clarius Bald.in l.si
reus paratus.ff.de procurato.vbi limitat hoc singulariter,nisi
creditor cui fit oblatio in iudicio,sit absens, & nõ inueniatur.
ita videtur probari elegãter ĩ illo tex.videlicet ꝙ tũc requirit
cõsignatio & depositio.& bene facit tex.in l.cũ heres.in prin.
ff.de statulibe.vbi est casus,ꝙ vbi aliàs sufficeret sola oblatio
realis facta præsenti,non sufficit si creditor sit absens sine cul-
pa sua.¶Secundò adde circa hoc membrũ,inquãtum Bar.di-
cit in d.l.acceptam. ꝙ in vltimis voluntatibus ille qui offert
realiter ad ius quærendum de nouo, purificat idem suum ius
ex oblatiõe,ita ꝙ trãsmittit ad hæredẽ,nõ tñ liberat à p̄sentã-
do,vel qđ debebat p̄stare,fallit fauore libertatis: vt l.cũ qdã.
C.de cõ.in.sertis.nã alibi ipse Bar.dicit,nihil esse spãle in liber
tate.Sed distinguit aliter,videlicet ĩ l.cui fund⁹.ĩ fi.de cõ.& de
mõ.vbi not. dicit,ꝙ qñ ille q offert ex sola oblatione cõseqt
totũ qđ habet consequi ab aduersario, sicut ille, cui debetur
libertas,tunc sufficit sola oblatio semel facta: secus si non con
sequitur totum:verbi gratia, quia post dominiũ translatum
hæres debet tradere rẽ,tunc potest cõsulere sibi per rationem
rei, quãuis ius offerentis sit purificatum. Ego autem admitto
istam distinctionem cũ limitatione,quã sentit Bar.in d.l.si ita.
præallegata.nisi ex oblatione ille cui offertur incurreret dam
num,admittẽdo ius suum:aliàs illa distinctio esset falsa, & cõ
tra tex.in d.l.j.§.sinautem.C.de seruo communi manumisso.
vbi ex sola oblatione seruus consequitur totum,nec amplius
debet sibi præstari quicq̃,& tamen sola oblatio non sufficit.
Dicit etiam solenniter Bartol. in dicta l.si ita. & hoc non tan
git alibi per illum textum,ꝙ quando conditio est implenda in
persona illius, qui ex implemento non obligatur ad aliquid,
vel non perdat aliquid de suo,sufficit semper sola oblatio:qđ
est valde nota.& forte ita intelligit l.iij.de statu liberis.suprà
allegata. & l.seruus si hæredi. quia in illis casibus hæres non
obligatur ad aliquid de suo,nec perdit aliquid de iure sui patri
monij:& sic sentit aliam solutionem ad illas leges,& ad l.cũ
quidam.de conditio.insertis.quàm in l.cui fundus.præallega-
ta.Adde etiã ad istã materiam,ꝙ in contractibus innominatis
sola oblatio etiam cum consignatione & depositione non suf-
ficit,ex quo ille cui offert,nõ vult recipere, quia in ipsis est lo
c⁹ pœnitentiæ.gl.est singularis, quã ibi notant Bar.& Bal.in
l.iurisgentium.in principio.ff.de pactis.¶Itẽ adde,quòd ob-
latio facta à tertio sine dubio ex parte rei tollit moram rei,
& assignatio & depositio liberat eum ipso iure: ita declarat
Bal.in l.j.ĩ fi.ff.de neg.gest.& in l.soluendo.ff.eodẽ tit.per l.
qui decem.§.cùm tamen.ff.de solutio.Sed maius est dubium,
vtrum ista oblatio sufficiat,cùm fit ad tertium, quo ad puri-
ficandum ius offerẽtis: super quo Baldus dicit quòd sic,in l.
finali. C. de conditionibus instituen. & sequitur ibi Ioan-
nes de Imola,per illum textum, quem optime inducit, si-
cut dixi in voce, & poteris ibi videre per eum, vbi probatur,
quòd conditio damni potest impleri per alium soluentem,e-
tiam

a ¶Rẽ suam. Adde Fely.in c.j.in j. col. in ver.vlti.nota. de iudi.

b ¶Talis oblatio. Addẽ q̃ habent p d. Ale.de Imo. in cõ. cvij. iiij. parte. & Matthe.ĩ no.cxix.

c ¶L.creditor.Et ibi vide do.Alexan.de Imo. & dñm Bart. Soc.in consil. cxcix.inci.in cã facta.ĩ an.xxxj.in ver. vnde inferẽdo.in ij.p-te.

d ¶Offerat.Adde d. Alex.de Imo. ĩ cõsil.cxviij. iiij.parte.

etiam sine mãdato. Et licet ille tex. potest restringi ad casum, quãdo ille cui offertur recipit per pecuniã: probabilius tamen est simpliciter intelligere, etiam si pecunia nõ recipiatur: aliàs non esset verum simpliciter, ꝙ cõditio dãni possit impleri per alium. Pro qua cõclusiõe vide tex. & qđ ibi no. Ang. in l. tale pactum. §. post diuisionem[a]. ff. de pact. & ad materiã vide bonam glo. in l. Celsus. §. fin. ff. de arbit. & text. cum glo. qui loquitur de oblatione, quæ fit inhabili ad recipiendum solutionem: verbi gratia, minori. in l. ait prætor. §. j. ff. de mino. & ad de ad ea quæ s. diximus. primò, ꝙ tex. in l. tale pactum. & post diuisionem. quẽ ibi not. Ang. loquitur de oblatione, quæ fit à tertio ad liberandũ debitorem, non ad acquirendũ ius alteri. ¶ Secundò adde, ꝙ ad perfecte distinguendũ in vltimis voluntatibus, vtrum oblatio sufficiat, debent iungi duo dicta Bart. simul: videlicet d. l. si ita. & in d. l. cui fundus. in fi. vt dicamus, ꝙ quando ille cui offertur non incurrit damnũ, vel obligatur, sed solùm perdit lucrum, aut incõtinenti post oblationem cõsequitur totum ius suum, ita ꝙ nihil amplius expectat: & tũc sufficit sola oblatio. Si autem post ius quæsitum & purificatũ adhuc restat executio facti: verbi gratia, traditio rei: tũc serua dicta Bart. in d. l. cui fundus. ¶ Tertiò adde tex. notabilem in l. iij. §. si plus. ff. de statu liber. qui videtur probare manifestè, ꝙ valet oblatio facta in sacculo, vel ĩ sole: tamẽ declara vt hic per Modern. qui sequunẽ dicta Bartol. in l. cũ seruus. in fin. j. de condit. & demonst. ¶ † Vltimò adde in illo articulo, vtrum quis regulariter non interpellatus teneatur offerre tex. notabilem in c. j. §. licet. & ibi ponit Bal. si de feudo fuerit cõtrouersia inter dominũ & agnatum. per quem ꝓbatur, ꝙ etiam ille q̃ est obligatus ex iuramento, sicut est vasallus, ad ꝑstanda seruitia, & auxilium, & opem domino: vt in c. j. de noua forma fidelitatis. non tenetur offerre, nisi sit interpellatus: & per illũ text. videtur confundi singularis doctrina Io. And. in c. breui. de iureiurã. vbi tenuit cõtrarium. & idem tenuit Specul. in tit. de aduocato. §. j. versi. sed nunquid is qui iurauit. quæ opinio videtur vera, maxime quia in iuramento subintelligiẽ conditio quæ erat in obligatione principali: vt l. fin. & quod ibi notatur. C. de non numerata pecun. Sequitur §. si Titio. cum l. idem est, & simul.

Si Titio. Iste §. summatur cum l. ista, quia doc. simul eos summant.

SVMMARIVM.

1. Hæres cùm instituitur post mortem legatarij, subducitur dies incertus de medio, & succedit institutus, acsi dies incerta non fuisset acta.
2. Verbum, accipiat, & verbum, competit, est cõmune, non directum.

Idem est &. Si seruus legatus substituitur pupillo cum libertate, euanescit legatum adueniente conditione, etiam si substituatur post mortem legatarij. h. d. cum l. seq. ¶ Not. hic casum expressum contra gl. in l. si quis eum. in princip. s. eo. quæ voluit, ꝙ quando libertas conceditur seruo sub cõditione, legatum factum de seruo reuocetur incõtinenti. nã hic probaẽ cõtrarium, & clarius. l. si post mortẽ. §. fin. j. de leg. j. vbi declaratur, ꝙ etiã legatũ qđ fuerat purè relictũ per libertatem datam sub cõditione, efficiẽ cõditionale. ¶ † Secundò nota, ꝙ quando hæres instituiẽ post mortẽ legatarij, subduciẽ dies incertus de medio, & succedit institutus, acsi dies incerta nõ fuisset adiecta: vt hic videbis declaratũ in glo. posita super l. idem est. & ex hoc infert hic not. Bald. ꝙ si testator legat vxori vsumfructũ omniũ bonorũ suorum, & post mortẽ eius instituit aliquem hæredẽ, tollaẽ dies incert⁹ de medio, & põt hęres succedere, quo ad proprietatẽ in vita legatarij: de qua qõne plene scripsi post eum in l. filius à patre. in prin. s. de li. & posthum. & vtrũ iste tex. bene inducaẽ ad hoc, patebit ex his quæ diceñẽ in glo. ¶ In glo. posita super l. idẽ est. ibi: sed certe licet nõ expectet mortẽ &c. Glo. ista quantũ ad l. nr̃am cõtinet veram solutionẽ: quia hic libertas non conferẽ simpľr post mortẽ, sed sub alia cõditione, si seruus post mortẽ succederet pupillo: vnde licet eijciatur mors de medio, nõ tamẽ eijcitur conditio succedendi ex tabulis pup. & iõ videm⁹, ꝙ si seruo cõcediẽ libertas, & hæreditas post mortẽ primi hr̃dis, qa libertas non põt deberi sine hæreditate, cũ hæreditas non deferaẽ, nisi post mortem, non subtraheẽ tunc dies incertus de medio. ita dicit text. not. in l. qui filio. in princ. s. de hæred. instit. Est enim tũc dies incertus cõditio quædam adiecta hæreditati: hæreditatis autem acquisitio est conditio adiecta libertati. Vnde licet dies incerta adiecta directo libertati tollatur de medio: secus tñ est, qñ principaliter adijciẽ alteri rei, quæ facit cõditionẽ libertati, si ipsa res acquireẽ. Sed tamẽ istud dictũ, ꝙ dies incerta remoueatur de medio in libertate est valde dubiũ: qa cõtra tex. in l. si post mortẽ. §. fin. hic allegato. videẽ esse casus clarus in l. peculiũ. in fi. ff. de leg. ij. Doc. cõiter sequẽdo gl. in d. l. si post mortẽ. dicunt, ꝙ l. peculium. in fin. loquiẽ in libertate, quæ relinquitur per fideic. post mortem legatarij. Sed tex. in l. si post mortẽ. loquiẽ in libertate, quæ relinquiẽ directo post mortẽ legatarij: & potest esse bona ratio diuersitatis, ad interpretandum mentẽ testatoris magis fauemus libertati directæ, quàm fideicõ. vt est casus in l. quod traditum. iuncta l. non ad ea. §. fi. cũ l. sequẽ. j. de condi. & demonstr. Et secundũ hanc solu. quã approbat hic Ioan. de Imol. habes notare duo perpetuo. Primum est, ꝙ adhuc hodie de iure nouissimo remanet aliqua differentia inter legata & fideicom. particularia: qđ est addendũ ad notata in l. j. j. de lega. † Secũdò, & hoc semper tenebis mẽti, ꝙ verbum, accipiat, & verbũ, cõpetit, est verbũ cõmune, nõ directum: quia in d. l. peculiũ. in fin. exponitur pro obliquo, ꝑ Barto. & alios, quod facit ad no. in l. centurio[b]. s. eo. Sed ista solutio cũ reuerentia videẽ falsa, & impossibilis, duplici ratiõe. Prima est, quia verbum, cõpetit, ibi positũ determinat simul duo, videlicet legatum relictum legatario, & libertatẽ quæ cõpetit seruo. ergo cũ vnum ex his sit sine dubio directũ, scilicet legatum serui, similiter debebit interpretari, ꝙ libertas competat directo. per regulam positã in l. iam hoc iure. §. j. s. eo. Secũdò, & fortius, quia tex. in secundo responso illius §. dicit idẽ esse qđ in præcedentibus, si seruus iubetur esse liber legatario moriente: sed in isto casu impossibile est dicere, ꝙ cõpetat fideicom. libertas: ergo ista sol. non procedit. Quòd autẽ sit impossibile, apparet: quia vt ibi exponit glo. & bene, ille tex. ponit casum, qñ libertas relinquitur non post mortẽ, sed in morte legatarij, id est, dum est in actu moriendi. quo casu viuens moritur: vt dicit tex. in l. qui duos. in fin. de manu. testa. videẽ ergo relictum istud factũ in ipo extremo mortis articulo. quo casu impossibile est, ꝙ detur libertas per fideicõ. qa ista datio est actus volũtatis, qui non põt explicari in extremo mortis articulo: vt l. fin. ff. qñ dies lega. cedat. & declarat Bart. in l. miles. §. pro parte. de leg. ij. ergo necessario intelligitur de libertate directa. & ista inductio fortiter vrget. Vñ cogitabã, ꝙ forte posset dari noua solutio, quæ in aliquo non violat dicta iura, vt dicamus, ꝙ libertas cõpetit purè, quo ad existentiam legati, & pèr cõsequens essentia legati prioris euacuaẽ, quo ad ius dominij, quod haberet legatarius in ipso seruo: nam vere seruus est liber incõtinenti: in quo ergo cõsistit legatum in emolumẽto, operatur ꝙ pendente die certa, vel incerta, põt percipere legatarius ex opera serui, qui nunc est liber: & hoc videtur velle tex. ĩ l. cũ quo. §. is qui j. ad l. Falc. dum dicit, ꝙ illud emolumẽtum defalcaẽ. Nec mireris hoc contingere in isto casu: quia & aliàs contingit, quòd quando dies incerta adijcitur legatario, id est, ei cui fit legatum[a], legatũ dicitur purum, quo ad essentiam, & quo ad effectum transmissionis, sed non quo ad emolumẽtũ & executionẽ: vt probaẽ in l. hęres meus. in prin. & ibi per glo. & Barto. j. de cõdit. & demonst. & tangit glo. in l. extraneum. C. de hęre. instit. & erit talis casus, secundũ hoc, ꝙ ille qui vere est liber, nõ sequetur effectus libertatis, id est, vt ex operis suis quærat sibi, & nõ alteri, nisi adueniente die. Ad tex. in l. cũ quo. §. is. qui. ff. ad l. Falc. nititur hic rñdere Io. de Imo. ꝙ ibi præcedat legatũ libertatis, & sequitur legatum factũ de seruo alterius, vsqꝫ ad certum tempus: vnde quia legatum factum de seruo sequiẽ legatũ libertatis, nõ possumus dicere, ꝙ videaẽ ei derogatũ per relictũ libertatis: quoniã sequẽtia derogant præcedentibus, nõ ecõtra: vt l. pacta nouissima. C. de pact. Sed in l. si post mortem. §. fin. legatum serui præcedit legatum libertatis. Vnde potest dici, ꝙ per libertatẽ postea executã videaẽ recessum à priori legato, ex quo adijcitur dies oĩno extitura. Et licet ipe ponat hanc differentiã casuum impugnando gloss. quæ hanc differentiam improbat in d. l. si post mortẽ. in fi. nõ tamen assignat hanc diuersitatẽ rõnis, sed forte sentit, quę tñ est cõtra regulas iuris, quia pœnitẽtia nõ ꝑsumitur incõtinenti in eadẽ scriptura: vt l. non ad ea. circa mediũ. s. allega. nisi forte dices esse speciale fauore libertatis. Sed quia ista sol. non satisfacit oĩbus iuribus, & etiam inducit ius spãle, ideo sol. ꝑcedens ꝑ me data magis placet. Sed opponitur fortiter cõtra pdicta, & videẽ ratio ꝙ iuriscõsulti in d. l. si post mortẽ. in fi. sit falsa: licet enim dies incertus mortis sit oĩno extiturus, quia tamẽ ista dies incerta adducitur legatario, à quo relinquitur libertas, videtur quòd faciat conditionem: qm̃ ille cui fit legatum: verbi gratia, seru⁹ cui relinquitur libertas, posset mori ante mortẽ illius, à quo libertas relinquitur, & sic legatum extingui. Et ista ratio videtur sufficere, vt dies incer-

[a] ¶ §. post diuisionẽ. Et ibi vide etiam Pau. de Ca. & Pet. de Suza. in d. l. acceptam.

[b] ¶ In l. centurio. Et ibi vide quę dixi in apostil.

tus faciat conditionem: vt l. hæres meus. in prin. & ibi per Barto. j. de cõdi. & demonstra. & l. quibus diebus. §. quidam Titio. eo. tit. & l. filius à patre. in princi. in vltimo rñso. s. de libe. & posthu. cur ergo non est cõditionale in casu nostro, sed reijcitur de medio dies incertus? Sed ad hoc est rñdendũ, & est a noua limitatio[a] ad iura s. alleg. ꝙ tunc ratio ꝑdicta facit dispositionem cõditionalem, qñ extinctione legati, quæ fieret per mortem legatarij, alius consequeretur aliquod emolumentũ, quia res legata remaneret penes eum. Sed in casu nostro, licet seruo moriente in vita legatarij extingueretur legatum libertatis, hoc tamen non afferret aliquod emolumentũ alicui, ex quo res ipsa legata periret vnà cũ legato libertatis: & per hoc sit expeditus iste difficilis §. Et attẽde, inq̃tũ suprà dixi, ꝙ in l. peculium. in fin. in scd̃o rñso. oportet intelligere, ꝙ libertas fuerit relicta directo, qa non potuisset dari ab eo, qa substitut⁹ in extremo mortis articulo. Hoc videtur posse impugnari, saluando dicta doct. quia in extremo mortis articulo libertas fideicõ. potuit dari per procuratorem constitutum specialiter ad hoc. s. ad manumittendum, sicut dicemus in alijs negocijs, quæ possunt expediri per alium, in l. fin. ff. de cõdi. instit. Sed ista responsio non videtur tuta: quia si sic intelligeremus, tunc iurisconsultus non dixisset indefinite, sed simpliciter, ꝙ libertas competeret in extremo mortis articulo, sed si potuisset dari per alium: vnde cùm indefinite & simpliciter hoc dicat, videtur ponere casum, in quo absolute & omni casu libertas possit competere. Et isto modo inducendi vtitur Ioan. de Imo. in l. fi. præallegata. dum vult probare, ꝙ oblatio pretij soluendi in casu dictæ l. potest fieri à non habente mandatum. Sequitur l. patris.

a ¶ Noua limitatio. Imo est ꝓpria rñsio Pauli in d. l. si post mortẽ. §. si sæpius. in text. Alex.

b ¶ Pro tali. Add̃ Feli. in rub. de fi. istr. in j. col. statim post med. & ibi accipiaĩ pro tali.

c ¶ Nõ verè. Vide cõtra opp. d. Ias. Ma. hic circa prin. j. col. in ver. ego in cõtrarium.

d ¶ Pœnę. Adde Fe. in c. afferte. de præsumpt. in j. colũ. circa med.

e ¶ Actũ. Vid̃ d̃ hoc omnino d. Feli. ĩ c. inter dilectos. de fide instru. in iij. col. in ver. & aduer. circa prin. ver. & in c. cũ ordinẽ. ĩ prin. de rescript.

SVMMARIVM.

1 Patris & filij testamentum non sunt proprie vnum, sed habentur pro vno.

2 Testamentum patris licet fiat in scriptis, tabulæ tamen pupillares fieri possunt viua voce.

PAtris & filii. Testamẽtum patris & filij, quo ad vnam solennitatem, q̃ sufficit vtriq;, habetur pro vno, etiã de iure prætorio. h. d. Secũda est ibi: nam vt Marcellus. Tertia ibi: sed & si pater. ¶ 1 †Not. primò ꝙ testamẽtũ patris & filij non sunt propriè vnum, sed habentur pro vno. aliud est enim esse talem, aliud haberi pro tali[b]: vt l. j. in prin. & ibi per Bart. j. de suis & legi. & l. mercis. la ij. de verbo. signi. Ego autem not. ex isto tex. ꝙ vbicunq; aliquid est tale, nõ simpliciter, sed secundũ quid .i. quo ad aliquem respectum, semper illud dicitur tale improprie & ficte, non vere,[c] etiam si lex disponat super iure, super quo potest disponere per veritatem, si simpliciter disponeret. concordat tex. optimus, & ibi per Bal. in l. cùm ex oratione. s. de excu. tuto. & ita concludit Barto. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adul. Quia tñ hæc duo testamenta habentur pro vno, arguit hic Ange. ꝙ ex forma statuti notarius debet pro quolibet testamento habere tantũ, vel de quolibet testamento debet solui gabella: pro testamento patris & filij non fiet nisi vna solutio, qñ testamentũ filij fuit factum vno contextu cũ testamento patris: secus si fuisset factũ ex interuallo, secundũ eum, quia tunc etiam respectu solennitatis diceretur diuersum. Sed hoc vltimum reprehẽdit hic Io. de Imo. dicens, ꝙ etiam testamẽtũ filij factum ex interuallo potest dici vnum, inquatũ dependet à testamento paterno, & sic pars testamenti paterni: vt probatur in l. ij. in prin. s. eod. & inde est, ꝙ licet fiat ex interuallo, non tollit testm̃ paternũ, qa censetur esse pars eius: vt l. si quis eũ. in fin. s. eo. & hoc maxime est verũ ratione vnitatis personæ, quæ facit testamentum sibi & filio: & isto respectu etiã ista dicuntur vnum testm̃, vt hic per Barto. Sed ista doctrina Ange. in casu nostro non videtur esse vera: vnde debes considerare pro intellectu q. ꝙ aliquãdo duo contractus subordinantur adinuicem ad vnũ effectum, & super vna re: sicut pactum de vendendo ad ipsam vẽditionem: & tunc non debet solui gabella de duobus contractibus, quia secundus est magis in pretio primi, q̃ꝫ nouus contractus: ita dicit tex. notab. in l. si tibi pecuniam. ff. si certum peta. ita derterminat Bart. in l. fi. §. j. ff. de publica. ita etiam cõcludit Bald. eleganter in l. cùm dotem. in fin. C. de iure dotiũ. idem si secundus contractus super illa re veniat accessorie ad primum, sicut pignus vel hypotheca ad obliga. principalem: vt declarat Bal. in loco ꝑalleg. & ideo potest saluari qd̃ ipse dicit alibi singulariter in rub. C. depositi. ꝙ de pacto apposito iuxta contractum non soluitur gabella, quasi de nouo contractu, quia venit accessoriè ad cõtractum præcedentem: sicut dicit Bal. post Guil. de Cun. in l. non solũ. ff. de resti. in integ. ꝙ si de venditione fructuũ debet solui gabella, non soluet̃ de fructibus sub ratione fructuũ, qui sunt pẽdẽtes tempore venditionis, quoniã illi veniũt accessoriè ad rem venditã, sicut pars rei: sed qñ sunt duo cõtractus, qui quo ad quædã, considerãtur de per se, & quo ad quædã vt vnũ, seu duæ dispões, tunc statutum qd̃ loquit̃ de solutione gabellæ, est videndũ, quã qualitatem cõsideret: nam si cõsideret qualitatem, scd̃m quam ista duo sunt diuersa, & nõ habentur pro vno, videt̃ ꝙ gabella sit soluenda de vtraq;, in proposito aũt nostro cũ testm̃ pupilli & patris considerent̃ vt diuersa respectu acquisitionis hæreditatis: vt hic bene declarat Bar. & satis probatur Insti. de pup. substitu. §. j. vbi dicit̃, ꝙ sunt duæ hæreditates, & lucrũ acquisitionis hæreditatis cõsideret statutum dispones de solutione gabellę, vr̃ ꝙ pro duabus hæreditatibus sit soluẽda duplex gabella: facit optime tex. in l. j. in princ. & per totã l. C. de impo. lucra. descrip. & idem est, ꝙ regulariter gabella non debet solui de re, vel de ꝓtio, nisi deductis sumptibus: vt est casus, & ibi per Bart. in l. quantitas. ff. ad l. Fal. & not. idẽ Bart. solenniter in l. sed in hoc. §. j. ff. de condi. & demonst. & Bal. in l. si à dño. §. fi. s. de peti. hæred. Ex hac tñ vnitate, de qua dicit̃ in text. arguit Barto. alibi per istã l. ꝙ si pater & filius faciunt nuptias simul, & ex forma statuti in vno cõuiuio nõ possunt esse nisi certę ꝑsonæ, quo ad cõe conuiuium, & nuptias patris & filij, licet sint d duo matrimonia, dicuntur vnũ, quo ad euitationẽ pœnæ[d]: ita decidit ipse in l. inficiando. §. infans. in vlt. ff. de fur. ¶ 2 Scd̃ò nota. in vers. sed & si pater. ꝙ q̃uis testm̃ patris fiat in scriptis, tamẽ tabulæ pupillares possunt fieri viua voce. & ex hoc arguit hic Ang. ꝙ licet sit data sñia diffinitiua in scriptis, iudex tñ eadem die põt cõdẽnare in expẽsis viua voce: iuxta l. Paulus. ff. de re iudi. & hoc est verũ, scd̃m eum in d. l. Paulus. si cõdẽnatio ista fiat ex interuallo: qa cũ sit interlocutoria, nõ reqrit scripturã, vt plene declarat̃ in gl. & per doc. in l. nequicq̃. §. vbi decre. s. de offi. proconsul. & legati. & in c. fin. de re iudi. lib. vj. Quòd autem sententia lata super expẽsis sit interlocutoria, tenet gl. ex ꝑsse in l. qd̃ iussit. ff. de re iudi. & Bar. in l. Titia. ff. de accusa. & Inn. in c. sæpe. extrà, de app. Si aũt condẽnatio expẽsarũ fiat vnico cõtextu cũ diffinitiua, tunc scd̃m Ang. in loco alle. erit diffinitiua, & ideo debebit ꝓferri in scriptis. Sed Io. de Imol. in d. l. Paulus. videt̃ tenere contrariũ, per l. qui agnitis. ff. de except. vbi probat̃ scd̃m eum, ꝙ diffinitiuę sñiæ põt misceri interlocutoria. Tu aũt dic, ꝙ opin. d. Ang. est vera. Primò ꝑ tex. iũcta gl. valde not. in l. si naũt. §. fi. ff. de ne. gest. vbi gl. dicit, super verbo, reprobauit. ꝙ si iudex in sententia diffinitiua reprobat exceptionẽ cõpẽsationis, ista reprobatio est sentẽtia diffinitiua: & hoc fatetur ibi Bal. licet nõ sequat̃ cõclusionẽ d. gl. ibi positã, quo ad aliud. Nõ obst. tex. in l. q agnitis. qa scd̃m primã expositionẽ ibi nõ fuit nata aliqua diffinitiua, sed simplex interlocutoria de subscribẽdo instrõ, quæ vocat̃ etiã ꝑceptum, qd̃ non est sententia diffinitiua, & maxime cũ sit sup alio, q̃ꝫ super negotio pricipali ad decidẽdũ totũ negotiũ: vt patet in tex. & ex his q̃ ibi not. Bar. in l. ait ꝑtor. §. permittit̃. ff. de mino. & not. per glo. & doct. in l. fin. §. necessitatẽ. C. de bonis quę liberis. Si vero sequimur scd̃am expositionem, vbi gl. exponit præceptũ pro sentẽtia diffinitiua, in qua iudex mãdauit subscribi instrumẽtis, & alternatiua stat ꝓprie, ita ꝙ verbum, interlocutio, non significat idẽ: tũc ille tex. facit ꝓ Angel. qa ostẽdit, ꝙ qñ tale ꝑceptum fit in sententia diffinitiua, non est interlocutoria, vt patet de se. ¶ In glo. posita sup verbo, resignare. Prima expositio gl. ꝓcedit sine difficultate, quã declaro vt hic per Bar. & Moder. Secunda expositio gl. põt intelligi duobus modis, vel intelligẽdo ꝙ tabulæ pupillares fuerint factæ ex interuallo. Si intelligas primo modo, expositio põt saluari, sed habet dubiũ: nã licet non fuisset necesse signare testamẽtũ pupillare, qa signatura facta in primo sufficiebat: ex quo tñ testõr signauit etiã pupillare, nõ videt̃ voluisse vti beneficio l. cui videt̃ potuisse renũciare, iuxta regulã l. si qs in conscribendo. C. de pac. cur ergo si postea destruit sigilla, põt remanere dispositio valida? Sed ad hoc videt̃ posse dici, ꝙ illa solẽnitas adhibita superfluè, nõ videbit̃ adhibita, vt renunciet̃ beneficio iuris, sed potius ad cautelã, quæ patet: qa si adhiberetur minus legitimè, nõ vitiaret actũ, scd̃m gl. in l. vnũ. ff. si certa peta. & est optimus tex. in cle. sæpe. in fin. de verb. sign. & ego plene scripsi in c. examinata. de iudi. vnde reputo esse casum singularẽ scd̃m hanc expositionẽ, †ꝙ solennitas superuacua adhibita nõ solũ si adhibet̃ ineptè non annullat actum, sed etiam e si adhibetur legitime, & postea tollatur, non vitiat actum[e], secus si adhiberetur de necessitate: vt l. ad testium. §. si signa. s. de testa. Secundo modo intelligit Pau. de Cast. hoc, q̃uis primum sensum sequant̃ cõiter doc. vt etiã ipse fatet̃, ꝙ hæc signatio in

tio in tabulis pupillaribus interuenerit de necessitate, qa fuerunt factæ ex interuallo. & tamē tu dic esse casum notabilē, ꝙ si ista signa destruant per testatorē, dūmodo remaneāt signa integra in testō paterno, tabulæ pupillares valeant. Qđ dictū licet sit mirabile, nō videt posse stare: quia si signa remota habētur pro non appositis, vt dicit tex. in §. si signa. ergo perinde est, ac si à principio tabulæ pup. nō fuissent signatę: sed tunc non valuisset testamētū pupillare factū ex interuallo. Ergo cùm res deueniat ad eū casum, à quo incipere nō pōt, actu nondū perfecto, & cōsummato, vitiabit actus: vt l. pluribus. §. & si placeat. & ibi p Bar. ff. de ver. ob. Preterea ego video, ꝙ codicilli confirmati in testamēto, qui cēsentur esse partes testamēti, si cācellantur ex postfacto, quamuis possint legi, intelligūtur sublati, licet remaneat testamētum: secundū glo. in l. j. in fi. de his quæ in testamēto delētur. Cur ergo non operatur resignatio hoc idē, qđ operatur cācellatio, in his quę veniūt accessorie ad testamētum: nō intelligo, vñ opinio communis videtur verior. ¶ † Extra gl. tetigit hic Bar. quid si plura testamēta diuersorū fiunt in vna charta, vtrū si testes sunt rogati simul pro omnibus dispositionibus, valeāt dicta testamēta. Et cōcludit ꝙ sic, quia hic videtur adhibita vna solennitas pro omnibus, quę nō sufficeret, sed vnico contextu verborum potuerūt rogari testes, vt interessent omnibus testamētis contētis in vna charta. Et ex doctrina sua nota, & tene mēti, ꝙ qñ plures & diuersæ dispositiones cōtinētur in vna charta, dicūtur esse plures, nō vna, propter vnitatē chartæ: qđ est verissimū, & probatur in l. j. §. si plura. ff. ad Turpilianū. & p Bar. in l. edita. in sua repetitiōe. C. de edēdo. Sed Bal. & Ang. hic, quos sequitur Io. de Imo. addūt notabile verbū: videlicet ꝙ etiā nō appareat testes esse rogatos, nisi in vno testamento præcedēti, rogatus tñ præsumitur repetitus in sequētibus testamētis. Et aduerte, quia licet Bar. in l. si quis ex argētarijs. §. si initiū. in vltima q. s. de edēdo. dicat, ꝙ testes intelligūtur repetiti in sequēti scriptura, sicut dies & locus. nō tñ decidit, ꝙ videatur repetitus rogitus testium, quia nō requiritur ꝙ testes sint rogati in instrumēto à notario, vel à partibus, nisi quādo deberet rogari, etiā si nō fieret instrumētū, & alijs casibus notatis: in l. testium. in fi. & auc. ibi posita. C. de testibus. ita concludit no. Bar. reprehēdēs Nico. de Matarellis in rubrica. C. de fi. instru. & Ant. de But. in c. j. eo. titu. Vnde prædicti doct. arguunt hic in ista l. quasi sit eadē ratio repetēdi rogitū, & repetēdi locum & diē. Et credo ꝙ ista fuerit mēs iurisconsulti in d. §. si initiū. & mēs Bar. ibi dum dixit, ꝙ testes intelliguntur repetiti: tñ si quis vellet tenere cōtrariū disputationis causa, posset assignare hanc differētiā, & quicquid agitur, agat certo loco & tēpore, dicere ꝙ tēpus adiectum in præcedēti dispositione videatur repetitū in sequēti, non est præsumere aliquid esse factū, vel accidisse, qđ nō acciderit: quia imo præsupposito actu hominis, tali actui accidunt locus & tēpus: in l. aut facta. §. locus. & §. tēpus. ff. de pœnis. & bene declarat Bart. in auc. atqui semel. C. de proba. Vñ minus videt esse id qđ de necessitate fuit factū aliquo tēpore vel loco, præsumi factum loco expresso in instrumēto, & tēpore, ꝗ rogitū videri repetitū in dispositione sequēti, quæ potuit fieri etiā testibus nō rogatis: intellige, potuit de facto. Quicquid tñ sit, credo opi. istā esse verā: quia cū notarius sit persona perita, & præsumatur multum pro eo: vt l. j. cū ibi notatis. C. de vsuris. nō est verisimile, ꝙ ex quo rogauit testes in vno testamēto, omiserit hanc solēnitatē in sequēti, maxime quia diligētia in officiali publico præsumitur: secundùm Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. Sequitur l. si ita quis.

SVMMARIVM.

1 Testator licet extēdere non possit tempus pupil. substitu. potest tamen illud restringere,
2 Dictio, ante, cùm applicatur tempori, potest significare ante tempus scilicet finitum.
3 Permissum ad tempus, post tempus prohibitum videtur.

SI ita quis. Substitutio pupillaris facta certo tēpore intra pupillarē ætatē, nō extēdit ad aliud tēpus. Et ponit primò dictum. Secūdò decisio, ibi: magis est. Tertiò ratio decidendi, ibi: nō em̄. h. d. ¶ † No. primò, quia licet testator non possit extēdere tēpus pup. subst. vt l. verbis ciuilibus. s. eo. pōt tamē illud restringere: quia cū posse substituere vsq; ad quartū decimū annū sit beneficiū ipsius testatoris, pōt ei renūciare quatenus vult, secūdū Moder. & bene: qđ facit ad notata in l. patris & filij. s. e. ¶ † Secūdò no. ibi: ante decimūquartū, & post decimū &c. ꝙ dictio, ante[a], cū applicat tēpori, pōt significare ante tēpus, scilicet finitū: & dictio, post, pōt significare post tēpus, scilicet finitū: qđ facit ad no. q. quā posuit Bart. in l. ij. in princ. ff. si cer. peta. vbi tractat de virtute istarum dictionum. ¶ † Tertiò no. ꝙ permissum ad tēpus, post tēpus videt prohibitū:[b] cōcordat text. in l. imperator. ff. de postulādo. & l. statuliberū. §. si Stichū. de leg. ij. Vnde dicit Bal. valde singulariter in l. obseruare. §. proficisci. in prima char. ff. de offi. procon su. & leg. ꝙ vbicūq; in statuto limitat tēpus, post tēpus limitatū à statuto, sumitur argumentū à cōtrario sensu, ad tollendū ius cōe virtute limitationis, quę alās nihil operaretur, vbi aliàs non deberet assumi: vt not. in l. apud antiquos. C. de furtis. & per Bar. in l. oēs populi. ff. de iust. & iur. hic aūt ad intellectū l. nostræ ipse dicit, ꝙ substitutio facta ad tēpus, nō videt prohibita post tēpus, sed potius omissa, vt sic nō obstet l. mācipiorū contra. de optio. leg. in qua dicitur, ꝙ post lapsum termini aliquis admittitur ad faciendum actum re integra, quasi per hoc intelligat, ꝙ post terminum nō videat prohibitus facere actū. Do. Io. de Imo. hic dicit, ꝙ inter istos casus est differētia, quia in l. nostra, limitatio tēporis adijcit per eum, qui inducit actū de nouo, vñ non est mirū, si post tēpus videt prohibere. Sed in l. mācipiorū. terminus assignabatur per iudicē iuri iam quæsito virtute legati: vnde non ita fortiter debet operari, vt post terminū ille videat prohibitus. Sed hoc videt cōtra multa iura, quæ dicunt, ꝙ dilatio probatoria assignata à iudice est perēptoria, & idē si à lege: idē probatur in l. fin. in princi. ff. de fur. & ibi per Bar. singulariter in l. scire oportet. §. consequēs. & ibi per Bal. ff. de excu. tu. & habes casum de iure canonico in c. licet causam. de probatio. Pro primo dicto est gloss. ordi. in cle. j. de excep. quid est autem dicere, ꝙ terminus est perēptorius, nisi ꝙ prohibet probari post lapsum tempus? † Tu ergo dic, ꝙ in casu l. mancipiorū. ideo post lapsum terminū quis admittitur re integra, quia causa prohibitionis restringit prohibitionē: sicut dicitur in simili per Bart. in l. pater. §. prædia. ff. de leg. iij. fuit enim causa assignationis termini interesse hęredis, quod si cessat, cessat prohibitio:[c] ita dicit ibi iurisconsultus expresse. Et de intellectu illius l. vide ibi per Bar. & quod ego scripsi plenissime post Mod. in c. licet causam. de prob. In casu autem nostro dico dictum Bal. esse verissimum: quia hic non potest cadere prohibitio post terminū super eo; quod nō competebat illi cui terminus assignatur ante termini assignationem: testator enim substituendo pupillariter inducit ius de nouo, qđ non est opus prohiberi post terminū, quia satis est, quòd nō inducatur nisi vsq; ad terminum: & hoc dicūt verba tex. in ver. non enim. Sequitur l. is qui contra.

IS qui contra. Impugnans testamentum per contratabulas, non succedit ex pupil. substi. hoc dicit. ¶ In gloss. posita super verbo, potuerit. ibi: perdit vtrunque. hæc gloss. communiter approbatur hic per Bar. & alios: sed si bene inspicias mentē iurisconsulti, hæc gloss. in hoc dicto est valde dubia:[d] sicut enim ille, qui dicit testamentū non iure factū, & non obtinet, nō repellitur à relictis in testamēto: vt l. post legatum. in secundo respōso. j. de his quibus vt indig. ex eo, quia nō impugnat, neq; negat volūtatē defuncti, vt ibi declarat Bar. ita videtur dicendum in eo, qui succūbit in cōtratabulis: quia in illo iudicio non impugnatur volūtas defuncti, sed solū agitur de iure patris & filij. ita dicit tex. & ibi hoc declarat Bar. in l. filio. §. contratabulas. ff. de inoffi. testa. & per eundē clarius in l. illud. in prin. j. de cōtratabulis. Ergo eadem ratio videtur esse in isto casu, & sic non perdit relictum in testamento: idē in tabulis pupilla. maxime quia cōtratabulæ cōceduntur emancipato loco iuris dicendi testamentum nullū: vt l. iij. §. si emancipatus. de contratabulis. Ergo cùm subrogētur loco ipsius, vt etiā concedit Bar. in d. l. illud. vidētur, ꝙ sapiant eandē naturam: iuxta regulam positā in l. qui eū. §. qui iniuriarum. cum similibus. ff. si quis cau. Sequunt duæ ll. qui plures. &, si plures.

a ¶ Ante. De qua dictione vide et Old. in consi. xlix.

b ¶ Prohibitū. Adde Bar. in cōs. suo inc. à do. Cy. de bono. & Pau. de Castr. in cōs. lxj. & in consi. cccxxv. vbi vide oī no. & ibi ponit, an de nullitate sententiæ dici pōt post x. dies à statuto pręfixos. & adde qđ p d. Ias. May. hic.

c ¶ Prohibitio. Tu qc quid dicāt Imo. & Bald. ad illū text. l. mācipiorū. tene hūc intellectū d. Franc. Areti. quia vt dicit d. Ias. hic melius vidit medullam illius tex. d. l. mancipiorum.

d ¶ Dubia. Adde do. Ias. May. hic, qui dicit ꝙ tenēda ē opi. gl. cōis, licet Raph. & Frā. Are. teneāt cōtra gl. & rñdit ad ll. in cōtrariū allegatas hic p d. Frāci. prout ibi vide per eum.

QVi plures hæredes.

SVMMARIVM.

1 Dictio, plures, de suo significatu sicut de necessitate continet ad minus duos, ita potest etiam complecti plures quàm duos.
2 Substitutio vulgaris quid sit.
3 Substitutio & ius ipsius non transmittitur ad hæredem.
4 Ad substitutionem sub nomine hęredis qui vocatur, non potest succedere nisi adeat hæredem.
5 Dictio, plerunq;, significat aliquid esse vel euenire frequēter.

6 Probatio quæ fit per coniecturas an dici possit euidens.

SI plures sint. Substitutio facta de hæredibus institutis in dubio, vocat eos tanq̃ hæredes, & ideo spes substitutionis non transmittitur ad hæredē, & ipsi hæredes vocantur pro hæreditarijs portionibus, nisi contrarium fuerit expressum. h. d. cum l. sequent. Vel sic & breuius: Spes substitutionis breuiloqua non transmittitur ad hæredē substituti: & in dubio videtur instituti, si hæredes extiterint: & pro portionibus hæreditarijs, nisi aliud sit expressum. Secunda est ibi post aditam. vbi incipit rñdere q̃oni breuiter propositę. Tertia est ibi: quoniã. vbi assignatur ratio decidendi vsque ad fin. l. in l. aũt, si plures. determinatur, pro quibus partibus videantur vocati. ¶ †Not. ibi: qui plures. iuncta gl. sua, ꝙ ista dictio, plures, de suo significatu, sicut de necessitate, ad minus continet duos[a], ita potest etiam cõplecti plures q̃ duos. concordat tex. cũ gl. in l. sed si restituantur. §. fin. ff. de iudi. Vnde in materia non odiosa, sicut in libello ciuili, si actor probaret de pluribus, q̃ de duabus rebus, videret̃ ꝙ posset obtineri, ex quo aduersarius non petijt declarari libellũ ĩ prin. iuxta notata in l. j. §. si quis argentũ. ff. depositi. & in l. in actione. ff. de fur. In libello autẽ criminali, in quo in dubio accipitur id qđ est min⁹, vt minor pars: vt l. si pses. & l. interpretatiõe. ff. de pœn. intelligeremus de duob⁹ vulneribus, vel de duabus percussiõibus, ita ꝙ iudex nõ posset cõdemnare pro pluribus: scđm Bar. q ita not. in l. si gemina. ff. arborũ fur. cæsarũ. & ita dicit Bald. notanter in l. ij. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. & ad materiã vide qđ ponit no. Pau. in c. fi. de fil. presby. li. vj. vbi facit differẽtiam inter verbũ, plurima, & plura: cætera dic vt dixi in l. continuus. §. qui insulã. ff. de verbo. obl. ¶ †Secundò not. ibi: si cõditio substõnis extiterit. ꝙ substitutio vulga. nihil est aliud q̃ conditionalis institutio: de quo vide tex. & qđ ibi scripsi in l. q liberis. in prin. s. eod. ¶ †Tertiò not. ibi: ad superstites &c. ꝙ substitutio & ius ipsius non transmittitur ad hæredẽ: & pendet à dicto pcedenti, qa est conditionalis institutio: ius aũt conditionale non transmittit̃ ad hæredẽ: vt l. fi. §. finautẽ sub conditione. C. de cadu. tol. & l. si liber homo. §. si Titius, & §. seq. s. de hære. insti. reperitur tñ casus, in quo substitutio pup. trãsmittit̃ ad hæredẽ, qñ est cõiuncta cũ iure accrescẽdi: in l. qui patri. j. de acqui. hær. de cuius intellectu multa dicit Ang. hic ad soluendũ contrariũ illius l. Sed Io. de Imo. loquitur clarius, & melius: dicit em̃ ꝙ ibi ideo transmittitur ius conditionale substitutiõis pup. coniunctum cũ iure accrescendi: & tñ hic nõ trãsmittit̃ ius cõditionale substõis vul. qđ videt̃ coniũctũ cũ iure accrescẽdi: qa iã hæres adiuerat pro parte sua, qm̃ hoc fieret in pиudiciũ aliorũ cohęredũ, qui erant expsse substituti: vñ qa ius substitutionis est potẽtius iure accrescendi, ideo ille q moritur, quo ad effectũ transmissionis ad hæredẽ suũ, nõ põt aliqđ mutari à iure accrescẽdi, ex quo alij habẽt ius potẽtius iure accrescendi: vt l. ij. §. si duo. ff. de bon. poss. scđm tab. & in l. pen. s. de iniusto test. Et pro intellectu istorũ iuriũ vide tex. singul. quẽ ibi not. Bar. ad hoc in l. qui ex duab⁹. in prin. scđm Barto, ff. de acq. hær. vbi pbat̃ scđm intellectũ Bart. ꝙ qñ instõ conditionalis est coniũcta cũ iure accrescẽdi, spes conditionalis instõnis trãsmittit̃ ad hęredes. Cũ igit̃ substõ vul. sit cõditiõis in insti. vt in tex. nřo: ergo trãsmitteret̃ ad hæredẽ, si est cõiũcta cũ iure accrescẽdi, sicut spes pupil. substõnis: vt l. q patri. palle. tenebis etiã menti, ꝙ qñ substõ vul. est iũcta cũ iure accrescẽdi, ille q succedit, succedit ex substõne, nõ ex iure accrescẽdi: assũmit tñ singularẽ effectũ ista substõ à iure accrescẽdi, qa acqrit̃ ex substõne portio ipo iure, anteq̃ agnoscat̃, sicut si fuisset acqsita p ius accrescẽdi. Casus est not. quẽ ita ĩtelligit ibi Bar. in l. si qs hæres. in prin. j. de acq. hære. ¶ †No. quartò in fi. l. q plures. ꝙ ille q vocauit ad substõnẽ sub nomine hæredis, nõ põt succedere, nisi adeat hæreditatẽ: qnimo ista dictio, eos, q̃ est dictio relatiua, in dubio refert̃ ad nomẽ appellatiuũ hæredis, & nõ ad nomẽ ppriũ pcedens: & hoc facit optime ad ea q̃ tradit Bar. in l. si pater filio[b]. s. e. vbi dicit reprobãdo dicta Vltramõtanorũ, ꝙ dictio relatiua, qs, vel q, in dubio videt̃ vocare substitutos p nomẽ appellatiuũ, & nõ p nomẽ ppriũ; nã sicut illæ sunt dictiones relatiuę, ita ista dictio, ea, id: vt declarat Barto. in l. si qs seruũ. §. fi. de lega. iij. Sicut ergo ista in dubio refert se ad nomẽ appellatiuũ, ita & illa: vtrum aũt vocati per nomen appellatiuum non hæredario, sed significant aliam qualitatẽ, videantur vocati in viriles, vel potius pro portionibus hæreditarijs: vide tex. singularem in l. Lucius. §. Meuia. ff. ad Trebellia. vbi probant, quòd videntur vocari tanquàm hæredes, & pro hæreditarijs portionibus. & illum allegat Bart. ad hoc in l. turpia. §. fina. j. de leg. j. Ex hoc etiam tex. arguit hic Paul. de Cast. ꝙ si aliquis creatur executor in testamento, tanq̃ hæres, si repudiat hæreditatem, non poterit esse executor: alleg. tex. & ibi not. Barto. in l. Lucius. ff. de fideicom. liber. tu vide tex. quem ibi not. Bar. ad hoc in l. codicil. §. j. j. de annuis lega. & in l. cũ quidam. & qđ ibi notabi. ponit Bald. C. de fidei. liberta. ¶ †Quintò not. in l. si plures. in verbo, plerunq;[c]. iuncta glo. fin. quòd ista dictio significat aliquid esse vel euenire frequenter, nõ tñ semper, vel continue. & ideo dixit Ioan. And. notabiliter in c. j. de testi. in nouella. lib. vj. ꝙ si testes probant aliquem plerunq; interfuisse electioni, non probat̃ quasi possessio eligendi continuata: quod est menti tenendũ ad materiã capituli, cũ ecclesia. de caus. pos. & proprie. ¶ †Vltimò semp no. & tene mẽti ibi: nisi euidenter &c. prout declarat̃ in vltima glo. ꝙ q̃uis euidens probatio dicatur illa, q̃ fit ex coniecturis, scđm Bar. in l. si constante. in prin. ff. solu. matri. & probatur in l. imperator. de leg. j. cũ alijs concordan. ibi alle. Itẽ licet probatio cõiecturalis cõprehendatur appellatione manifestę probationis, secũdùm Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de edendo. illud tñ nõ dicitur euidẽter expressum, quod eligatur per coniecturas, etiam ex verbis testatoris, à quibus coniectura causatur: qđ est semp menti tenẽdũ[d], maxime ad ea q̃ diximus in l. ij. s. eo. ti. & in l. j. s. eo. ¶ In glo. posita super verbo, in omnem causam. ibi: suam portionẽ admiserit &c. & manifeste sentit ista glo. intellectum quẽ sequit̃ hic Dy. & Bart. ꝙ per ista verba declaret̃ substitutũ reciproce perinde haberi, ac si esset substitutus alteri, si ille hæres nõ erit: quo casu siue ille non posset esse hæres, siue nollet succedere substitutus ex vul. & expressã: & bene declarat Bar. in l. s. eo. Vnde sic exponendo, non probat̃ hęc conclusio, quã quidam tenuerũt, ꝙ substitutio reciproca cõtinet fideicom. Cuius contrariũ vbiq; tenet Bart. sequendo Dyn. per l. nam hoc iure. §. j. s. eod. in verbo, in vulg. tantũ. vt ipse ponit plene in Lucius. in vltima col. j. eod. titu. & ita dicit se consuluisse de facto in l. hęreditatem. C. de impu. & alijs substitu. Ange autem cõs. clv. dicit hoc esse verum, tñ reciprocè fit ad mixta cõpendiosa: verbi gratia, cos inuicem substituo, si alter eorũ sine liberis decesserit, vel qñcunq; alter eorũ decesserit: tunc enim substitutio trahit̃ ad fideicõ. adita hæreditate, & dicetur substitutio mixta ex duab⁹ speciebus. & dicit hoc esse dictũ suũ in ista materia: sed cũ reuerentia est dictũ fratris sui, q punctualiter ita distinguit, in l. in testamẽto. ĩ ver. scđõ qro. C. de testa. mi. & ista dicta sequit̃ Ioan. de Imol. prolixius in d. l. Lucius. limitat tñ ea dupliciter. Primò, nisi substõ reciproca sit facta in codicillis. quo casu qa nõ põt valere vt directa, valebit vt obliqua: vt dicit ibi Bar. rñdendo ad l. Scæuola. in fin. ff. ad Treb. Secundò, nisi notari⁹ dixerit, sicut hodie cõiter fieri solet, vos inuicem substituo vulgar. & pupi. & p fideicõ. tũc enim clara est intentio testatoris, & colligitur ista decisio ex dictis Bar. in l. centurio.[e] s. codem. vbi declarat̃, quomodo intelligat̃ ista clausula: dicit tñ Bald. in l. nã hoc iure. s. eo. & refert Ioan. de Imo. in loco allegato, ꝙ aliqñ notarij apponunt istã clausulã, & non intelligunt, qđ importet. Per hoc tamẽ non impeditur effectus eius, licet notarius male faciat eã apponere, quã si ĩtelligit, debet etiã declarare testatori qđ importet, scđm eum. Tu autẽ aduerte, qa fundamentũ in quo se fundat Dyn. est penitus falsum, sicut bene declarat Bart. in d. l. Lucius. Fundamẽtum autẽ Bar. videt̃ esse satis debile, quia ipse fundat se in l. iam hoc iure. §. j. in verbo, in vulgarem tantũ. vt dixi. Sed iste non videtur esse sensus illius l. vt enim ostendit̃ ex versic. seq. incõueniens enim &c. vbi ponit̃ rõ decidendi, illa dictio tm̃ apponit̃ ad excludendũ pupillarem substitutionẽ, in qua datur disparitas inter puberẽ & impuberem; vbi ergo cessat ratio illius taxationis, sicut cessat in fideicom. qa puberi & impuberi põt testator substituere per fideicom. nõ videt̃ induci exclusio per dictionẽ taxatiuã, sicut per eã non inducitur exclusio. casus, in quo est similis ratio, q̃ est in casu dispositio. vt l. ob æs. in tex. & gl. C. de pđ. minor. & plene declarat Bart. in l. si constante. in prin. s. solu. matrimo, vnde q̃renda est alia ratio, vel aliud fundamẽtũ meli⁹ ad probandã istã cõclusionẽ, q̃ est cõis, & est sequenda. Et considero, ꝙ si ista substitutio sicut simpliciter, vos ĩuicẽ substituo aut instituo, sunt instituti ęqualiter, aut dispariter: si equaliter, non est dicendũ aliquo modo, ꝙ contineat̃ substitutio fideic. qa sic fideicõ. redderet̃ ĩutile, qm̃ nullũ cõtinet emolumẽtũ: vt ab oĩbus. §. si Titio. j. de leg. j. p Bar. & per eũdẽ in l. si qs seruũ. in fi. j. de cõd. & demõ. Si verò sunt instituti partib⁹ ĩequalibus, adhuc videt̃ vidẽdũ idem ex cõiecturata mẽte defuncti, q nõ psumit̃ pdilexisse substitutũ instituto, & eũ q vocat̃ p obliquũ, eo qui vocat̃ directõ: vt l. Publius. §. fin. & ibi per Bart. j. de condi. & demon. facit etiã quod not. idẽ Bart. in l. Gallus. §. etiam.

a ¶Duos. Adde do. Alex. de Imo. in l. gemina. ff. ar. fur. cęsa. & ĩ l. si post tres. si qs cau. & Angel. Are. in tract. malefic. in vers. plurib⁹.

b ¶Pater filio. Et ibi vide q̃ dixi ĩ apost.

c ¶Plerũq;. De qua dictione vide dom. Bar. Cepo. in l. j. ff. de verb. sig. & do. Ias. hic, & Rapha. Cu. in consi. lxxiij.

d ¶Tenẽdũ. Tu adde tex. hic dicẽtẽ ex cõsil. do. Fran. nõ alle. in c. ij. in verbo, patenter expssum. de sen. ex pe. quẽ tex. not. ibi cano. & maxime Gemi. dicunt illud nõ dici euidenter expressum, qđ ex mẽte vel cõiecturis apparet: & adde q̃ per eũdem Aret. in l. qdã testamento. j. e. & ibi latius dicã.

e ¶In l. centurio. Et ibi vide Ias. May. ĩ xxx. col. versic. no. etiã remissiue.

§.etiam.s.de lib.& posthu. Hoc aūt induceret in isto casu ex substitutione fideicō, quia virtute fideicō. ille qui erat institutus in maiori parte, cōsequeretur minorē, & traderet maiorem substituto ex fideic. qđ nō p̄sumitur voluisse testōr in dubio. & ista sufficiant. ¶ In glo. posita super l. si plures. in verbo, qđ vix. docto. hic, & in l. quoties. j. ad Treb. & in l. turpia. in fi. de leg. j. omnes alias difficultates optime soluūt, sed relinquitur vna oppositio duarū ll. in qua glo. & doct. non videntur satisfacere: videlicet l. turpia. §. fin. palle. & l. siue à certis. ff. de duobus reis. quæ ll. videntur p eadē verba posita ī themate decidere oppositū. Docto. cōiter soluunt sequēdo glo. ꝙ in l. siue à certis. aliqui ex hæredib⁹ fuerunt noīati p nomen appellatiuum, sed in l. turpia. per nomē ꝓprium: & ideo fit diuisio ī viriles. Sed ista solut. non videtur posse stare: quia secūdum hoc in dicta l. turpia. non esset differentia, vtrū essent noīati aliqui, vel omnes, sed solum vtrū esset expressum nomen ꝓpriū, vel appellatiuū: vt l. si hæredes nominatim. ff. eo. tit. Vnde istud est destruere expresse differentiā iurisconsulti, & dicere ꝙ nō est bona. Potes ergo soluere aliter, & limitabimus l. si heredes nominatim. p̄alle. ꝙ quando expresio est facta de quibusdā per nomē ꝓpriū, duplex ratio facit, ꝙ nō videntur grauati ꝓ hæreditarijs. Prima est nominis ꝓprij expressio. Secūda distributio oneris p̄ter naturā hæreditatis, quæ est, ꝙ si onus relinquitur simpl̄r, videtur relictū ab oībus heredibus: vbi autē testōr nomine ꝓprio nominat oēs hæredes, hic non concurrit nisi vna ratio, ꝓpter quā videantur grauati in viriles, scilicet expressio nominis ꝓprij: quę rō non admittitur in illo casu, ꝓpter cōtrariam p̄sumptionē, quæ oritur ex distributione oneris facta inter omnes hæredes, secundùm naturā iuris hæreditarij: vt l. ij. C. de nego. gest. sicut in materia nostra videmus ecōtra, ꝙ vocati p nomina hæreditaria, seu tanꝗ̄ heredes, videntur vocati in viriles contra ꝓprietatē verborum, qn̄ sunt æqualiter grauati in præstando aliquid: vt l. vtrum. in fi. ff. de rebus dubijs. & sic limitabitur l. si hæredes nominatim. eo. titu. l. autē, siue à certis. pōt intelligi, vt dicunt glo. qn̄ est facta nominatio per nomen appellatiuū. Ista tn̄ solutio omnino nō satisfacit mihi. Primò, quia eadem verba ponuntur in facto in vtraq; l. Secundò, quia fundamentū iuriscōsulti in d. l. siue à certis. videtur esse, ꝙ onus imponitur eis, qa sunt hæredes: vnde eam declarat, & limitat dispositionē, vt sæpius fuit dictū. Distinctio autē suprà dicta est seruanda in onere, qđ imponitur pluribus hæredibus rōnib⁹ p̄missis: vbi autē hæredes inuitarentur ad lucrū per nomina propria, tunc quia cessat ratio differentiæ s. assignata, simpliciter dicendū esset, ꝙ vocarentur in partes viriles: vt in l. non nunquam. j. ad Treb. Sequitur l. si pater impub.

SVMMARIVM.

1 ☞ Testator si duos inuicem substituit, per hoc videtur velle ipsos inuicem substituere.
2 Verbum, instituo, ponitur quandoq; pro substituo.
3 Dictio, quodammodo, est nota improprietatis. nu. 5.
4 Dispositionum pluralitas in dubio non præsumitur.

SI pater impub. Substitutus vltimo morienti vocatur post mortem omniū. Secūda ibi: respondendū est. Tertia ibi: quodāmodo. ¶ 1 † Not. primò iuncta gl. secundū vnam lec. ꝓut est in tex. verbum, substituit. ꝙ si testator duos inuicem substituit, p hoc videtur velle eos inuicem substituere: inest em̄ huic substitutioni reciprocæ tacita institutio: & ita intelligit hic Pau. de Ca. & bene. Ioā. autē de Imola videtur intelligere, & notare ex isto tex. secundū hanc lect. ꝙ verbum, substituo, inducat tacitam institutionē, si est inuicem facta. Hoc non ꝓbatur iure, sed glos. hic, & cōiter docto. ita tenent: nam text. in l. cùm in testamento. §. hæc verba. quem alegant pro ista conclusione, non videtur eam probare: quia ibi post illam clausulam, inuicem substituti, erat verbū, hæredes sunto: ita poterat importari institutio facta ordine præpostero, quia sequebatur, quòd debebat præcedere: & hoc declarat ibi tex. expresse in versic. sequē. dicens ꝙ illa substitutio facta eo modo, perinde est acsi ita fuisset facta, ille & ille instituti hæredes & substituti sunto. Sed quando testator simpliciter duos inuicem substituit, tūc oportet institutionem subintelligere factam de duobus simul, quia substitutio reciproca hoc non importat: nam per ea hæredes non vocantur ambo simul, sed alter in defectum alterius: vt l. iam hoc iure. §. j. suprà eod. & l. Titius & Seius. s. titulo proxi. Quòd autem substitutio non possit subintelligi, probatur in lege, si quis eū. §. fin. & qđ ibi fuit dictū. s. eo. vbi est casus secundùm veram lecturam, ꝙ substitutio expressa facta alicui, non facit vt ille videatur institutus: ergo eadē ratione nec substitutio facta ad inuicē, quæ resoluitur in vulgarem: vt l. iam hoc iure. p̄allegata. & ideo male colligit hic Ioan. de Imol. ꝙ verbum, substituo, inducat institutionē, qa non potest importare institutionē, cū vocet in suo casu alterū tm̄, & institutio videatur facta de duob⁹ simul. Melius ergo posset sustineri id quod sentit glo. & Paul. de Ca. ꝙ substitutio reciproca tacitè contineat in se instōnem. & tamē etiā hoc nō procedit, vt s. dixi. Vnde ego valde discutiens intellectū huius l. in l. Gallus. in princ. s. de lib. & posth. finaliter dixi, & credo esse verissimū, ꝙ hic præsupponitur substōnem præcessisse, sicut p̄supponit glo. in dicta l. Gallus. non enim intendit determinare hāc q. iuriscōsultus, sed aliam quę ponitur in tex. videlicet quo tempore succedit vltimò substitutus. ¶ 2 † Not. secundò secūdùm aliam expōnem, prout litera habet, instituit: ꝙ verbū, instituo, ponitur aliqn̄ pro substituo: de quo alibi dedi tibi cōcordantias. Sed est optim⁹ tex. melior qui sit in iure, in l. mulier. §. fin. j. de condit. instit. & gloss. in l. Gallus. §. j. s. de lib. & posth. ¶ 3 † Not. tertiò ibi: & quodāmodo. secūdùm vnū intellectū, ꝙ substō comprehensa in reciproca, nō dicitur propriè expressa substō vulgaris, sed largo modo: & hoc indicat dictio, quodāmodo, quæ videtur esse nota improprieta. a ¶ In glo. j. ibi: si autē simpliciter &c. Hæc glo. reputatur not. per doct. & ampliat l. penul. b C. de impub. quia illa loquitur, quādo substō pupillaris fuit facta per nomen collectiuū: vnde non est mirū, si requiritur cōcursus mortis vtriusq;. Sed in casu nostro nō fuit facta substō per nomē collectiuū: & tamē glo. vult, ꝙ si est persona in medio, quæ ex p̄sumpta volūtate defuncti excludat substitutū, & substitutus non vocetur nisi post mortem oīm. Et vtrum ista glo. sit vera in substitutione fideicō. dicetur plene in l. quidā testamēto. j. e. & vide plene per Barto. in l. hæredes mei. §. cū ita. j. ad Trebel. Ang. aūt vltra p̄dicta quęsiuit hoc: Vtrū si aliquis substituitur filijs testōris præmorientib⁹ post mortē oīm, vltimò moriens videatur fratribus c suis substitut⁹? Et tenet ꝙ non, per tex. Instit. de pupil. substitut. §. vel singul. cui concordat tex. in l. vel singulare. j. e. vbi dicitur, ꝙ vltimò moriens succedit p̄cedentibus ab intestato. facit tex. in l. pater filiam. §. duobus. ff. ad l. Fal. Tu aūt attende, quia illa iura loquuntur, qn̄ simpliciter fit substitutio, & expresse vltimo morienti: quo casu manifestū est, ꝙ ipse nō videtur substitutus alijs, nisi sit sibi facta substō in tota hæreditate: vt ibi declarat Barto. & hoc etiā tangit Pau. de Ca. Sed nos non sumus in his terminis: verba enim Ang. videntur præsupponere, d ꝙ substitutio fuit facta singulis filiorū post mortē omniū. Et credo istud dictū esse verissimum, licet ll. allegatæ per eū non loquantur in hoc casu, vt statim probabo: quinimo etiam si substitutio esset facta impersonaliter, & sic non apparet expresse à quibus esset relictū: verbi gratia, post mortem omniū filiorum meorū decedētiū sine liberis substituo tal̄, vel bona mea deueniant in talem, vel restituantur tali: videretur dicendum, 4 quòd vltimus non videatur substitutus præmorientibus: † cùm c enim non præsumatur c pluralitas dispositionum in dubio: vt l. Sempronius Proculo. & quod ibi not. ff. de lega. ij. nisi quatenus est necesse ad sustentationem dispositionis expresse factę, vt satis clare colligitur ex text. in l. deniq;. §. interdum. ff. de pecu. lega. Ego dicam, ꝙ ex quo possumus interpretari grauamen impositū valere, si videtur impositum omnibus ꝓ parte sua, post mortem vltimi, nō debemus interpretari, ꝙ grauamen videtur relictum ab vltimo moriēte totum: qa sic esset opus subintelligere tacitam substitutionē de ipso ad præmorientes. & hoc tenui expresse, & plene probaui, referens ista dicta Ang. in l. centurio. s. eo. vbi omnino vide. ¶ 5 † In gloss. posita super verbo, quodāmodo. ibi: vel dic quodammodo, id est, vere duos. iste secundus intellectus, licet sit verus in se, videlicet quòd hic text. loquatur de duobus gradibus substitutionum, & non de primo gradu institutionis: hæc tamen expositio gloss. non videtur vera, d in quantum dictio, quodammodo, quæ de sui natura significat improprietatem, exponitur, id est, vere, si capias illud verè propriè: si autem intelligas gl. quòd vere sint expressi duo gradus, non tamen per verba ꝓpria ambo, expositio sua posset saluari: & retinendo verba textus propriè, quòd ista dictio significet improprietatem, hoc videtur probare duplex conclusio notabilis. Prima est, quòd substitutio vulgaris, quæ continetur in breuiloqua, non dicitur propriè substitutio expressa in sua forma. Secunda, quòd substitutio reciproca non est spēs substitutionis de per se: nam si esset, tunc præcessisset primus gradus substitutionis nō impropriè, sed propriè: quod lex negat per dictionem prædictā. Et adde hoc ad ea quæ suprà scripsimus in rubrica, & in l. j. s. eo. Sequitur l. si pater filium.

a ¶ Impropriaetatis. Adde Pau. de Ca. in cōsi. xlix. inci. viso puncto.

b ¶ L. pe. Et iō Pau. de Ca. reputat hāc gl. sing. & do. Alex. dicit auream ꝓ dicta ampliatiōe d. l. pe.

c ¶ Nō p̄sumatur. Adde Fel. in c. cū Io. de fide instr. & in c. auditis. de p̄scri. circa fi. xvj. co. & vide ad hoc ea q̄ dixi in apostil. in d. c. cū Io. in ij. col. ver. sed inꝗ̄tum.

d ¶ Vera. Pro saluatione istius glo. vide d. Ias. May. hic, vbi dicit, ꝙ Aret. cū reuerētia æquiuocat, dādo intellectū ad l. si quis eū. s. eo. cōtra istā glo. ꝓut ibi per eum.

SI pater filium. Substitutio facta vulgariter habet locum, etiamsi institutus decedat viuo testatore. Secunda est ibi: post mortem autē fratris. ¶ †Not. primò, ꝙ substō facta in vnū casum non trahitur ad alium, qñ ex nouo casu videretur facta nouæ personæ, iuxta not. in l. commodissime. s̄. de lib. & posthu. ¶ Not. scđò, quòd substitutio vulgaris potest fieri expresse, si primò institutus morietur viuo testatore: vnde testamentum potest incipere à substitutione vulgari expressa: vt l. iij. §. fin. & ibi not. s̄. de lib. & posthu. & hic potes notare scđm intellectū glo. quæ intelligit, ꝙ posthumꝰ hic fuit substitutus sub duabus cōditionibus. s. si impubes moreretur viuo testatore, & si ipse posthumus post mortem impuberis viuo testatore nasceretur. Et licet iste intellectꝰ sit cōmunis, secundùm quem exponitur text. si quis sibi. i. ipsi testatori viuenti natus fuerit &c. quia tamē ista lectura diuinat aliqualiter ad tex. ideo Iaco. de Are. posuit hic aliū intellectum, videlicet quòd hic posthumꝰ erat pupillo pupillariter substitutus: & licet substitutio pupillaris expirauerit secūdùm eū, moriente impubere in vita testatoris: vt l. ꝙ si filius. ff. de capti. succcedit tamen substitutus ex tacita vulgari, nec obstat ꝙ testamētū non pōt incipere à tacita vulg. vt l. apud Iulian. §. idē Iul. ff. ad Trebel. quia hic est speciale propter personā substituti, qui erat filius testatoris: q̄ dicta multū no. hic Io. de Imo. nam ex ipsis colligit̃, ꝙ licet filius de necessitate debeat institui, vt testamentū sit validū: vt l. inter cętera. s̄. de lib. & posthum. & in aut̃. vt cū de app. cogn. §. aliud quoq;. versi. cæterū. huic formę satisfit, etiā si tacite videat̃ institutus, sicut ille qui succedit ex tacita vulgari, qđ dicit esse singulare, & forte non inuēiri alibi. Sed hoc dictū videt̃ posse probari per alia iura, q̄ dicunt expresse, ꝙ institutio facta, quæ inducitur à lege ex cōiectura voluntatis testatoris, facit ꝙ filius non dicitur præteritus, neq; corrumpit testamētū: vt l. iij. & ibi per Bart. C. de in off. testa. & l. Titius. §. Lucius. & ibi etiā per doc. s̄. de liber. & posthu. Hæc tñ lectura cōiter nō tenet̃, nec verba tex. vrgent ad hoc, qa verbum, & eis substituerit, ita potest verificari in substitutione vulgari, sicut in pupillari: vt Insti. de pup. substi. in prin. Posset etiam dici vltra doct. ꝙ substitutio hic fuerit facta de posthumo, nō si nasceretur mortuo filio viuo testatore, sed simpliciter post mortem filij: quæ verba possent cōprehendere substitutionem pupillarem, si filius impubes moreretur mortuo testatore, & vulgarem propter verbum, substituo, quod est commune[a] vtriq;: vt l. iam hoc iure. §. j. s̄. eod. eo casu quo filius moreretur viuo testatore, vel aliàs non esset hæres patris: & secundū hoc hic casus notabilissimus limitans l. qđ si filius. ff. de capt. ꝙ illa l. habet locū, qñ fuit facta expressa substitutio pupillar. sed si fuisset facta substitutio per verba q̄ possent adaptari ad vtranq; substitutionem, vt per verbū, substitutio, tunc posset succedi ex vulgari expressa: intellige, filio instō morienti, quia ista conditio fuit apposita huic substitutioni: quod multum facit ad ea quæ scripsi in l. centurio. s̄. eo. in materia compendiosa circa illum articulum: Vtrū si substitutio fit pupillo, si decesserit in pupillari ætate, ista substitutio contineat vulgarem expressam, ex quo non fuit adiectum si hæres erit. Et aduerte, quia ista lectura, quam suprà posui, ꝙ ista substitutio simpliciter facta scđm diuersos casus, cōtineat vulga. & pupil. videtur procedere, quando non fuit facta specialis commemoratio pupil. ætatis, sed simpliciter fuit dictū, si filius meus decesserit, substituo posthumum, qui nascetur post mortē eius. Sed si testator ita dixisset, si filiꝰ meꝰ in pupill. ætate decesserit, substituo posthumum &c. forte verba ista non importarent substitutionem vulgarem expressam, per ea quæ scripsi in l. j. in fin. commen. s̄. e. & in l. centurio. s̄. e. Quibus dictis potes addere istam notab. l. secundùm hūc intellectum. Sequitur l. si Titius cohæredi.

SI Titius cohæredi. Substitutus vni ex cohæredibus, habet vtranque partem iure substitutionis, & iure accrescendi, neutro adeunte. h. d. secundùm vnum intellectum. Secundùm alium habet vtranq; partem iure substitutionis: de quo dicetur in l. cohæredi. in princ. j. eo. & tangit Dyn. & Bar. in l. qui habebat. j. e. Sequitur l. Cornelia quæ.

SVMMARIVM.

1. Lex licet sæpe fingat contra factum, nunquam tamen fingit contra iuris dispositionem.
2. Verbum, pertinet, significare potest successionem directā & obliquam.
3. Testari non potest is, qui bona non habet.
4. Filius viuente patre nullum habet ius in legitima.
5. Factum diuersis diebus continuatum dicitur vnum factum.
6. Probatio incumbit alleganti impedimentum.

COrnelia quæ. Fictio l. Corneliæ sicut testamentum paternū confirmat, ita & pupillare, si pupillus post mortem testatoris veram verè vel fictè in ciuitate decesserit. Vel sic scđm Moder. & Pau. clarius: Sicut per fictionem l. Corneliæ testamētū decedentis in captiuitate confirmatur: ita & tabulæ pupillares, si pupillus patre apud hostes mortuo naturaliter in ciuitate decessit, vel etiam patre verè mortuo pupillus captus fuerit, & decesserit apud hostes: secus si patre viuo, & in ciuitate manēte, filius captus fuerit, & ibi decesserit: quo casu si pubes captus fuerit, hæreditas pertinet ad agnatum proximū testatoris: & idē est, si pater & filius capti ab hostibꝰ moriant̃ ambo ī captiuitate: secus si filiꝰ postliminiū rereuertat̃. h. d. cū l. seq. & diuiditur in duas partes prīcipales. In prima ponit̃ dictum generale. In secunda ibi: quapropter. fit illatio ad casus sequentes, & illa diuiditur in quatuor partes. Quia in prima deciditur, quid iuris, quando pater prius moritur apud hostes, & filius postea in ciuitate, post veram patris mortem. In secunda ibi: sed si pater. econtra ponitur seu deciditur casus, quando pater est mortuus in ciuitate, & filius postea captus apud hostes. In tertia ibi: si verò. declarat̃ qd iuris si filius impubes sit captus viuo patre. In quarta ibi: quare. quæritur, si filius pubes est captus viuo patre: cui succedat̃ ab intestato: vtrum ipsi vel patri? ¶ †Not. primò secundū Bal. hic, ꝙ ꝗuis l. sæpe. fingat contra factū: contra dispositionem tñ iuris nunꝗ fingit: vnde l. nō inducit hic, vt qui nō habebat bona tempore captiuitatis, & sic non poterat testari, posset testari. Tu autem vide Bar. in l. si maritꝰ. §. l. Iuliæ. ff. de adul. vbi ostendit notabiliter, ꝙ etiam super iuris dispōne l. aliquādo fingit, sicut cū disponit eum qui est verè seruꝰ, quo ad aliquid haberi pro non seruo, vel eū qui est vere libertus, quo ad aliquid haberi pro ingenuo. ¶ †Not. secūdò ibi: ad substitutum pertinet &c. ꝙ istud verbū, pertineat, pōt significare successionē directā, & etiā obliquā: vt vidisti in l. centurio[b]. s̄. eo. & ideo dicitur esse verbū commune. ¶ †No. tertiò in versicu. sed ea lege. iuncta glo. ꝙ qñ dispositio iuris p̄torij supplet extēdēdo dispositionē l. ciuilis. illa extensio dicitur esse ex l. ciuili, seu ille casus extensus: qđ est valde vtile, & notādum, ad ea quæ scribit Bar. in l. v. in prin. ff. de verbor. obli. vbi declarat, qđ dicatur ius ciuile, & qđ ius prætorium: de quo etiā tangit Bald. in l. j. C. de procur. ¶ †Not. quartò in versic. si verò viuo patre. secundū Bald. & Moder. ꝙ non habens bona non potest testari: & hoc probat ista litera de eo qui non habet bona, nec potest habere attento statu præsenti, sicut est filiusfam. scđm iura vetera. & inducitur ad q. de eo qui fuit cōdemnatus in ęre & p̄sona, de quo facit mentionē gl. singularis in aut̃. de armis. §. fin. quā adducit Bal. hic, & in l. data opera. C. qui accu. nōn possunt. de quo tñ, vt tradit̃ in l. eius qui. s̄. de testa. ¶ †Not. quintò, & semper tene mēti, ꝙ quia filiusfa. nulla dicitur habere bona, ideo datur intelligi, ꝙ viuente patre filius in legitima nullū habet ius, licet glo. dixerit aliud, in aut̃. de hæred. & fal. §. si qs alteri. quā Ange. hic dicit cōiter approbari. Sed hoc non est verū cū reuerētia: quia Bart. & cōiter docto. in l. fi. ff. de lib. agno. & in l. ij. C. de iur. & fact. igno. dicūt ꝙ legitima non est debita, sed quasi debita improprie: & hoc tangit glo. in l. si quis legatū. §. fin. ff. de Fal. Vnde infert Bartol. post Guil. in Specu. in l. j. §. si impuberi. ff. de coll. bono. ꝙ si filius delinquit de iure communi, non potest fieri executio contra patrē in legitima filij[c]. & idem dicit Bald. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testamen. Vnde videt̃ secundū Io. de Imol. licet hic non allegat istas decisiōes, ꝙ statutum sit iniquum, quo cauetur, quòd pater teneatur pro delicto filij: & tamen gloss. hoc tenet in rub. de decre. decurio. secundū eum. super quo vide qđ pleniꝰ ponit Bal. in l. j. C. ne filius pro patre. & dominus meus plenissime in l. si filio. in princi. s̄. solu. mat. Dicit tamen hic Bald. valde notabiliter, quòd si statutum obligat patrem ad solutionem legitimę, pro delicto filij pater tenetur soluere legitimam, habito respectu ad patrimonium, qđ habebat tempore delicti: vnde si postea ante solutionem pœnæ creuit patrimonium patris, ista pœna l. non extenditur ad bona futura: argumen. l. si tibi mandauero. §. is qui bona. s̄. manda. & hanc suam opin. tenet etiam Bal. in l. si qua pœna. in prima lectu. s̄. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicit, quòd in æstimanda legitima attenditur tempus delicti, non tempus mortis patris: & sic inquantum dicit, quòd attenditur tempus

[a] ¶ Commune. Adde eundē d. Franc. Are. in l. nā hoc iure. & in l. centurio. in iiij. col. circa prī. s̄. eod.

[b] ¶ In l. centurio. Et ibi vide q̄ dixi ī apostil.

[c] ¶ Filij. Viđ ad hoc Fel. in c. ius gñale. j. di. in pe. & vlt. colum. & qđ ibi dixi in apost. & Fel. ī c. cognoscētes. de cōstit. in j. col. statim post prī. & in c. grauē. ad fi. de sen. excū. vbi se remittit. & qđ per eum etiā in c. ex insinuatiōe. de symoni. & in c. vergentis. de hęred. in quibus etiā multa ad materiā. & aliqd in c. sane. de offi. dele. in fin.

pus delicti, ſentit id qđ hic dicit expreſſe, ꝙ non attenditur tēpus exactionis. Sed ipſe idē in l.ij.C.de adopt.expreſſe ſentit contrariū, ꝙ debeat attendi tēpus cōditionis per illū tex.vbi æſtimaᵗ patrimoniū patris emācipantis, ꝓut eſt tēpore: ſed ibi tēpus emācipationis erat coniunctū cū tēpore traditionis, hic aūt tēpus delicti eſt ſeparatū à tpe cōdēnatiōis & ſolu. Pro cōcordia opi. pōt dici, ꝙ aut pœna certa ſtatuitur ꝓ delicto, & tunc attendaᵗ tp̄s delicti: vt l.j.& ibi per Bart.ff.de pœnis. aut imponitur pœna arbitraria, & tūc qa illa nō eſt in obligatione ſpecificæ, niſi poſt ſnīam, attendeᵗ tp̄s ſnīæ: vt l.pen.& ibi nota.ff.ſi ex noxali cā agatur. Et ad intellectū p̄dictarum ll.vide Barto.in l.oēs populi.ff.de iuſti.& iur.illa q. qūo ll.trahantur ad p̄terita, vel ad futura. Sed reliquitur alia dubitatio, qūo debeat æſtimari legitima tēpore delicti vel ſententiæ, vtrum attento numero liberorū, qui tunc ſunt, vel habito reſpectu quòd ante mortē plures poſſent oriri? Et hanc q.tangit Bald.in d.l.ſi qua pœna.in ſecunda lectura.iuxta fin. & dicit ꝙ eſſet difficile æſtimare. Tu potes dicere, ꝙ ex quo inſpecto ſtatu p̄ſenti, quo eſt facienda ſolutio, legitima poteſt ęſtimari, & ad illā ęſtimationē fiat ſolutio īterpoſita cautione à fiſco, ſi per natiuitatē filiorum minus eſſet ſoluendū, attento tēpore mortis, quòd illud reſtituatur: arg.l.j.& per totū.j.ſi cui plus q̄ per lega.Fal. Et ad ea quæ diximus ſ̄. ꝙ legitima non eſt debita in vita patris: ad de qđ not.Cyn.& Bal.in l.non pōt.ff.de adoptio.vbi dicūt, quòd etiā ſi pater emancipat filium voluntarie, vel coactè, nō tenetur aſsignare filio legitimā in vita ſua de iure cōmuni. Et ad illam qō.quā ſ̄.tetigi, vtrū ſtatutū quod obligat patrē ꝓ delicto filij valeat: vide oīno vltra ea quę ſ̄. allegaui, qđ ponit Bal.in d.l.ſi qua pœna.in prima lectura. vtrū aūt ſi filius accipit legitimam in vita patris, & renunciauit hæreditati paternæ, poſsit petere ampliorē legitimā, ſi p̄rimonium creuerit: vide qđ ſolēniter ponit Bald.in l.quāuis.in fi.C.de fideic. ¶ In gl. poſita ſuper verbo, ex ea l.ibi: ſed ſuppletione &c. Hanc glo.feci te notare vnà cū tex. ꝙ illud diciᵗ eſſe ex l.ciuili, qđ habuit originē à iure ciuili, ſed extenditur ad alium caſum, per ius p̄torium: ꝓ qua vide in ſimili gloſ. valde not.in l.ij.ff.de bon.poſſeſ. hæreditatis petitione. vbi glo.concludit, quòd quāuis actiones hæreditariæ quæ acquiruntᵗ ſuccedenti de iure prætorio, remedio prætoris extendanᵗ de perſona defuncti ad perſonam hæredis: quia tamē illæ actiōes originaliter fuerūt inuentę à iure ciuili, dicunᵗ actiones ciuiles, & non prætoriæ. Sed illa glo.loquiᵗ in iure inducto in eſſe iure ciuili, quod trāſit cū ſua qualitate ad aliam perſonā: in caſu autem noſtro p̄tor inducit ius nouū, extendēdo ex æquitate ius ciuile, quod nō loquiᵗ in iſto caſu: vnde ex quo hoc ius nō eſt in eſſe, niſi mediante p̄tore, proprie dicetur ius prætorium, nō ciuile, largo tamē modo, inſpecta origine huius iuris creati à iure ciuili, licet in alio caſu poterit dici eſſe ex l.ciuili: ita declarat notabiliter Barto.licet nō viderit iſtam l.in l.j.in princ. in fin.cōmenti.j.ſi quis omiſ.cau.teſta. Potes etiā colligere ex iſto text.iuncta l.pater.ff.de captiuis. ꝙ diſpoſitio l.exorbitans à iure cōmuni, & inducens ius ſpeciale, diſponens in caſu vero non trahitur ad fictū per idētitatē rationis: qđ patet, qa l.Cornelia, quæ loquebaᵗ de eo qui vere fecerat ſibi teſtm̄, nō trahebaᵗ ad filiū, qui ficte videtur eſſe teſtatus in tab.pupilla. neq; trahiᵗ niſi de iure p̄torio: ex quo datur intelligi, ꝙ extenſio nō poſſet fieri, niſi per identitatē rationis: quia ſi poſſet, nō eſſet opus bn̄ficio p̄toris. ¶ In ea.gl.ibi: ſed reſpondeo &c. deciſio iſta eſt veriſsima in ſe, & differentia aſsignata in glo.inter mortem veram patris præcedentem, & fictam: probatur enim ex verſ.ſed ſi pater.iuncta l.ſi pater captus.j.eo.ſed quęritur, quæ ſit ratio differentię inter mortē fictam & verā. Sup quo Barto.dicit, rationē elici ex his quæ tradit vltima gloſ.in l.ſi pater captus. quæ in effectu eſt talis: quia ſi capiᵗ primo pater, poſtea filius fingitur mortuus p̄ambula hora captiuitatis, & eo tēpore quo nondū erat ſibi delata hæreditas paterna: cū enim pater poſſet reuerti ab hoſtibus, propter iſtam ſpem, filio interim non defertur hæreditas: vt l.nec nos.C.de captiuis. ergo ex ſuitate filij non potuerūt confirmari tabulæ pupilla.vᵗ ex aditione, quam filius feciſſet expreſſe. Poſt captiuitatē autē ſuam non poteſt amplius adire, & ideo deſtituuntur tabu.pupillares. Vnde infert ad limitationem l.ſi pater.j.eo. ꝙ ſi filius habuiſſet cohæredē in teſtamento paterno, qui mortuo patre verè apud hoſtes poſſet adeundo cōfirmare teſtamentū paternum: tunc mortuo prius patre naturaliter, & facta aditione ꝑ cohæredem, confirmat etiam tabul.pupilla. & ſic ſubſtitutus mortuo pupillo poſſet ſuccedere. Sed iſta opin.non placet Ioan.de Imol.& merito, quia tex.in l.ſi pater. ſimpliciter diſtinguit, & indiſtincte, quòd tabul.pupilla.euaneſcunt. Præterea alia ratione multum ſubtili & pulchra ipſe oſtendit, veram rationem differentiæ inter iſtos caſus: quæ ratio etiam manifeſte impugnat dicta Barto.inquantū vult, ꝙ ſi eſſet datus cohęres, tabu.pupilla poſſent valere: dicit em̄, ꝙ ad hoc vt ſubſtitutio pupilla.valeat, & habeat effectū, neceſſe eſt ꝙ ſi pupillꝰ decederet maior, ipſe poſſet ſibi facere teſtm̄: vnde ſi ex alio capite quàm ętatis impediretur teſtamenti factio, ip̄o exiſtente pubere, tunc pupil.ſubſtitutio non tenet: vt l.ij.§.j.& ibi per Bart.ſ̄.eo. Sed in terminis noſtris filius qui fingitur mortuus paulo ante captiuitatē, ſi fuiſſet pubes, potuiſſet teſtari: ergo non valebit pupilla.ſubſtitutio. Quòd autem non potuiſſet teſtari, ꝓbatur: qa ex quo pater ſperabaᵗ poſſe reuerti ab hoſtibus, filius erat incertꝰ de ſtatu ſuo, id eſt, vtrū eſſet ſui iuris, vel in poteſtate alterius: ergo nō potuiſſet teſtari: vt l.j.in prīci.j.de lega.iij.& l.de ſtatu.ſ̄.de teſta.& ita tenet glo.in terminis noſtris in l.ſi pater.ſ̄.de iniuſto teſt.& in l.fin.C.de ſnīam pa. licet iſte filius poſſet habere ſucceſſorē ab inteſtato in iſto caſu, per l.pe.& quod ibi per gl.j.de ſuis & legit. Et per iſtam rationē tibi patet, quæ eſt veriſsima, ꝙ ſi pupillꝰ haberet multos cohæredes, ſubſtitutio pupilla.non poſſet conſiſtere. Confirmatur iſta concluſio vltra ipſum: quia ſicut probatur in l.noſtra.& ſ̄.dixi in notabilibus, ille qui nō habet, nec poteſt habere bona tēpore teſtamenti, non pōt teſtari. ſuper quo vide tex.& quod ibi ꝑ Barto.in auᵗ.ingreſsi.C.de ſacr.ſan.eccl. ſed ſi pupillus eſſet pubes patre adhuc viuēte apud hoſtes, nō poſſet inſpecto illo tempore habere aliqua bona: ergo etiam iſto reſpectu non poſſet teſtari. Quòd autem non poſsit, probatur per l.bonam.§.quod ſi filius.ff.de capt.vbi dicit, quòd ſi filꝰ acquiſiuit aliqua poſt captiuitatē p̄ris, qa ſtatus eſt in pēdenti, quo ad effectum iuris, moriens non tranſmittit illa bona ad hæredem, ſi moritur pendente captiuitate: ex quo manifeſte oſtenditur, ꝙ illa bona non eſſent ſua, inſpecto illo ſtatu, quo ad effectum iuris, non quo ad veritatem: nam filius interim verè eſt ſui iuris, ſecundùm glo.in §.ſi ab hoſtibus.Inſti.qui. mo.ius patriæ poteſtatis ſoluiᵗ. ¶ In glo.poſita ſuper verbo, mox.glo.noſtra tripliciter exponit tex. Primò, vt verbum, mox, quod ſignificat de ſui proprietate aliquid ſecutū eſſe poſt aliud incōtinēti, hic ponaᵗ pro duobꝰ actibus, qui ſunt eo tpe momenti facti: ſicut enim eodē momento dicitur factum id quod fit incontinenti poſt aliud: vt l.ſi cū duas.ff.cōia p̄diorum. Et hanc expoſitionem tanq̄ not.tene menti: ꝓbat em̄, quòd actus qui fit ſimul cum alio, & eodē tēpore, pōt etiā ſignificare ꝑditionem, quæ ex ꝓprietate ſui ſignificat aliquid nō eſſe factū eodem tēpore, ſi incōtinenti poſt: ex quo pōt inferri, ꝙ ſi in inquiſitiōe formata cōtra reū dicat, ꝙ Titiꝰ inſultauit Semproniū, deinde Martinū, vel mox, licet ꝓbetur in ꝓceſſu, ꝙ iſti duo ambo inſultauerūt eo tpe, pōt tn̄ ſequi condemnatoria: qđ multū facit ad no.in l.ī rixa.ff.ad l.Cor. de ſica. ¶ Scđo mō exponit, mox.i.incōtinēti poſt: adijciēs ea quę fiūt incōtinēti, videnᵗ ſimul fieri: qđ facit ad q.quā tetigit Ioā. de Imol.in l.ſi quis eū.§.fi.ſ̄.e.& etiā tangit hic, in qua ego multa addidi in d.§.fi. 5 ¶ † Tertio mō exponit, mox.i.in eo. bello. quæ expoſitio pōt habere duplicē ſenſum: pōt em̄ intelligere in eodē bello.i.in eodē p̄lio: ſicut exponiᵗ in l.bello amiſsi.ſ̄. de excu.tu.& etiā glo.j.dicit idē qđ gl.in l.ſi quis eū.§.fi.ſ̄.e. in verbo, alia die. videlicet ꝙ factū diuerſis diebus cōtinuatū, diciᵗ vnū factū[a], & ſimul factū: ſi verò intelligit, bellū, ꝓut intelligo, dicimus guerrā, de quo vocabulo fit mētio in c.ad apoſtolicā.in prin.de re iudic.in vj. tunc iſta gl.eſſet notabilis. vellet em̄, ꝙ oēs actus facti durāte guerra ꝑ bellū motū, dicerētur facti incōtinēti, ꝑtinentes ad guerrā. & ſic intelligēdo iſta glo. decideret id, qđ ſingulariter dixit Vguccio.j.diſ.c.ius naturale. quē refert & ſequiᵗ Bald.in l.fi.C.de manu.teſt. videlicet ꝙ oppidum perditū ſeu caſtellū durante bello, poſſet recuperari ꝓpria autoritate ſemꝑ, etiā poſt multos annos, ſi prius nō fuiſſet data facultas recuperādi: de quo aliàs dicā, & ad materiam p̄dictam vide Bald.in l.ſi duas.in prin.ſ̄.de excu.tut.vbi videᵗ ꝓbari, ꝙ factū eodē die p̄ſumiᵗ factū ſimul, niſi ꝓbeᵗ prioritas vel poſterioritas. facit qđ habeᵗ in c.duobus.de reſcr.li.vj.cū materia. ¶ Vltīa glo.ibi: tacita vel expreſſa &c.Bar. hic ꝓ intellectu iſtarū trium gl.quæ ſentiunt, ꝙ ſi pupillus moritur viuo teſtatore, poſsit ſuccedi ipſi teſtatori ex tacita vulga.tractat duos articulos ſolenniter. Primus eſt, vtrum teſtamentum paternum poſsit incipere à tacita vulgari. Secundus, vtrum hæc tacita vulgaris habeat locum, quando filius moritur viuo teſtatore. De prima quæſtione nihil eſt dicendum hic, quia plene ſcripſimus poſt Bartolum, in lege prima.ſuprà eodem titulo. Super ſecunda etiam plene fuit reſcriptum in dicta lege prima. & tunc eſt addendum vnum verbum dūtaxat: nam inquantum Barto.diſtinguit, vtrū teſtator habuerit p̄tātem mutandi teſtm̄, vel non, per l.tracta-

[a] ¶ Factū. Adde quę dixi in l.ij.§.prius.ſ̄.e.vbi etiā aliquid per eundē Frā.Aretinum.

batur j. de test. mil. quā distin. repetīj in d. l. neq; enim. §. fin. j. de test. mil. adde ꝙ cōtra istā suā opi. fortiter facit[a] tex. in simili in auē. vt factæ nouæ cōstitutiones. vers. & nō accusanda. & vers. quāobrem. vbi dicit, ꝙ si testator facit testm̄ ante ius nouum conditū secundū formā iuris veteris, & postea promulgatur ius nouū, valet testamentum, licet in eo non sit seruata forma iuris noui, nec debet imputari testatori, ꝙ post l. nouam superuixerit, & habuerit tēpus mutādi testamētū. Quòd iste sit sensus illius l. attende ad rationē quæ sequit̄ in text. dicit enim, ꝙ ideo non debet imputari, quia posse facere testamentum non est in nobis, intellige solis: non enim semper potest aliquis testari, cū aliquando repentina morte impediatur. Quæ ratio concludit hic, ꝙ ꝗuis prima facie non appareat aliquem fuisse impeditum, & videatur habuisse tempus mutādi testamentum, quia tn̄ cōtingit aliquem posse impediri, ista solа impossibilitas facit aliquem carere culpa: pōt autē contingere, quòd fuerit impeditus, licet non appareat: si enim mens illius literę esset, ꝙ tunc demum testamentū non imputaretur, qn̄ verè probaretur aliquem fuisse impeditum, aliàs secus: tūc ista ratio non fuisset sufficiens, ꝙ non semper quis posset testari, quia etiam nō semper aliquis est impeditus testari: †vnde allegantі impedimentum incumberet probatio[b]: debuisset ergo dicere imperator, quia impeditus testari non potest dici negligens. Ange. tamen ibi sequitur hunc intellectum, sed prior magis placet, vt s. ostendi. Sequitur l. quidam testamento. & hoc dicit secundū tres lecturas.

SVMMARIVM.

1 Cùm quis vocaretur ex ordine post alium vel alius: dispositio de eo facta extinguitur, si vnus ex præcedentibus successit in iure ad quod erat vocatus.

2 Euidenter aliquid apparere, quomodo dicatur.

QVidam testamento. Ex præsūpta mēte testatoris cōiunctus pfert̄ substituto vulgari. Vel sic, scđm Bald. Substitutus in defectū institutorum & substitutorū, non admittit̄, si vnus ex institutis adiuit. Vel sic, & tertiò, secundū eundē: Substitutio vulg. non impedit ius accrescendi, qn̄ nō extitit conditio ipsius institutionis. Secunda est ibi: qritur. Tertia ibi: respondi. Quarta ibi: id qđ apparet. Vltima ibi: & idcirco. ¶ 1 †Not. primò, ꝙ qn̄ aliqs vocaretur ex ordine post aliū, vel alius, dispositio facta de eo extinguit̄, si vnus ex pcedentibus successit in iure, ad qđ erat vocatus: qđ facit ad q. scđm Moder. de eo qui fuit tertio vel quarto loco electus in potestatē alicui⁹ ciuitatis: nā si vnus ex pcedentibus acceptauit officiū, etiā si casu impeditus nō potuit illud exercere, sequens erit perpetuo exclusus. de quo vide p doct. in l. post aditā. C. de impu. & alijs subst. ¶ Scđò no. ꝙ substitutio vul. facta alicui habet locū, etiā si hęres moriat̄ viuo testatore: de quo in l. j. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. ¶ 2 †Tertiò not. in vers. id quod apparet euidenter. quòd illud dicit̄ cōstare euidenter[c], vel apparere, quod appareret ex coniecturis, seu ex coniecturata mente defuncti: non tamen dicitur euidenter expressum: vt l. si plures. in fin. in tex. & gl. & ibi dixi s. ¶ In glo. posita super verbo, distribuisset. Hęc gl. intelligit istū tex. hoc modo: videlicet ꝙ testator hic non distribuit inter institutos plures ꝗ̄ duodecim vncias: sicut etiā videt̄ patere ex princi. literæ, vbi dicit̄, ꝙ reipublicę Leptitanorū fuerūt datæ nouē vncię. i. dodrās, & alijs pluribus cohæredibus quarta pars. i. tres vncię: intellectus ergo literæ scđm gl. est, ꝙ si diceremus istos substitutos admitti in partē Proculi vacātē, tūc habito respectu ad ipsum quietū hæredē institutū testator videret̄ trāsisse ad dipōdiū, & diuisisse hęreditatē in vnā, & xx. vncias: nam nouem vncias acquisiuit quietus ex aditione pro se facta: nouē respublica palleg. & tres alij cohæredes. Videt̄ ergo sequi hoc absurdū, ꝙ testator in fauorē substituti, & in p iudiciū instituti, q magis videt̄ dilectus: vt l. Publius. §. fi. de cōdi. & demō. videt̄ trāsisse ad dipōdiū, interp̄tanda erit voluntas defuncti, ꝙ substituti nō vocent̄, nisi tota hære. vacāte. Sed ista opi. videt̄ dupliciter cōtra istā literā: & inquantū dicit̄ circa mediū literæ, ꝙ si testator substituit cōplures hæredes in plures ꝗ̄ tres vncias: & sic aperte vr̄ ondi, ꝙ realiter fuerit facta substō vltra xij. vncias: & p̄supponit ita euenisse in factū. Sed ad hoc rn̄det Io. de Imol. hic, exponēdo tex. ꝙ iste ver. intēdit dicere, ꝙ computatis oīb⁹ substitutis tertio gradu fuerit facta substō vltra tres vncias. Sed ista expositio est ridicula, qa cū prius iurisconsultus dixerit nouē vncias relictas fuisse reipu. & tres alias cohęredib⁹, seu quartā partē, qđ idē est, qd erat op⁹ manifestare, qđ manifestissime patebat ex forma dispōnis, nec poterat alr̄ intelligi? Et si cōis opi. dicat, istis cohæredib⁹ quartā partē fuisse relictā, quō pōt dici, ꝙ testator scripserit eos in pluribus, ꝗ̄ in tribus vncijs? Respōdeo, & dico, ꝙ reliquit eis quartā partē in effectu, nō tamē formaliter sub forma quartæ partis: quia forte tres vncias diuisit in sex, vel plures: & de vncijs plenis fecit vnciolas, sicut semper facit, qn̄ trāsit ad dipondiū: vt patet in l. interdū. §. de hære. insti. & in multis alijs ll. illius ti. & hæc est intētio literæ manifesta. Secundò, contra istā expositionē facit tex. in versic. ex eo. dū dicit, ꝙ plures ꝗ̄ duodecim vncias inter eos distribuisset. s. hęredes tertio gradu scriptos, de quibus s. dixerat: nā secūdū expositionē glo. distributio excedēs assem non esset facta inter ipsos substitutos adinuicē, sed inter hæredē scriptū ex vna parte, & oēs substitutos in tertio gradu simul iunctos ex altera: qđ verba nō patiunt̄, nisi subaudiant̄ ad tex. dicēdo inter eos, supple & hæredē: qđ esset diuinare ad literā. Ex hac tn̄ lectura gl. sic declaratæ habes notare duo. Primū est, ꝙ testator in dubio nō videt̄ velle trāsire ad dipondiū in fauorē substituti ad præiudicium instituti. Secūdū est, ꝙ si nō sequeret̄ ista absurditas, de qua in glo. quāuis testator vocasset substitutos in tertio gradu ad totā hæreditatē: propter hoc tn̄ non prohibet̄ substitutio vulg. facta diuersis personis, resolui in singularitates. Cuius contrariū tenet hic Bar. expresse: vn̄ aduerte, quia nō solū secūdùm istā lect. nō probaret̄ hæc cōclusio Bar. j. dicēda: sed etiā atteta ratione, in qua iurisconsultus se fundat, probaret̄ contrariū, de quo nullus perpēdit. Sed quia ista lect. non est vera, vt s. dixi: ista l. videt̄ facere pro cōclusione Bar. rectè intellecta, secundū qđ vere Bar. intellexit. Est igit̄ intētio istius l. secūdū eū, ꝙ iō substitutio non resoluat̄ in singularitates, quia testator distribuēdo inter substitutos totū assem, & plus, videt̄ velle ꝙ tunc vocent̄ substituti, quado totius assis distributio poterit habere locū: qui em̄ distribuit vltra assem, vel plus asse, vtiq; distribuit totū assem: vt l. cū furti. ff. de in li. iurādo. Et si dicat̄, si distributio totius assis inducit hoc, satis erat dicere, ꝙ substō nō resoluit̄, quia testator distribuit totū assem: nec opus est dicere, quia trāsiuit ad dipondiū, seu excessit assem: non dico, ꝙ iō posuit, quia sic contigerat de facto, ꝙ per excessum assis distribuerat totum assem: vt videt̄, si significauit distributionē assis per eū modū, p quē testator fecerat, hic nihil est absurdi, vel male positi. †Et ex ista lec. notabiliter limitat Bar. ea quæ ipse posuit in l. hæredes mei. §. cū ita. j. ad Treb. & l. pe. C. de imp. & ali. substi. in quibus locis cōcludit, ꝙ substō fideicom. facta pluribus, quibus fit substō per copulā, resoluit̄ in singularitates: nā vno ex grauatis moriēte succedit substitutus incontinēti, nō expectata morte aliorū: vt l. Luci⁹. §. Caio. ff. ad Tre. & l. fi. §. filiū. j. de leg. ij. nā hoc est verū, secūdū eū, nisi testator voluerit ad substitutū peruenire totā hæreditatē: tunc em̄ tota hæreditas non pōt peruenire simul, nisi post mortē vltimi moriētis, videbit̄ vocatus substitutus in illū casum duntaxat. & hāc conclusionē affirmat Ang. in cōsi. suo lxxix. iuxta fi. allegās tex. hic, & doctrinā Bar. Sed ipse idē Ang. hic impugnat istā doctrinā per tex. in l. fi. §. filium. præallegato. vbi apponit̄ dictio vniuersalis, quicquid: & tamē substō resoluit̄ in singularitates. & hāc opin. approbat hic Io. de Imo. & Paul. de Ca. adducēs tex. contra Bar. in l. hæredes mei. §. cū ita. j. ad Treb. vbi fuit appositū verbū, significās totalitatē, id est oēm hęreditatē, & tn̄ substō resoluit̄ in singularitates, qa substitut⁹ succedit in partē vltimi moriētis dūtaxat. Nō ob. iste tex. secūdū eū, quia loquitur iste tex. in substōne vulg. in qua testator apponēdo ista verba videt̄ voluisse conseruare ius accrescendi cohæredi, qđ habet locū ante aditā hæreditatē. Sed ista rō cessat in substitutione fideicō. quæ habet locū post aditā hæreditatē, & sic non pōt habere locum ius accrescēdi, secundū regulā. Et est ista distinctio Bar. in simili quæstione. de qua dicetur postea in l. hæredes mei. §. cū ita. j. ad Trebellian. Sed ad ista iura posset responderi, si velles tenere opin. Bartol. & primò ad tex. in l. fina. §. filia. de legatis ij. potest dici, quòd ideo substitutio resoluitur ibi in singularitates, quia per verba testatoris expresse grauabantur omnes ad restitutionem fideicommis. Vnde per hoc testator videtur voluisse, quòd quælibet persona grauata consideraretur de per se, licet mandaret totum legatum restitui: secus ergo esset, si simpliciter testator iuberet totum legatum, vel totam hæreditatem restitui, non dicendo per quem: ad tex. in l. hæredes mei. §. cum ita. dico, ꝙ ideo ibi substitutio resoluitur in singularitates, quia hoc facit præsumpta voluntas testatoris contra proprietatem verborum, vt ibi dicit tex. propter charitatem, quam testator præsumitur habere ad personam substituti, quę erat neptis testatoris. Et debes aduertere, quòd ibi erat positum aliud verbum, ex cuius proprietate potius inducebatur, quòd substitutio nō deberet resolui in singularitates, scilicet verbum, vterq;, & tamē resoluitur ratione præmissa. Debes etiam scire pro cōplemento

a ¶ Fortiter facit. Turn̄dēdo ad Aret. dic vt p d. Ias. May. hic in fin. col.

b ¶ Probatio. Adde Fel. in c. si p debilitate. circa med. ij. colum. de offi. deleg. & q̄ per eū hr̄ī c. ex trāsmis. de rescr. in prin. vbi solēniter, an & qn̄ alleg. impedimētū excuset̄, si non pbat se adhibuisse diligentiā, & non potuisse actū expedire. & Oldra. in cons. ix.

c ¶ Cōstare euidēter. Add Fel. in c. licet. in viij. col. versi. no. xj. de pba. & qđ p eū in c. super qō. in me. ij. col. de of. dele. & qd dicat̄ cōstare vide per eū in c. si cōstiterit. de acc. post prin. in versic. no. ꝙ cōfessio. circa fi. ver. & adde hic q̄ dixi s. in d. l. si plures. alle. in text.

mento materiæ, ꝙ Bar.hic,& in §.cùm ita.& in l.pe.C.de im
pub.expresse vult, ꝙ substō fideicom.facta post mortē plu-
riū,non resoluitur in singularitates,quādo superest persona,
q̃ ex præsumpta voluntate defuncti excludat substitutū: ver
bi gratia,si testator instituat filios,& roget eos post mortem
eorū restituere hereditatem:tunc enim mortuo vno ex filijs,
non succedit substitutus incontinenti , quia superest frater,
quem testator præsumitur velle p̄ferri substituto extraneo,
vel minus cōiuncto. Hoc probatur: qa si p̄dicta ratione alter-
natiua dispō resoluit̄ in coniunctam:vt l.generaliter. in prin.
C.de insti.& l.Lucius.de here. insti.ergo multo fortius locu-
tio,q̃ de sui natura ita potest intelligi collectiuè,sicut singu-
lariter in personis singulorum,non resoluitur in singularita
tes. Vnde attēto isto modo inducendi , non placet opi. Bal.
in l.pe.C.de impu.quem sequitur Pau.de Ca.in l.si pater im
pu.s̄.e.q volunt, ꝙ quamuis ī substitutione pup.facta duob⁹
filijs,verū sit, ꝙ illa rō resoluitur in singularitates,secundū gl.
no.in d.l.si pr̄.& tenet Io.An.dicens dn̄m suum in ll. ita dis-
putasse.in c.si pr̄.de testa.in nouella.tamen in substōne fidei
com.est secus,& rō dr̄iȩ secundùm eos,quia in pup.testōr vr̄
hoc fecisse,vt conseruet ius vltimarum hȩreditatum inter fra
tres,sicut dicitur in l.vel singulis.j.eo.& ī l.pr̄ filia. §.duob⁹.
j.ad l.Fal.q̃ rō cessat in substōne fideicom. in qua non agitur
de hæreditate fratris p̄morientis ,sed de hr̄ditate paterna.Sed
ista rō dr̄iæ confunditur per tex.in d.l.generaliter.in prin . q̃
loquitur etiam de fideicom.dato à filio sub conditione alter-
natiua,et tamen alternatiua resoluitur in coniunctā,[a] de cuius
natura est,vt sufficiat alterum ex positis in alternatiua: ergo
multo fortius locutio ambigua,q̃ in suo significatu pōt se ha-
bere ad vtrumq; sensū,nō resoluetur in singularitates . Quin
imo Bal.in l.j . C.de condi.inser.vbi no.attingit materiam,
dicit ꝙ ista verba,post mortem eorum &c.ex proprietate ser
monis intelliguntur post mortem omnium. Vnde ipse ibi se
quitur opi.Bar.in ista conclusione,etiam in substitutiōe fidei-
com.quicquid dixerit in l.pe.hanc etiam conclusionem sequi
tur Ang.in consi.suo xcj.& est cōis snīa:ipse tamen in consi.
cij.videtur limitare in substitutiōe pupillari glo.in l.si pater
impub.dicēs , ꝙ illa glo.non habet locū, nec tex.in l. pen̄.C.
de impu.qn̄ filij essent instituti in re certa, & esset substitu-
tus eis pupil.ille q esset vniuersaliter institutus:ex quo enim
ille fuit p̄dilectus in sucessione vniuersali ab ipso testatore,
videtur prædilectus fratri superuiuenti in substitutione pup.
Declaro hoc dictū,qa fortius debet̄ hȩreditas paterna filio,q̄ȝ
hæreditas fratris fratri:si ergo institutus fuit prælatus filijs in
hæreditate paterna,ergo & in hæreditate fratris. Hoc tamen
dictum non affirmo pro nunc,licet sit notabile,est tamen co
gitandum.¶ In ea.glo.ibi:item apparet.licet hæc glo.hic ap-
probetur per Bar.& Ang. Io.tn̄ de Imo.nō sequitur eā , nec
ego sum secutus in l.j.s̄. eod . quia iurisconsultus hic in de
cidendo se fundat ex eo,qa tota hæreditas fuit distributa : &
sic apparet, ꝙ si non adesset ista qualitas , isti substituti tertio
loco possent succedere in parte Proculi vacāte : vn̄ ipse dicit
esse casum cōtra opi.Bar.in l.hȩredes mei.§.cùm ita.j.ad Tre
bel.& in l.j.s̄.eo. dum dixit, ꝙ si substitutio vulg.fit duobus
copulatiuè,requirit̄ ꝙ vterq; illorū quibus fit substitutio, nō
sit hæres.potest tamen responderi ad istum text.vt j. dicam.
Pau.autem de Ca.hic ponit istam obiectionem, & soluit con
trariū,sequendo cōmunem sententiā,quā etiā approbat Bal.ī
l.j.C.de cōdi.īser.dicēs, ꝙ ideo hic resoluerer̄ substitutio ī sin
gularitates,qa substituti secūdo gradu fuerūt substituti insti-
tutis primo loco,nō copulatiuè,sed separatim:quo casu succe
dit̄ vnicuiq; de p se : vt l.pen̄.s̄.de iniusto test.& l.cùm ex fi-
lio.§.fi.j.eo.& l.ij.§.si duo.j.de bo.pos.secūdū tab.& no.ī l.si
ex plurib⁹.j.de suis & legi. Vnde cū tertio gradu substituti re
motis substitutis ī scđo gradu succedāt ex vul.īstituto primo
ī gradu:vt l.q̄ȝ diu.§.is aūt.& ibi p Bart.j.de acqui.hȩre. eodē
modo debet succedere,quo erāt successuri substituti in scđo
gradu.Sed ista illatio nō videtur iuridica: qa ista stant simul ,
ꝙ testator substitutos secūdo gradu plenius voluerit vocare
ad substitutionē,q̄ȝ vocatos tertio gradu,quos minus dilexit.
l.Publius.in fi.de cōdi.et demon. Præterea ex principio tex.
nō apparet, ꝙ substitutio fuerit facta separatim primo institu
tis,vel coniunctim:vnde ista respōsio cōtinet diuinationē, p-
pter qđ ego magis sequor intellectū do. Io.Si tn̄ velles intelli
gere, ꝙ ī primo gradu substitutio fuerit facta separatim,potes
dicere,& noua rōne, ꝙ substituti tertio gradu vocarentur,vno
ex institutis deficiente,vel non adeunte : qa substitutio quæ
fuit facta copulatiue,fuit facta respectu substitutorū in scđo
gradu: & illa copula reperit̄ verificata,qa neuter substitutorū
in scđo gradu fuit hæres,vnde nō impedit̄ tertio loco substitu
tus,qa cōditio sibi apposita nō sit verificata:qa imo est verifi
cata, ex quo nullus ex scđo gradu fuit hæres:possūt aūt suc
cedere primo instituto in primo gradu. & vt succederet̄ defi
cienti ex primo gradu,nō requirebat̄ ꝙ oēs non essent hære-
des,qa erat facta substitutio separatim. quod semp tenebis
mēti. Sequit̄ l.in substitutione.& h.d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dictio,tunc,significat certi temporis extremitatem.
2 Qualitas adiecta verbo determinatur secundùm tēpus verbi.
3 Testamentum quādo expugnatur pro parte p querelā ta.pu-
pil.non rumpitur:secus si expugnetur in totum.
4 Testator si relinquit mulieri centū,si steterit vidua, an debea
tur legatum,si mulier non perseuerat in vidiuitate.
5 Bonus præsumitur vnusquisq;, nisi probetur contrarium.

IN substitutione. Cōditio , quisqs mihi hr̄s erit,suf
ficit ꝙ existat aliquo tempore,quāuis tēpore mor
tis pupilli,cui fuit facta pupil. substitutio, ille qui
fuit hȩres,desinat esse hȩres,nisi substitutio sit facta per dictio
1 nem,tunc ,† quæ significat extremitatem[b] certi temporis i. tē
b pus mortis pupilli in casu nostro. Vel sic,& verius,secundùm
Bal.Conditio ista apposita in pup.substitutione,quisquis mi
hi hæres erit,verificatur,etiam si tempore mortis pupilli sub
stitutus nō sit hæres,licet prius fuerit:si hæc interpretatio cō
seruet substitutionem,& tendit ad fauorem ipsius:secus si ex
cludat sustitutionem, seu perimat eam.hoc dicit .Secūda est
ibi:quamuis enim. Tertia ibi: non simili mō . Vltima ibi:nā
ita prudentes &c.No.primò ibi:si qn̄ &c. ꝙ cōditio ista,si hæ
res,erit,verificat̄,si ille q fuit hæres,desinat esse hæres, anteq̄ȝ
dispositio, sup qua ista cōditio apponit̄,habeat effectū.cōcor.
tex.ī simili in l.si qs hȩredē. C.de insti.& substi. per q̃ iura ar
guit hic Ange. & Mod.ad multas q.de quibus dicetur in le-
ctione sequenti.Sed contra istud notabile opponit Pau . de
2 Ca.† qa qualitas adiuncta verbo determinatur secundùm tp̄s
c verbi[c].i.debet inesse tēpore significato p pactum verbi : vt l.
Titi⁹.j.de test.mi.& l.ī delictis.§.si extrane⁹.ff.de noxialib⁹.
ergo ista verba,quisqs mihi hæres erit,sit hæres filio meo. de
bent intelligi secundùm illud verbum,sit hæres filio meo:&
sic illo tēpore debet adesse ista qualitas. Ipse respōdet,quòd
iura contraria loquuntur in qualitate , quæ est necessaria ad
dispositionem,quæ fit,vel ad effectū ipsius dispositionis. Sed
tex.noster loquitur in qualitate,q̃ non est necessaria ad dispo
sitionem quæ fit:qa substitutio pupilla.poterat fieri simplici
ter pupillo,etiā de illo qui tūc esset hæres patri. Sed ista r̄n̄sio
non vr̄ bona:quia in l.Lucius .præalleg.si l.fuisset locuta per
alia verba , tamē poterat cōcedere priuilegium testamento fa
cto an̄ militiam. Vnde concedit hic iuriscōsultus , ꝙ si l.con
firmaret testamenta militum,confirmaretur testm̄ factum an̄
militiam,& tn̄ non confirmat̄,qn̄ l.cōfirmat testm̄ factū à mi
lite:qa qualitas militiæ adiūcta verbo,debet adesse tpe act⁹,
q significat verbū. Vn̄ Bar.in l.ex facto.in prin.j.e.allegando
istū tex.melius soluit:dicit em̄, ꝙ hic qualitas adijcit̄ verbo,
qđ nō significat nec actū disponēdi,neq; effectū istius dispo
sitionis.qđ declaro:qa ista qualitas,hæres erit,nō adijcit̄ ver-
bo,sit hæres filio meo,sicut forte credidit Pau.sed adijcitur
verbo,erit,immediatè : qđ quidē verbū non significat certū
& determinatū tps,quia qn̄cunq; quis sit hæres,verū est ip̄m
fuisse hæredē,& ideo qualitas nō determinatur ad certū tp̄s:
quia verbum ad qđ hoc nomen,hæres, refertur,similiter est
indeterminatū.¶ Secūdò no.ibi:hæres defuisset. ꝙ quāuis ex
dispositione hominis vel ex iure prætorio ille qui semel fuit
hæres de iure ciuili,non posit ipso iure desinere esse hæres:
vt l.ei qui soluendo.s̄.tit.proxi.& l.sed si fine.§.qđ Papi. de
minoribus.tn̄ de iur.ci.& ex eius autoritate pōt quis desinere
esse hæres.& glo.est quod dicit Bar.in l.fi.j.ad Treb.& ple-
3 nius dicemus in gloss.quæ etiam hoc tenet.¶ † Vltimò no. ꝙ
quando testamentum expugnatur pro parte per q̃relā ta. pu
pil.non rumpitur:secus si expugnetur in totum:vt l.Papi.§.
nec impu.s̄.de inoffi.te. Et ratio est,quia ille qui adiuit hære
ditatem expugnato testamento per querelam,desinit esse hȩ
res ipso iure in cōtratab. etiam si expugnetur in totum,rema
nent ta.pup.vt l.& si contra.j.e.& ratio est, quia testamentū
remanet validum de iur.ci.licet rumpatur de iure prætorio:
sicut dicit ibi glo.& in l.filiū.§.j.ff.de leg. præstan.¶ In glo.
posita super verbo,forte.ibi:sed iur.ciui.sic not.hāc glos.ppe
tuo,iuncto tex.quæ vult, ꝙ ille q semel fuit hæres ex l.ciuili
dispositione posit desinere esse hæres ipso iure:& istud est
verū indubitanter,quādo aliqs desinit esse hæres ipso iure si-
ne aliquo facto suo vero vel ficto.cōcor.tex.ī l.ex facto . §.fi.

a ¶ In cōiunctā. Hoc an & in quibus, & qualiter p̄cedat, vide tu oīno do. Mari Soci.ī cōsi.lij. in ci.vt veram testatricis intentionem.in prin. ibi: primo nā ipse. & in versi. ad quartam rationem

b ¶ Extremitatē. Vide in l. huiusmodi. & ibi Io.de Por.j. de verb.obl.& Archi. lxiij . dist. ego & Spe.in ti.de instru.edi.§.videndū restat.vers.qd si vniuersalis.

c ¶ Verbi. Adde Fel. in c. ad audiētiam. de rescr.el.ij.ī prin. vij.col.& ī c . audi tis . de p̄scri . in xj. col.circa princi . & in c.cum illorū. de sen. excō.circa me. j.col.Bene.Va.

j. eo. & in l. miles ita. §. j. de testa. mili. & ex hoc infert Barto. in l. fin. ff. ad Treb. quòd si filia fœmina excluditur, quãdiu superstit masculus, mortuo masculo ipse desinit esse hæres ipso iure, seu hæredes eius, & filia directo incipit esse hæres: & idẽ tenet Ang. in effectu, in l. antiquę. in fi. vbi est bo. tex. c 1 l. seq. ff. si pars hæ. pet. & in auten. de he. & fal. §. si quis autẽ. vbi est glo. Sed dubium remanet, qd si aliqs desinit esse hrs p beneficiũ abstinẽdi cõcessum sibi à iure ciuili, vtrũ extinguatur primũ nomẽ hrdis ipso iure, vel fortius remaneat nomen hæredis. Sup quo glo. no. in l. fi. §. vlti. j. eo. dicit, ꝙ remanet nomen hæredis, & non extinguitur: q̃ conclusio vr̃ probari in l. iij. §. qui fideicõ. s̃. de hære. insti. p quem tex. ita tenet ibi Ang. & Io. de Imo. in d. §. fi. licet Ang. ibi dicat contrariũ p tex. nr̃m cum glo. & p iura superius allegata. & idem tenet in l. pater filio. s̃. de hęre. insti. Sed ista iura loquuntur in alio casu, videlicet quando is desinit esse hr̃s, non qa se abstinuerit ipse, sed ex alia cã, p quã extinguitur ius hr̃dis causatũ p aditionem. Et pro illa conclusione adduco tibi tex. notabilẽ ĩ l. pe. in verbo, vtiles. j. de acq. hęr. vbi ꝓbatur, non destruẽdo lr̃am, ꝙ ille q abstinet ex beneficio principis. remanet hr̃s nomine. quod patet: qa succedens ei est hæres vtiliter, non directo. Gl. tamẽ & Bar. ĩtelligũt, ꝙ princeps nõ cõcessit hoc beneficium ex grã, & sic tanq̃ l. ciuilis: sed iure ordinario ex edicto ꝓtoris. & hoc modo ĩtelligẽdo ille tex. nõ faceret. Credo tamẽ conclusionẽ prædictã esse verã p tex. in d. §. q fidei com. & aduerte diligenter, qa in §. q fideicom. abstẽsio ab hęreditate, q̃ erat necessario q̃sita, videtur facta ipso iure à lege, & tamen remanet ibi nomen hæredis. Sed põt r̃nderi dupliciter, vel ꝙ ibi remanet nomẽ hæredis, qa necessitas cessat, ex qua erat hęres ipso iure, vñ fingiẽ ibi quodã modo ipẽ se abstinuisse. Vel põt dici, ꝙ remanet nomẽ hr̃dis in d. casu, si ille q est factus ex necessario voluntarius spõte adeat hęreditatem: & rõ est, qa nullũ interesse est vel ipsius instituti, vel alterius, ꝙ nomẽ prius quæsitũ extinguaẽ: ex quo, etiã si esset extinctum, de nouo efficeretur hæres. Satis est ergo, ꝙ mutetur qualitas. i. ꝙ efficiaẽ de necessario voluntarius, absq; eo ꝙ ius primò formatũ sine causa extinguatur: & ista r̃nsio magis placet, q̃ ꝓcedens, qa non apparet ex text. ꝙ per fictã abstẽsionẽ quis efficiaẽ voluntarius. & attẽta hac scd̃a r̃nsione ille tex. non facit cõtra Ang. in locis allegatis: & potest defendi opi. sua tanq̃ verior per regulas istarum ll. q̃ dicũt, ex potẽtia iuris ciuilis semel factus hæres põt desinere esse ipso iure: nam videtur esse eadẽ ratio, siue quis desinat esse hæres sine ministerio suo, siue de licẽtia legis, quę põt extinguere nomẽ hæredis. Non ob. tex. in l. & qd̃ ibi no. j. ad Treb. qa cùm fideicom. recipiat de manu alterius, intentio l. nõ videẽ fuisse, ꝙ ipse sit hæres directo: iuxta ea quæ diximus in l. cẽturio. s̃. eod. Cum ergo nõ transferatur in eũ ius hęreditatis directæ, nõ est mirũ, si remanet penes hæredẽ, cuius ius nõ extinguitur, licet per obliquum trãsferat hæreditatem in alium: quia ius vtile est compatibile cum directo in diuersis ꝑsonis: vt l. si fine. §. sed ꝙ Papinian⁹. hic allega. & materiã vide qd̃ scripsi in l. si filius hæres. s̃. de lib. & posthu. ¶ In glos. posita super verbo, Caius ibi: & no. ꝙ hic articulus, tunc secundùm gl. quã approbat hic Bar. & cõiter antiqui, non est differentia inter primum & vltimũ casum huius l. nisi quia in primo casu cõditio, si hæres erit, non fuit determinata ad tp̃s mortis pupilli: sed ĩ secundo casu fuit determinata per dictionẽ, tũc, quæ denotat extremitatem certi tp̃is: vt l. iiij. j. de condi. & demon. & secũdùm istũ ĩtellectũ, vt inquit hic Bal. & bene, in versi. neq; mihi Cai⁹ &c. debet pũctuari post dictionẽ, tũc: ita ꝙ dictio, tunc, est pars orationis præcedẽtis: nã si punctuaremus post verbũ, erit, ante dictionem, tunc: ista dictio non significaret tempus mortis pupilli, sed exponereẽ, tunc, id est eo casu, quo Caius hæres non esset: & consequenter nõ esset, bona ista solutio: & qa punctuatio congruentius cadit in verbo, erit, & est aptior cõstructio, item quia saltem verba tex. reddũtur ambigua: ideo Bald. ponit nouã solutionẽ, quã approbant hic cõmuniter Moder. vt dicamus, ꝙ aliqñ ista conditio, quisquis mihi hęres erit, si impleẽ, facit substitutionem admitti ex substitutione pupillari: & aliqñ si impletur, excludit substitutum ex suo implemẽto. Primo casu dr̃ impleta ista conditio, hoc ipso ꝙ aliquis fuit hæres, licet ante mortem pupilli desinat esse hæres: & ita intelligiẽ principiũ tex. Secundo casu non sufficit aliquem fuisse heredem, nisi duret vsq; ad mortem pupil. & ideo differentia est, qa in primo casu agiẽ de fauore, i. de validitate pup. substi, quæ est prouisio, & fauor filij: vt l. Iul. j. de acqui. hære. & etiam cõseruaẽ dispositio testatoris, ꝓpter quã cõseruandã fit larga interꝑtatio. vt l. in test. de reg. iu. l. quoties. de reb. dub. cum simi sed in secundo casu agitur de odio. i. de annullãdo pup. substit. Vnde nõ est mirũ, si fit strictior interꝑtatio: & hoc satis innuũt verba tex. in ver. nõ simili mõ. dũ dicit, in hac specie dicendũ est. Per q̃ verba apparet, ꝙ mutatur forma dispositionis in aliam speciẽ à præcedenti, qd̃ non esset in sola dictiõe: tũc diuersificaret istos casus, tunc eñ nõ erat opus transire ad nouã speciẽ dispositiõis, sed sufficiebat retento eodẽ themate dicere, ꝙ præcedentia erant vera, nisi esset apposita dictio, tunc. Vnde ista lectura Bal. magis placet, quam etiam sequuntur hic Mod. ¶ † Extra gl. inducitur iste tex. hic per Ang. ad no. q. videlicet si testator relinquit alicui mulieri centũ, si efficitur vidua, vel si erit vidua, vtrum debeaẽ legatum, si mulier nõ perseuerat in viduitate. In qua quæstio. ipse in consi. xxxiij. in ordine, & hic referendo dicta in ipso consilio, ipse distinguit, ꝙ est attẽdenda qualitas personæ quæ fecit legatum: nã si filius legat matri suę, si vidua erit, vel cùm vidua erit, vel maritus vxori: tunc non sufficit hanc esse viduã, nisi duret in viduitate nam p secũdas nuptias contristaẽ anima viri [a]: & fit iniuria filijs primi matrimonij. Primum ꝓbaẽ in auten. de nup. §. q̃ nunc. in ver. nos verò. secundum in auten. de non eligẽdo secũdo nubentes. §. prospeximus. presumitur ergo filius vel maritus reliquisse hoc legatum viduæ, ne ipsis fieret iniuria, in qua causa nõ impleẽ p solã viduitatẽ, nisi mulier pseueret in viduitate. Pro ista cõclusione adducit Ang. in cõsi. suo doctrinam Cy. in l. si quis hæredẽ. C. de insti. & subst. & Ia. de But. in l. cum vxori. C. quãdo dies legat. cedat. vbi est bonus text. ad materiam: q distinguũt in hoc articulo, vtrũ cõditio quæ fuit impleta, debeat durare impleta: ꝙ aut cã ꝓpter quã fuit apposita cõditio adhuc durat, & tunc requiritur duratio implemẽti, qa dispositio testatoris limitatur à sua causa: vt l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. & p Bart. in l. pater. §. fundum. de leg. iij. Aut causa propter quã fuit imposita conditio ex implemento momentaneo est impleta, & tunc non requiritur duratio implementi: vt probatur in d. l. si quis hæredẽ. & l. cùm vxori. præallegata. & ex ista doctrina dicit Ang. notabiliter in cõsil. suo clx. quòd si testator substituit aliquem filio si decesserit sine filijs, & si nõ fecerit testm̃, ꝙ quamuis filius faciat testm̃, si postea illud testamentum irritaẽ, nihilominus omnino dicetur defecta cõditio, quia causa istius conditionis apponendæ fuit, quoniam testator prætulit iudicium filij substituto, & personam, quę vocabatur ex eius iudicio: q̃ cã non impleẽ, si ex facto illa ꝑsona non potest vocari, quia testm̃ irritatum ex postfacto: si verò ꝑsona q̃ relinquitur ĩ casu viduitatis, est talis, cuius voto conueniat viduam nubere, vel est persona indifferens, sicut quando extraneus relinqueret ĩ casu viduitatis: & tũc ipse cõcludit, satis esse ꝙ filia remãserit vidua, licet postea nuberet: & ita ĩtelligit l. cùm vxori, & l. si qs hæredi. Sed ipse non r̃ndet ad cõtrariũ: vñ tu r̃ndeas quatenus est necesse. & primò ad l. reprehẽdẽda. q̃ fortius vrget, põt r̃nderi dupliciter. Vno mõ secũdũ Io. de Imol. ꝙ ibi cã ꝓpẽ quã fuit apposita cõditio ex implemẽto momẽtaneo cõditionis, non erat impleta: mandabatur enim filię, ꝙ diuerteret à viro suo, q̃ conditio videtur imposita, ꝓpter odium ipsius viri. Vnde licet mulier diuerteret à viro, si tñ postea rediret, non esset satisfactũ causę, ꝓpter quã fuit apposita cõditio. s. odio testatricis, ꝓpter qd̃ ad vindictã voluit filiã separari à viro, secũdũ Io. de Imo. hic: secus esset secũdũ eũ, si apponereẽ cõditio diuortij faciẽdi mulieri in genere: verbi grã, testõr relingt filiæ nõ habẽti maritũ centũ, si diuertit à marito suo: tũc eñ satis est fecisse diuortiũ, secũdũ eũ per ll. s̃. allega. Et ꝙ cõditio diuortij cõtineat factũ negaẽ. i. ꝙ mulier perpetuo non cõhabitet cũ viro, probaẽ expresse in l. diuortio. ff. de diuor. vbi tex. dicit, ꝙ illud diciẽ ꝓprie diuortiũ, qd̃ fit eo aĩo, vt ꝑpetuo cõiuges discedãt ab inuicẽ. Testator igiẽ q posuit cõditionẽ diuortij, ꝓpẽ naturã hui⁹ verbi, voluit significare, ꝙ mulier diuerteretur, & nunq̃ rediret. Vel potes dicere subtilius, & verius, ꝙ conditio de diuertendo cõtinet duo facta, vnum affirmatiuum, & aliud negatiuũ implere: affirmatiuum est, ꝙ dissoluatur matrimoniũ: negatiuũ, ꝙ non sit simul cũ viro, seu non cohabitet cũ viro. licet igitur per diuortium sit impletũ factũ affirmatiuum, non est impletum factum negatiuum, qd̃ non põt impleri, nisi ad vltimũ vitę spiritũ: vt l. Mutianę. cũ materia. ff. de condi. & de. & ideo nõ videẽ impleta conditio, sicut dicim⁹ in eo, q ꝓmisit vsumfructũ, qui teneẽ ad factũ affirmatiuũ. i. quoad constituendũ vsũfructum: & etiã ad negatiuũ. i. ad patiẽdum aliquẽ vti frui: vt hr̃ in tex. & gl. in l. corruptionem. C. de vsufru. & in l. iij. §. talẽ. ff. e. & p gl. in l. pluribus. §. & si placeo. de verbo. ob. vñ licet sit impletũ factũ affirmatiuum, non tñ diceẽ impleta conditio. Præterea dicit Bal. not. in c. j. §. si facta. si de feudo fuerit contro

a ¶ Viri. Adde Fran. Are. in l. ij. §. c. & ibi per do. Ias. May.

controuersia inter dñm & agnatū. ꝙ quia cōstitutio feudi est spēs seruitutis q̄dā, dñs inuestiendo vasallū nō liberaẽ totaliter à ꝓmissione facta de concedēdo feudū, qa tenetur pati vasallū vti & frui: & ideo si vasallus amittit possessionē rei, quæ postea redit ad dñm, dominus obligatur vasallo ea restituere virtute primæ ꝓuisionis. facit optime q̄đ no. Bar. in l. sed & si possessori. in prin. ff. de iureiur. Non ob. tex. in l. inter castellanum. ff. de arbi. quia ibi ꝑtes nō erant obligatæ ad factū affirmatiuum, quod posset perfici momento: sed ad factū negatiuum. i. non transgredi terminos positos, & non variare contra diuisionē: & ita rñdet Bar. ad illam l. in simili q. in l. si fideiussor. §. meminisse. de le. j. Nō ob. tex. in l. si pro parte. §. versum. ff. de in rē verso. quia quādo obligatio vel iuris effectus surgit ex dispositione testatoris, vel cōtrahentiū, est fortius vinculum, q̄ꝫ si surgat ex æquitate l. duntaxat. & ideo nō est mirū, si difficilius tollitur dispositio testatoris, vel contrahentium, q̄ꝫ dispositio l. cessante æquitate. Sed cōtra illud mēbrū s. dictę distinctionis, dū dixi, ꝙ quando nō cessat causa, propter quā est apposita cōditio, requiritur ꝙ implemētum duret: faciunt multa iura in tex. in l. in numerationibus. in fi. ff. de sol. & l. Stichum si hæredi. ff. de sta. lib. in quibus probatur, secundùm Bar. in d. §. meminisse. quòd ille qui promittit vendere, vel locare, vel ille cui legatur, si promiserit certum quid, liberatur locando, vendendo, vel promittendo, nec requiritur, ꝙ impleat promissionem, & tamen ꝓmissio fuit iusta, & locatio vel venditio propter cām quæ nō videtur impleta. i. vt ille cui fit promissio, vel vēditio, seu locatio, consequatur effectū ex illis cōtractibus. Sed ad ista iura pōt rñderi, ꝙ per factum momētaneū secutū in illis ll. satis vr̄ esse cōpleta cā, propter quam debebat fieri factū momentaneū: quia ex illo facto inducebatur necessitas implēdi id quod testator vel disponens volebat impleri. i. inducebatur obligatio ad illud faciendum. Sed non est ita in casu nostro: quia licet mulier remanserit vidua, nō tamen obligatur tali viduitate. Aduerte tñ ad intellectum illorū iuriū: quia Ang. in cōsi. prædicto absolutè videtur concludere, ꝙ qñ in conditione vertitur factū, nō hñs cām successiuam, sicut tradere rē, satis est illud factū esse impletū, licet postea nō duret effectus illius facti: allegat glo. in l. si cum fundū. de contrahen. empt. & in l. ab emptione. ff. de pac. & in auten. sacramenta puberum. in glo. super verbo, custodiantur. C. si aduersus venditionē. & hanc allegat Bart. in l. sed si possessori. præallegata. & in l. iij. §. vnde vi. ff. de vi & vi ar. in glo. super verbo, vindicare. Sed istud dictū videtur contra tex. in terminis, quē ibi no. Bal. ad hoc in l. Titio centum. in prin. j. de condi. & demon. vbi conditio vel modus appositus in legato de emendo prædium, quæ sine dubio continet actum momentaneū de se. i. actum emendi, non verificatur ex sola emptione facti, vñ emens vr̄ prohibitus alienare rē venditā. quia cā emptionis, & conditionis appositæ fuit propter qualitatem personę, quæ cū esset modicæ industriæ, facilius præsumebatur posse cōseruare rē immobilem, q̄ꝫ pecuniam. Præterea ipsemet in illo cōsilio allegat Cy. in l. seruus. C. de pœnis. dicentem, ꝙ si ciuitas est condemnata ad destructionem murorum, quia cā respicit perpetuitatem destructionis, non pōt muros reficere, & tamen destructio murorū est actus momentaneus: licet enim actus, qui pōt expediri momēto, sit perfectus hoc ipso ꝙ est gestus: ex illo tñ actu pōt oriri effectus, quē disponens voluit durare in suo esse. Vnde non vr̄ esse differentia inter actū momentaneū huius naturæ. i. qui producit effectū, qui pōt durare in suo esse, & actum qui perficiẽ quidē in momēto, quoad suū esse, & in illo esse formali postea durat, & pōt habere durationē successiuā, sicut in viduitate, in matrimonio, & similibus: ꝑficiunẽ eñ ista vnico momēto. i. cōtractus matrimonij, vel mortuo viro, & tñ illo suo esse ꝑducto durat formaliter. Nō ob. glo. j. auten. sacramenta puberū. cū alijs s. allegatis: quia loquitur in casu, in quo ex natura obligatur: cā, propter quam fiebat traditio, ex ipsa traditione erat consumpta & impleta, qm̄ ex contractu emptionis quis non tenetur constituere emptori ius in re, sed satis est, ꝙ tradat nudam possessionē, quod est impletū per traditionem, ex qua transfertur possessio: & ideo non est mirū, si obligatio extinguiẽ, sicut tradiẽ in l. libera. & idē C. de sentētijs. licet tradens transferat dominiū, si est penes eū. vt l. si ita distrahatur. §. j. ff. de cōtrahē. empt. Sed cōtra præmissa dicta fortius facit tex. in l. quæ sub cōditione. in prin. s. de condi. inst. vbi probatur satis clare, ꝙ si relinquitur aliquid alicui sub conditione, si iurauerit se facturū aliquid, nisi conditio illa reijceretur tanq̄ꝫ turpis, hoc ipso ꝙ aliquis iurasset se facturū, consequeretur relictū, licet postea nō impleret & tñ manifestum est, ꝙ cā propter quā fuit apposita cōditio, nō fuit consummata & impleta. quod probo: quia licet aliquis iurauerit se facturum, non tm̄ est obligatus ad faciendū, qm̄ ex iuramento regulariter non oritur actio de iure ciuili: vt plene traditur per Bart. & alios in l. si quis pro eo. j. de fideiussoribus. Vnde non pōt rñderi ad istā l. sicut fuit rñsum ad l. in numerationibus. & ad similes ll. sed pōt rñderi, licet fortiter vrgeat, ꝙ ibi cā conditionis appositę fuit impleta, q̄ꝫtum ad mentem testōris, quia testator firmiter pręsumitur credidisse, ꝙ qui iuraret se facturum, impleret iuramentum, †qm̄ quilibet præsumitur bonus. [a] nisi probetur cōtrariū: vt in c. j. de scrutinio. vnde credidit testōr, ꝙ si aliquis iurasset se facturū, omnino esse faciendū. Io. de Imo. hic singulariter dicit, ꝙ cū ista l. & l. si quis hæredē. indistinctè dicāt, ꝙ satis est conditionē semel extitisse, indistinctè sunt intelligēda, nec est recedēdū à ꝓprietate verborū: vt l. non aliter. cū simi. de leg. iij. Sed ista ratio parū vrget: quia iura dicunt, vt suprà dixi, ꝙ cā restringit, & amplificat legatum, etiam impropriando verba, vbi reperitur alia l. limitans iura prædicta: videlicet tex. in l. Titio cētū. in prin. Quāuis ergo l. si qs hæredē. dicat, ꝙ sufficit cōditionē semel extitisse, licet postea deficiat ex volūtate implentis conditionē, nō est tñ absurdū dicere, ꝙ illa l. restringaẽ, nisi appareat verè vel præsumptiuè de cā cōditionis appositæ, propter quā testator pręsumatur voluisse implementū cōditionis durare. & pro ista respōsione facit q̄đ ipse idem dicit inferius, videlicet ꝙ illa cōditio, si contraxerit nuptias, si refertur ad certā personā, cum qua nuptię debeant cōtrahi, requirit perseuerātiā implementi. Tangit etiā hic Ang. & Io. de Imo. post eū, si relinquitur aliquid sub cōditione, si fuerit ingressus religionē vel monasteriū, vtrū debeat habere legatū, si postea exit de monasterio? Et in cōsilio pręd icto Ang. non clarè determinat. Ioā. autē de Imo. hic prosequitur prolixius, quia fuit melior canonista, & in effectu cōsiderat quatuor casus: nā aliqñ quis ingreditur religionē cā professionis, nō tñ profitetur religionē: aliqñ qs profitetur religionē, & illicite, & sine licētia, postea exit de monasterio: aliqñ aliquis trāsfertur de vno monasterio ad aliud licite, seu de vna religione ad aliam: aliqñ exit de monasterio, & redit ad seculum professus legitimè, idest obtenta licētia [a] & dispensatione à summo pontifice. Primo casu concludit ipse, ꝙ ingressus ante professionē non potest consequi legatū, quia non dicitur esse ingressus, sed potius voluisse ingredi: argu. l. amplius [b] non petitum. ff. rem ratam haberi. & c. ad apostolicam. de regularibus. & c. beneficiū. eo. ti. lib. vj. Sed ista ratio non videtur sufficiēs: quia vt ꝓbat tex. in c. beneficium. & clarius in c. pe. eod. ti. & in c. religioso. de sen. excom. li. vj. professio religionis, & ingressus religionis distinguuntur, tanq̄ꝫ duo diuersa, & dicitur quis ingressus anteq̄ꝫ profiteatur: vñ Thomas dicit in secūda secūdę in q. de ingressu religionis. articulo quarto. ꝙ si aliquis facit votum de ingrediēdo religionē, & postea ingreditur eam, deinde anteq̄ꝫ profiteatur iuxta finē anni professionis, egreditur eā, nō videtur esse factor voti, nisi vouisset hoc animo, vt vellet remanere in religione perpetuo, quia votū intelligitur emissum, secundùm naturā attributā à iure, per ingressum religionis. Sic verba contrahentium intelliguntẽ secundùm naturā cōtractus, vel dispositionis, super qua interponitur stipulatio: vt l. stipulatus. de vsu. & l. j. §. si sub cōditione. vt legatorū noīe caueaẽ. Et ista opi. placet, & maxīe ꝑ iura præallegata: licet quidā dicant, quos refert do. Dñic. in c. pe. de regul. lib. vj. ꝙ ille qui vouit ingredi religionē, hoc ipso ꝙ ingreditur, etiā si suscipiat habitū nouitiorū, censetur ꝓfiteri: & sic sentiunt expresse, ꝙ vouens ingredi religionē, in dubio videatur vouere, ꝙ permanebit in religione, q̄đ in voto non est admittendum. Sed in casu nr̄o forte esset dicēdū, ꝙ cā quæ mouit testatorē ad legādum, fuerit fauor religionis, quē forte nō pręsumeretur fuisse consideraturus, si credidisset illū nō profiteri religionē, quia hr̄ pro nō ingrediente, ex quo tam cito exiuit: vt l. plerīq̄ꝫ. ff. de ri. nup. & l. diuor. ff. de diuor. Si tñ appareret, ꝙ testator hoc fecit, vt per ingressum religionis ille allliceretur, & induceretur ad profitendum, tunc legatum deberetur: quia ex quo est ingressus, satisfactum est causæ, propter quam fuit apposita conditio: non sic autem est satisfactum, quando voluit eum præcisè profiteri.† Circa secundum dicit Io. de Imo. ꝙ omnia quæsita monasterio ante recessum remanent monasterio, [b] quia etiam quæsita post recessum vnà cum ipso monacho posset monasterium vindicare: allegat gloss. in l. de iure. in principio. ff. ad municipales. Tu vide text. de quæsitis in terminis, & ibi not. Bald. ad hoc in l. deo nobis. §. fi. de episc. & cleri. de quæsitis autem post egressum monasterij est diffini-

[a] ¶ Bonus. Adde Fely. in c. dudum. de præsum. & q̄đ ibi dixi in apostil.

[b] ¶ Monasterio. Vide ad materiā quæ hr̄ per d. Bar. Soc. in cōsi. cclxx. inci. consideratis his. in ij. ꝑte. char. clxxxij. & in cōs. clxxxiij. inci. eleganter sunt oīa discussa. ver. sed hoc nō obstante. in d. parte. & in consi. ccxxij. inci. pn̄s consultatio. ver. se. difficultas. in fi. cum ver. seq. vsq̄ꝫ ad fi. cōsi. in d. parte.

tum in concilio, ꝙ omnia debeant applicari monaſterio, de quo exiuit: vt eſt caſus clarus xviij.q.ij.c.abbates.& no.gloſſ.docto.in c.fi.extrà, de regulari. Quid autem ſit de monacho eiecto à monaſterio, vide quod no.Inno.in c.cum olim.extrà, de priuileg.& Bal. in l.deo nobis.præallegata. & in l.j.§.ſed ſancimus.C.de Latina liberta.tollen. & Ang. & ibi bonus tex.in auten.de ſanc.epiſ.§. ſi monachus. Circa tertium dicit idem doctor, quòd non eſt dubium legatum deberi: quia licet exeat de vna religione, remanet in alia, ad quam tranſiuit de licentia ſuperioris, vel ex promiſsione iuris. Poſſet tamen dubitari, ſecundùm eum, ad quē pertinerent bona prius quæſita: verbi gratia, legatum traditum, quod fuit quæſitum, antequā tranſiret ad ſecundam religionem: de quo remittit ad notata in c.quod à te.extrà, de clericis coniugatis. Sed ibi quęritur de bonis quæ monachus obtulit tempore ingreſſus monaſterij, non de quæſitis poſt ingreſſum. Tu ergo vide doc.& maxime Abbatem Mod. in c.fin.de regula.vbi concludit, quòd bona quæſita ante tranſitum ad aliam religionem remanent monaſterio, à quo recedit: quæſita autem pòſt pertinent ad nouum monaſterium.hoc probatur ex duobus iuribus ſimul iunctis: videlicet xxj.q.ij.c.ſi quis iam tranſlatus.& xviij. q.j. c.vnico.& eſt optimus tex.pro vtraq; concluſione in c. cùm olim.el ij. extrà, de priuilegijs. Sed aduerte: quia quantum ad principale quæſitum, iſte doctor non videtur bene conſideraſſe omnes caſus: nam dictum ſuum procedit, quādo legatum eſſet relictum, ſi aliquis ingrederetur religionem ſimpliciter: ſed ſi legatum eſſet relictū, ſi aliquis ingrederetur talem religionem, ſeu tale monaſterium, tunc ſi tranſiret ad aliam religionem, vel ad aliud monaſteriū prorſus ſeparatū à primo, videretur defeciſſe conditio, ſi non fuit impleta per ſolū ingreſſum: ſed ingreſſus debuit durare. Credo tamen, quòd etiam iſto caſu legatū remaneret penes primū monaſterium, nec videretur defeciſſe conditio, ex quo vel aliquis tranſiuit ad arctiorem religionē, vel ad æqualem, vel minorem ex iuſta cauſa: per ea quæ habentur in c.ſcripturæ.extrà, de voto. in ſimili.& l. quæro.§.inter locatorem.& quod ibi per Bar.ff. locati. Circa quartum & vltimum concludit Io.de Imo.& recte, quòd legatū nō perderetur, licet quis rediret ad ſeculum ex diſpenſatione: quia cùm iſta diſpenſatio non poſsit fieri, niſi ex magna cauſa, & à ſolo principe: vt plene declarat Io.An.in ſua mercuriali, in regula, actus legitimi.de reg.iu.& Moder.in c.cum monaſteriū.§.fi.de ſtatu monachorum.iſte eſt caſus raro contingens, de quo teſtator non præſumitur cogitaſſe, tanq; de impoſsibili: allegat nota.in l.apud Iulianum.§.fi.de le.j.& in l. continuus.§. cū quis. de verb. ob. melius facit tex.in l.fiſtulas.§.frumenta.de cōtrahen.emp. de cuius intellectu vide per Barto.in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff. ſi quis cautionibus. & in l. Scio.§. pen.ff. de annu.leg. cætera dic vt hic per eum, & ſic redditur expedita iſta ſolennis lex. Sequitur l. qui cum plures.

QVi cum plures. Ex præſumpta mente teſtatoris plures ſimul coniuncti concurrunt in virilem cum diſiuncto, & inter ſe pro hæreditarijs portionibus.h.d.Secunda eſt ibi: reſpondit. Tertia ibi: quod ſi non ſolum. ¶ †Not.primò ex iſto text. quòd diuiſio eiuſdem hæreditatis fit reſpectu diuerſorum diuerſimode; quia reſpectu eius, qui non eſt inſtitutus hæres, fit in viriles: ſed reſpectu hæredum inter ſe fit in hæreditarias portiones. & in hoc redditur iſta l. ſingularis ſecundum Moder. Eſt tamen ſimilis diuiſio, ſi bene inſpicies.l.ſi pater impub. ſ̄.eod.nam illa dimidia quæ conceditur illi non inſtituto, eſt quædam virilis, quia omnes hæredes īſtituti habētur loco vnius, & tamen poſtea remanens apud hæredes diuiditur alio modo inter eos.i.pro hæreditarijs portionibus: vt dicitur in fi.literæ, quod ſufficit pro iſto mane &c. ¶ In gloſſ.poſita ſuper verbo, hæreditas.ibi: niſi pręceſsiſſet partium diſtributio in inſtitutiōe. Iſtud verbum poteſt dupliciter intelligi: vno modo exponendo verbum, in inſtitutione.i.in ſubſtitutione: & eodem modo poteſt exponi principiū glo.dum dicit, quia omnes ſeparatim fuerūt inſtituti.i.ſubſtituti.& hic cadit proprie iſta expoſitio, quia in verbo, ex inſtitutione, expreſſe loquitur de prima inſtitutione.& exponendo iſto modo gloſſ. poteſt habere duplicem intellectū. Primus eſt, quòd iſti hæredes ſubſtituti fuerunt vocati in diuerſis orationibus ad ſubſtitutionē: & iſto modo intelligendo, vt videtur ſentire Bar. & Mod. verum eſt, quod dicunt doc.hic, quòd iſta ſolutio diuinat ad tex. Secundus ſenſus gloſſ.poteſt eſſe, quòd hic fuerunt hæredes vocati ex ſubſtitutione, & ſubſtituti ſeparatim.i. diſiuncti re, ſed coniuncti verbis, propter commemorationem partiū factam in ſubſtitutione. & iſte ſenſus eſt optimus, ſi ſic intellexerit, & approbatur inferius ibi, vel hic, ſubſtituēdo nominatim &c.vbi gloſſ.hic expreſsius dicit. Nam vt inquit hic Pet.ad probandum iſtam ſol.quā etiam ſequitur Io.de Imo. tunc vocati coniunctim in vna oratione habentur loco vnius perſonæ, & ſuccedunt in vna parte, puta in vna dimidia, quando ſunt etiam coniuncti re: ita loquitur tex.in l.ſi Titius.hic allegata.& in l.ſi pater impu.ſed ſunt diſiuncti re, licet ſint verbis coniuncti, quod eſt quādo fit diſtributio partium: vt patet in l.ſi ita quis hæredes.ſ̄.tit.proxi.& in l.re coniuncti.j.de le.iij. tūc hic non reperitur iure cautum, quòd tales cenſeātur vna perſona, quoad hunc effectum, vt vocentur ad vnam partem, & ideo tunc vocabuntur in viriles: & hic eſt plenus intellect⁹ huius l.qui probatur expreſſe vltra eos in l.interdum.in prin.ſ̄.de hære.inſti.erat enim ibi inſtitutus Titius, & filij Sempronij æquis partibus, & vocantur omnes in viriles, quāuis quo ad coniunctionem verborum magis eſſent cōiuncti inter ſe illi qui comprehendebantur ſub nomine collectiuo filij Sempronij, quā cum Titio: quod patet, quia ſi non eēt appoſita ibi dictio, ęque, omnes illi filij vocarentur ad vnam dimidiā: vt ibi dicit tex. Secundo modo poteſt exponi glo.ꝙ verbum, inſtituti, poſitū in prin.glo.ſtet proprie: & tunc ſolutio ad contrariū datur iſto modo, ꝙ in l.ſi pater imp.hęredes in primo gradu fuerunt cōiunctim inſtituti: ſed in l.noſtra fuerunt ſeparatim inſtituti: vnde eodē modo ſeparatim vidētur vocati ad ſubſtitutionē, quæ ſolet regulari ab inſtitutiōe: vt l.ſi plures.& l.q liberis. §. hęc verba. in fi.ſ̄.e.hanc ſo.approbat hic Bal.ratiōe pręmiſſa. Bar.etiam approbat ex parte, ſed non in totum: quia ipſe dicit, quòd viriles conceduntur hic propter duo, quę cōcurrunt ſimul: videlicet quia inſtitutio in primo gradu fuit facta ſeparatim. & in ſecundo gradu.i. in ſubſtitutione fuerunt expreſſę partes, ad quas ſubſtituti vocabantur: vnde no.dicit Bar.quòd ſi iſta duo ſimul non cōcurrerent, fieret diuiſio pro dimidia, non in viriles. Sed iſta ſo.nō placet Io.de Imo, quia diuinat ad tex. in l.ſi pater. & ad tex.noſtrum: nam non apparet, quòd in l.pater. inſtitutio fuerit facta coniunctim: nec apparet hic, ꝙ fuerit facta ſeparatim: quia licet hęredes fuerint inſtituti ex diuerſis partibus, potuerunt tamen inſtitui in vna oratione, & ſic eēnt coniuncti verbis: vt l.ſi ita quis hęredes.ſ̄.ti.proxi. Sed ad hanc vltimam impugnationem poteſt reſponderi, quòd licet hęredes fuerint inſtituti in vna oratione effectualiter, tamen dicuntur inſtituti ſeparatim, quoad hoc vt nō cēſeantur vna perſona, nec admittantur ad vnam partem, ſicut ſuperius fuit dictum in ſol.pręcedenti: & dixit idem Io.de Imo. Si ergo Bar.intellexit, quòd fuerunt inſtituti ſeparatim in l. noſtra.i. non coniuncti re, licet verbis: tunc ſol. ſua non diuinaret ad iſtum tex. Si autem intellexiſſet, ꝙ fuiſſent inſtituti ſeparatim alia ratione.i.omnino diſiunctiue, & verbis: tunc bene diuinaret ad tex.noſtrū. Sed contra intellectum ipſius Bar.facit: quia ſi recte inſpicias tex.in l.ſi pater impuberes.ſ̄.eod.videtur loqui etiam eo caſu, quo in inſtitutione hæredes non fuerunt re coniuncti, & tamen vocantur ad vnam partem: quia in ſubſtitutione ſimul fuerunt vocati. Quòd autem ille tex.loquatur in hoc caſu, patet ex fine literæ, vbi dicit, ꝙ in ſubſtitutione inter ſe hæredes debent vocari pro portionibus hæreditarijs: & ſic datur intelligi, ꝙ diſpoſitio illius l.habet locū, etiam ſi hæredes in inſtitutione eſſent diſparibus partibus inſtituti: nam aliàs illa clauſula eſſet ſuperflua, ſi l.illa intelligeretur, quando ſunt inſtituti ſine expreſsione partium: quo caſu vocarentur ad partes æquales, & ſic vnuſquiſq; tantūdem haberet, ſiue diuiſio fieret in viriles, ſiue in hęreditarias. Et ſic patet ex illa l.ita inducta, quòd etiā ſi in inſtitutione hęredes ſint ita inſtituti, ꝙ non dicantur cenſeri ſicut vna perſona; nihilominus in ſubſtitutione vocabuntur vt vna perſona, ſi coniunctim re & verbis ſunt vocati. Ergo iſta nō debent cōcurrere ſimiliter, ſicut ipſe vult: tene ergo primam ſol.declaratam, vt ſ̄.ex dictis Pe.& Moder. ¶ Sed quęritur pro declaratione perfectionis ipſius, quid ſi in gradu inſtitutionis hæredes fuerūt cōiuncti re, & verbis, ſed in ſubſtitutione verbis tantū, quia fuerunt vocati cum expreſsione partium, vtrum tunc vocabuntur in vnam partem omnes, vel in viriles reſpectu tertij, vt hic dicitur? nam iſte caſus nō deciditur hic, quia in gradu inſtitutionis fuerunt diſiuncti re, cū fuerint inſtituti ex diſparibus portionibus. Et videtur dicendum, ꝙ iſti vocentur in viriles, ſicut patet ex dictis in prima ſol. quia non reperitur iure cautum, quòd coniuncti verbis tantum, & re diſiuncti, ſuccedant in vnā partem, ſicut vna perſona: imo contrariū reperitur in l.Iulianus. pręallegata. In contrariū facit, quia hic poſſet videri etiam vtrum in diſpoſitione, quando procederet alia, à qua debet regulari, ſicut eſſet in inſtitutione facta in primo gradu.& ita loquitur l. Iulianus. ſed ſubſtitutio videtur regulari ab inſtitutione, quando eadē perſona eſt inſtituta, & ſubſtituta: vt patet in l.ſi plures.& in l.q liberis.§.hæc verba. ſ̄.eo. ergo in iſto caſu poſſet dici, ꝙ quamuis iſti in ſubſtitutione eſſent re diſiuncti, quia tamen fuerunt coniuncti in inſtitutione re & verbis, eodem modo videantur vocati in ſubſtitutione. Et hoc ſentit Bar.hic, dum dixit, ꝙ vt ſubſtituti ſuccedant in viriles, duo vellent concurrere: videlicet quòd ſeparatim fuerint inſtituti, & partes diſtributæ in ſubſtitutione: & ſic ſi coniuncti fuiſſent inſtituti, quia deficeret alterum ex duobus, vocarentur in vna dimidia. Ego tamen ſimplicitur teneo, quod ſ̄.dictum fuit in prima ſol.etiam in iſto caſu moueor duabus rationibus. Prima eſt, quia ſi vnitas orationis poſita in ſubſtitutione vocet ſubſtitutos ad vnā partem, licet in inſtitutione non fuerint re coniūcti: vt patet in d.l. ſi pater. in fi.& ſ̄.induxi.ex quo patet, ꝙ quādo forma ſubſtitutionis eſt diuerſa ab inteſtatione, non regulatur ſecundùm inſtitutionē: ita in caſu noſtro, qui eſt diuerſus ab illo, conuerſus ad illum, ſubſtō facta expreſsis partibus, quæ de ſui proprietate vocaret ſubſtitutos ad viriles, non regulabitur ab inſtitutione coniunctim facta. Et iſta ratio eſt ineuitabilis, tenendo in ductionem quam ſ̄.dixi.ad l.ſi pater. Secūdò moueor: quia omnes doc.in d.l.ſi pr̄.dicunt, ꝙ quādo ſubſtitutio eſt facta per diſtributiuum, quiſquis mihi &c.quia videntur diſtribuere partes ſeparatim, ſemper hæredes vocantur in viriles, quoad tertium: vt l.fi.C.de impub.nec diſtinguitur tunc ſub qua forma præceſſerit inſtitutio: ergo fortius idem

eſt dicen-

est dicēdū,qñ partes expsse sunt nominatæ in substōne.¶ In ea.glo.ibi:cōtra.C.e.l.fi.§.j.solu.gl.hic approbat per Bart.in ista l.& etiā in l.si pr impu.C.eo.Sed hoc est diuinare,sicut di xi in d.l.si pater.vñ Io.de Imo.hic dicit,ꝙ illa l.debet intelligi,secundū istā,videlicet ꝙ inter se vocenť in hæreditarijs, & respectu tertij in viriles:& ista etiā vr̄ diuinare ad illū tex. qui dicit,ꝙ oēs vocanť in viriles. Vnde ego in l. si pater impu.dixi,ꝙ qñ hæredes vocantur cū tertio,nō instituto ꝑ ista verba,quisquis mihi &c.vocanť in viriles,etiā inter se,ne vna & eadē dispositio diuerso iure censeatur, nisi testator expresse substituendo vocasset hæredes ꝓ hr̄ditarijs portionibus,sicut hic fecit. & in hoc remanebit differētia inter illam substitutionē,quisquis mihi hæres erit,in qua formaliter partes non sunt expressæ:& illam,in qua hæredes vocantur expresse pro portionibus hæreditarijs.Sequitur l.si mater. hoc dicit principium huius l.

SVMMARIVM.

1 ☞Verba ista,cùm ad pubertatem peruenerit, faciunt cōtra dictionem, & non diem.

2 Substitutio vulgaris facta per ista verba,si hæres non erit, de proprietate sermonis compræhendit,siue quis nolit esse hæres cùm possit,siue non possit esse hæres.

SI mater. Valet substitutio vul. facta impuberi per matrē, si filius est institutus,cū erit pubes.h.d.¶ In glo.j. posita super verbo,cū erit.ibi:vitio tpis sublata. Gloss.ista reprehenditur per Iac.de Are.†quia ista verba,cū ad pubertatem peruenerit,faciunt conditionē,& nō diē:vt l. si cui legeť. §.hoc aūt.j.de le.j.& l.si dies.ff. qñ dies leg. cedat. Sed Bart. defendit istā so.per l.Seius Saturninus.j. ad Trebellia.ꝑ quā ipe dicit,ꝙ spāle est in filio,cui relinquitur hęreditas directo, vel per fideicō.ꝙ ista verba nō faciant cōditionē, sed diē certā,quę tollitur de medio:vt dicit glo.licet in legato particula ri relicto filio faceret conditionem:vt patet in d.§.hęc aūt.& plene declarat hic Io. de Imo.ex dictis Bar. in d.§. Sed Pau. de Ca.non placet ista sol. quia casus nr̄ videť differre à casu posito in d.l.Seius Saturnin⁹.nā ibi ꝙ dies incerta capiatur ꝓ die certa in fauorem filij,pōt afferre aliquā vtilitatē filio,quia transmittitur fideicō.vbi aliàs nō transmitteretur.Sed in casu nr̄o ista vtilitas non pōt cōsiderari, qa etsi hr̄ditas materna deferať pure,secundū ista tpa nō adita,nō trāsmittiť,per regu lā positā in l.j.§.in nouissimo.C.de cadu.tol. licet ex noua cō stitutione trāsmittatur,per l.vnicā.C.de his qui ante aper.ta. Nec pōt dici,secundū eū,ꝙ hæreditas possit adiri añ tps positū à testatore,quasi tēpus illud remoueať de medio,per l.hęreditas ex die.s.ti.proxi.qa illa l.loquitur, qñ est apposita dies certa,non qñ dies incerta:vt ibi notat Barto.& cōmuniter docto.In casu autē nostro dies est incerta, qa filius poterat mori,añq̄ peruenerit ad pubertatē. Sed ista consideratio vr̄ nimis absurda,qa intellectus glo. & Bar.est, ²ꝙ ista dies incerta apposita à testōre pinde sit,acsi esset dies certa, & acsi testator instituendo filiū septennem dixisset,& post septē annos volo,ꝙ hæreditas ptineat ad eū,seu post septē annos eū instituo:& ideo ista dies incerta reijciť de medio,qa capiť tāq̄ certa,& poterit adiri hæreditas incōtinēti:& sic ex ista interpretatione oritur magna vtilitas filio. Vnde nescio quid voluerit sentire iste doctor in hac opi. Est tñ alia rō fortis, qua vr̄ posse dici,ꝙ ista lec.glo.nō posset defendi,quia nō vr̄ esse eadē rō hic,& in casu l.Seius Saturninus.preallegat.qa ibi dies incerta cōuertiť in certā,quo ad effectū trāsmissiōis,q surgit ex ꝓsumpta volūtate defuncti:vt patet ibi in tex. Sed in casu nostro dies incerta reduciť ad certā,quo ad effectū,vt filius possit incōtinēti capere hęreditatē:qui quidē effectus est cōtra voluntatē testatoris,qm̄ testator videtur voluisse prouidere filio,ne caperet hęreditatē in pupilla.ætate,propter lubricam ætatē,& fragilitatē consilij. Vnde si capit,etiā incontinenti fit cōtra mentē testatoris,& etiā cōtra verba. Facilius aūt impropriātur verba testamenti ex intentione tacita testatoris,q̄ contra mentē testatoris,etiā si impropriatio tenderet ad saluandā dispositionē defuncti.Primū probať in l.in conditionibus primū locū.& l.pater Seuerinā.§.curatori.ff.de cō di.& demō.& in l.cū filio.j.de leg.iij.Secūdū probat tex.no. quę ibi no.dñs Pau.ad hoc in l.verbis ciuilibus.s.eo.in fi.Vñ ista opi.per hanc rōnē redditur dubia:no.tñ glo.tuā, secundū Ang.quę vr̄ velle,ꝙ qñ hr̄ditas conceditur die certa, illa dies remouetur de medio, ētsi testōr non velit illā diē remouere. Sed tu aduerte,qa hic voluntas testōris nō est expssa verbis, sed sumiť coniecturate ꝑpter qualitatē appositā diei certę,qa testōr deferendo hr̄ditatē filio post pubertatē,vr̄ velle,ꝙ interim fili⁹ eā nō hēat, vt hr̄ditas melius cōseruetur filio vsq̄ ad legitimā ætatē:& isto casu est indubitatū, ꝙ dies remoueť de medio:qa tacita mēs testōris,non expssa verbis,nō pōt inducere,nec inducit vt hr̄ditas quę datur post diē,vel ad diē, nō debeať pure. Vñ dicit Ang.& sequūtur ibi Mod.in d.l. hr̄ditas.ꝙ si testōr instituit vxorē in vita tm̄,ꝙ q̄uis videať per istam dictionē taxatiuā prohibere,ne vltra sit hr̄s,illud tamē tps remouetur de medio. Bñ facit tex.& quod ibi per Bar. in l.iij.§.cū Titio.j.de adi.le.Sed dubiū est,quid si testōr expresse disponat instituendo aliquē post diē,ita ꝙ nō vult aliquo mō eū admitti antē:& hanc q.tangit Io.de Imo.in pe.char. in d.l.hr̄ditas.& cōcludit,ꝙ nō obstante prohibitiōe testōris tolliť dies de medio:de quo dic vt ibi,pēdet em̄ ista q. ab alia,videlicet nūquid testōr possit prohibere ius accrescendi, hoc exprimēdo in testō,in hęreditate:de quo in l. quoties.§. si duo.c.ti.& in l.j.§.si ex fundo.ff.eod.Sed & qa ista lectura glo.est dubia,vt vidisti,iō Bar.posuit hic aliā so.quę multum placet:videlicet ꝙ cōditio ista respicit fauorem filij,& iō pōt apponi,nec diciť filius ꝑteritus, vt videbis in l.cū ex filio.in prin.j.eo.& secundū istā lecturā,que bñ probatur ex d.l.Seius.sępe alleg.tex. stat proprie, dū dicit,ꝙ substitutio valet: qa testm̄ nō pōt expugnari per querelā,vñ indistinctè & semper pōt hēre locū substō:& ita ītellexit Bar. Bal.aūt hic, quē sequunť Mod.soluit aliter,dicens ꝙ ꝑteritio materna habetur pro exhęredatione:vt in §.mater. Insti.de exhę.lib.vnde nō reddit testm̄ nullū de iure isto,sed expugnādū per querelā:& iō qa valet testm̄ ipso iure, valet etiā substitutio vulg. quæ est pars testī.& secundū lecturam debes ꝓsupponere,ꝙ huic pupillo hic erat datus cohæres, cuius aditione pōt cōfirmari exhæredatio,q̄ non adita hæreditate nō valet:vt l. filiū. §.sed cū exhæredatio.ff.de cōtrata.nā id qđ dicit hic Bal. ꝙ ᵃ etiā nullo dato cohærede testm̄ poterat incipere à substitutione vul.ꝑ l.iij.in fi.s.de li.& posth.nō vr̄ verū,secundū Io. de Imo.& bñ:qa iste substitutus filio moriēte intra pup.ætatē nō poterat vocari nisi post mortē filij:sed filio mortuo non pōt cōfirmari exhæredatio ꝑ aditionē:vt l.si ita.§.fi.s.de lib. & posth.& no.in l.fi.j.de condi.ergo impossibilis esset cōfirmatio exhæredatiōis.Sed illa lectura vno mō diuinat ad tex. & alio mō restringit tex.in fi.diuinat,inq̄tū dicit,ꝙ filius hic hēbat cohæredē:nā hoc nō apparet ex tex.restringit,qa cùm tex.dicat in fi.ꝙ substō valet,oportet illū restringere,ꝙ valet à prin.& ex postfacto,nisi testm̄ expugneť ꝑ querelā: qa tūc rescindereť substō,& hoc nō vr̄ fuisse de mēte literæ. Aut ergo tene intellectū Bar. qui est clarior: aut possumus ponere nouū intellectū ad istā l.& dicere,hic esse casum singularē, ꝙ filius à matre pōt institui sub cōditiōe casuali,cuius defectus si possit euenire solū ꝑ mortē filij, nō indiget exhæredatiōe in defectū cōditionis:quia nec posset fieri,nec interest filij,cū querela nō præparata regulariter nō transmittať: vt l. quē ad modū.de inof.test.q̄ quàm ista transmissio nō cadat hic aliquo modo,ex quo exhæredatio nō erat facta in vita filij.Vbi aūt filius eēt institutus sub conditione casuali, quæ posset deficere ipso viuēte:tūc dico,ꝙ talis filius institutus à matre, cū habeatur pro exhæredato,interim diceť institutus sub cōditione,& in eius defectū exhæredatus, sicut si pater instituisset filiū sub conditione,& in eius defectū exhęredasset : nam pręteritio matris,quę habeť pro exhęredatione, qñ filius est institutus sub conditione casuali,nō pōt haberi pro exhrdatione interim,vt volūt doc.sed habebitur pro exhæredatiōe fctā in defectū cōditionis:quod probo: qa cū interim pēdeat conditio,& sit spes, ꝙ conditio possit impleri, filius attenta veritate non pōt dici exhęredatus,nec sir̄ pōt dici exhęredatus conditione impleta,qa reperitur institutus tunc:censebitur ergo exhæredatus,deficiente cōditione, quę exhęredatio trahetur retro ad tps mortis testatoris,sicut dicit Bar. in filio instituto sub conditione,& in contrariū euentū exhęredato: in l.suus quoq̄.in prin.s.ti.proxi.Confirmatur ista cōclusio: quia ego video,ꝙ nepos qui tenet primū locū in suitate tpe testī,licet postea viuente testatore efficiatur suus,pōt institui sub omni conditione,nec censetur ꝑteritus, nisi deficiente cōditione:ita probatur in l.iij.§.si sub ea.in secundo rn̄so. ff.de contratab.quē tex.intelligo in isto casu:quia ita declarat iurisconsultus in l.si in conditione.§.nepotes.s.ti. proxi. Interim ergo nō posset dicere testm̄ nullū, sicut filius institutus sub conditione casuali: sed demū deficiente conditione, vel sicut nepos,qui eēt suus tpe testī,sicut tenet cōis opi.in d.§.nepotes.Ista conclusio probatur de necessitate in ꝑallegato §. dicit enim tex.in prin.ꝙ nepotes qui instituti non rumpunt testm̄,ex l. Velleia.pñt institui sub omni cōditione:quę verba non pñt intelligi,nisi de nepotibus, qui actualiter successerunt post testm̄ in iure suitatis:nam si intelligimus de his,qui

ᵃ ¶Et Bar.est.Qualiter aūt probeť, ꝙ ista sit mens gl.& Bar.tu vide d. Ias. May.hic,referēdo Areti.in j. col. ibi: ego aūt probo.

potentialiter pñt succedere, sed non successerunt actualiter in ius suitatis, tunc de istis non loquitur l. Vellcia. vt patet in l. Gallus. §. nūc de l. s. de lib. & post. & sic isti nō pñt cōprehendi sub verbis text. Præterea sicut dicit hic Io. de Imo. ex pone illum tex. in fi. redigantur. i. redigi possint, manifeste infert violentiam lrę. Vnde licet Bal. in l. suus quoq;. ī prin. & Bar. in l. pater. C. de insti. & substi. teneant cōtrarium: hęc tamen pars videt̃ verior ratione pmissa. & aduerte diligenter, quia cùm prętcritio matris habeatur ꝑ exhæredatione, vt dixi: non potest aliquo modo considerari, ꝙ filius habeat̃ pro exhæredato interim pendente conditione, duplici ratione. Prima est, quia si haberetur interim pro exhæredato, ista exhæredatio videret̃ facta sub conditione resolutiua, nisi esset impleta condi. apposita in testō: nam in illum casum fili⁹ reperitur institutus: nam dispositio pura facta sub conditiōe resolutiua, omnino est cōditionalis, quia videtur facta sub cōditione defectu cōditionis: vt l. qbus diebus. §. qdam Titio. & ibi no. j. de condi. & demō. Modo ergo omnino ista exhæredatio videretur facta sub condi. s. si filius non peruenerit ad ætatem puberem. Præterea sicut hæreditas nō potest dari ad diem incertam, licet possit dari post diem incertam, secundū Bar. & communem sententiam ī l. hæreditas ex die. s. ti. ꝓxi. ita econtra exhæredatio non videtur posse fieri ad diē incertam. i. quousq; certum sit pupillum ꝑuenisse ad pubertatem. Sicut ergo si filius esset institutus sub conditione à patre, & simpliciter esset exhæredatus, exhæredatio simpliciter facta in defectū conditionis rationibus præmisis, ita si mater pterit filium, cùm eius pteritio habeatur ꝑ exhæredatione, simpliciter vr̃ facta exhæredatio modo pdicto, & ista possent ꝓcedere, vt dixi in prin. quando filius esset institutus à matre sub conditione, q̃ posset deficere, & impleri filio viuente. Sed in casu nostro ista conditio non pōt deficere, nisi post mortē filij. Vnde non pōt dici ꝙ præteritio habeatur pro exhæredatione, qa videretur collata ī tps, quo exhæredatio fieri nō pōt. i. post mortem filij, & tamen valebit institutio, vt probatur in tex. nostro, & sic erit dari casum, in quo filius q nō reperitur institutus, neq; exhæredatus à matre, non poterit impugnare testamentum, qa non est omnino pteritus, sed institutus in euentū conditionis: & qa hoc vr̃ sapere iniquitatem, ꝙ testator possit apponēdo aliquā conditionē sine remedio priuare filium hęreditate sua: ideo ista lectura reddit̃ dubia, & prima facie non placet, sed magis lectura Bart. de qua s. dixi: in qua tamen aduerte, qa ipe intelligit hunc tex. ꝙ ista conditio potuit apponi filio, qñ habebat prẽm, qui erat turpis persona, & poterat dubitare mr̃ de dissipatione prīmonij. alle. l. filius matrem. C. de inof. te. Sed hoc est restringere istā l. & diuinare[a] ad eam: pōt enim esse, ꝙ filius nō habebat patrē, vel ꝙ hēbat, & psona non extat: vnde magis videtur posse dici simpliciter, ꝙ ista cōditio videatur apposita in oī casu ad fauorem filij, sicut vr̃ probare text. in d. l. Seius Saturninus. quasi testator, qui apponit istam conditionē, nō confidat de alia persona, quæ nomine pupilli administrat patrimonium: & habet locum ista consideratio, quando apponitur ista conditio pupillo, q nō habet patrem: nā si haberet patrem, cùm de iure isto hæreditas q̃sita filio quæreretur patri, & pleno iure ad eum ptineret, non posset dici, ꝙ ista cōditio esset apposita, vt conseruaret̃ hæreditas filio post pubertatē: qa etiam illo tpe nō esset filij, sed patris. Ex qualitate ergo appositæ cōditionis attenta dispositione iuris Digestorū, intelligo istū tex. qñ apponit̃ ista conditio filio, q non habebat patrem, vel erat emancipatus à patre. Sed tenēdo so. Bal. & Moder. ad istū tex. videlicet ꝙ substitutio valeat hic, qa testm̃ non erat nullū ex præteritione materna, licet posset expugnari p querelā, quærit̃ quid sit tenendū de iure nouissimo. Bar. hic dicit, ꝙ testm̃ hodie esset nullū ipo iure, qa filius reperit̃ pteritus, & præteritio materna hodie facta sine cā reddit testm̃ nullum: vt tradit̃ in §. exhæredatos. ī autē. de hære. & Fal. in glo. & plene per Bart. in l. filio præterito. s. de iniusto te. Bal. dicit, ꝙ ista q. pēdet ab alia, videlicet, †vtrū hodie de iure nouissimo fili⁹ institut⁹ à patre sub cōditiōe casuali possit dicere testm̃ nullū: nā si teneremꝰ, ꝙ nō possit, qa conditio remoue̅t de medio, per l. qm̄ in prioribus. qđ tenuit Bar. in l. suus quoq;. s. ti. proxi. tūc multofortius est dicendū, ꝙ valebit testm̃ matris, in quo filius est pteritus, fine cā, remouebit̃ cōditio de medio: qa l. qm̄ in prioribus principaliter remouet conditionē in casibus, in qbus si nō esset remota, olim cōpetebat querela, sicut est in filio præterito à matre, cuius præteritio habetur pro exhæredatione, vt dixi. Si verò tenęremus opi. cōtrariā, ꝙ testm̄, in quo filius est institutus à patre, sub cōditiōe casuali, etiā hodie sit ipo iure nullū, quasi cōditio non tollat̃ de medio, p l. qm̄. ꝑallegatā. tūc est magis du-

oiū, quid in filio præterito à matre sit dicēdū: ipse tñ hic, & in l. si pater. C. de insti. & substi. tenet, ꝙ conditio remoueat̃ de medio vsq; ad legitimā in testamēto matris: qa l. qm̄ in prioribus. remouet conditionē in illis casibus, in quibus si non esset remota, illo tpe cōpetebat querela: ergo videtur remouere conditionē à filio instituto à matre. Sed ista conclusio nō placet hic Io. de Imo. qa cū hodie filio pterito à matre nō cōpetat querela, sed ius dicendi nullū, cessante ratione l. qm̄ in psona ipsius cessat etiā l. dispositio: vt l. j. in prin. ī tex. & gl. & ibi p Bart. s. de legitimis tutoribus. & plenius p eūdē in l. si vero. s. so. ma. quasi velit dicere, ꝙ qa est correcta rō l. qm̄ in persona filij instituti à matre sit etiā sublata illi⁹ l. dispositio quo ad eū. Tu aūt potes dicere, & clarius, & melius. ꝙ qa filio non cōpetit hodie querela, non comprehendit̃ sub versi. l. qm̄ in prioribus. quæ prouidet habentibus querelā: & qñ iste casus cōtingit, semper est verū, ꝙ correcta ratiōe l. nō habet locum l. vt in c. à multis. de ætate & qualitate. sicut ego declaraui in alia q. in l. s. e. vbi etiā dñs Ioā. de Imo. tenuit. Sed Bal. videt̃ respōdere huic rationi tacitę in l. si pr̄. præallegata. qa ipse dicit hic, ꝙ ius dicēdi nullū, subrogat̃ loco querelę, olim competebat filio: ergo debet sapere naturam sui subrogati: vt l. j. §. hæc actio. cum materia. ff. si quis testamen. lib. esse iussus. & pro ipso multum facit tex. in corpore in autent. vt cū de appel. cogno. §. aliud quoq;. in versi. sola em̄ ex nostrę serenitatis &c. vbi patet, ꝙ nullitas quæ inducitur per illud ius, fit ad tollēdam iniuriam illatā filijs. Sed pōt responderi, ꝙ qñ præteritio fuit facta à matre sine causa, vel exhęredatio à patre causa non expressa, ꝙ testamentum reddatur nullū, mediata causa est remotio in iure, sed immediate defectus solenitatis requisitę, cuius omissio reddit actū nullū. l. cùm hi. §. ait pretor. cum alijs vulga. ff. de transactio. Et ex hoc videtur inferri, ꝙ ius dicendi nullū, quod cōpetit hodie filio contra testamentū matris, non subrogetur loco querelę: vt dicit Bal. qa non surgit immediate ex eadem cā: nam querela olim concedebatur propter iniuriam illatam filio indebite, sed nullitas ꝓpter omissā solennitatē, vt dixi, sufficit. ¶ In ea. glos. ibi: erat autem dubitatio. glo. ista repræhenditur per doc. communiter: qa etiam si primus gradus sit nullus ipso iure, tñ potest valere substitutio vulg. vt l. iij. ī fi. s. de lib. et posthu. Sed forte glo. habuit bonum intellectum, & voluit sentire id qđ hic dicit Bal. & Moder. videlicet ꝙ rō dubitādi erat, qa institutio filij erat nulla ex capite pteritionis, quę quidē nullitas respiciebat etiā substit. vulgarē: qa filius nō erat exhęredat⁹ à secundo gradu, sicut dicitur in d. l. iij. in fi. de lib. & posthu. Iuriscō. tñ dicit, ꝙ substitutio valet, qa pteritio materna nō reddit testm̄ nullum. Sed certè etiam ista ratio dubitandi fuisset friuola: quia etiam iure cautū est expresse, ꝙ præteritio materna non reddit testm̃ nullū, qa habetur pro exhæredatiōe: vt in §. mater. Inst. de exhęre. lib. & qñ filius est exhęredatus, testamentū nō est nullū: vt l. inter cætera. s. de lib. & post hu. Vnde ista dubitatio erat de casu l. sicut est prima. Dic ergo melius, sequēdo intellectū Bar. declaratū, vt s. per me, ꝙ ratio dubitandi erat, quia substitutio nō videbat̃ valere in omni casu, & omni tēpore, ex quo filius videbatur pteritus, & poterat expugnare testamentū per querelā. Sed hanc dubitationē remouet iurisconsultus, ostendēs ꝙ ista conditio potuit apponi, & ꝙ propter hoc non cōpeteret q̃rela contra testm̄, ex quo fuit apposita fauore filij: vt l. filius matrē. C. de inoffi. test. ¶ In gloss. posita super verbo, pupillaribus. ibi: sed quia pupillus. hanc expositionem sequitur Bar. hic: aliam ponit Bal. & Mod. de qua hic per eum. Tu potes dicere, vltra eos, ꝙ tabu. pupilla. vocantur hic substitutio vug. quæ non fuit facta filio impuberi simpliciter, sed cum limitatione pupillaætatis. i. si hæres non erit vsq; ad xiiij. annum. Vocantur autem tabu. pupilla. quia sunt similes tabulis pupilla. in hoc, quia substitutio ista limitatur ad pupillarē ætatem, sicut substitutio pupillaris. Et secundùm istam expositionem hic erit casus nota. tenendo lecturam gloss. quam posui in lectura præcedenti, quòd substitutio vul. facta in defectum conditionis appositæ instituto, non solùm verificatur in dicto casu, sed etiam si ex alio capite institutus non sit hæres: quod videtur contra tex. notabilem, & quod ibi ponit Bal. in l. qui ex duobus. in princ. j. de acqui. hæredi. & ego dixi in l. j. s. e. Sed potest limitari l. isto modo, ꝙ si conditio apposita instituto pōt desistere, qa nō reijcitur, tunc non extendat̃ ad aliū casum, intellige de defectu cōditionis appositę instituto. Sed quādo cōditio remoueret̃ de medio, sicut hic remouet̃ dies, secūdū lecturā glo. tūc substitutio haberet locū, etiam si ex alio capite primus institutus non succederet, quàm ex capite expresso in substitutione. Sequitur §. si filius.

Si filius

[a] ¶ Et diuina. De quo vide d. Alex. de Imo. in l. ij. in prin. xij. col. s. e. & d. Ias. May. hic in fi. ij. col. vbi refert opi. Are. & aliorū; tñ se remittit ad d. Alexā. loco alle.

pilli in ea, quia succeditur sibi ex testamento, & sic habet hæredem nobiliori modo quàm si succederet sibi ab intestato. Sed iste fauor cessat in prouisione, de qua in tex. quia si nepos emācipatus moritur intra pupillã æta. nepos institutus retinebit partem ipsius, tanquam hæres testatoris, non tanquā hæres pupilli: quinimo ex ista prouisione non solū prouidetur nepoti emancipato, vt habeat hæredē ex testamēto, sed econtra inducitur verisimilis causa, & quæ frequenter poterit cōtingere, ꝙ non habeat hæredē etiam ab intestato: nam si decedat, nō habens aliqua alia bona, tunc verisimile est, ꝙ nullus velit esse hæres suus, ex quo nihil remanet in bonis. l. filiū. §. sed cū ex hæredatio. j. de cōtratab. Insti. de fidei commis. hære. circa me. Vnde apparet, ꝙ ista prouisio nō dat hæredē nepoti, sed aufert potius. Sed Ang. hic, & Io. de Imo. ponunt seu assignāt aliam rationē istius literę, quæ fuit originaliter ratio Angel. sicut etiam ipse hic refert: dicūt enī isti, ꝙ ratio quare filiꝰ potuit dupliciter pręteriri sit vt dictū est: quia cùm fuerit inuitatus econtra ex substitutione pup. ad hære. integ. nepotis instituti, qui erat in potestate, propter hanc recōpen. non videtur esse grauatus: quia sicut ipse totam portionē suam trāsfert ad filium institutū, ita ecōtra tota portio filij instituti poterit transferri ad eū ex substitutione pupil. vt dixi. allegant l. si pater puellæ. C. de inoffi. testa. quæ in veritate ad casum nostrum nihil facit, quia ibi ex dati. fideicom. inuicē facta, & eodē modo, ideo nullus filiorū videtur grauari, quoniā etiam cætera inter eos erant paria. vnde erat omnimoda ęqualitas hincinde, nō obstāte onere fideicom. imposito. Sed hic ex isto legato conditionaliter facto nepoti emācipato, & institutione facta de nepote retento in potestate, resultabat magna disparitas in præiudiciū nepotis emācipati: ergo infertur sibi iniuria ex ista pręteritione, & dicitur grauatus. Quòd autē oriatur multiplex disparitas, patet: quia nepos in potestate ad portionē suam vocatur purè: nepos autem emācipatus sub cōditione: ex quo sequitur duplex magna disparitas. Nam primò nepos in potestate de bonis suis pōt ali: nepos autem emācipatus de bonis sibi relictis sub cōditione alimentari nō poterit, quia pendēte conditione nō percipiet fructus: & licet impleta cōditione isti fructus integri essent sibi restituendi: vt dicit gl. hoc tamen nō sufficit ad alimētandum eū: quia causa alimentorū nō recipit dilationē: vt l. si res. de appel. recipiēdis. & maxime quia posset deficere cōditio, & sic fructus isti nō puenirent ad ipsum vel hæredē eius. Vnde non est verisimile, ꝙ propter istos fructus incertos interim posset mutuari pecunia ad se alēdū, vel alio modo inuenire alimēta. & hanc rationem tangit hic Pau. de Ca. quē mane vidi. Sed ista ratio videtur posse solui, quia frater tenebitur sibi præstare alimēta ex cōiūctione sanguinis: ita cōcludit Bar. in l. si qs à libe. in prin. ſ. de lib. agn. & Cy. in j. l. C. de alēdis liberis. & tñ ista respōsio nō est sufficiens: quia vt testator si prouidēdo non videatur grauare pręteritū, quantū in ipso est, debuit expressè sibi relinquere alimenta. Casus est not. qui hoc dicit in l. pe. ſ. de cur. tut. vbi probatur, ꝙ licet filius possit exhęredare bona mente. i. in fauorem sui, quia erat prodigus: pater tamen debet sibi relinquere alimenta, vnde possit viuere. & tñ in casu illius l. exhæredatus iste habebat filios, à quibus etiam sine dispositione testatoris debebat ali: vt l. si quis à liberis. in prin. & per totam l. ſ. de liberis agno. Sed est adhuc secunda disparitas maior; quia iste nepos emancipatus pendente conditione nihil poterit alienare de parte sua, nec etiam fructus, qui interim percipiuntur, cùm non sit dominus pendente conditione. Sed nepos institutus in testamento, & fructus partis suę, quam non est rogatus restituere, & etiam ipsas res saltem mobiles de iure isto, posset simpliciter alienare cum autoritate tutoris, & etiam immobiles, subsistente causa legitima, & cū effectu iuris in preiudicium nepotis emancipati substituti pupilla. ita videtur probari in l. j. §. j. de tute. & rationibus distrahēdis. & tenent Bar. & Ioan. de Imo. expresse in l. sed si in conditione. §. si seruū. ſ. de hære. insti. quæ dicta ego retuli in l. ij. ſ. eo. Erit igitur differentia, & disparitas inter istos duos, sicut est inter duos fideicom. quorum vnus est rogatus restituere quicquid superest, & alius totā hæreditatē: de quibꝰ habetur in l. Titius rogatus. j. ad Trebel. & in aut. contra rogatus. C. eod. Præterea oritur disparitas ex diuersitate tituli, quia vnus capit titulo institutiōis, & alter iure fideicō. qui titulus nō est honorabilis: vt l. filiū. §. sed etiam. & ibi not. Bar. j. de leg. præstan. Remanet etiam alia disparitas, quo ad effectū trāsmissionis: vt tangit etiam hic Paul. de Cast. quia nepos institutus poterit incōtinēti adire, & transmittere hanc hæreditatem ad hæredem suum: quæ transmissio non habet locum in emācipato pendente conditione: vt est dictū. Posset etiā trāsmittere institutus ex capite suitatis, sed quia hoc surgit ex diuersitate qualitatis personarum, non ex dispositione testatoris, nō facit ad ꝓpositum. Præterea vt fuit dictum in reprehendendo opi. Bar. remanet etiam disparitas prouisionis: quia vni succeditur ex pupil. substi. & sic prouidetur sibi de hærede testamentario: alteri verò nō succeditur aliquo modo, vt ibi fuit declaratū. Vñ do. Paul. hic dicit, ꝙ de iure isto istud consiliū iurisconsultorum non fuit bonum, si hoc licet dicere. Sed hoc videtur esse absurdum, ꝙ quinq; iurisc ōsulti errauerunt in isto puncto, qui bene præsumebātur melius habere notitiam legū factarū suis tpibus, quàm nostris. Tu ergo potes intelligere tex. nostrum clarius, & dicere, quòd in casu l. nostræ filius erat emancipatus à patre, & viuebat tempore testamenti, & tempore mortis testatoris, & fuit institutus in legitima, vel exhęredatus: nā si nepos postea natus ex eo emancipetur, ab eo non reincidat in potestatem patris sui: sicut non reincideret, si solueretur à potestate aui: vt probatur Inst. qui. mod. ius pa. pote. sol. §. j. Et si quæritur, quare attentis terminis pręd ictis potuit dupliciter pręteriri iste nepos. vt dictū est. Respōsio est manifesta: quia ex quo pater suus præcedebat eum tēpore mortis, potuit præteriri, nec potest intentare contratab. vt l. ij. §. si quis filiū. & §. seq. j. de contratab. Et quia iste nepos emancipatus ab auo nō reincidit in potestatem patris sui, vt dixi: ideo hæreditas perueniet ad eū cum effectu, quia non acquiretur patri, ex quo nepos nō est in potestate ipsius, & similiter perueniet ad nepotem retentum in potestate, qui per mortem aui non reincidet in potestatē patris, vt dixi. Sed contra istam lec. facit tex. in verbo, solum hæredē feci. vbi præsupponitur, ꝙ nepos retētus in potestate solus fuit institutus hæres: ergo non pōt dici, ꝙ filius emancipatus fuerit institutus cum eo in sua legitima. Sed ad hoc respondeo ex his quæ notabiliter declarat Bar. in l. ex facto. la grande. ſ. de hære insti. nam filius institutus in legitima cùm sit institutus in quota bonorū, nō quota hæreditatis, non dicitur proprie hęres, sed est sicut institutus in re certa. Vnde sicut hæres institutꝰ simpliciter alio instituto in re certa nihilominꝰ appellatur hæres insolidum: vt d. l. ex facto. ita hic nepos institutus simpliciter potest appellari hęres solus, & quòd solus factus sit hęres, quia solꝰ & insolidum in hac materia idē important: vt patet de se. Et sic remanet ista lect. optime defensata ab omnibus contrarijs, diuinat tamen aliqualiter ad tex. quia nō constat hic expressè, ꝙ filius superstes sit tempore mortis. Idem tamen constat, quòd fuerit institutus vel exhæredatus: potuit enim esse prætéritꝰ. Sed ad hoc potest dici, ꝙ cū testator secure vellet testari, & eo modo quo poterat legitime: qđ patet, ex eo consuluit iurisperitos, probabile est præsumere, ꝙ obseruauerit solennitatem requisitam in emancipato. Potest etiā aliter responderi ad ista contraria, & dari alius intellectꝰ, vt dicamus, quòd filius emancipatus vel nepos tunc debet honorari tit. insti. quādo extraneus fuit institutus: est enim absurdum ꝙ testator honoret extraneū tit. insti. qui est honorabilior: vt dixi, & non honoret filium: argu. l. cùm auus. cū materia. ff. de condi. & demō. & l. Lucius. & quod ibi no. ſ. de hære. insti. Sed quādo esset institutus filius, vel nepos suus, ista absurditas nō sequitur, quinimo secundùm regulas iuris videtur posse dici, ꝙ isto casu emancipatus nō debeat institui de necessitate: quia ista solēnitas & annullatio testamenti si nō seruaretur, fuit inuenta in filijs in potestate: vt l. inter cætera. ſ. de liber. & posthu. quibus l. magis fauet quàm emācipatis, nisi quatenus est expressum: ex quo non est eadem ratio: vt l. lege Iulia. §. hoc caput. ff. de ritu nup. sed nō reperitur expressùm quando est institutus extraneus: vt in §. qui rogatus. ergo in alio casu non fiat extensio. Sed ista ratio non placet in effectu: qa ex ea sequeretur, ꝙ emancipatus non deberet exhæredari, quando filius suꝰ esset institutus: quia est manifestè falsum, contra l. si duo. cū multis alijs. de lega. præstand. Propterea tex. in §. emancipatos. Insti. de exhęre. lib. simpliciter dicit, ꝙ de iure prætorio emancipati debēt institui vel exhæredari. Item non apparet in dicto §. qui rogatus. vtrum esset institutus extraneus, vel suus. & ideo tene primam lecturam, quæ est verissima: & posset etiam poni tertius intellectus ad istam l. vt dicamus, quòd secundū tempora istorum iurisconsultorum poterat pater relinquere filio, vel nepoti, maxime emancipato legitimam, quoquo relicti titulo, & etiam sub cōditione. quod probatur: quia isti iurisconsulti fuerūt ante senatusconsultum Pegasianum, quod fuit factum temporibus Vespasiani, & isti fuerunt temporibus Octauiani Augusti. 5 † Iabolenus autē conditor huius l. fuit temporibus Vespasiani, ita quòd potuit condere istam l. ante senatusconsultum prędictum. & ita est verisimile, quia refert consilium illorū, & in illo se fundat, qui fuerūt ante tempora senatusconsulti. De his tēporibus patet clare in l. ij. ff. de origi. iur. vbi in fi. tex. fit mentio de Iaboleno, iuncto tex. Insti. de fideicō. hęreditatibus. circa mediū. vbi ponitur tempus, quo fuit editum senatusconsultū. & ante tempora illiꝰ senatusconsulti tex. in loco proximè allegato dicit, ꝙ hæres rogatꝰ restituere hæreditatem, restituebat eā totam per senatusconsultum Trebel. vnde fiebat, ꝙ ex quo nihil erat habiturus, vellet adire: & sic patet ꝙ nihil retinebat penes se. Modo si intelligis tex. etiam in filio instituto & rogato restituere hæreditatem, sicut declarat iuriscōsultus, deberet intelligi senatusconsultū Trebel. vt in l. recusare. §. meminisse. ff. ad Treb. ex illo tex. probatur clare, ꝙ ante tempora Pegasiani senatusconsulti filius poterat grauari in legitima simpliciter & absolute, vel aliàs falsum esset in filio: qui rogatus restituere nihil retineret. Si ergo poterat grauari filiꝰ in legitima, quod est plus, multofortius poterat lædi in hoc, qđ relinqueretur sibi iure institutio. & quòd in defectū conditionis caderet legitima. Et ista lectura disputādo posset sustineri: nō tamē esset admittēda in practica aliquo modo, vt ista l. afferat nobis aliquid vtilitatis. Contra ipsam tñ facit, quia tex. Insti. de exhære. lib. dicit, ꝙ per l. Iuliā Velleia. inductum est, vt hi qui succedunt in locum parentum, deberent institui vel exhęredari: quę l. videtur fuisse facta temporibus Cęsaris vel Augusti. Item etiam ante illam l. filij & nepotes, qui nascebantur ante mortē testatoris, debebant institui vel exhęredari: vt patet in l. Gallus. ſ. de lib. & posthu. Vñ plus placet prima lectu. quę procedit optime, & expeditè. Si tamen velles defendere istum intellectum, posses dicere, quòd ante tempora senatusconsulti Pegasiani verbum, instituto, capiebatur largo modo,

modo, non stricte, pro titulo institutio. directo: vt patet in l. verbis ciuilibus. §. eod. & quod ibi not. In eadem gloss. ibi: hodie puto contra &c. si tenes intellectum Barto. quo ad istam l. videlicet quòd præteritio ista fuerit facta fauore filij præteriti, tunc falsa decisio istius gloss. secundùm Barto. hic, & in l. filius matrē. & in l. pater puellæ. C. de inoffi. test. Vnde secundùm cum nec reijceretur conditio per l. quoniam. nec testamētum esset nullum, quia filius non esset institutus, sicut hodie requiritur, per §. aliud quoq;. in aut. vt cū de appel. cognosci tur. Si autem tenes intellectum Ang. & domini Ioan. de quo

a s. dixi, videlicet quòd propter reciprocam spem [a] succedendi filius potuerit præteriri, & relinqui sibi sub conditione: tunc gloss. bene procederet, vt patet ex not. hic per Barto. & in locis præallegatis. & hoc tenet hic Ioan. de Imo. per multa verba, assignans rationem differentiæ inter ius istud, & iura nouissima, quia de iure isto permittebatur filius aliqualiter grauari, licet non multum: vnde poterat institui sub cōditione potestatiua: vt l. fi. §. de condi. insti. Hodie autem intellectus potest grauari: vnde etiam conditio potestatiua tollitur de medio, secundùm gloss. & communiter doct. in l. suus quoq;. s. de hæredi. insti. & tenet Bald. expresse in l. si pater. de insti. & substi. & in l. quoniam in prioribus. s. allegata. Et ista procedunt, sequendo communem sententiam. nam si teneremus, vt ipse dicit, quòd l. quoniam in prioribus. non haberet locum, quando testamentum non poterat expugnari de iure antiquo, sicut videntur sonare verba text. tunc etiam secundùm intellectum Ange. & dom. Ioan. ista l. non esset correcta per l. quoniam. quia in casu isto de iure antiquo non rescindebatur testamentum. De articulo autem illo vide plene per do. Ioan. in l. fi. in repe. sua. j. de condi. insti. Sed relinquitur dubitatio, vtrum secundùm intellectum do. Ioan. & Ange. sicut filius olim poterat prçteriri, vt non deberet sibi relinqui titulo institutionis in isto casu, ita etiam hodie posset, attēto tex. in ver. cæterū. in aut. vt cùm de appel. cogno. Super quo ipse concludit, quòd non: quia l. si pater puellç. quę videtur permittere filium grauari propter spem mutuę successionis, est hodie correcta per l. quoniam. præallegatam. sicut tenuit hic Barto. & vbiq;, & hoc ego fateor. Sed tamen nego, quòd per ius nouissimum, quo filius debet honorari titulo institutionis, ista l. sit correcta: quia etiam de iure isto filius debebat habere legitimā titulo institutionis: vt l. ita tamen. §. qui rogagatus. j. ad Trebel. & tenet Barto. hic expresse, & ego plenè scripsi, multa addendo in l. inter cætera. s. de libe. & posthu. et tamen tolerabatur ista præteritio in casu nostro. Vnde licet, quò ad grauamen imponendum, lex, si pater puellæ. sit correcta, non sequitur, ergo per ius autenticorum est correcta ista l. tum quia text. in corpore facilius pōt limitare ius antiquū, sicut limitabantur iura vetera, vt dixi, quàm l. quoniā in prioribus. quæ absolute tollit omne grauamen: tum etiam, quia longe plus est grauare filium de restituendo suam legitimam sub spe cōpensationis, vt dicitur in d. l. si pater puellæ. quàm non relinquere filio legitimam iure institutionis. vnde non est eadem ratio in vtroq; casu. Sicut ergo quando est præteritus manifestè fauore sui limitatur text. in corpore, in loco præallegato: vt tenet hic Barto. & vbiq;, & expresse do. Ioā. de Imo. in fine commenti. ita etiam poterit limitari hic isto casu: & hoc credo verius. Et adde ad dicta Bart. hic, inquantū ipse videtur sentire, vt retuli in voce, quòd exhæredatio vel præteritio, quæ fit bona mente, debet fieri cum causa, quòd ista conditio est vera in exhæredatione. Pro ea est casus notabilis in l. penulti. s. de cura. fur. vbi etiam probatur, & not. φ quando testator exhæredat filium bona mente, quia est prodigus, & instituit nepotes ex eo, tunc hæreditas pertinet ad nepotes pleno iure, nec acquiritur patri iure patriæ potestatis, ita quòd filius prodigus in hoc casu æquiparatur furioso, in quo est speciale, quòd si defertur filio furiosi, hæreditas acquiritur sibi de iure Digestorum, & non patri, licet pater habeat filium in potestate contra regulā l. placet. j. de acqui. hęr. ita probat tex. no. quem ibi commendat Bal. in l. cùm heres. j. de acqui. hære. quæ l. extenditur ad prodigum. & probatur in illa singulari glo. s. alleg. Sequitur §. filio impuberi.

Filio impuberi. Substitutio vulgaris non cōtinet tacitam pupillarem, &

6 contrà expressa pupillaris non continet tacitam vulgarem, quādo in vtroq; casu testator expresse prouidit. h. d. ¶ † Not. primò, φ prouisio hominis expressa tollit tacitā prouisionē l. & istud est verū sine dubio, vbicūq; prouisio expressa facta ab homine est facta circa aliā personā, seu de alia persona, non esset prouisio legis tacita, sicut hic fecit testator: ex prouisione enim l. tacita vocabatur expresse pupillariter substitut⁹ ex substitutione vulgari: hic autem vocatur ali⁹ ex expressa prouisione testatoris. Vbi autem prouisio hominis fieret circa eādem personam: exemplum in l. maritus. C. de procur. vbi constituitur procurator maritus, qui sine mandato poterat agere: tunc verum est, quòd prouisio hominis tollat prouisionē l. est pulchra materia, & magis dubia, de qua distingue, vt plene ponit Bar. in l. j. §. vn̄ quæritur. ff. de publi. & vec. cō. & Cy. in

7 l. fi. C. de pac. cōuē. & Bal. in l. ij. C. de iure ẽphy. ¶ † No. scdò secundùm Paul. de Cast. quòd dictio, alius, verificaī in duobus, licet de sui natura requirat numerū pluriū, sicut ecōtra dictio, alter, verificaī in pluribus quàm duobus, licet ex proprietate sermonis sit partitiua duorū, vt ꝓbatur secūdùm eū in seque

b ti. Tu autē dicas, & melius, quòd dictio, alius[b], potest stare relatiuè cū vno præcedenti duntaxat, & sic significabit duos, etiam de proprietate sermonis. sed pōt etiam stare cum pluribus præcedentibus istam dictionē: vnde qui dicit, decē homines currunt, & alius cū eis, bene dicit. & similiter qui dicit, Titius currit, & alius cū eo, proprie loquitur: sicut patet ex tex. nostro, nec est l. quæ dicat oppositū: & etiam ex recta ratione loquēdi in §. etiā sequenti. Dictio autē, alter, non ponitur nisi inter duo: quia licet tres hæredes essent instituti, dictio, alter, quæ facit mētionē de vno ex eis, ponitur respectiue ad vnum, de quo prius fuerat dictū: sicut si dicerem, vnus ex scholaribus

c scribit, & alter ex reliquis cū eo. de dictione tamē, alter[c], vide gl. & quod ibi ponit Bal. in l. ancillę. s. de furt. quā etiam allegat hic dominus Pau. Et ad materiam vide bonū tex. in l. binas ædes. la prima. ff. de ser. vrb. prędi. vbi poniī, φ dictio, ali⁹, pōt poni pro altero duorum, sicut dictio, alter. Sequitur §. fin. hoc dicit, secūdùm intellectū gl. qui incipit, quidam quatuor.

Quidam quatuor. Ius coniunctionis, ex quo oritur ius accrescē di, transmittiī ad substitutum vulgarē, per primò institutum. Vel sic, secūdùm aliū intellectū, quem tangit Bar. Etiam inter disiunctos re & verbis in hæreditatibus est locus iuri accrescendi: & eo casu vnà cū institutis admittiī substitutus vulgaris ad ius accrescendi. Secūda est ibi: partem eius. ¶ † No. pri-

8 mò ibi: viuo patrefamilias &c. φ substitutio vulgaris habet locum, etiā si hæres institutus decedat viuo testatore, quinimo habet locū, etiam si tempore testamēti institutus nō extabat, l. j. §. in prima. C. de caduc. tol. & no. in l. iij. in fi. s. de liber. &

9 posth. ¶ † Secundò not. φ substitutio vulgaris facta pluribus, resoluiī in singularitates vn̄ habet locū, & succedit substitut⁹ incontinenti vno ex institutis moriente. & hanc l. intelligit Bar. quando substitutio fuit facta pluribus separatim: secus si esset facta pluribus simul, vt ipse declarat plene in l. heredes mei. §. cum ita. j. ad Trebel. & in l. j. s. eo. & ibi dixi. aliqd etiā fuit tactū in l. quidam testamēto. s. eod. vbi hoc posuit Ioan.

10 de Imo. ¶ † Tertiò no. ibi: ad substitutum quoq; pertinere. iūcta gl. qa ista dictio, quoq;, est dictio implicatiua: implicat eñ hic de hæredibus institutis, quòd & ipsi succedūt per ius accrescendi. & pōt habere infinitas concordantias, sed pro nunc

11 sufficit l. seruum quoq;. in princ. s. de procu. ¶ † In gl. vlti. super verbo, responderet. ibi: quia ille qui fuit substitutus, coniunctus fuit. hāc gl. not. hic singulariter Ang. & Bald. & colligunt ex ea iuncto tex. φ ius cōuentionis transit ad substitu-

d tum[d] vulgarem, qui videtur subrogari per omnia loco primi. Et attēde secūdùm Ang. quia hic nō trāsmittiī ius accrescēdi, quoniam eo tempore quo mortuus est primus hęres, non poterat ius accrescendi videri deductū in esse, quoniam testator viuebat, transmittitur ergo ius coniunctionis, ex quo postea causatur ius accrescēdi: & hāc conclusionem in effectu sequiī hic Io. de Imol. licet multū se inuoluat, vt patet ex eius vltimis verbis, pro qua videī facere tex. in l. hæc scriptura. §. fi. de conditio. & demō. vbi probaī, φ ius accrescendi transit ad hęredē: vt declarat Bar. in l. re coniuncti. j. de leg. iij. Præterea si ille qui vocatur in locum hæredis ex dispositione l. habet ius accrescendi: vt l. si totā. & qđ ibi per Bart. j. de acqui. hæredi. ergo & substitutus vocatur ex dispositione testatoris, cuius causa videtur esse fauorabilior, quia succedit ex voluntate defuncti in locum primi. In contrarium videtur esse casus clar⁹, quem ibi Bal. reputat singularem in l. sicut in annos. §. j. s. qui. mod. vsufruct. amit. per quem tex. Paul. de Cast. hic, licet nō allegat Bal. reprehendit opinionem Bald. & Ang. hic: dicitur enim in d. tex. quòd si duo sunt coniuncti re & verbis in vsufructu, & alteri eorum datur substitutus in legato, quòd substitutus succedendo in parte sibi relicta pōt, idem venire per ius accrescendi ad partem alterius, quia est coniunctus re, licet non sit cōiunctus verbis. Ex hoc apparet manifeste, quòd cōiunctio verbalis, quæ erat in primo, non transmittitur ad substitutum: quia sic esset coniunctus re, & verbis, vt erat pri-

a ¶ Spē. Vide tñ do. Iaso. May. hic in j. & ij. colū. vbi dicit hanc considerationem sibi nō placere, per rationes ibi per eum adductas, quas omnino vide.

b ¶ Alius. De qua dictiōe vide late Fel. in c. sedes. in fi. de rescrip. & in c. cùm non ab homine. de iu. & in c. veniens. de symo. in fi.

c ¶ Alter. De qua dictione vide etiam eundem in l. nam hoc. in prin. s. eo. ti. & in l. si reus. de duob⁹ reis. in fine. & quod dixi in d. l. nam hoc.

d ¶ Ad substitutū. Et in hoc iste tex. est sin. in iure, secūdùm Raph. Cu. vt refert & sequiī d. Ia. May. hic in iiij. no. assignādo rationem huius not. qa eo ipso φ quis substituitur alicui, videtur substitutus in omnibus, & per omnia. allegat tex. ad hoc in l. cohæredi. in prin. j. cod. & in l. Iul. s. titu. j. & ratio rationis esset, qa substitut⁹ censeī tanq; quidā subrogat⁹ loco primi instituti. ergo vt ipse cōcludit, in omnibus debet sapere eius naturam vul. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si qs cau. declarando vt declarat gl. not. in l. certi conditio. in prin. & ibi Bar. no. s. si certū peta.

mus: quod iurisconsultus ibi negat. Vnde redeundo ad propositum glo. nostræ, dico, tex. potest intelligi duobus modis: & bene procederet, quòd hic substitutus concurrat in iure accrescendi vno modo, vt tetigit hic Bar. ꝙ omnes heredes fuerint disiuncti re & verbis, & similiter substitutus: quo casu licet in legatis nõ haberet locum ius accrescendi, habebat tamẽ in hæreditatibus, non virtute alicuius trãsmissionis, sed quia portio accrescit portioni, quæ est penes substitutũ: vt l. j. §. his ita. C. de cadu. tollẽ. Vel põt intelligi, ꝙ oẽs fuerint cõiuncti, re, sed disiũcti verbis, quia sint vocati ad eandẽ hęreditatẽ sine partib⁹: & similiter fuit vocatus substitut⁹. Si autẽ heredes primò instituti essent coniuncti re & verbis, tunc impossibile esset dicere, ꝙ substitutus admitteretur cũ eis, licet esset coniũctus re tantum, per regulam quæ ponit̃ in l. re cõiuncti. j. de lega. iij. & hoc ideo, quia ius cõiunctionis verbalis, quòd erat in primo hærede, nõ fuit trãsmissum ad substitutũ: & sic ista gl. remaneret falsa. Non obstant allegata in contrarium per istã gl. quia in illis casibus ille qui succedit hæredi, venit ex persona ipsius hæredis: & ex iure quod rescindebat in persona hæredis, & ex eius persona ad eum fuit transmissum: vnde nõ est mirum, si habet ius accrescendi, sicut ille haberet. Sed substitutus vulgaris, licet succedat in locum primi instituti, non tñ repræsentat eius personam, nec succedit ex persona eius, sed immediate ipsi defuncto ex dispositione testatoris. Pro ista differentia plenè facit tex. in l. filium. §. j. ff. de leg. præstan. inquãtũ facit differentiã, vtrũ substitutus præstet legata ex persona pupilli, vel ex sua. De cuius intellectu multa dixi in l. si cõtra. s. eo. Stante autem intellectu glo. ꝙ hic substitutus succedat ex iure coniunctionis à se transmisso vnà cum heredibus primò institutis, verissima est conclusio, quam refert hic Bal. quòd si solus ille cui substitutus successit, erat coniunctus alteri, qui non habebat substitutum, solus substitutus tunc succedet in illa portione, exclusis hæredibus institutis: quia qua ratione ius coniunctionis transinittitur ad eum, vt succedat vnà cum alijs: eadem videtur, vt solus succedat, si alij nõ sunt coniũcti, licet dominus Io. hic dubitet, & dicat istud non probari in hoc tex. Sed satis probat̃, quia non dat̃ diuersitas rationis inter istos casus, cùm transmissio fiat de iure cõi, nõ de iure speciali, contra regulas iuris. & hoc videtur tenendum. Sequitur l. causa cognita.

a ¶ Causa cognita. Ad huius tex. materiam vide latissime do. Ias. May. in repe. l. si arrogator. s. de adop.

b ¶ Immediatã. Ad de eũdem in l. qui liberis. §. hæc verba. s. eo. & quæ dixi in apos. ad Bald. in l. ex hoc iure. s. de iusti. & iur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Arrogatio fieri non põt, nisi cum causę cognitione.
2 Dispositio facta in cã intestati, etiã si sit exorbitãs à regulis iuris, trahitur ad causam testati, vbi est eadem ratio.
3 Actio quæ per seruum vel notarium publicũ dicitur aliquo respectu seru⁹ public⁹, acquirit̃ alteri, est vtilis, & nõ directa.
4 Dictio, ex, significat causam immediatam.

a C Ausa cognita. [a] Sicut venientibus ab intestato competit vt lis actio contra patrẽ arrogatorem: ita etiam cõpetit substitutio pupillariter pro hereditate pupilli. hoc dicit. Secunda est ibi: nam & legitimis. ¶ † No. ibi: cã cognita &c. quòd arrogatio non põt fieri nisi cũ causæ cognitione: & quæ sunt illæ causæ declaratur in l. nec ei. per totam l. s. de adoptio. & attende, quia causę cognitio semper requiritur in actu, in quo requiritur autoritas iudicis, licet nihil dicatur de causæ cognitione: vt est casus nota. & ibi per Bart. in l. sed si hac. §. ait prętor. ff. de in ius vocando. & in l. cũ hi. §. vult igit̃. & ibi etiam per Bart. s. de transactio. ¶ † Secundò not. & semper tene menti, quòd dispositio facta in causa intestati, etiam si sit exorbitans à regulis iuris, trahitur ad causam testati, vbi est eadem ratio. Nam cùm testamentũ impuberis arrogati sit extinctũ ipso iure, secundùm regulas iuris. l. qui ex liberis. §. testamẽto. j. de secundis tabulis. bona ipsius debebãt penes patrem arrogatorem iure cuiusdam vniuersalis successionis: vt Insti. de acquisi. per arrogatorẽ. & tamen cõtra hũc rigorem iuris statuitur in pupillo, ꝙ bona restituãtur illis, de quibus s. Vñ iste tex. facit optime ad materiã, & ad q. illam difficilem, de qua tangit Bar. & Mod. in l. Gall⁹. §. quid si tantum. s. de lib. & posthu. nunquid filia exclusa stante masculo ad successionem intestati possit pręterita contratabulare, vel dicere testamentum nullum. ¶ † Tertiò not. ibi: nam & legitima &c. ꝙ actio quæ per seruum publicũ, vel per notariũ dicitur aliquo respectu seruus publicus, acquiritur alteri, est vtilis, & non directa. & tenent cõmuniter omnes, videlicet Bar. in l. ij. ff. rem pupilli saluam fore. & Mod. scribentes in l. stipulatio ista. §. si stipulor. de verbo. oblig. Et aduerte, quia hic essent videndi duo articuli. Primus est, vtrũ indistinctè per notarium acquiratur ipso iure actio alteri per alterũ: de quo dic vt plene tradit Bar. in loco præalleg. & Mo. in d. §. si quis insulam. ad quam materiam vide quod singulariter ponit Bart. in l. si quis vxori. §. si fugiturũ. ff. de fur. & Ang. consil. lxxiij. & quod singulariter ponit Bal. in l. fi. C. de manumis. test. vbi dixit notabiliter, ꝙ vbicũq; in l. vel statuto dicitur, ꝙ ex stip. alterius alteri quærat̃ actio, semper intelligit̃ acquiri ipso iure, sine cessione, † quia dictio, ex, significat causam ĩmediatam [b]. l. j. §. ex incẽdio. ff. de incen. rui. & naufra. Super secundo articulo aduerte: qa in tex. nr̃o ideo acquirit̃ actio vtilis, & nõ directa, qm̃ vt dictũ est s. pater arrogator occupat bona filij iure cuiusdam vniuersalis peculij, vnde ipso iure efficitur hæres, & dominus bonorum filij. Substitutus ergo, vel venientes ab intestato nõ possunt effici domini directò, sed vtiliter, quia eadẽ specie dominij duo non possunt esse domini insolidũ. Si autẽ competeret actio directa ex stipulatu, ex directa actione deberet transferri dominiũ directũ: & ideo cõuenĩetius datur actio vtilis ad ius vtile cõsequendũ: in alijs autem casibus esset maior dubitatio, per ea quæ notabiliter tradit Barto. in l. j. §. sublata. in vltimis verbis. j. ad Trebel. & Ang. consil. suo lxxx. iuxta finem. vbi cõcludunt, quòd si statutum dicit, quòd alteri per alterum queratur actio, sicut videtur dicere ista iura de notario, acquiritur actio directa, & non vtilis: secus si statutũ diceret, ꝙ actio de vno transiret ad alium, secũdùm eum. Cõmunis tamen opi. est illa, quam s. dixi, quòd quærat̃ actio vtilis, & non directa. ¶ In gl. vlti. in fi. ibi: secus tñ est &c. Gloss. videtur sentire, ꝙ hodie si pupillus daret se ad rogandũ, substitutio pupill. haberet effectum directò, & sic non esset opus interponere stipu. Et si ita sensit singulariter, extenditur tex. in corpore, de hæredi. quæ ab intesta. defe. §. j. ibi enim cõceditur hodie, ꝙ filiusfa. habeat heredem ab ĩtestato decedentẽ. Gl. autem videtur velle, ꝙ habeat etiam hæredem ex testamento virtute substitutionis pupillaris. Sed iste sensus non videtur iuridicus: quia substitutio pupil. tunc demum habet locum, quando filius non põt sibi facere testamentum solum ratione ætatis: secus si ex alio defectu, puta quia post mortẽ testatoris recadat in potestatem alterius: vt l. ij. in prin. s. eod. & talis videtur esse casus noster, quia etiam de iure nouissimo filiusfamilias quamuis esset maior, non posset sibi facere testamentum: vt l. penul. C. qui testa. face. possunt. Intelligamus ergo gl. prout dicit simpliciter. quòd filiusfa. põt habere hæredem, scilicet ab intestato: vt dicũt illa iura, non tamen poterat habere pupillariter substitutum: vt dixi. Sequitur l. cohæredi substitutus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Substitutio vulgaris videtur institutio conditionalis.
2 Substitutio alicui facta, si hæres non erit, facta videtur nõ solùm in portione, in qua est scriptus, antequã fiat substitutio: sed etiam in portione, in qua post substitutionem scribitur.
3 Substitutio reciproca continet vulgarem substitutionem.
4 Opiniones cùm sunt de aliquo articulo de iure ciuili: articul⁹ autem expresse reperitur determinatus de iure canonico: standum est determinationi iuris canonici etiam de iure ciuili.
5 Masculinum non concipit fœminum, cùm agitur de odio irrationabili, vbi aliàs conciperet.
6 Qualitas adiũcta verbo, determinat̃ secundùm verbũ verbi.
7 Fideicom. relictum post mortẽ filij, in dubio relictum videtur ab ipso filio, non ab hæredibus filij.
8 Hæredis bona non veniunt in fideicon. vniuersali.
9 Dispositio præcedens testamentum declarat sequentem.
10 Substitutio duplex oriri põt ex vna oratione, & vnico con-
11 textu verborum.
12 Substitutio reciproca simpliciter facta nõ cõtinet substitutionem fideicom.
13 Substitutus pupillariter habetur pinde ac si esset institutus.
14 Dictio ista, de plano, idem importat quod dictio, simpliciter. Pinguendo portionis vnius ex cohæredibus, non debet no-
15 cere alteri cohæredi cuius pars exhausta est. Substitutio pupillaris fieri põt non solùm sub conditione in-
16 trinseca, sed etiam sub alia adiuncta huic. Substitutio pupillaris facta in re certa per verbum directum,
17 trahit ad se totum. Duæ fictiones, vel duo specialia circa idem diuersis respectibus cõcurrere possunt.

C Ohæredi substitutus. Substitut⁹ cohæredi, qui erat substitutus alteri instituto, succedit cohæredi, cui erat substitutus, non adeunti in partem vtriq;. hoc dicit. Secunda est ibi: ad substitutũ. Tertia ibi: nec intererit. ¶ † No. primò, quòd substitutio vulgaris videtur institutio cõditionalis: & hunc tex. allegaui tibi in l. qui liberis.

liberis.in princi.§.eod. ad probandum, quòd ista conditio, si hæres non erit, quamuis sit conditio intrinseca, imo de essentia substitutionis, nihilo minus dicitur proprie conditio.¶ Secundò not.ibi:siue hanc substitutionem.&c.secundùm intellectum quem dabo ad istam literam, quòd substitutio facta alicui, si hæres non erit, videtur facta non solùm in portione, in qua est scriptus, antequam fiat substitutio: sed etiam in portione, in qua scribitur post substitutionem. Et per istum text.ita intellectum potest determinari notabilis q.quã posuit Bart. in l.Marcellus.§.quidã.j.ad Treb.& de qua dicetur plenius in positio.istius lecturę: quia gloss. istius principij sunt faciles, nihil est scribendum super eis:† sed videndum est duntaxat extra glo. quomodo portio cohæredis, cui fuit substitutus cohæres primo loco pertineat ad substitutũ, qui nõ erat cohæres, & fuit substitutus secundo loco alteri cohæredi. Super quo inuenio duas opin. principales. Prima fuit Dy. qui dixit hic, quòd portio illa pertinet ad substitutũ, nõ ex vi substitutionis, sed ex iure accrescẽdi. Sed ista lectura communiter damnatur per Barto.& Modern.hic, & in l.qui habebat.j.eod.& in l.si Titius.§.eo.quia tex.in d.l.Titius. in fi.videtur velle, quòd vtrique succedatur ex substitutione. Præterea in vno casu istius l.videlicet quando substitutio facta cohæredi de cohærede præcedit substitutionem factam de extraneo alteri hæredi, opi.Barto.videtur esse verissima, vel saltem opi.Dy.non est vera: quia ista verba apposita in substitutione facta de extraneo, si Titius hæres non erit, æquè bene videntur posse referri, si non erit hæres ex substitutione, sicut si non erit hæres ex institutione: vt plene declaraui in l.qui liberis.§.hæc verba.§.eod. ergo ex quo possunt comprehendere hunc casum, succedetur ex substitutione, non ex iure accrescendi. Vnde ista lectura simpliciter ad text.nostrum non potest procedere in omni casu, quapropter ego in §. hæc verba.volens concordare istas opi.dixi, quòd quando substitutio cohæredis præcedit substitutionem extranei, tunc substitutus habet vtranque partem iure substitu. Sed quando substitu. extranei præcedit substitutionem cohæredis, tunc vera erat opi. Dy. quòd substitutus haberet vnam partem iure substitu.& alteram iure accrescendi, quia substitutus extraneus non poterat videri vocatus ad partem alterius, si ille cui erat substitutus, non vellet esse hæres ex substitutione, quoniam substitutio de cohærede ad cohæredem nondum erat facta. Adducebam pro ista differentia tex.in l.Titia.in prin.ff.ad l.Falci.iuncta l. Marcellus.§.quidã. & quod ibi per Barto.ff.ad Trebellia.in quibus probatur, quòd fideicommiss.vniuersali, quo quis rogatur restituere partem suam, veniunt prælegata, quę erãt facta tempore grauaminis. Sed prælegata facta post grauamen non veniunt, quia ad ea quæ nondum erant, non potuit referri substitutio fidei commiss. Nunc autem considerando diligentius, non placet mihi ista differentia ad istum text.contra mentem istius literæ, quę in vtroque casu videtur eodem modo vocare substitutum, & disponere idem: & hoc præsumitur in dubio per regulã positam in l.iã hoc iure. in prin.§.eod.& maxime quòd qualitas quæ inest vni capitulo posito in alternatiua, videtur etiam esse subintelligenda in alio: vt l.j. & ibi per Bartol.ff. de reb. dub. Cùm ergo iurisconsultus hic dicat, quòd siue substitutio cohæredis præcedat, siue sequatur, vtraque portio pertinet ad substitutum iure substitutionis: idem est intelligendum de alio casu posito in alternatiua per duas regulas, quę colliguntur in d.l.iam hoc iure.& in d.l.j.de reb dub. Intelligamus ergo, quòd vtraque portio deferatur iure substitutionis. Et si quæris, quomodo potest deferri iure substitutionis substituto illa portio, in qua ipse non fuit substitutus? Dicendum est secundùm Bartol.in l. qui habebat.j.eo.quòd spes substitutionis vulgaris, sicut transit ad pupillã substitutum, secundùm gloss.ibi spes substitutionis vulgaris transibit ad vulgariter substitutum. Licet ergo spes substitutionis vulgaris nõ transeat ad hæredem substituti: vt l.si ex pluribus.j.de suis & legitimis. & l. toties.in secundo responso.j.de acquir.hered.transibit tamen ad substitutum vulga.ipsi substituto primo loco. Sed ista opin.non placet mihi in l.qui liberis.§.hæc verba.§.eo.& vltra ea quæ ibi dixi attende: quia tex. in l.si Titius.§.eodem.dicit, quòd extraneus est substitutus in vtraque parte. Vnde pondera, quòd in l.si Titius extraneus non vocatur ad partẽ vtriusque ex persona alterius, quasi spes substitutionis factæ de altero ad eum transmittitur, sed quia ipse est substitutus: quę verba destruunt etiam opini.do. Barto. quia secundùm eum ad partem alterius substitutus non vocaretur, quia ipse esset substitutus: sed quia primò substitutus transmisit ius suum ad eum, & sic ex persona alterius. Hæc autem valde differunt inter se, quòd quis vocetur immediate ex persona sua, vel ex persona alterius. Vnde credo verum intellectum istius literæ esse, vt iurisconsultus determinat hic, quòd alius non est ausus perfectè determinare, in l.si Titius.§.eod. videlicet quòd sicut extraneus substitutus post substitutionem factam de cohærede videtur substitutus vtrique, vt §.dixi, & hoc erat determinatum in l.si Titius. ita extraneus substitutus antequam cohæres substituatur cohæredi, videatur substitutus vtrique. Vnde illa verba, si Titius hæres non erit, resoluentur hoc modo, si non erit hæres ex institutione iam facta, vel ex substitutione quę postea sequitur: nec est absurdum dicere, quòd testator videatur cogitasse de substitutione nondum facta, quę est secuta incontinenti in eodẽ testamẽto. Nõ obstat tex.in l.Titia.ff.ad l.Fal.& quod ibi notatur.quia dico, quod portio quæ acquiritur hæredi ex substitutione, censetur simul acquisita vnà cum substitutione vna portio, & vna res, & ratio, siue præcedat ista substitutio, siue sequatur, semper veniet in substitutione facta de extraneo. Ita notabiliter declarat Bartol.ad propositum in l.Marcellus.§.quidã.§.alleg. In præalleg.autẽ quia est diuersum quid ab hæreditate, seruatur distinctio, de qua §.dixi.& tenebis menti singulariter istum textum secũdùm hunc intellectum: quia per ipsum optime probatur conclusio, quã ponit Bar.in d.§. quidam liberis. Et adde ad prædicta, quòd dñs Paul. hic punctualiter, & per easdem l.facit illam distinctionem, quam ego feceram in §.hæc verba.videlicet quòd aut substitutio cohæredis præcedat substitutionem extranei, & tunc in vtraque parte extraneus substitutus succedet ex titulo substitutionis: aut substitutio extranei præcedit substitutionem cohæredis, & tunc in parte alterius cohæredis substitutus succedit per ius accrescendi: allegat ea quæ habentur in simili in l. cùm virum.C.de fideicõmiss.& ea quę habentur in l.Marcellus.§.quidã.§.sæpius allegata.licet in l.si Titius.§.eo. simpliciter sequatur opi. quam sentit Bartol.hic, & expresse ponit in l.qui habebat.j.cod. Mihi autem plus placet id quod §. dixi, & magis videtur esse de mente istius literæ: sed opponitur vltra doct.fortiter cõtra istum tex.& videtur, quòd vtraque portio in omni casu non possit referri ab substitutũ ex vulgari substitutione: quia in princi.tex.ponuntur duo casus. Primus est, quando cohæres substitutus decessit, delata sibi portione ex substitutione: sed ipse non adiuit hæreditatem, antequam decederet. Secundus est, quando cohæres substitutus decessit, antequam eueniret conditio substitutionis: & quia isti casus ponuntur in oratione alternatiua, de cuius natura est, vt alterũ sufficiat, videtur velle iurisconsultus, quòd licet cohæres adiuerit hæreditatem ex institutione, si tamen decessit pendente conditione substitutionis, vtraque portio pertineat ad substitutum, aliàs alternatiuum non staret proprium, si in isto secundo casu requireretur, quòd etiam portionẽ suam non adiuisset. Hoc autem præsupposito, est dicere id, quòd dicunt glos. & doc. quòd vtraque portio deferatur substituto ex substitutione vulgari, quia substitutio vulgaris deficit in portione adeuntis: vt l. post aditam.C.de impube.cum alijs casibus.ergo ista litera procedit, non impropriando eam. Pro nunc possumus dicere, quòd iste cohęres cui fuit substitutus extraneus vulgariter, erat filius in potestate testatoris, donec in vulgari expressa poterat contineri tacita pupil.& tunc poterat stare alternatiua: quia si cohæres substitutus moriatur, non adita hæreditate, in vtraque parte, succedetur ex vulgari. Si autem adeat hæreditatem pro portione sua, tunc in parte adeuntis substitutus succedet ex tacita pupillari: in parte autem alterius cohæredis vel succedet ex expressa vulgari, secũdùm intellectum meum, quem §.posui, quia vtrique videtur substitutus: vel secundùm intellectum Barto.ex vulgari substitutione ad eum transmissa: vel secundùm Dy.ex iure accrescẽdi. Sed huic respõsioni videtur obstare: quia secundùm hoc vna determinatio determinat duos casus diuersimode, & non vniformiter, quia alio modo vocaretur ad vtranque partem substitutus extraneus, quando hæreditas non fuit adita per institutum: & alio modo, quando fuit adita: quod videtur contra mentem literæ. Sed respondendum, saluando istam respõsionẽ, quòd tunc vna determinatio determinat vniformiter plura determinabilia, quando aliquo casu vniformiter posset determinari: sed quando vniformitas est penitus impossibilis, tunc vna & eadem ratio respicit vnumquodque, secundùm materiam suam, & difformiter, sicut dicimus in vno, quod refertur ad personas diuersas, in quibus non potest vniformiter intelligi, in l. ij.& ibi concordan.in glo.ff.de offic.procon.& lega. Et intelligendo isto modo, quòd filius fuerit hic institutus, & datus cohæredes, hic videtur esse casus singularis, quòd datio substituti vulgaris tollit essentiã sui hæredis, quo ad effectum transmittendi: quod patet: quia si cohæres decedit in casu nostro, non adita hæreditate, substitutus veniet ex vulgari, secundùm omnes: quod non esset, si non impediretur transmissio, quia posset excludi per aditionem hæreditatis faciendæ ab eo, ad quẽ fit transmissio. Quia tamen iste intellectus facit aliqualiter violentiam literæ, de cuius mente videtur esse, vt dixi, quòd eodem iure substitutus vocetur ad vtranque partem: ideo cogitandum est pro solutione huius contrarij. Sequitur §.ex his verbis.

Ex his verbis. Substitutio reciproca continet vulgarem, ex qua substituti vocantur pro portionibus hæreditarijs.hoc dicit. Secunda est ibi: pro modo. ¶ † Nota primò, quòd substitutio reciproca ex proprietate sermonis continet vulgarem substitutionem: continet etiam pupillarem, si fiat personis paribus, quibus potest pupillariter substitui: vt l.iam hoc iure.§.cod. Vtrum autem contineat fideicõmiss.dicetur post Bartol. in l. Lucius.j.eo. ¶ Not.secundo, & semper tene mẽti, quòd ista dictio relatiua, eos inuicem substituo &c. quando præcessit institutio hæredum, in dubio refert se ad nomẽ appellatiuũ hæredis, non ad nomen propriũ expressum in institutione: quod patet, quia vocantur substituti pro hæreditarijs portionibus: quod non esset, si ista dictio referretur ad nomina propria: vt notatur in textu, & glo. in l.si plures.§. eodem. ¶ In glossa posita super verbo, quęsitę.ibi: id est quærendæ. Ista lectura communiter reprehenditur ab omnibus, & merito: tum quia impropriat verba tex.tũ quia siue, pro modo &c. positũ in tex.significaret portionẽ illius, cui est facta substitutio, fuisset quęsitum de re indubitabili: vtrũ substitutio facta instituto in parte habeat locũ

in tota illa portione, & non extendatur vltra illud. Et ideo tene secundã solutionẽ gl. quia tñ illa aliqualiter etiã diuinat ad tex. ideo potest dici, & melius, secũdùm Bar. & cõmuniter Mod. ꝙ filius vel seruus, qui fuerunt scripti hæredes, possunt succedere ex substitutione, licet tempore substitutionis exiuerint potestatẽ patris, vel domini, quãuis hoc casu dominus & pater nõ admittant̃: vt l. qui liberis. §. hæc verba. s̃. eo. Et hanc conclusionẽ sentit Bar. in l. cũ filio. s̃. eod. ti. quã etiã confirmat melius & clarius in l. cũ filio. j. de leg. j. quæ manifeste probatur in isto tex. quẽ tñ alibi nõ allegat. & ideo habes eũ ad notata in locis prędictis. Solue ergo melius, saluando intellectum cõmunẽ, ꝙ vtraq; portio deferat̃ ex substitutiõe vulgari, ꝙ alternatiua quæ ponit̃ in prin. tex. ponitur respectu portionis, quæ deferẽ ei ex substitutione ipsi cohæredi, non autẽ respectu portionis, quæ defertur ex substitutione: qa de illa portione ꝓsupponitur, ꝙ nõ fuerit adita: & sic bene cõcedet, ꝙ vtraq; portio deuoluet̃ ad substitutũ vulgarẽ ex vulgari substitutione: & hoc satis innuit tex. in fi. huius prin. vbi licet per alia verba repetit̃ illa alternatiua posita in prĩ. respectu partis, quæ deferẽ ex substitutione. Est ergo sensus literæ, † siue portio sit delata hæredi ex substitutione, ꝙ decessit prior institutus nõ adita sua portione, siue portio nõ sit delata hæredi ex substitutione, quia substitutus decessit prius, ꝗ̃ decederet institutus vtroq; casu, ista portio deferẽ ad substitutũ vulgarem, vnã cũ portione, in qua cohæres fuerat institutus, quæ ꝓsupponit̃ non fuisse adita ante mortẽ cohæredis. Sequit̃ §. cũ filię.

sunt grauatæ: vt l. in insula. §. ad legem Falc. ideo decidit Bar. notabiliter in l. qui fundũ. §. cohæres. iuxta fi. ad l. Falci. ꝙ si plures filij succedunt patri, vel plures hæredes ipso iure, onus libere videtur diuisum inter ipsos. & ideo infert, ꝙ si conside rato toto patrimonio, allibratus tenereť mutuare cõi ex for ma statuti certam quãtitatem, non tenebunť plures hęredes, si pro ratavniuscuiusq; pro indiuiso libra nõ ascẽderet ad illã summam. qđ declara vt ibi per Mod. Sequitur §. cùm pater.

Cùm pater. Substitutio pupillaris irritať, siue de ficiat cõditio intrinseca, siue extrin seca apposita in substitutione. Vel sic: Substitutio pup. annul latur, si deficiat conditio extrinseca, vel si ille cui fuit facta ef 15 ficiatur pubes. Secũda est ibi: in psona. ¶ † Not. primò, ꝙ sub stitutio pupillaris põt fieri nõ solũ sub cõditione intrinseca, si decesserit in pupilla. ætate: sed etiã sub alia cõditione adiũ cta huic, & vtraq; conditio debet impleri. cõcordat tex. & ibi plene scripsi in l. liberis. in prin. §. hæc verba. s. eod. Secundò colligit Pau. de Cast. hic ex prin. literę, iuncto fine, quòd ista verba, si filius meus impubes decesserit, videntur significare pupillarem substitutionẽ. & sic verbũ, impubes, nõ ponitur demonstratiue, sed limitatiue, & conditionaliter: sicut vidisti declaratũ in §. cũ filio. s. eod. Sed iste text. minus facit, quàm tex. in §. cũ filio. quia ibi fuerũt verba iurisconsulti, nõ verba testatoris: qđ pater per id qđ sequitur, tabulas secundas fe cisse. non enim sic substituisset testator, sed expressisset no men substituti. qđ hic non facit. Et ex eodem etiam versicu. patet, ꝙ iurisconsultus dum dixit, cùm pater impuberi filio &c. intellexit illud verbum limitatiuè, non demonstratiuè, ex eo quod addit, tabulas secundas fecisse. De hoc tamen dic vt dixi in d. §. cum filio. Sequitur §. non videri.

Non videri. Substitutio pupillaris facta ĩ re cer ta trahitur ad totum patrimonium pupilli: & valet, qñ est facta per verbũ directũ: sicut & insti tutio facta in testamẽto principali trahetur. Secunda est ibi: 16 non magis. Tertia ibi: omnia & qui. ¶ † Not. primò secundũ Bald. & Moder. ꝙ substitutio pupillaris facta in re certa per a verbum directũ trahit ad se totũ[a], licet in testamẽto princi pali sit institutus alius hæres. Quòd ergo diciť, ꝙ institut' in re certa habeť ꝓ instituto vniuersaliter, nõ dato alio cohære de: est intelligẽdũ, nõ dato alio cohęrede ĩ eo gradu. qđ semp tenebis mẽti, & p hũc tex. dixit Bar. in l. cẽturio. s. e. & refert Pau. hic in prima q. pricipali, ꝙ si filia est instituta in re cer ta, & in illa re certa, datus est sibi substitutus pupillaris, p ver bũ directũ ciuile: vt, hæres esto, vel talẽ institu[illegible]: valebit sub stitutio pupillaris, & habebit locũ in toto patrimonio filij. se cus si substitutio esset facta p verbũ cõmune, de quo dic vt ibi plenissime scripsi. ¶ Not. secũdò in verbo, non magis. ibi: sibi hæredem esse &c. exponẽdo, sibi. i. testatori, quæ est no tabilior expositio, quã etiam ponit hic Pau. de Cast. nã secũ dùm istã iuncto fi. huius §. probatur, ꝙ qñ testator dicit, si fi lius meus in pupil. ætate decesserit, talis sit mihi hæres. Ista substitutio pupil. licet detrahatur verbũ, mihi, vt valeat sub stitutio, per l. si ita. §. qui filio. j. de secun. tab. exponiť hoc mo do, sit hæres mihi. i. pupillo in hæreditate mea. & sic videbiť facta substitutio in re certa. Quod est magni effectus: qa se cundũ hoc si testator dixisset, si filius meus in pupillari ętate decesserit, talis mihi succedat, vel talis mihi sit substitutus: qa ista non sunt verba directo ciuilia, nõ trahetur ista substitu tio ad vniuersum: iuxta ea quæ scribit Barto. in l. centurio. s. allegata. ibi tñ facit differentiam inter verba cõmunia, & ver ba directa nõ ciuilia. vt plenius ibi fuit declaratum. Et secun dùm istã expositionem, quæ est notabilior, iste text. est singu laris: & vt declarẽ tex. in isto versic. ibi: si post demonstratam cõditionem &c. dicas, quicqđ dicat hic gl. q intelligit text. de conditione extrinseca apposita in substitutiõne, ꝙ ista verba significant expresŝionẽ pupillaris ætatis, ac si dixisset, si post pupil. ętatem expressam, quæ est cõditio extrinseca: vt dixi ĩ §. ꝓxi. præcedẽti, sibi hęredẽ esse &c. ¶ † Not. vltimò, & sem per tene mẽti, ꝙ qñ hęres instituitur nõ in tota, sed quota hæ reditatis: sed in aliqua hæreditate, quę aliũde ꝑuenit à testa tore, & est vnita cũ patrimonio ipsius: taliter institutus diciť institutus in certa re. cõcordat tex. in l. cogi. §. sed si miles. ff. ad Trebel. & bene facit tex. in l. ex facto. §. fi. s. titu. ꝓxi. Sed optime probať hic. In gl. posita sup verbo, partem. vel ibi: fa cit dubium & c. aduerte ꝓ declaratione huius principij, qa si substitutus fuisset vocatus ad partẽ toti' hęreditatis pupilli, nulla esset hic dubitatio, ꝙ substitutio valeret: qa p ius accre scẽdi accresceret sibi alia portio hr̃ditatis alio cohęrede nõ da to: vt l. j. & ij. j. de acq. hęr. Sed dubiũ erat, qa hic nõ fuit data portio totius hr̃ditatis pupilli, sed portio hr̃ditatis relictę pu pillo à patre. vñ de tota hęreditate pupilli nõ fuit relicta quo ta vniuersalis, sed quędã species, quæ cõtinebatur in sua hære dit. s. patrimoniũ, qđ pupillus habuit à testatore: qđ quidẽ relictum seu substitutio dicit facta in re certa: vt l. cogi. §. sed si miles. ff. ad Trebel. & l. ex facto. §. rerũ. s. tit. proxi. Et ideo erat magna dubitatio: quia ll. quę dicũt, ꝙ institutus in re cer ta trahit ad se totum: vt l. j. §. si ex fundo. s. tit. proxi. loquun tur in eo, qui facit testamẽtũ sibi: vnde nõ videbatur trahẽdũ ad eũ, qui facit testamẽtũ alteri, ne concurreret duplex specia litas circa idẽ. s. ꝙ quis posset facere testamẽtũ alteri, contra l. captatorias. de hęre. insti. & ꝙ posset institutus in re certa vi deri vniuersalis hæres. nõ enim fit hoc per ius accrescendi, qđ est secũdùm regulas iuris: sed quia l. detracto nomine certæ rei nominatæ in institutione perinde habet, ac si iste esset in stitutus simpľr, vnde induciť quędã fictio: vt clarè patet in l. ex facto. ꝑallegata. Sed tamẽ iurisconsultus determinat cõtra 7 riũ: † quia duę fictiones, vel duo specialia bene possunt cõcur b rere[b] circa idẽ diuersis respectib' & causis: sicut declarat Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. & talis est casus noster: nam ꝙ testamentum possit fieri alteri, inducitur ex iure pa triæ potestatis, & ex impotentia filij, quia non potest sibi ipsi facere testamẽtum ratione ætatis: sed ꝙ substitutio facta in re certa habeatur pro institutione vniuersali, hoc inducitur ex alia causa, scilicet ne quis decedat pro parte testatus, & ꝓ par te intestatus, cõtra reg. iur. ¶ In ea glos. ibi: alij dicũt &c. Ista c lectura licet sit singularis & pulchra in se, reprehenditur[c] hic per Bal. Angel. & Moder. tribus rationibus in effectu. Prin. ò per l. ex facto. s. tit. proxi. vbi patet, ꝙ p gradũ substitutionis regulariter non inducitur tacita institutio, & plene fuit dictũ in l. si quis eũ. §. fi. s. eod. Secundò, quia iste intellectus nõ est a cõformis ad vltimũ rñsum huius §. nec ratio ibi assignata ad cõfirmationẽ dicti, secundùm hũc intellectum, faceret aliqđ ad propositũ: vt patet intelligenti de se. & ista ratio est veris sima. Tertiò, qa posito ꝙ per gradũ substitutionis vulgaris ta citè induceret gradus institutionis, secũdùm Bart. hic, & in l. si quis eũ. §. fi. s. eo. tamẽ per gradũ pupil. substituti. hoc nõ si potest induci, secũdùm Pau. de Ca. qui vtitur ista tertia ratio ne: nam sequeretur ex ista lectura, ꝙ nunq; esset substitutio pupillaris sine testamento paterno, ex quo pater substituẽdo pupillariter videtur filium instituere: quod est cõtra text. in l. j. in fi. & l. ij. §. adeo. & §. quisquis. s. eo. in quibus dicitur, ꝙ b substitutio pupillaris non valet, nisi præcesserit paternum. & sic præsupponitur, quòd põt fieri substitutio pupillaris sine paterno: cuius contrarium præsupponit ista lectura. Tu autẽ aduerte, quia licet per gradum vulg. substitutionis non indu catur tacita institutio in primo gradu, secundùm communem c sententiam: non tamen per hoc bene sequitur, ergo non põt induci per pupilla. substitutionem. Est enim differentia mani festa, quia substitutio vulgaris fit per verba negatiua indu centia remotionem primi gradus, quo ad actum adeundi & ac quirendi hæreditatem: vnde non est mirum, si dispositio in ducta ad remouendum non operatur inductionem institutio nis, per regulam positã in l. falsa. §. fi. de condi. & demon. & in l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. Sed substitutio pupilla. præsupponit primum gradum habere effectum, & institutũ adire hæreditatem, per illam regulam, si hæres erit &c. ergo qui vult filium posse adire, videtur velle necessario ipsum re stituere: aliàs non posset adire. Vnde probabilius diceretur, quòd institutio videretur procedere per substitutionem pu pil. maxime quia substitutio pupilla. non põt fieri nisi pupil lus sit hæres ex testamento, vel sit exhæredatus: vt l. ij. in prin cip. s. eod. Et per hanc rationem videtur, quòd si ex substitu tione pupilla. non inducitur institutio, multominus posset in duci ex substitutione vulga. Vnde conclusio do. Pau. nõ põt stare, quòd quamuis per vulga. inducatur tacita institutio per pupillarem, non tamen ratio sua placet, inquantum ostendit, quòd ex pupilla. non inducitur tacita institutio de filio: licet enim posŝit considerari aliquis casus, in quo aliquis non face ret testamentũ sibi, & tamen faceret substitutionem pupilla. verbi gratia, si testator adhibitis septem testibus, coram quib' posset facere testamẽtum, si vellet, protestaretur quòd ipse vo lebat decedere ab intestato, & tamen substituet filio pupilla riter, si filius ab intestato non esset hæres: tunc enim pater vo luit facere testamentum filio, nõ sibi, & per consequẽs substi tutio esset nulla: vt l. j. in fi. s. eo. qa l. adaptatur ad frequentius contingentia: vt l. non ad ea. de condi. & demon. & l. nam ad ea. ff. de ll. & casus s. dictus de raro contingeret. Credo ratio nem prædictam esse veram, & ad rationem quæ sumitur ex l. Titia Seio. §. Seia. de leg. ij. videlicet quia quãdo vna dispo sitio nõ põt esse sine alia subintellecta & ꝑcedenti, subintelli

a ¶ Totũ. Et in hoc iste tex. est singu. et non habet cõcordã tẽ, secundùm Dynũ, Imo. Bald. & Iaso. Ma. & Mo. & Pau. de Ca. in l. precib'. in vj. col. C. de impube. & Ale. in cõ sil. cclxiij. inci. circa primum dubiũ.

b ¶ Concurrere. Vi de d. Pe. Phil. Cor. in consil. xxiij. in cip. viso. in litera n. o. & sequen.

c ¶ Rephẽditur. Vi de hic d. Iaso. May. & dic vt not. p eũ.

gitur illa dispositio, vt vidisti declaratum in l. vel singulis. ṡ. eod. est respondendũ, quòd illa ꝓcedunt, qñ testator vult aliquid dispositiue: sed quãdo vult aliquid enunciatiuè, & enũciatio fit per modũ cõditionis: sicut cũ dicit, si filius meus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit &c. tũc nõ inducitur tacita dispositio præcedens. & ita intelliguntur hic not, quia cõditio de sui natura ponit inesse, & in hoc fundatur ratio l. ex facto. la picola. ṡ. tit. ꝓx. Posset etiã respõderi aliter, quòd licet per ista verba, si hæres erit filius, videat̃ inuitari ad adeũdam hæreditatẽ, non tñ necessario inuitatur ad adeũdam hæreditatem ex testamẽto, quia posset adire hæreditatẽ patris ab intestato: vnde imputet sibi testator, qui volens facere pupilla. substitutionem, non disposuit modo cõuenienti. Et aduerte, quia secũda lectura glo. quam sequitur Barto. videtur præsupponere, quòd valeat institutio facta hoc modo, instituo talem hæredem meũ pro parte, absq; eo quòd certa pars & determinata sit expresse. Super quo dic breuiter, ꝙ si substitutio est facta ex parte, quã asscripsit testator, vel qui asscripserit: istud est declaratũ perfecte in l. ij. ṡ. de hære. insti. Si verò institutio sit facta ex parte simpliciter, tũc semper valet, siue plures hæredes sint instituti ex parte, vel ex partibus, siue vnus solus heres hoc modo sit institutus, siue vnà cũ alijs cohæredibus institutis in certa parte. De prima conclusione est casus notabilis in l. si quis ita hæres instituatur. ṡ. tit. ꝓxi. & vocabuntur tũc instituti in viriles, vt ibi dicitur. Secunda cõclusio probat̃, qa nomẽ partis ex interpretatione iuris videtur esse certũ, & significat dimidiam, alio nõ dato cohærede in maiori parte, ꝗ̃ dimidia: vt l. nomẽ filiorum. §. portionis. ff. de ver. signifi. Si verò esset datus cohæres ex maiori parte, quàm dimidia, tunc in partẽ quæ vacat videretur vocatus: vt est casus à cõtrario sensu in l. item qđ Sabin⁹. ver. aliter atq;. ṡ. de hære. insti. Hæc tñ fallunt in testamẽto cæci, in quo requiritur, ꝙ portio detur specificè, vel per modũ quotæ, vel per modũ vnciarum. vt est casus notabilis in l. hac cõsultissima. in prin. C. qui testa. facere pos. Sequit̃ l. qui duos impub. h. d.

SVMMARIVM.

1 ☞Substitutio facta duobus quãdo non resoluatur in singularitates.

2 In Falcidiæ detractione non computatur nisi patrimonium testatoris, qđ peruenit ad substitutum ex iudicio defuncti.

QVi duos impuberes. Substitutus duobus impuberibus, si ambo decedãt in pupillari ætate, succedit vtriq; simul moriente ex pupil. substitutione. Si verò nõ simul moriantur, succedit tantum vltimo, de cuius portione alterius pupilli, cui nõ successit ex pupilla. h. d. Secũda ibi: sed si diuersis. Tertia ibi: sed in ratione. Quarta ibi: legata quoq;. ¶ 1 †Not. primò, quòd quãdoq; substitutio nõ inuitat substitutũ, nisi ad hæreditatem vltimi morientis. & hæc est ratio secundùm Ioã. de Imo. hic, quia moriente primo superest persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti[a] debet præferri substituto, quo casu substitutio facta duobus non resoluitur in singularitates: vt inquit glos. not. in l. si pater impube. ṡ. co. per l. pen. C. de impub. & alijs substi. ita tenent communiter docto. tam in substitutione directa, quàm obliqua: in d. l. pen. & in l. hæredes mei. §. cùm ita. j. ad Treb. Iste tamen text. in l. pe. non videtur se fundare in præsumpta voluntate defuncti: sed quia dictio, ambo, & vterq;, videtur esse dictiones collectiuæ, quæ non admitterent substitutum ex proprietate sermonis, nisi omnibus morientibus: & de dictione, vterq;[b], videtur text. clarus in l. hæredes mei. §. cùm ita. præallegata. Conclusio tamen est vera in sẽ: vt no. in locis præallegatis. ¶ 2 †Secundò not. quòd in detractione Falcidiæ non computatur, nisi patrimonium testatoris, quod peruenit ad substitutũ ex iudicio defuncti. & ita dicit glos. nostra hic, intellige ex iudicio expresso: nam id quod perueniret ex iure accrescendi, nõ cõputaretur in rationem Falcidiæ: vt l. quod si alterutro. ff. ad l. Fal. & dicit in l. cohæredi. §. cohæres. ṡ. co. Ex his iuribus infertur manifeste, quòd si legata relinquuntur à substituto pupilli, substitutus pupilla. nõ videtur grauatus, nisi respectu bonorum, quæ immediate habet à testatore, ex institutione, respectu bonorũ pupilli, vel bonorum testatoris, quæ capiuntur vt patrimonium, pupillus successit fratri ab intestato: vt in l. nostra. nõ videtur esse impositum grauamen. Ex hoc videtur inferri, ꝙ sicut in proprio patrimonio pupilli ipse pupillus nõ põt grauari: vt l. cohæredi. §. cum filio. ṡ. codẽ. ita etiam substitutus pupillariter. quæ illatio videtur cõtra casum expressum in l. si fundũ per fideicõ. §. fin. de lega. j. Nec dicas, ꝙ ibi loquitur de hærede legitimo, nõ in substituto: qa si põt grauari hæres legitimus, qui succedit pupillo ex tacita volũtate testatoris: multofortius potest grauari substitutus pupill. qui vocat̃ ex expresso iudicio testatoris: vt patet ex duabus ll. simul iunctis, videlicet ex l. ꝙ si alterutro. ad legem Fal. iũcta l. nostra. in prin. & leg. qui fundum. §. qui filios. eod. tit. & quod diximus in l. cohæredi. §. cohæres. ṡ. co. Do. Ioan. hic attingit istũ articulum breuiter, sed plenius: vbi etiã hic se remittit in l. si contra. in vltima q. ṡ. eod. vbi allegat omnes istas leges. & relinquit q. dubiam, & indecisam. ☞†Tu potes dicere, declarãdo istas ll. ꝙ si testator exprese relinqueret legata, vel fideicõ. etiam respectu bonorũ ipsius pupilli: tunc procedit tex. in l. si fundum. §. fina. præallegato. & in detractione Falcidiæ haberetur ratio oĩm bonorũ pu. Si verò testator exprese relinquit legata de bonis suis, & tunc seruat dispositionem istarũ ll. & quod dicitur in l. pater filiam. §. fina. ff. ad l. Falci. Si verò verba testatoris sint dubia, quia relinquitur legatũ à substituto pupillari, sed non dixi de quibus bonis: & tũc similiter nõ videbitur grauasse substitutum, vel legitimum, nisi respectu bonorum ipsius testatoris: & hoc etiam casu loquuntur iura ista, quia non apparet in eis, ꝙ legata fuerint relicta de bonis testatoris exprese: & erit singularis limitatio ad legem si fundum. §. fina. præallegato. Confirmatur ista cõclusio per ea quæ habentur in simili in l. ex facto. in princip. & ibi per Bart. j. ad Trebel. & in l. cùm in testamẽto. ff. de auro & argẽ. lega. vbi etiam not. Barto. in quibus locis cõcluditur, ꝙ quando verba testatoris ambigua possunt referri ad patrimoniũ testatoris, vel ad patrimonium hæredis, in dubio referuntur ad patrimonium testatoris. Est tamen aliqua differentia inter istum casum, & illum: quia ibi verba ambigua non poterant comprehendere nisi vnum ex duobus patrimonijs: in casu autem nostro verba possunt comprehẽdere vtrunq; patrimonium, si ista sit intentio testatoris. Hæc tamen conclusio placet, quia natura vltime voluntatis videtur esse, vt quis disponat de bonis suis, non de alienis: vt l. j. ṡ. de testa. Ea aũt quæ sunt ex natura dispositionis, in dubio videntur inesse: vt l. cùm quid. cum concordantijs ibi positis. ff. si certum petatur. & l. emptorem. in princip. ff. de actio. empt. & ista videtur esse ratio istarum legum quæ hactenus non fuit declarata. Et per hanc singularem conclusionem posset inferri, ꝙ si substitutus pupillaris grauatur restituere hæreditatem Titio, vel alia bona Titio, nisi eliciantur omnia bona ipsius pupilli, vel hæreditatis ipsius pupilli, intelligetur de omnibus bonis testatoris, vel de hæreditate testatoris: & sic bona pupilli non venient, neq; forte legitima, quæ dicitur esse proprium patrimonium filij: & sic posset limitari quod scripsit Dyn. & Barto. in l. j. in fine. ṡ. codem. & tetigit etiam Barto. hic, iuxta finem, dum volunt, ꝙ quando grauatur substitutus pupilli, legitima veniat in restitutionem. Sed forte posset dici, quòd qa filius fuit institut⁹ in maiori parte, quã in legitima, capit eam iure hæreditario, & tanquam partem hæreditatis. iuxta ea quæ not Barto. in l. quia poterat. ff. ad Trebellia. & ego dixi post eum in l. j. ṡ. eod. Vnde licet filius in eo non possit grauari, quia tamen potest grauari hæres ei⁹, & venit sub appellatione hæreditatis testatoris, & capitur vniformiter ex vno & eod. titul. quo reliqua hæreditas veniet in restitutio. sicut pars hæreditatis: & hoc videtur verius, argument. l. vnum ex familia. §. finali. cum l. sequenti. & quod ibi per Bartol. ff. de legat. j. alia tamen bona ipsius pupilli non venient, per ea quæ ṡ. dixi. Aduerte tamen, quia Barto. hic secundùm Ioan. de Imo. licet dicat sol. glo. esse satis bonã, ex qua fit illatio ad pmissa: tñ postea ponit aliã solu. dicit em̃, ꝙ ideo ista portio, in qua succedit frater ab itestato, nõ venit in cõputa. Falcidiæ, qa Falcidia cõputat̃ respectu bonorũ, ꝗ̃ erãt tpe mortis testatoris: vt l. in ratione. in pri. ff. ad l. Fal. sed tẽpore mortis pupillus, cuius substitutus fuit grauatus, nõ habebat partẽ fratris adhuc: ergo illa nõ debet venire in cõputationẽ Falc. & sic sentit secũdũ Io. de Imo. ꝙ si pupillus tpe mortis defuncti haberet bona ꝓpria, nõ delata ad eũ ex iudicio defuncti, illa venirẽt in cõputatione Falc. qđ nõ placet d. Io. & merito, qa iura ista nõ vident̃ põderare respectu istorũ bonorum, ꝙ non fuerint penes filiũ tempore mortis testatoris: sed ꝙ non venerunt ad substitutum ex iudicio defuncti. Vnde etiam si filius testatoris fuisset miles, q poterat secundũ ista tẽpora habere bona ꝓpria. i. bona castrensia, nihilominus ista non venirent in cõputationẽ Falcidiæ. Nec credo Bar. aliter sensisse: dicit em̃ Bar. ꝙ sol. gl. est satis bona: licet ergo postea transeat ad aliã so. nõ tñ vr̃ affirmare simpliciter, ꝙ si bona fuissent tpe mortis testatoris, venissent in cõputa. Fal. Sed vr̃ dixisse, posito ꝙ ista bona venirẽt, si fuissent tpe mortis testatoris, nũc nõ veniũt alia rõne, quã dicat glo. & ad mate-

a ¶Defuncti. Pro quo vide quæ habentur hic per d. Ias. May. in versi. iiij. solu.

b ¶Vterq;. Adde eũdem in l. iij. §. ex cõtrario. in iij. colũ. in princi. ṡ. de acquir. possessione.

& ad materiam vide tex. notabilē, super quo multum instat hic Io. de Imo. in l. si filius qui patri. s. eod. vbi ponitur vnus casus singularis secundū vnam lecturam, in quo pro legatis relictis à substituto pupillari obligātur bona ipsius pupilli: quod declara vt hic per Ioan. de Imo. ¶ Vltimò not. secundùm Ange. hic, ꝙ quamuis vltimo moriens rogetur restituere hæreditatem totā ex substituto, vel magis propriè loquendo, quo ad tex. quāuis substitutus vltimo morienti substituatur ei in tota hæreditate: non tamē per hoc vltimo moriens, nisi præcedenti substitutus: quod est contra opin. Barto. in l. vel singulis. s. eod. Sed vt dicit Ioā. de Imo. & bene, hoc non colligitur hic, ꝙ quis videatur substitutus in tota hęreditate, nisi qñ ambo pupilli decederēt simul: vt dicitur in prin. literæ: cætera dicam tibi in lectione sequēti. ¶ In gl. secūda ibi: & legitimū hæredem fratrē habuit. iste tex. sicut dicit gloss. præsupponit, ꝙ in hæreditate vltimi moriētis inuenitur hæreditas primi. & idem dicit in l. qui duos. in princ. j. de rebus dub. & in l. pater filiā. §. duab⁹. j. ad l. Fal. Sed hoc videtur impossibile: quia hæreditas fratris nō adita non trāsmittitur: vt l. qm̄ sororē. C. de iure delib. ergo videtur, ꝙ ista litera nō procedat. hic ponuntur quatuor solutiones. Prima est Bar. ꝙ hic debet præsupponi, & in l. qui duos. hæreditatem fuisse aditā. Sed ista reprehēdunt communiter doct. quia nō pōt habere locū, qñ vltimo moriēs decessisset incontinenti post primū: in quo casu videt loqui text. in d. l. qui duos. Mihi placet ista solu. & cōcedo, ꝙ si hæreditas nō esset adita, nō fieret transmissio, iuxta regulā positam in d. l. qm̄. & dico ꝙ ita debēt intelligi iura, nec est aliqua diuinatio ad l. qui duos. quia licet in eo de quo fuit quæsitū principaliter in d. l. qui duos. ponatur casus, quando impuberes simul perierūt: iurisconsultus tamē cùm respondet ad quæsitū, incipit ab alio casu, de quo nō erat quæsitum, nec præsupponit sꝫ repetit thema præcedēs, ꝙ vno periculo vel vno naufragio vnus incōtinenti perierit post alium. Vnde probabiliter pōt intelligi, secundū regulas iuris cōmunis, quando scilicet fuit spacium adeūdi hæreditatem, & hæreditas fuit adita, vt iura iuribus cōcordentur: vt ī l. vna. C. de inoffi. do. & in c. cū expediat. de electio. lib. vj. & hanc sol. si bene memini, approbat Bald. in l. si infantis. C. de iure deliberan. Datur alia solu. per Bart. hic, quæ reprehenditur à Moder. & merito. vnde dic vt hic per eos ponitur. Et tertia, quæ fuit Iaco. de Are. quā approbat Bart. in l. q duos. præallegata. & vbiq̄, vbi tangit istum articulū, videlicet ꝙ in hæreditate vltimi inuenitur beneficium restitutionis in integrum, cuius remedio poterit acquiri hereditas primi. Sed hāc solu. Bald. dicit esse impeditam per l. si infanti. C. de iure deli be. vbi videtur probari, quòd nō competat restitutio: ꝓpter qđ multæ fuerunt opi. in ista materia: de quibus dic vt plene scribunt Moder. post Barto. in l. Pantonius. in princ. j. de acqui. hæred. & ego istum articulum sum plenissime secutus in quodam cōsilio meo, qđ feci in ciuitate Aretij, iam sunt duo anni, vbi articulus est optime declaratus multis additis vltra doct. Aduerte tamen ad vnum verbum do. Ioan. hic, quo ad istum tertiū intellectū: quia ipse dicit, ꝙ quantū ad casum huius l. si infanti. quæ sequitur, cùm sit generalis, non habet locum: qa ista l. disponit specialiter in vno casu, & l. q duos. ergo non tollitur per l. generalem sequentē, sed potius limitata eam: vt l. sed & posteriores. ff. de legibus. & est glo. in l. sciēdum. in prin. qui satis. cogan. & plene declarat Bart. in extrauagan. ad reprimendū. in verbo, nō obstantibus. Tu autē aduerte, quia ista l. quo ad l. si infanti. est quidē specialior respectu casuum, sed generalior respectu personarum: quia ista loquitur de pupillo infante, & non infante: illa verò specialiter de infante. Vnde intramus illud dubium difficile, quādo duę ll. sic se habent, vna est in aliquo specialior altera, & ī aliquo generalior: quæ magis attendatur? De quo vide quod ponit Barto. in l. non obstantibus. præallega. & Bald. in l. hac consultissima. in princi. C. qui testam. face. possunt. & in l. j. §. vbi autem. C. de cadu. tollen. Sed pro nūc duplici ratione videtur posse dici, ꝙ magis debeat attendi l. si infanti. Primò quidē, quia istæ ll. non clarè loquuntur de beneficio restitutionis in integrum: ideo possunt aliter intelligi, vt vidisti. & ideo videtur standum legi, quæ magis specificè & magis certè loquitur de isto beneficio, licet etiam illa lex non deneget nominatim beneficium restitutionis. Secundò, quia si stamus legi, si infanti. nihil inducitur contra regulas iuris communis, videlicet ꝙ coniuncta morte cum pupillari ætate in effectu detur restitutio hæredi: & ista secūda ratio procedit, si tenemus ꝙ restitutio cōpetat hæredi ex ꝑsona sua, vt tenēt multi, & credo esse verius, vt plenè dixi in cōsi. pal. Si aūt restitutio cōpeteret ex ꝑsona pupilli, qa esset lęsus in extremo mortis articulo, nō adeundo: sicut tenet hic do. Ioā. de Imo. per l. fi. ff. qū di. leg. ced. & fuit opi. Bal. in l. nō solū. ff. de resti. in integ. tūc posset dici cōtrariū, ꝙ staret huic l. & non l. si infanti. quo ad casum, qa per hanc l. conseruatur beneficiū specialiter cōcessum in minoribus à lege, qñ lędūtur. Sed per l. si infanti. tollitur hoc beneficiū cōtra regulas iuris. & sic magis esset amplectēda ista ratio, quæ est fauorabilior, & euitat correctionē iuris, vel saltē exorbitantiā à regulis iuris. facit optime pro ista rñsione qđ habet in l. talis scriptura. in glos. & ibi per Bart. & in l. vxori. §. j. de leg. iij. Vnde prima ratio magis placet, quę est magis generalis. Hæc tamē so. nō approbatur per multos ad ista iura, quia diuinat ad tex. nā per ius restitutionis in integrū non reperit hæreditas primi in hæreditate secundi, sed potius ius ad cōsequendā illam hæreditatē. Cuius cōtrariū dicūt ista iura. Vnde aut tene primā so. quā dedit Bar. aut sequere quartā so. quam ponit hic Ang. & sequūtur hic Moder. quę est talis, ꝙ speciále est hic, vt hæreditas fratris transmittatur: quia testator si substituisset vltimo morienti, primò fecisset eum necessarium hæredem, vltimo moriēti: vt l. sed si plures. §. quos possum. s. eo. & per consequēs pupillus substitutus fuisset hæres ipso iure, tanq̄ necessarius, & transmisisset hæreditatē vt agnitā. & sic hæreditas primi reperietur in hęreditate secūdi ipso iure. Sed qa testator æstimauit, ꝙ si prior frater moreret, vltimò moriēs esset eius hæreditatem aditurus: verisimile est, ꝙ si cogitasset hoc nō cōtingere, substituisset pupillariter in hunc casum ad minus, & sic hæreditas patris pertineret ad fratrem. Vnde l. habet perinde, ac si esset facta substitutio ex coniecturata mente defuncti: & eodem modo inducit transmissionem. Similis casus inuenit in l. iij. C. de inoffi. tes. secūdùm l. tractabat. cū l. sequēti. ff. de test. mili. & bene facit tex. in l. tale pactū. §. fi. ff. de pac. Pro hac etiā opi. facit secūdùm Pau. de Ca. qa vnū hic inducit cōtra substitutū. i. vt nō videat substitutus primo morienti post mortem vltimi moriētis, qđ tñ poterāt importare verba, vt j. declarabit. & ideo nō est mirum, si aliud inducit pro eo, vt hęreditas trāsmittatur tanq̄ adita. Sed pl⁹ placet ratio pcedēs assignata p Ang. ꝓ cuius intellectu vide qđ scripsi in l. sed si plures. ☞ §. quos possum. s. eo. ¶ † In glo. posita sup verbo, nō veniet. ibi: & est ratio qa substitutus nō est hæres &c. Ista glos. sentit expsse, ꝙ in detractione Falcidiæ. i. vtrū veniat detrahēda, vel non, de legatis factis à substituto pupil. nō habet consideratio vel respectus, nisi ad patrimoniū testatoris, qđ substitutus capit ex substitutio. pupil. tanq̄ patrimoniū testatoris, & pinde ac si institutus esset in primis tabulis sub cōditione: vt l. co hæredi. §. cohęres. s. eo. & l. in ratione. §. qđ vulgo. ff. ad l. Falci. Et ex hac glo. sic declarata sequit id qđ cōclusi s. in secūdo no. videlicet ꝙ testator relinquēdo substituto pupilli, nō videtur eū grauasse, nisi respectu bonorū ipsius testatoris. & ideo bona pupilli nō veniunt in cōsideratione, quo ad detrahendā, vel nō detrahēdā Falcidiā. & ista est veritas, vt satis patet ī ll. s. allega. in secūdo notabili. maximè ex tex. in l. in duplicibus. ad l. Falci. & in l. filiū. in princi. de le. præstā. & in l. qui fundū. §. qui filiū. ff. ad l. Falci. & hāc opi. inueni postea sequi Io. de Imo. in l. in ratione. §. ꝙ vulgo. pallegata. vbi tāgit distinctionem, quā feci in secūdo no. licet Bar. expsse in l. qui fundum. §. cohæres. eo. tit. teneat contrariū. & ad ll. quas ipse allegat, rñde vt optimè rñdet[a] Ioā. de Imo. in d. §. ꝙ vulgo. Videt tñ ibi sentire do. Ioan. ꝙ q̄uis testator possit grauare substitutū pupilli in bonis suis expressè si vult, per l. si fundū. §. fi. de lega. j. nō tamē possit grauare substitutū pupilli, nisi in bonis q̄ pupillus habebat tēpore mortis testatoris: verbigrā, si secundùm ista tēpora erat miles: nā in bonis q̄sitis post mortē testatoris, qa videt illa habuisse ꝑter voluntatē testatoris à casu & fortuna, sentit ꝙ non possit grauari substitutus: argu. l. sed si sic. in fi. de leg. iij. Sed ista differētia est inanis: tū qa sicut bona q̄ postea quęrit pupillus, quærit ex casu & fortuna, ita illa q̄si ꝗrat tēpore mortis testatoris castrensia, vel quasi, vel aduētitia hodie quæsiuit casu & fortuna, & præter iudiciū testatoris. Vnde eadē ratio est in vtroq̄: tū qa tex. in d. l. si fūdū. §. fi. sup̄ṗr dicit, ꝙ hæredē legitimū pupilli potest grauare testator respectu seu in hæreditate legitima ipsius pupilli: quę verba manifeste important, ꝙ in quibuscunq̄ bonis pupilli pōt grauare, qa etiā bona postea quæsita à pupillo sunt pars hæreditatis pupilli, vel de hæreditate ipsius. Præterea ratio quæ assignatur ibi per glo. & doct. & in l. j. in fi. s. eo. habet locū ita in istis bonis, sicut in alijs: quia ideo testator pōt grauare hęredes pupilli, quoniā habēt hāc hæreditatem ex iudicio testatoris tacito vel expsso: quæ ratio æqualiter habet locū in omnibus bonis pupilli, vt de se patet. Et ꝓ illa distinctione quā feci in secūdo no. quā etiā approbat d. Io. in loco allegato, facit

[a] ¶ Rñdet. Videmelius quàm Imo. respōdentem Alexā. hic, quē refert & sequit hic Iaso. May.

optimè gloſ.ſingularis in l.p̄cibus.C.de impu.& alijs ſubſti. quę vult, ꝙ licet miles ſubſtituēdo directo poſt tēpora puber tatis poſsit præiudicare filio in legitima, ſi vult, tñ in dubio non videť velle, quia legitima eſt propriū patrimoniū filij: & illā glo.ego ſum ſecutus, multa addēdo in l.cēturio.ſ.eod. circa principiū commēti.vbi debes videre.¶ Extra glo.oppo nit hic d.Pau.cōtra iſtum tex.in ij.rñſo.mihi videtur, ꝙ portio pupilli præmoriētis debeat augere portionem grauatam: quia quādo portio nō grauata accedit grauatè, etiam ſi accedat ex iure accreſcendi, & ſic ex diſpoſitione l. augeť grauata per nō grauatā: vt l.ſi alterutro.& l.j.§.ſi cohæredi. ad l.Fal. Solu.dicit ipſe, ꝙ iſte tex.debet intelligi de legatis relictis ab ipſo pup.in quibus detrahitur Falci.nec attenditur portio nō grauata, quæ accreuit: vt eſt caſus in l. qui fundū. in ſecundo rñſo.ff.ad l.Fal. Vnde fatetur, quòd ſi legata fuiſſent hic relicta ſubſtituto, fieret contributio, & augeretur portio grauata: quæ dicta ſunt falſa. Primò, qa ſicut videbis in vltima gl. hic legata fuerunt relicta à ſubſtituto. Secundò, quia ſi legata fuiſſent relicta à pupillo in l.noſtra, tunc etiā in primo caſu huius l.quādo ſubſtitutus ſucceſsit vtriq; ſimul morienti, non fieret cōtributio. Cuius contrarium vult manifeſtè litera, dū ponit differentiā inter primum & ſecundū caſum. Præterea hoc dicitur expreſse in l.pater filiā.§.duobus.in primo rñſo.j.ad l.Falci. Sed ſatis eſt de mēte iſtius literæ, vt dixi: vñ tu ſolue aliter contrarium, & melius, videlicet ꝙ in iuribus contrarijs portio nō grauata accedebat grauatè ex expreſſa, vel tacita volūtate teſtatoris, ex qua procedat ius accreſcendi: vt l.ſi in teſtamēto.& ibi diximus.ſ.eo. Sed in l.noſtra, & in d.§.duobus.portio nō grauata, quæ vnitur ex tacita volun tate teſtatoris, ſed ex vera l.diſpoſitio.p quā frater fratri ſuccedit ab inteſtato, etiam ſi nulla volūtas teſtatoris adſit, quo caſu portio non grauata accedens grauatè nō auget grauatā: vt eſt caſus clarus in l.j.§.ſi cohæredem.ff.ad l.Fal.per quem tex.ita tenet Barto.in l.qui fundum.§.cohæres. in verſi.tertiò quæro.ad l.Fal.& ideo in eo.§.in vj.q. Bald.manifeſte intelligit l.pater filiam.§.duobus.in vltimo rñſo.eod. tit. quæ ponit eundem, qui ponitur hic in ſecūdo rñſo, in legatis relictis à ſubſtituto, non à pupillo: & vult, ſicut dixi, quòd per portionem accedentem pupillo ex ſucceſsione ab inteſtato non augeantur legata relicta à ſubſtituto, & ſufficit. Sequitur lex, ex facto. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Verbum, ſubſtituto, poſitum in l.vel in principis priuilegio, non importat niſi ſubſtitutionem directam.
2 Mutus contrahere poteſt matrimonium.
3 Priuilegij vel ſtatuti interpretatio regulariter ptinet ad conditorem ipſius ſtatuti vel priuilegij. & vide vſq; ad nume. quintum, excluſiuè.
5 In priuilegij interpretatione attēdi debet principaliter ipſius concedentis mens.
6 Priuilegium ceſſat ceſſante cauſa priuilegij.
7 Statutum vel priuilegium auferens liberam teſtamenti factionem, eſt iniquum.
8 Legitimatio facta de filio an reuocetur per ſuperuenientiam filiorum legitimorum.
9 Reſcriptū principis gratioſum debet ſic īterpretari, vt minus lædat ius cōmune, ꝙ fieri pōt, dūmodo poſsit aliqd operari.
10 Conditio nō debet impleri per actum fictum, ſed in forma ſpecifica, nec perſonam fictam.
11 Filij legitimi appellatione non venit filius legitimatus.
12 Priuilegiū principis intelligi debet ſine piudicio iuris alterius.
13 Filio naturali non debet relinqui legitima.
14 Mater licet non petierit tutorem filio, non tamen perdit ſucceſsionem, quando filius factus eſt pubes.
15 Miles an poſsit exemplariter ſubſtituere mente capto, ſi ſibi non faciat teſtamentum. habes hic pro & contra.
16 Homicidio commiſſo ante furorem, an poſsit poſtea effectus furioſus puniri.
17 Specialitas circa res vel perſonas quēadmodum derogat generi, ita etiam ſpecialitas circa tempus.
18 Exprimens maiorem ſummam vel tēporis vel rerum, non ſemper videtur velle in eo comprehendere minorem.
19 Dictio, intra, nō ſolùm complectitur media termini, ſed etiā extremitatem termini.
20 Preteritio filij reddit ipſo iure teſtamentum nullum.
21 Subſtitutio facta p hæc verba, quiſquis mihi hæres erit: ſub ſtitutum admittit, qui eſt hæres nomine, licet non re.
22 Pro delicto perpetrato circa vnā rē, nō puniť quis in alia re.
23 Hæreditatē qui adiuit, ſi poſtea effectus eſt ſeruus, ipſo iure, deſinit eſſe hæres, & transfert illud ius in dominum ſuum.

a ¶ Cōmune. Adde eundē in l.nam hoc iure.& in l.cēturio. in iiij.col.in prin.ſ. eodē. & qđ dixi in apoſt.in d.l.nā hoc iure. & adde Paul. de Ca.in conſi. cxxiiij.inci.viſo pūcto.& dubijs ſuprà ſcriptis.

b ¶ Matrimonium. Adde do. Alex. de Imo.in l.j.j.de ver bo.obli.ſed quid ſi ſit mutus & ſurdus, Bal.in l.pen.C.qui teſt.face.poſ. tenet ꝙ non poſsit. cōtra rium tenet Alexā. in d.l.j.& Anto.de Bu. in c.cum apud. de ſponſa.

c ¶ Statuti. Adde eū dem in l.ij.C. de ſa croſan.eccle.& qđ ibi dixi in apoſtill.

Ex facto. Subſtitutio exemplaria facta muto & furioſo expirat, ſi furioſus efficiať ſanę mētis, vel mutus redintegreť, & poſſit loqui: & ſimiliter expirat, ſi muto naſcatur hæres ſuus. Vel breuius: Subſtitutio exēplaria expirat ceſſante impedimēto, propter qđ fuit inducta, vel filio nato poſt ſubſtitutionem.& diuidiť in quatuor ptes principales vſq; ad §. itē qro.h.d. Secunda eſt ibi: reſpōdi. Tertia ibi: igitur. Quarta ibi: nec intereſt. Et illa ſecūda ſubdiuidiť in quinq; partes. In prima ponit quādā excuſationē. In ſecūda determinat vnum præambulū ad deciſionē q̄ſiti, qđ probat ex verbis reſcripti, ſeu priuilegij principis, ſecundū do.cōmuniter. In tertia ibi: vt queadmodum & c.probat illud præambulū per ſimile pupilli. In quarta ibi: nā & ſi furioſo. pbat per ſimile furioſi. In quinta ibi: etenim & c. pbat per deduc.ad abſurdū. ¶ † Not.
1 primò ex iſto tex.iūcta glo.j.ꝙ verbū, ſubſtituo, poſitū in l. vel in priuilegio principis, nō importat niſi ſubſtitutionē directam, qñ ſi referať ad obliquā, priuilegiū pricipis redderet ſuperfluū: aliàs bñ referť ad vtrāq; ſubſtitutionē.& ſic ver-
a bum, ſubſtituo, eſt verbū cōmune[a], nō ſolū ſi exprimať à teſtatore, ſed etiā ſi exprimatur in priuilegio, vel à lege: qđ debes addere ad not.in l.centurio.ſ.eod. ¶ No. ſecūdò, ꝙ ſecundùm iſta tpa nō poterat ſubſtitui muto exēplariter ſine ſpāli. conceſsione principis: hodie aūt videtur poſſe ſubſtitui de iure cōmuni p l.humanitatis.C.de impu.& ali.ſubſtit.ſecundū Bart.hic. Sed Ange.dicit, ꝙ in muto hodie nihil eſt mutatū. de quo dicetur inferius in materia ſubſtitutionis exēplariæ.
2 ¶ † Not.tertiò, & ſemp tene menti, ꝙ mutus pōt contrahere
b matrimoniū[b], licet in matrimonio aľs videanť reqri verba: vt in c.tua.de ſpon.cōcordat tex.in c.ꝙ locū.eod.titu.& in l. mutus.in prin.j.de iure do. Quòd aūt in iſtis q poſſunt loqui requiranť verba, tenet gl.in l.cū notiſsimi.in prin.C.de præ ſcrip.xxx.an.vñ tex.in l.nuptias.de reg.iu.q dicit, ꝙ ſolus cōſenſus facit nuptias, nō excludit verba, ſed vult dicere, ꝙ ſufficit cōſenſus ſine copula carnali: ſicut not. xxvij.q.ij. in ſum. & p totum. Tu aūt debes ſcire, ꝙ apud canoniſtas iſta eſt magna controuerſia: nā Inn.& Io. An.tenēt hāc partem in d.c. tuæ. Sed Hoſt.& multi alij Mod.tenēt ibi oppoſitū. & hanc opi.ego ſum ſecutus diſcutiēdo diligētiſsimè iſtū articulū in quodā conſilio meo, qđ feci in ciuitate Paduenſi, & plene rñ detur omnibus obiectis, & inter cætera adduxi nouam rationem fortiſsimā vltra doct.cui malè pōt rñderi: dicit enī text. in c.ꝙ locū.de ſpōſa.ꝙ mutus ideo pōt contrahere matrimonium, quia edictū de contrahendo matrimonium eſt phibitorium.i.quilibet cēſetur permiſſus cōtrahere matrimoniū, qui nō reperiť prohibitus. Si ergo mutus admittiť ex hac regula, impoſsibile eſt dicere, ꝙ regulariter in matrimonio requirantur verba: nā ſi ſic eſſet, mutus repertreť phibitus, qa non pōt facere actum, in quo requiruntur verba: vt l.j.ip prin.de verbo.oblig.& qđ ibi notatur. Itē admittereť ad contrahendum matrimoniū ex regula gñali, ex qua cuilibet nō prohibito pmittitur cōtrahere, ſed ex ſpāli cōceſsione facta in perſona ſua. Vnde ſi bene attendis ad verba illius tex.fert ſñiam pro tribunali. Pro iſta pte adduxi in dicto cōſilio multa alia, videlicet tex.in c.ſi inter.de ſpō.& in c.j.de ſponſa.duorū.& in c.fin.de cōiu.ſeruo.q̄ qualiter inducanť, dic vt in d.cōſilio: & quia mutus pōt cōtrahere matrimoniū carnale, ideo infert hic Bal.& Ang.ꝙ poterit etiam cōtrahere matrimoniū ſpūale, vnde poterit profiteri religionē: & ita tenet Dyn.in l.vbi nō.j.de reg.iur. Et ex quibus actibus colligať pfeſsio in muto, cū iſta qō veniſſet de facto, & multū dubitareť ſecundùm Ang.fuit deciſa ex dictis Bar.in l.mutū.in prī.j.de acq.here.
3 ¶ † No.quartò ibi: ſolēt interpretari & c. ꝙ regulariter inter
c pretatio priuilegij vel ſtatuti pertinet ad cōditorē ſtatuti[c], vel priuilegij: cōcordat tex.in c.inter alia.de ſenten.excō.xj. q.iij.ergo ex his.& in c.j.in tex.& ibi per Mod.de poſtu.pla. Et pondera iſtū tex.ſingulariter vltra doct.in hoc ver.q licet cōſuetudo ſit, ꝙ interpretatio fiat per vnū ex pluribus habētibus ptātē interpretādi, nō tñ hæc cōſuetudo o patur, vt aliqui habebat poteſtātē de iure, nō poſsit interpretari: ex quo no.ꝙ ex pluribus iudicibus hñtibus iuriſdictionē inſolidū, licet cōſuetudo & obſeruātia ſit, vt pro aliqua ſpē iuriſdictiōis eať ad vnū ex illis, p hoc tñ nōvř limitari ptās alterius: & ſic amplīatur no.l.vnica.de offi.cōſu.licet enī ille q cōceſsit priuilegiū, vel fecit ſtatutū, poſsit ſine dubio illud īterpretari.l.ll.C. de leg.nō tñ pter hoc ſequiť, ꝙ interptatio nō poſsit fieri in ſingulis cauſis occurrētibus p alios magiſtratus, vel eos q habent iudicare. Vñ tūc ſolū recurriť ad cōditionē de neceſsitate, qñ ſenſus eſt ita obſcurus, ꝙ inferior nō pōt cōmode interpretari. ita declarat no.Bar.in l.oēs populi.in vj.q.prī.in ver. iij.quæro.

iij.quæro.§.de iust.& iur.& ita not. in l.non possunt.& in l. cum de nouo.ff.de lega.Et ex isto tex.ita notabiliter declara to arguunt hic Bal.& Ang.ꝙ Anciani qui fecerũt statuta,pos sunt illa interpretari durante eorũ officio,non post. Successo res autẽ eorũ,qui fecerunt statuta sc̃dm Ange.non possent in terpretari,ꝙ interpretatio ita cohæret personę disponentis,ꝙ non transit ad aliã personã subrogatam.Vnde non transit ad hæredẽ.l.idẽ Pomponius ait.§.fin.cũ glo.sua.& per Barto.& Moder.in l.inter stipulãtem.§.j.de verb.obli.& idem esset, ꝙ Anciani non possent interpretari statuta,etiã quæ ipsi condi dissent,q̃n illa statuta fuissent confirmata autoritate sedis a postolicæ:quia tunc videreť esse lex põtificis. l.& quia. de iu risdi.om.iud.& in c.cũ aliquibus.de rescript.lib.vj.¶ Tu autẽ adde circa primũ,ꝙ illa conclusio est vera,etiam si Anciani fa ciunt statuta ex potestate ordinaria, videlicet ꝙ finito eorum officio non potuerunt amplius interpretari:qa ista ratio,pro pter quã iudex delegatus non põt interpretari sententiam suã quia expirauit officium:vt declaratur in tex.& glo.in l.ab exe cutore.in prin.ff.de appell.eadem ergo ratione nec iudex or dinarius potest interpretari sententiã suã finito officio: ita di cit not.Bal.in l.iij.C.cõmi.vel epistolas.Vnde dicit not.Ioan. in c.ex parte.de verb.sig. ꝙ Abbas nõ põt declarare exposita à se post finitum officiũ Abbatię:& hoc dictum sequitur Bal. in c.j.qui succe.teneantur.in vsib.feu. Vnde dicit Ioan. And. in mercurialibus in regula,pro professore.de reg.iur.ꝙ illi qui sunt electi ad facienda statuta,finito eorum officio nõ possunt illa interpretari,sed est recurrendum ad committẽtem: ita de cidit not.Bart.licet non viderit ista dicta in l.omnes populi.in vj.q.prin.in versi.tertiò quęre.§.de iust.& iu.¶ Secundò adde, inquantum ipsi dicunt,ꝙ successores Anciani nõ possunt in terpretari.Nam hoc dictũ videť verũ,sc̃dm Io.de Imol.nam sicut possent facere statuta de nouo,ita videtur posse iam facta interpretari,nã possent reuocare ea si vellent:ergo multo for tius permitteretur eis interpretatio.Ista cõclusio patet ex his quæ paulo ante dixi,allegando Bald.& Io.And. dum volũt, ꝙ interpretatio statutorũ pertineat ad eũ,q cõmisit finito of ficio illorũ,qui fecerunt statuta. Confirmatur ista cõclusio ex his quæ plene tradit Bart.in l.ab executore.in prin.ff.de app. vbi concludit post gl.ꝙ quia officiũ succedentis in iurisdictio ne ordinaria omnino est idem cũ officio præcedenti,etiã suc cessor poterit interpretari sententiam p̃cessoris:ar.c.inter alia. de sen.excõ.& hæc est conclusio cõmunior, quicquid dixerit hic Ang.Non obstat l.idem Põponius.in fin.quia persona hę redis non est eadẽ persona cũ defuncto vere,sed fictè, sc̃dm Bart.in d.l.ab executore. Præterea si magistratus particularis potest interpretari priuilegiũ, vel l.factũ ab altero, licet ipse non sciat certitudinaliter intentionẽ disponentis, nulla est ra tio cur ille qui succedit in eadẽ potestate,non posit hoc face re, quod minor magistratus põt facere in vna causa.¶ †Tertiò 4 adde,inquantum Bald.& Ang.dicunt,ꝙ si statutũ sit confir matũ autoritate sedis apostolicæ,tunc statuentes non potue runt illud statutũ interpretari:nã Io.de Imo.dicit hoc esse di stinguendũ,ꝙ aut illi poterãt aliàs statuere sine licentia sum mi pontificis:aut nõ poterant.Primo casu subdistingue secũ dũ eũ,quia aut confirmatio fit simpliciter, aut in ea apponiť decretum irritãs & annullãs quicquid fiet cõtra illud statutũ. Primo casu dicit ipse,ꝙ statuentes poterunt interpretari suũ statutũ,qa possent illud tollere si vellẽt:vt in cũ accesissent. & ibi not.extrà,de consti.vnde fortius poterãt illud declara re,ex quo reuocãdo totaliter primũ statutũ possent nouũ con dere.Secũdo casu potest esse vera opi.Bal.& Ang.q. in isto ca su statuentes non possent reuocare statutũ:vt est casus not.in c.dilecto.extrà,de prębend.vbi etiã ponit do.Abb.Mode. Se cundo casu principali videtur,ꝙ statutũ non posit interpre tari:quia ex quo non poterãt facere statutũ sine licẽtia ponti. potẽtius videtur esse ius superioris in statuendo,& ad ipsum pertinet interpretatio.Tu aũt aduerte,quia in primo casu pri mi mẽbri principalis cõclusio dñi Io.videť verior, p̃supposito ꝙ sit verũ simpľr id qđ ipse dicit,ꝙ tale statutũ posset totali ter reuocari per statuentes:sicut videť ꝓbari in dictis iuribus, q̃ ipse adducit,& tenet Bar.expresse in l.omnes. populi.in iij. q.prin.ver.iij.q̃ro.ff.de iust.& iur.& idẽ tenet Ang.& sequiť Io.de Imol.in l.Paulus.la j.ff.de re iud.Bald. tñ videť sensisse oppositũ in l.omniũ.in fi.C.de test.Sed alia opi.est verior, qc quid ipse dicat p iura p̃alle.licet d. Abb.Mod.in c.cũ accesis sent.aliter videať dicere in hoc articulo.Sed in d.c.dilecto.di stinguit,vt §.dixi,Io.de Imo.Hãc opi.reprobat Bal. in c.j. §. nos Romanorũ.de pac.Cõstã.Sc̃dm autẽ dictũ primi principa lis mẽbri nõ trãsit sine dubitatiõe:qa cõsequẽtia non videť bo na,aliqs non põt reuocare statutũ,ergo nõ põt illud interpre tatione declaratiua.imo est cõtra tex.& ibi Barto.in l.ab exe cutore.in prin.de app.ff.vbi iudex ordina. q nõ põt reuocare sñiam suã,põt eã interpretari,si est de maioribus iudicib⁹: si cut etiã tenet Bal.post gl.in l.iij.C.cõmi.vel epis. vnde videť ꝙ adhuc isto casu posit interpretari.In sc̃do aũt mẽbro prin cipali conclusio prædictorũ videť vera:pro qua adduco tibi tex.sing.& qđ ibi ponit Bal.post Iac.de But.in l.omni noua tione.C.de sac.san.eccle.vbi est casus,ꝙ ll. cõditę per Impera torẽ circa res ecclesiasticas de consensu patriarchæ, si oritur in eis aliqua ambiguitas,debet interpretari per patriarchã cũ cõ silio prouinciali.& attende,qa Bald.in fi.d.l.videť velle,ꝙ ille q fuit deputatus ad facienda statuta,posit illa interp̃tari etiã post finitũ officiũ.Cuius cõtrariũ sentit hic,& melius, vt §.di xi,Bar. in d.l.oẽs populi.in ij.q.p̃all.videť velle singulariter, ꝙ q̃n statutũ fit ex autoritate superioris ab eo q non poterat aliàs statuere,istud statutũ posit reuocari per statuẽtes,si re uocando statutũ reducũt nos ad ius cõe:secus si disponerẽt ali ter q̃ ius cõe disponat:arg.l.hac cõsultissima.§.fi. C.de testa. & hoc casu videreť, ꝙ similiter isti statuentes possent declara re statutũ suũ,q̃n talis declaratio induceret, vt statutũ minus deuietà iure cõi.i.reducẽdo statutũ ad ius cõe,q̃tũ fieri põt:vt in c.cũ dilectus.de cõsue.Sed qa illud dictũ nõ habeo pro expe 5 dito,nõ determino nũc vtrũ sit verũ,vel non.¶ †Not.quintò, ꝙ in interpretatiõe priuilegij debet principaliter attẽdi mens a ipsius concedẽtis:cõcordat tex.in c.cã te[a].de rescrip.q̃ p̃suppo niť in dubio esse talis,qualis esse debet,sc̃dm Bal.hic, & ꝓba tur expresè in isto tex.in ver.igitur & se.¶ Not.sextò,ibi: vt queadmodũ &c.ꝙ de substõne pupil.ad exẽplariã põt argui, vbi identitas rõnis,licet in quibusdã substõnibus differãt: vt patet in l.humanitatis.C.eo.Et ex hoc videtur posse elici vl tra doct.ꝙ q̃n duo regulariter sunt æqparata,licet detur distã tia & diuersitas,in quibusdã tñ posit argui de æqparatiõe de vno ad aliud:cuius cõtrariũ tenent cõiter Mod.in l. si vero. in §.de viro.§.solu.ma.per gl.j.q.j.c.sicut vrgeri.& est similis gl. in l.creditores.ff.de noui oper.nunc.& alia in l.finautẽ.§. pos sidere.ff.de rei ven.Sed põt responderi,ꝙ dicta illa habẽt lo cum,q̃n q̃riť de extẽdẽdo vnũ ad aliud virtute regulæ æqparã tis illa regulæ.exemplũ est in l.si qs seruo.C.de fur.cũ ibi not. in l.j.in prin.§.de le.tute.Sed q̃n extẽsio fit de vno ad aliud ꝓ pter ĩdẽtitudinẽ rõnis,vbi ex idẽtitate rõnis debet fieri extẽsio, & põt,tũc nõ attẽdať,ꝙ illa in qbus est eadẽ rõ in vno casu,in aliqbus alijs differãt.Vn q̃n ex idẽtitate rõnis nõ deberet fieri extẽsio,sicut in materia correctiua vel exorbitãti, & aliquis vellet extẽdere virtute æqparatiõis factæ per ius antiquũ:tũc 6 ꝓcedit illa dñia,quã dixi.¶ †No.septimò ibi:qa posset. ꝙ ces b sante cã priuilegij cessat priuilegiũ[b].concor.tex.in l. Titia. §. vsuras.& ibi per Bar.j.de leg.ij.& q̃n cessat cã priuilegij, priui legiũ cessat ipso iure:sed si ex post facto priuilegiũ qđ à prin cipio videbať æquũ,ex aliquo postea accidẽti efficiať iniquũ, nõ tñ cessat cã, ꝓpter quã principaliter priuilegiũ fuit cõces sum:ita not.gl.in c.decet.de re.iur.in vj.quã alleg.hic Ioã. de 7 Imol.ad intellectũ c.suggestũ.& c.nup.extrà,de deci.¶ †No. octauò ibi : etenĩ iniquũ . ꝙ statutũ vel priuilegiũ ꝓpter qđ homini sanę mẽtis auferť libera testamẽti factio,videť esse ini quũ:& p hoc infert hic Pau.de Cast. not.ad q.quã dicit se ha buisse de facto,ꝙ nõ valeat statutũ,quo caueť ꝙ mulier non posit testari sine cõsensu viri:& similiter idẽ vř dicẽdũ,si non c posset testari sine cõsensu duorũ cõsanguineorũ[c].& hoc adde ad ea q̃ dixi in l.ij in prin.§.e.super illo articulo,vtrũ valeat sta tutũ põt disponere circa hoc duobus modis.Primò, vt valeat dispõ captatoria,si disponẽs velit eã cõmittere arbitrio alteri⁹: & istud est minus odiosũ,ex quo cõcurrit volũtas disponẽtis, & tñ adhuc vř,ꝙ nõ valeat cõsuetudo:p tex.quẽ aliàs all. tibi. & do.Abb.in c.cũ terra.extrà,de elect. Põt etiam disponere statutũ,ꝙ disponẽs etiã si velit,nõ posit disponere sine cõsen su alterius,ita ꝙ etiã eo inuito cõmittiť dispõ sua arbitrio alte rius:tũc multo forti⁹ vř,ꝙ istud statutũ sit euidẽter iniquũ:& ad hoc optime facit ista litera. Vtrũ aũt statutũ euidẽter ini quũ sit nullũ,recurre ad ea q̃ scripsi in c.ij.extrà,de ꝓba. Doc. tñ in l.j.C.de sum.tri.vidẽtur p̃supponere,ꝙ statutũ valeat.& tenet Ang.exp̃sse in auť.vt noua cõsti.in corpo.¶ No. nonò, ibi:fili⁹ postea &c.ꝙ superueniẽtia filiorũ ita finit substõnem exẽplariã,sicut inhabilitas cessans, ꝓpter quã fuit cõcessa talis substõ. Ex hoc arguũt hic Mod.ꝙ substõ pupil.facta filio im puberi extinguiť,si malitia supplẽte ẽtatẽ filius ĩpubes habeat filios ex legitimo mřimonio.& fuit ista opi.Bald. p istã l.quã isti nõ viderũt in l.nec &.in prin.ff.de adop.& ego alle.tibi in l.ij.§.e.Tñ d Pau.de Cas.vtiť hic quadã sua rõne,q̃ mihi nõ pla cet:qa dicit ipe,sicut pr̃ teneť restituere filiũ,ita & auus nepo tem:si ergo nato nepote haberet locũ substitutio,nepos pos set cõqueri de auo,qui p̃terijt eũ,licet mater non posit cõque ri,si fuit præterita à testatore faciente tabulas pupillares. l. Pa

a ¶ Eam te. Et ibidẽ vide Fel.in ix.col. ver.interpretatio.

b ¶ Priuilegiũ.Adde d.Bar.So.in cõsi.cl. inci.& nos.vers.vj. cõfirmať.circa me diũ.in j. parte. do. Ias.May.hic in vj. nota.

c ¶ Cõsanguineorũ. Adđ eũdẽ in l.cun ctos.C.đ sum. tri. nit. & qđ ibi dixi in apost.vide d.Ia so.May.hic contra tenẽtẽ, ꝙ imo tale statutũ valeat,& sit ęquũ,& nõ iniquũ, ibi in ij.co.ver.ego teneo.Cõtrariũ te net Pau.añ d. vers. ipsemet cõfiteať cõ trariã opi. suæ es seuerã & cõem,ipe seqtur suã opi.& eã firmat,& approbat ibi in iij.col.ver.fa cta ista lex.

pinianus.§.sed nec impuberes.de inoffi.testamen. Sed ista rō in duobus casibus est falsa,& ī vno nō necessaria,qa ex alia cā non posset substituere:nam si tēpore mortis testatoris nepos non erat cōceptus,vel si præcedebat eū pater,tūc auus nō tenebař ei ꝓuidere.l.si quis filio exheredato.in prin.de iniust.tes. Si verò nepos tenebat primū locū tēpore mortis testōris, tūc alia rōne substitutio esset nulla,quia rūpetur testm̄ principale,in quo nepos reperitur præteritus.l.Gallus.§.nunc de lege. de lib.& posthu.& ideo necessario nunq̄ posset valere accessorium.l.j.in fi.s.e.Melior ergo ratio est, qa vř cessare cā, propter quā substō pupillaris fuit introducta:sicut cessat, qn̄ pupill⁹ efficitur pubes,& pōt facere testm̄. & ista videř esse mēs

8 Bal.& Ioan.de Imo.¶†Extra glo.inducit Dyn.hic istū text. ad qō.vtrū legitimatio facta de filio reuoceř per superuenientiā filiorū legitimorū.In qua,nō recitando oīa dicta doct.sed addendo vbi est opus,debes considerare tres casus : vnde aliqn̄ filij legitimanř per sequēs mr̄imoniū: aliqn̄ per scriptum principis:aliqn̄ per oblationē curię.Primus est indubitatus,qa est expressus in l.cū quis.C.de natu.lib.& in authē.qui.mod. natu.effi.legi.circa princ.ꝙ filij legitimati per mr̄imoniū succedūt cū postea natis:& tenet etiam hic Bar.& oēs. Secūdo casu addendo dictis doctorum cōsidera duos casus : primus est, qn̄ ille qui petijt legitimari filius nō narrauit taliter, ꝙ ex narratis per eū appareat ipsum posse ducere vxorem,& habere filios legitimos:& isto casu indubitanter vera est opin. Dyn.ꝙ

a legitimatio reuocař superueniētibus legitimis[a]. Ista cōclusio probař manifesta rōne,quia tex.in authē.qui.mod.na.effi.legit.§.si quis ergo.circa mediū.& in corpore,qui.mo.na.effic. sui.§.illud.vers.quid enim si ad sacerdotiū.vult,ꝙ tunc demū possint legitimari filij naturales per scriptum,qn̄ ille qui petit eos legitimari,non habet spē procreādi filios legitimos in futurum.Si ergo imperator cōcedēs priuilegium hoc ignorauit, reddiř priuilegiū subreptitiū,qa fuisset expresū,nō fuisset verisimiliter cōcessurus,ex quo hoc ꝓhibuit expsse de iure cōi: & maxīe,qa d.§.si qs vero.in vno casu expresse apponit clām derogatoriā,& nōvult hoc aliquo mō cōcedi:videlicet qn̄ ille qui petit legitimari naturalē, tunc nūq̄ posset ꝓpter turpitudinē à se separare.ar.ca.j.& scđo.de fi.presby.lib.vj.Si vero ille qui impetrauit legitimā,narrauit taliter, ꝙ ex narratis poterat apparere ipsum posse cōtrahere mr̄imoniū,vř habere vxorē,ex qua posset ꝓcreare filios:nam Bar.Bal.Ioā.de Imol. & Ang.hic tenent,ꝙ legitimatio non reuoceř:quorum rōnes non recito,nisi quatenus erit rn̄dendum.Contrariū tn̄ tenuit Ang.sequēdo Dy.in l.Gallus.§.& quid si tm̄.s.de lib.& posthum.Bald.aūt in l.eam quā.C.de fideicō.videř distinguere ī pen.char.ꝙ aut filij qui nascunř ex mr̄imonio,& filius spuri⁹ legitimatus nascunř ex eadē matre,& tūc legitimatio nō reuocař,licet legitimati sint tales,ꝙ nō legitimarenř per sequēs matrimoniū:de quo in c.tāta.q filij sint legitimi. Aut nō sunt nati ex eadem matre.& tunc vř sentire,ꝙ reuoceř legitiatio:& ista distinctio est multū æqua,qa leges multū fauēt, qui cōtraxit mr̄imoniū cū ea,quā iam illicite cognouerat.Opi.Bar.simpliciter videř sentire Io. And.in addi.Spec.in tit.de suc.ab intestato.§.j.& ego eā sum sequutus, cū scriberē in j.l.humanitatis.C.de impu.& alijs substit.D.Pau.de Ca.hic vř sequi opin.Dyn.in eo qui fuit legitimatus p rescriptū, vt ī casu nr̄o. moueř,qa si legitimatio fuisset facta stantibus filijs legitimis, ignorante imperatore,ista legitimatio esset subreptitia : quia tex.in corpore prohibet naturales legitimari:vt in iuribus p̄allegatis.ergo in eū casum,quo postea filij nascantur non videtur facta. Sed ista cōsequētia nō videř bona prīa facie:quia multa impediunt facienda,quæ nō dirimunt jam facta.l.patre furioso.de his qui sunt sui vel alie.iur.& c.queadmodū.de iureiurā.& probař ista differētia in l.pluribus.§.& si placeat. de verb.oblig.& in regula,factū legitime. de re iu. Tu autē adde ad ista dicta,& primò inq̄tum Ang.& Ray.hic fundant se in d.regula,factū legitime. Ad hoc pōt rn̄deri,ꝙ in casu nr̄o factum legitime nō retractař ī eo casu, in quo est factū. Sed in istū casum.s.si nascanř filij legitimi,quo ad effectū succedēdi, nō vř factū,sicut fideic.datū simpř à filio,vel nepote, nō vř datū si filius vel nepos habeant filios.l.cū acutissimi. C.de fideicō.Præterea licet actus perfectus nō reuoceř ex inhabilitate postea superueniēti,reuocař tn̄ ex p̄sumpta volūtate dispo nētis:q si cōsiderasset filios nasci,nō fuisset ita dispositurus: vt est casus in l.si vnq̄.C.de reuocā.do.Nec dicat aliqs,ꝙ in l.cū acutissimi.& in l.si vnq̄.excludunř extranei,qui includerenř si cōditio nō subintelligereř: qaistud videř cōtra tex.in l.cū auus.vbi per cōditio.subauditā excludiř filius testatoris : ergo multo fortius excludeř filius naturalis legitimatus.¶†Præter ea q̄tum ad succedendū in bōis prnis,maior fauor p̄statur extraneo,q̄ filio naturali,qa extraneus pōt adoptari in filiū ; vt in toto tit.de adop.Sed filius naturalis nō pōt adoptari ī filiū, vt succedat.l.lege.C.de natur.lib.in auř.qui.mo.na.effi.leg.§. & nō latuit.Vnde si subaudiř cōditio ad excludendū extraneū,fortius subaudieř hic ad excludendū naturalē in ista materia:& licet ego aliàs approbarim istam rn̄sionem in l.humanitatis.p l.si totas.C.de inoffic.do.quę optime facit:tn̄ quo ad casum nostrū,nō facio drīam rōne proxime dicta:& etiā sicut patet ex d.l.si vnq̄.iūcta l.cū acutissimi.& l.cū auus.palle. difficilius resoluiř donatio simpř facta,quæ de se est irreuocabilis,q̄ subaudiř cōditio,per quā etiā cōiunctus excludiř, si filij nascunř.Prima tn̄ rn̄sio magis placet,qa posset dici ad hanc regulam, ꝙ etiā legitimatio est actus,qui fit inter viuos, de sui natura est irreuocabilis.Et tn̄ huic impugnatiōi pōt rn̄deri, ꝙ respectu successiōis futurę post mortē patris ista legitimatio potius debet sortiri naturā vltimæ volūtatis,q̄ cōtractus , qa differř post mortē sicut vltima volūtas.Nec obstat id qđ dicit hic Imo.sequēdo Bar.ꝙ scđm hoc sequereř, si diceremus legitimationē reuocari,ꝙ legitimatio ꝓ parte esset pfecta totaliter.s.quo ad honores spūales ,& tpales.& quo ad aliquid, nō esset pfecta,sed staret in suspēso,quousq̄ videremus vtrū pater decederet sine filijs legitimis,vel nō. Hoc autē non est cōueniens:qa eadē res nō debet diuerso iure censeri.l.eū qui ędes.de vsuca.Nam ad hoc pōt dici,ꝙ hoc nō est incōueniens de jure in ista materia,ꝙ aliquis quo ad quædā sit legitimat⁹ simpř:& quo ad quædā nullo mō:vt patet in legitimato per oblatio.curiæ,in auř.qui.mo.na.effi.sui.§.filiū.& §.seq.Non obstat id qđ dicit Bar.ꝙ legitimat⁹ p rescriptū nihil differt à legitimo:vt in corpe,q.mo.na.effi.le.§.si quis ergo. & q.mo. effi.sui.§ illud.qa cōcedo,donec durat ltīatio,vel eo casu quo censeř facta.Sed in casu nr̄o aut resoluiř ltīatio,aut in hūc casum nō censeř facta:qđ est verius.Pro cōclusione aūt Dyn.Oldra.& tenentiū eorū opin.adduciř prīo tex.in l.nup.C.de natura.lib.& in auř.qui.mo.na.effi.leg.in prin.ver.sancitū.qa textus prima facie videř facere ꝓ opi.Bar.inq̄tū dicit,ꝙ ltīatio facta p sequēs mr̄imoniū,ex quo sunt ꝓcreati liberi, & post ea extincti,nō reuocař ꝓpter mortē liberorū sequutā:& sicvidet durare ltīatio,licet cā sit extincta: & illū text. adduxi pro Bar.in l.humanitatis.C.de impub.Nūc aūt dico,ꝙ ibi vř casus pro opi.cōtraria,ꝓ quorū itellectu est p̄mittendū, ꝙ per l.cū qs.C.de natu.lib.erat dispositū,ꝙ filij naturales legitimarenř, si pater cōtraheret mr̄imoniū cū matre eorū,& susciperet liberos. Vn̄ ex liberis l.ista duo videbanř requiri copulatiuè,& sic requirebař cōcursus vtriusq̄ qualitatis.l.si heredi plures.de cōdi.insti.Mens tn̄ l.in veritate erat alia,sicut declarař in duobus iuribus s.allega.Sed qa de illa mente l.nō cōstabat,qa nō erat expressa in l.qn̄ ex mr̄imonio sequuto nō erāt nati filij, vel erant nati,& postea mortui.tex.dicit in corpe in loco p̄allegato,ꝙ l.cū quis.passa est correptionē ī istis duobus casib⁹. i.fuit restricta,vt nō haberet locū ī ipsis: ꝑostea in l.nup.declarař mens illius l.& ostendiř,ꝙ illa duo copulatiuè nō debebāt necessario cōcurrrere:sed sufficiebat,ꝙ mr̄imoniū esset sequutum cū effectu procreādi liberos:& ista fuerat cā cōstitutiōis. Licet ergo liberi nō eēnt nati,vel essent nati & extīcti,adhuc debebat hr̄e locū p̄dicta cōstitutio:quæ cā ipsius erat effectus procreandi filios nō naturales,natiuitas ipsorum filiorum : & ideo Imperator in corpore dicit se per nouam l.induxisse, vt etiā istis casibus filij legitimarenř. Vn̄ pōdero duo ꝓ opi.Dy. in istis iuribus, Primò,ꝙ iō mors filiorū nō reuocat legitimationē,qa natiuitas filiorū non fuit cā cōstitutiōis,sed sola affectio ꝓcreandi, vt dixi:ex quo colligiř clarè,ꝙ si natiuitas filiorum fuisset cā.l.cū qs.s.alleg.mortuis filijs reuocareř ltīatio. Et ꝙ hoc sit verū,patet:qa anteq̄ cōstaret de mente illius l. qa verba l.cū quis.videbanř requirere natiuitatē,reuocabař legitimatio p mortē filiorū.Secūdò aduerte , qa Impator dicit, ꝙ filijs nō natis vel mortuis ipse dat per aliā l.postea sequutā filijs naturalibus ius ltīmorū:& sic inducit hoc de nouo : ergo antea qa nō cōstabat de hoc,& verba videbanř requirere natiuitatē filiorū,reuocabař legitimatio.¶ Confirmař ista cōclusio scđa rōne:qa ad præsumendū voluntatem deesse in excludendo filios,ista duo ęquiparanř,disponentem ignorare se habere filios,cū tn̄ tunc haberet:vel filios post dispōnem de nouo nasci:ita probař in l.qui iure militari.ff.de test.mili. Sed si legitimatio esset facta existentibus filijs legitimis, ignorante hoc principe cōcedente gratiā,sine dubio legitimatio nō valeret:ergo eodem modo nō videtur facta in casu, quo postea nascantur filij legitimi. Nec dicat aliquis,quòd l.qui iure militari.loquitur,qn̄ dispositio non erat perfecta, quia adhuc viuebat testator:quia vt s.dixi,& rectè,illa distictio,vtrū actus sit perfectus,vel nō,habet locū,quādo actus non esset perfectus,præter intentionē disponentis, inhabilitas superueniens irritaret actum.Sed quādo actus irritaretur ex defectu voluntatis

a ¶ Legitimis. Vide Paul.de Cast.in cōsilio ccxxj.

catis disponētis, tunc etiā post actum perfectum irritatur: vt patet in d.l.si vnquā. in l.tale peccatū.de pact. Vel melius, vt s. dixi, qñ actus est productus in esse pfecte inhabilitas superueniens nō irritat actū in eo casu, in quo actus cēset factus: sed ī terminis nostris legitimatio nō cēset facta in hoc casu ex præsumpta volūtate cōcedentis priuilegiū, vt s. dixi: ergo cùm in hoc casu nihil sit actū, nō tractat de reuocatione legitimationis factæ: qa nō fuit facta in isto casu: & ita dicit Io. Andr. in addi. Spe. in ti. de success. ab intestato. §.j. referēs dicta quorūdā
9 doc. q sic intellexerūt, vt modo dixi. †Tertiò cōfirmat ista cōclusio: quia rescriptū gratiosum principis sic debet interpretari s vt minus lædat ius cōe, q̄ fieri pōt, dūmodo possit aliquid
a operari[a]: vt probat hic, & in c. pastoralis. de appel. & ple. not. & ibi scripsi ī c.j. de rescri. Satis est ergo, q princeps q cōcedat gratiā illi, de quo est spes, q possit pcreare filios, q videat eā cōcessisse contra ius qd phibet isto casu rescriptū cōcedi: sed vt lędat minus ius cōe, debet interpretari, vt videat facta concessio in casu minus pīudiciali. s. cū filij nō nascentur. Quartò & vltimò inducit iste tex. prout fuit inductus p Dy. & cū dicit per Ang. q iste tex. loquit, qñ substō nondū erat pfecta: qa diceret perfici post mortē muti, vel furiosi, dico cū reuerētia, q ista rñsio non est bona: qa cū post mortē testatoris mutus cui fuit facta substō non posset reuocare substitutionem, iam quæsitum est substituto ius irreuocabile, licet cōditionale: qa qlibet substitutio est cōditionalis institutio, vt sæpe diximus: qd non videt posse auferri, ex quo dispō erat pfecta: arg. l. fin. §. sed quia. C. de com. de lega. & tñ reuocat istud tale ius propter natiuitatē filij: ergo similiter debet reuocari legitimatio, ex quo est q̄situm ius succedēdi patri post mortē, non incōtinenti. Nec ob. similiter rñsio Io. de Imo. q facit differētiā, vtrū dispō sit collata in extraneū, sicut hic: vel in filio naturali, sicut in casu nostro. quia ista distinctio fuit reprobata s. respondendo ad l. si vnquā. Restat sola rñsio Bal. q in veritate est elegans, & bene potest defendi de subtilitate iuris: tñ non est de mente literæ in versi. igit & sequēti. dicit em Bal. q hic ideo nascēte filio nō habet locū substō, qa ista substō fuit facta in fauorē muti & furiosi. Vñ ne fauor cōuertatur in odiū cōtra l. qd fauore. C. de legibus. inducitur, q nascente filio euanescat: esset em odiū filij, q filius suus non posset sibi succedere, & admitteret extraneus: sed legitimatio quàmuis fuerit facta in fauorē filij, non tñ reuocatio eius fit in eius fauorem: imo fauor suus esset, q duraret legitimatio, & ideo non euanescit per l. qd fauore. sicut in casu l. nostræ. Et sicut dixi, ista so. de rigore iuris procedit: mēs tñ iurisconsulti in versi. nec em. videt esse, q nascēte filio substō rūpit: qa nec pater, nec prīceps videt vel le auferre hæreditatē, quæ debet filio de iure naturali, magis in fauorē ipsi⁹ filij, q̄ patris, cui fuit facta substō: & p hæc est expeditus iste articulus in scdo casu. †Circa tertiū potes tenere opi. Io. de Imo. & Pau. de Cast. q qñ filius est legitimatus per oblationē curiæ, nō reuocet legitimatio per superuenien-
b tiā filiorū, licet Bar.[b] hic aliter dixerit: & hoc p iura p eos allegata, quibus etiā potes addere vnū verbū: nā tex. in aut. quib. mod. nat. effi. sui. §. prius. dicit simpliciter, q legitimatio p oblatio. curiæ pōt fieri etiā ab habēte filios: & qa tex. hoc simpr dicit, videt posse ītelligi, etiā si pater ignoret se filios legitimos habere. Sicut ergo ignorantia filiorū pſentiū non annullaret legitimationē, ita nec superueniētia filiorū de nouo, quia ista duo æquiparant: vt s. dixi. Si autem velles restringere text in corpore, q valeat legitimatio, si pater scit se habere filios, quasi filij ignorātis nō videat velle pīudicasse: sicut dicimus in exhæredatione in l. Titius. in princi. & qd ibi per Bar. de libe. & posthu. Item & in prouisione quā facit testator filijs in l. si quis ita. §. penul. de te. tutel. & qd no. Bar. in l. qui filiabus. in prin. de leg. j. tunc esset dicēdū totū oppositū, q qua rōne non videtur voluisse pīudicare filijs, quos ignorabat se habere, eadem nec illis, q postea sunt nati. Et forte hoc est verius p iura pallega. & adde ad materiā istā singularem doctrinā Bal. l. si. C. si quid in frau. patro. vbi dicit, q licet superueniētia filiorū reuocet donationē per l. si vnquā. pallega. legitimatio tñ facta de filio non reuocat donationē prius factā extraneo. Tangit etiā hic Io. de Imo. illā subtilē & vtilē q. vtrū† fili⁹ legitima-
c tus excludat substitutū[c], si est facta substitutio, si prim⁹ decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus: in qua q. sicut dixi in voce, distīguitur cōiter, quòd aut dixi, si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus: aut, si decesserit sine filijs legitime natis. Primo casu filius legitimatus facit deficere cōditiōem, qa vere est legitimus: in aut. qui mo. natu. effici. sui. §. illud. & qb. mod. effi. leg. §. si quis ergo. l. nihil à legitimis differentes. & p hanc rōnē ita tenet Io. And. post Iaco. de Are. in titul. de suc.

ab intesta. §. j. in vltima addi. vbi rñdet ad l. si ita qs. §. fi. j. de lega. ij. & ad l. fideicom. j. de condi. & demonst. dicit enim, q filius mere ciuilis sicut adoptiuus non continetur sub talibus verbis, quia de facili posset fieri fraus testatori, adoptando aliquem in filiū. Sed legitimatio non impetratur ita de facili: vnde nō habet locū rō illarū ll. Et ista solu. verè videt de mente tex. in l. fideicom. pallegat. in verbo, adoptionis cōmento. verbum em, cōmentū, ibi positū, videt proprie significare aliqd inuentū in fraude ad excludēdū fideicō. & hanc rōnē approbat Bar. ad intellectum illarū legū in l. si cognati. vbi omnino vide. ff. de reb. dub. Sed ista rñsio nō videt omnino sufficiēs: qa cōcludit, q filius arrogatus excluderet substitutū, cū arrogatio debeat fieri corā principe, & autoritate eius. l. ij. de adopt. & sic videt cessare suspitio fraudis de facili cōmittendæ: sicut in legitimatiōe q̄ debet fieri à principe. Vnde pōt dici, & melius, q licet l. filiū ciuilē, non velit excludere substitutū: qa qd testator posuit in casu & fortuna. s. vtrū grauatus decedat sine liberis, vel nō voluit aliquo casu pēdere à volūtate, vel facto grauati: nō tñ sequitur, q nō debeat admitti filius naturalis legitimatus: quia fauor naturæ q̄ cōcurrit in ipso, operat, vt facili⁹ faciat deficere cōditionem, & magis ex mēte testatoris, qa affectio patris ad filiū cōsideratur magis attento iure naturali, secundū qd oēs homines legitimi nascebātur, q̄ ex iure ciuili. l. hos accusare. §. omnibus. vbi bonus tex. ff. de accus. Vel potest dici, saluando pdictā solutionē doct. q facilius psumunt concedi arrogatio à principe, q̄ legitimatio. Posset tūc dici, q iura pallegata nō habēt locū in filio arrogato, sed in adoptato simpliciter: plus tñ placēt solutiones pce. Scdo casu, quia filius legitimatus nō pōt dici legitime natus, non faciet deficere conditio. scdm Ang. in disputatione sua, nobilis quidā genere. Et licet posset dici, q retro fingitur legitime natus, sicut fact⁹ ingenuus, retro fingitur fuisse ingenu⁹ à tēpore natiuitatis. l. fin. in vltimo rñso. & l. ij. ff. de nata. resti. Hoc tñ est per fictionē, nō per veritatem, vt patet de se, & tenet Bal. expresse in l. eam quā. in vlt. char. de fideicō. non em. pōt fieri, nisi ficte, vt legiti-
10 matio facta nec censeat retro facta. †Cōditio aūt non debet im-
d pleri per actū fictū, sed in forma specifica[d], nec per personā fictam. Primū pbat in l. Iulianus. ff. de cōdi. & demon. & qd ibi per Bart. Secundū in l. qui hæredi. in prin. e. titu. & p lene p Bar. in l. Gallus. §. quid si tantū. ff. de libe. & posthum. Et hæc opi. est cōis, licet Bald. teneat oppositū in l. Lucius. s. de hære. insti. & in l. si ita quis. §. fi. pallegato. Io. de Imo. hic credit hāc dist. poni p Bal. in l. gñaliter. §. cū aūt. C. de insti. & reuera Bal. ibi nihil dicit, nec etiam in l. cū acutissimi. & in l. eā quā. C. de fideicom. vbi Io. de Imol. in l. Lucius. s. tit. pxi. allegat Bald. tenere opi. cōem, dico in q. nostra propria: forte tñ voluit intelligi do. Io. q Bald. decidit qōnē in l. cū acutissimi. & in l. eam quā. inquātū determinat, q filius legitimatus excludit fœminam stante statuto, quòd fœmina non succedat stantibus masculis legitimis. Sed inter istos casus vr esse differentia: qa in casu statuti Bal. cōcedit, q etiā si filius legitimatus esset ficte legitimatus excluderet fœminas per interpretationē passiuam, vt ibi per eum. Sed in casu nostro hoc non esset admittendū, qa conditio debet impleri in forma specifica, vt dictum est. Hic tamen non allegat Bald. simpliciter in §. cùm autem. sub dubio forte. Et licet ista sit cōis opi. vt etiā fatetur Ioan. de Imo. ipse tamen de iuris subtilitate tenet contrarium, sequēdo opi. Salice. in l. generaliter. in §. cum autē. s. alle. & vtitur in effectu
11 tribus rationibus. †Prima est, qa de cōi vsu loquendi appel. filij
e legitimi non venit filius legitimatus[e]: verba autē testatoris de-
f bent intelligi secundùm communem vsum loquendi[f]. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. de legat. iij. & l. Labeo. & ibi per Bart. de supel. leg. licet ista ratio tunc demum cōcluderet, quando constaret de communi vsu loquendi, nec tunc aliquis doctor diceret contrarium. Sed quomodo constet de hoc communi vsu loquendi, ipse non probat, nec probatur in aliquo
12 iure, quod meminerim. Secundò arguit, †quia priuilegiū principis debet intelligi sine præiudicio iuris alterius: vt hic, & in c. super eo. cum concordantijs. de offic. deleg. Sed hic præiudicaretur substituto, cui est quæsitum sub conditione, si grauatus decederet sine filijs legitimis, quo ad ipsum filium naturalem: ergo talis interpretatio non debet fieri. Confirmatur ista conclusio ex his quæ ponit not. Ioan. And. in regula, sine culpa. in sua mercuriali. de regul. iur. vbi dicit, quòd legitimatio non trahitur retro in præiudicium iuris quæsiti secundo genito ex matrimonio, vt primo natus, & postea legitimatus dicat primogenitus. Et fundat ista cōclusio ex hisque dicit glo. in l. Gallus. §. quid si tantū. de lib. & posthu. & in l. j. in fi. de cōtratabu. bene facit c. q̄uis. de rescri. libr. vj. Sed huic

a ¶ Operari. De qua vide d. Iaso. May. hic ī ij. col. ver. vlt. secūdū doc.

b ¶ Licet Bart. Cum Barto. tenet d. Ange. hic, & Lud. Ro. vbi bene examinat hūc passum, in cōs. cciij. inci. in proposita cōsultatiōe. sed vide Ia. hic, q sequtur opi. Sali. cōtra Bart. in v. col. vers. x. cum seq.

c ¶ Substitutū. Vide Phil. Cor. in consi. clxxvij. incip. egregiè. in litera b. i. prima part. & in cōsi. j. incipien. in præsenti. in litera v. iij. parte.

d ¶ Specifica. Adde idem tenētem do. Bart. Soci. in cōsil. xliij. inci. in pſenti cōsul. versi. & i primis. ibi: si ergo pactum. ī prima part.

e ¶ Legitimatus. Vide tu do. Alexan. de Imol. in l. sed si hac. §. patronū. de ī ius voc. & Bald. in consi. inci. donatus &c. & Pau. de Cas. in consi. ccxxij.

f ¶ Loquēdi. Quo casu autē intelligat, scdm cōem vsum loquendi: vide do. Bart. Soci. in cōsil. xlij. inci. primū huius. ver. nā qs. circa prin. in j. parte.

rōni respōdetur faciliter duobus modis: & primò, ꝙ substituto nō fuit quęsitū ius respectu naturalis simpliciter, sed sub cō ditio. si duraret naturalis, & hoc ex volūtate testatoris: si eṁ hæc verba, filijs legitimis &c. ex proprietate sua cōprehendūt legitimatū, quia verè est legitimus, vt dictū est: ergo fuit quæsitum ius substituto simpliciter, sed ita demū, si filius non esset legitimat⁹. Nec est opus, quòd legitimatio trahatur retro ĩ casu nostro: quia satis est, ꝙ valeat vt nunc: quia ista qualitas, si decesserit sine filijs legitimis, sufficit ꝙ tempore quo grauatus moritur, adsit ad faciendū deficere conditionē, licet prius non adesset: sicut sufficit ad aliquem esse militem tempore testamenti facti, licet prius non esset. l. tribunus. §. fi. & l. Titius. de testa. mili. cùm enim respiciat tēpus executiuū, determinatur secundū tempus verbi, secundū Bart. hic, & bene. Vel potes dicere, & ista responsio est clarior, ꝙ ex quo testator voluit seu cōprehendit etiam legitimatum, & sic voluit eum excludere substitutū, necesse videtur etiam concessisse, ꝙ legitimaretur: quia qui vult cōsequens, vult antecedens, sine quo illud esse non potest l. illud. de acquirē. hære. Sed legitimatus non posset excludere substitutum, si nō videreť legitimatus de cōsensu testatoris, quia legitimatio & gratia non extenderet se ad hunc casum, id est, ad auferendum ius quæsitum tertio: vt dicit Ioan. de Imo. ergo etiam videť voluisse, vt ille legitimaretur. Tertiò adducit ipse tex. in c. j. §. naturales. si de feu. fue. cō trouer. inter do. & agn. vbi ne præiudicetur iuri quæsito dño, legitimatus nō admittiť ad feudum. Sed salua reuerētia ista rō non exprimitur in text. si bene memini. vnde illud est ꝓpter specialem naturam feudorum ita limitata expresse per consuetudinem. Vnde per istas rōnes ego non recederem à communi sententia: maxime quia ipsimet fatentur, quòd qñ talis filius esset legitimat⁹, de voluntate testatoris, excluderet substitutum, & traheretur retro legitimatio: per ea quæ not. Barto. in dicto §. & quid si tantū. ¶ †Pro declaratione istius articuli videndum est, vtrum legitimatus dicatur proprie legitimus, vel poti⁹ fictè & impropriè. Nam si non est propriè legitim⁹, nō comprehenditur sub verbis conditionis, quæ debet impleri in forma specifica: vt s. dictum est. Si autem est propriè legitimus: tunc sine dubio faceret deficere conditionem in primo casu: & vera erit sñia cōmunis, quam etiam approbat Anton. de Butr. in c. per venerabilem. extrà, qui fi. sint leg. super quo articulo Bald. dicit in l. manumissiones. ff. de iustit. & iu. quòd legitimatus tenet medium statum inter legitimum & naturalem, & sic nō est proprie legitimus. idem tenet in l. filium diffinimus. in secūda lectura. circa prin. de his qui sunt sui vel alien. iur. idem videť sentire in l. eam quā. C. de fideicō. in pen. char. & fuit dictum Inno. originaliter in c. licet. de transla. pla. quod sequitur Ioā. And. in c. j. de fil. presby. libr. vj. in nouel. Sed ipse idem Ioā. And. melius distinguit in c. fina. eo. titu. dicens, ꝙ aut aliquis est legitimatus simpliciter, & tunc est vere legitimus: aut non simpliciter, sed quo ad quædam, sicut cùm dispensatur cū nō legitimato, vt possit promoueri, & tunc nō dicitur proprie legitimus: ita debet intelligi, quod habetur in capit. innotuit. extrà, de elect. Et ista opin. est vera de iure, si consideras legitimationem secundùm tempus legitimationis, & postea: si vero considerares legitimationem, prout retrotrahitur ad tēpus natiuitatis: & tunc dicēdum est fictè retro fuisse legitimus: & hanc differētiam sentit Bald. in dicta l. eā quā. dum dicit, ꝙ legitimatio est quoddam postliminiū, quod habet duo tempora: vnum tempus reuersionis, & attento hoc tēpore l. disponit verè, & nō fictè: quia verū ipso iure recuperat omnia bona sua. habet etiam tempus captiuitatis vsq; ad initium tēporis, quo fuit captus: & respectu huius temporis, quia fit trāslatio de vno tēpore ad aliud, inducit fictionē: ita declarat not. Barto. in l. nec vtile. vbi vide. ff. ex qui. cau. ma. Respectu igitur temporis, quo quis legitimatur, & tēporis sequētis, legitimatus est verè legitimus: & absolute loquēdo potest dici, ꝙ legitimatus est verè legitim⁹: sed ꝙ alio tēpore quo fuit legitimatus iste retro censeať legitimatus, hoc est per fictionē. Quòd autē legitimatus simpliciter sit verè legitimus, probať: quia sicut dicit Bar. in dicta l. nec vtile. & in l. si maritus ergo. l. Iuliæ. ff. de adulte. l. in his quæ sunt iuris. & in quibus non disponit mediāte aliquo facto, nō vtitur fictiōe, quādo dispo. nit simpliciter in his quæ sunt iuris: secus si disponit ad quid, id est, quo ad quosdam effectus tantum. & hoc est quod dicit Ioan. Andr. in loco s. allegato. Imperator autem legitimando filium simpliciter non legitimat eum per aliquod medium facti, sed simpliciter tollendo ius positiuum: restituit tamen ad ius naturale: vt patet in corpore, quib. mod. natura. effic. legitimi. circa princi. vnde nō disponit, nisi sup iure, & circa ius; secus si legitimaret filiū, qa fingeret mr̃imonium fuisse cōtractum inter illos, de quib⁹ natus est. & hæc sunt quæ dixi multū extensè in l. Gallus. §. si eius. de lib. & posthu. vbi Bald. mouens ꝓprie qō. nostrā, dicit eā fuisse disputatā Bononiæ, & distinctū, vt s. & vt distinxit Ang. disputatione sua preallegata. Et per hæc sufficienter videť expeditū primū mebrū. & est cōcludendū in effectu scd̃m cōem sñiam, quicquid dicāt Saly. & Imo. ꝙ substō facta sine filijs legitimis, vł legitimis & naturalibus, nō habet locum, si decedat cū filijs legitimatis. Sed contra istā determinationē opponiť fortissime: quia cōditio quæ loquiť de legitimo, debet intelligi de legitimo ꝓpriè & strictè, qm̃ debet impleri in forma specifica. Sed filius legitimat⁹, vt probabō, nō pōt dici proprie legitimus: ergo nō cōprehendiť sub verbis cōditionis. Quòd autē ita sit, videť esse casus singularis in auť. de trien. & semis. §. neq; illo. in ver. sed nec vsq; in hoc statuim⁹ lege. iuncto §. frequēter. antecedēti. Quē tex. induco sic: dicit in §. frequēter. ꝙ male disposuit ius antiquum & indistinctè, inducendo tres vncias tantū ꝓ legitima: deinde statuiť vsq; ad §. neq; illo. & vsq; ad versic. præalleg. corrigendo ius antiquum, quòd legitima filiorū sit maior: postea in dicto versic. ꝙ non solùm in his quæ disposita sunt s. statuit l. prædictam. sed etiam in his quæ sequūtur, inter quæ est ꝙ legitimatus per sequens matrimonium auctam, de iure nouissimo, sicut primi. Vnde pondero, ꝙ ille versic. sed nec vsque. ostendit manifeste, quòd in precedentibus cùm erat dispositum de filijs, non erat prouisum de filijs legitimatis per sequēs matrimoniū: dum dicit, ꝙ nō est standū in his q̃ suprà sunt disposita tantū. & postea disponit de filijs legitimatis: nam cōprehēderetur appellatione legitimorum, tunc etiam si staretur prius dispositis tantū, sufficeret: & sic ibi videť ꝓbare singulariter, ꝙ in materia correctiua appellatione legitimi non venit legitimatus. Et licet illum text. ego adduxerim pro contraria parte in dicto §. si eius. tamen vidi, quòd probat oppositum: quia vt dixit text. negat, quòd in priori dispositio. nisi fuisset facta aditio, legitimatus contineretur: sed hoc non esset verum, si legitimatus esset proprie legitimus, quia etiam in materia correctiua comprehenditur id quod venit ex proprio significatu verborum. ¶ Sed ad illum tex. potest responderi, quòd ideo in priori dispositione nomine legitimi non comprehendebatur legitimatus, quia l. illa venit ad correctio. ll. Digestorum: per quas erant statutæ tres vnciæ pro legitima. l. Papin. §. iiij. ff. de inoffic. testamen. De iure autem illo non cognoscebatur filius legitimus per sequens matrimoniū, vel rescriptum principis, sed solùm in vno casu singulari, in l. qua in prouincia. §. diu⁹. de ritu nuptia. Cùm igitur qualitas & mens legis interpretatæ censeatur repetita in l. interpretāte, vt in auť. de fi. ante do. instru. nat. §. fin. & per Barto. in l. prætor. §. erit ꝗ. ff. vi bono. rap. merito sicut ius antiquum interpretatū non sensit de isto genere legitimorum, ita nec ius quod interpretatur super secūdo mēbro, quando est facta de filijs legitimè natis. Tene cōmunem sententiam doct. & vide plene quod scripsi super hoc secūdo cap. in l. Gallus. §. si eius. de lib. & posth. Est tñ corrigēdum qđ ibi dixi: qa rñdendo quibusdā argumētis, dicēbā, ꝙ licet p interpretatio. passiuam vna lex trahať ad aliā, tñ lex nō trahiť ad dispositio. testatoris, quæ difficilius extendiť, ꝗ dispositio l. vt plene fuit dictum in ea. l. † §. & quid si tm̃. tūc eṁ reuocaui in dubiū hanc rñsionē: qa etiā in materia fauorabili reperiebať dispō hoĩs extendi. l. deo nobis. C. de episc. & cler. Nunc aūt cōsiderādo melius, credo ꝙ dicta extensio sit bona, ad minus propter hoc, qa nō est tantus fauor in casu nr̃o, sicut in l. deo nobis. pallegata. de cuius tñ intellectu vide dicta per me in d. §. & quid si tm̃. Itē aduerte, qa in d. §. si eius. recitaui melius, quo ad primū membrū, rñsionē Io. And. in addi. Spec. ꝗ heri fecerim in scribendo: est eṁ intentio Io. An. ꝙ ꝗuis in filio adoptiuo p̃sumiť fraus, in filio tñ naturali si petať ltiari, iō nō p̃sumiť fraus, qa videť hoc potius fecisse pater ex affectiōe naturali, ꝗ vt euertať fideicō. & hoc ostendit l. quā alleg. pro ista dr̃ia: vt l. pe. ff. qđ cū falso tu. autore. Vñ dr̃ia istorū casuū nō fundať ex mente Io. And. qa vnū sit difficilius alterius ad obtinendū. Sed rōne p̃missa, & qa Bar. hic long. repetitio. tractat magis substōīs exemplariæ: iō adde dictis eius in iij. q. in qua tractat, cuius cōditionis debeāt esse liberi, qbus fit substō, qđ inquantū dicit, posse substitui filio naturali & adoptiuo, hoc nō videť verū, scd̃m Ang. qa l. humanitatis vult posse substitui liberis, quibus debet relinqui legitima. Sed hodie filio adoptiuo nō debet relinqui legitima, si est adoptatus ab extraneo. l. pe. C. de adopt. †itē nec filio naturali debet relinqui legitima[a]. l. vxore. §. pater naturalis. de lega. iij. & est glo. singu. in l. j. in princi. ff. de contratab. ergo neutri istorum videť posse fieri

13

a ¶ Legitima. Vide d. Iaso. May. hic in vij. col. ver. circa secundā q. vbi referē do Are. hic dicit, ꝙ inductio l. humanitatis. quā facit hic Aret. sibi nō satisfacit.

Item quæro. Dispositio facta de vno tēpore excludit illud tempus à pupillari substitutione facta vsq; ad pubertatem. h. d. Secūda ibi: rndi. Tertia ibi: magis autem. ¶ 17 †Not. primò, ꝙ sicut specialitas circa res vel personas derogat generi, vt patet: de rebus, in l. vxorē. §. felicissimo. j. de leg. iij. & plene in l. quæsitum. §. idem rndit. de fund. instru. de personis, in l. cohæredi. §. qui patrem. s. eod. Ita etiā specialitas circa tempus derogat generi. Et quia de re ad tēpus cōiter arguitur[a]: vt l. miles. §. & quia diximus. j. de testam. mil. ideo Bal. hic elegāter inducit istū tex. ad duas quæstiones. & primò arguitur ex isto tex. ꝙ si cōceditur alicui: verbi gratia, quantitas centum ducatorū, ex redditu vnius poss. & alteri ex eodē redditu conceduntur decem, & possess. non reddit vltra centum aliquo tempore, intelligitur ꝙ ille cui sunt concessa centum, non habeat totam quantitatem, sed detrahātur decem, quæ sunt concessa alteri. Secundò arguit, & ista est notabilis quæstio, si deputatur iudex, qui cognoscat in causis ciuilib⁹ vsq; ad x. libras. deinde deputatur aliquis, qui cognoscat de causis ciuilibus vsque ad c. non poterit iste cognoscere de causis vsq; ad decem libras: quia per specialē deputatio. iudicis factam in illa quantitate videtur derogari iurisdict. alterius iudicis. Et hanc opin. sequitur Ang. & Moder. adducunt tex. in authen. de defen. ciui. §. iudicare. & §. audiunt. quorum dictis adde, & primò ad primam quæstionē, ꝙ cùm quantitas debetur ex certis redditibus, vel ex certo prędio, redigatur ad instar speciei: sicut patet in l. plane. §. sed si non corpus. de leg. j. & ex his quæ plene tradit Barto. in l. inter stipulantem. §. sacram. de ver. & Angel. in l. fideicō. in princ. ff. de iudi. Ista q. videtur decidi ex his quæ habenť in tex. & gl. in l. cū q. C. de leg. vbi quæritur, quando primò legatur tota res vni, deinde eius portio alteri: vel econtra si primò legatur pars vni, deinde totū alteri, quid iuris? Secunda quæstio est magis difficilis, qa incidit in illā quæstionem, vtrum per iurisdictionem specialiter commissam in vna specie vni videatur derog. iurisdi. vniuersali. de qua plene per Bald. in l. vnica. ff. de offi. consu. & in authentic. habita. C. ne filius pro patre. & ego plene scripsi in l. quod in rerum. §. si quis post. de leg. j. & est mirum, quia Angel. hic pro decisione Bal. adducit tex. in authen. de defensori. ciui. versicu. & iudicare. & in l. testamenta omnia. adducit illū tex. in oppositū. Veritas est, ꝙ facit pro ista parte, quam hic tenet Bal. quia ibi dicitur expresse, quòd superior vsq; ad ccc. aureos non potest adiri. Sed potest responderi, quòd hoc est, quia lex ita expresse statuit, ne cognitio maiorum iudicū impediatur in maioribus negocijs: & hanc decisionem Baldi hic adde ad ea quæ scripsi in d. §. si quis post. & quod not. gl. & Ioā. in c. pastoralis. in prin. de offi. ordi. & Spe. in titu. de offi. ordi. §. j. versi. ex præmissis. 18 †Secundò not. ꝙ non semper ille qui exprimit maiorem summā vel temporis, vel rerū, videť velle in eo cōprehendere minorē: & ex hoc arguit Bal. ꝙ si ad probandum ætatē minorem producuntur duo testes, quorū vnus dicit quòd minor erat infra x. annum: alter quòd erat infra xiiij. isti testes non probant, nec videtur contestes. Hoc tamen non firmat hic Bal. sed Ange. hic credit, ꝙ isti testes probent: quia cùm minor ætas sit quoddā genus, videtur posse probari pro indiuidua illius ętatis, licet testes deponant de diuersis temporibus, per ea quæ tangit gloss. in lege, ob carmen. §. fin. de testi. & Inno. in c. qualiter & quando. el ij. de accusa. Vnde infert Ang. ꝙ si ille qui vult probare de iure decimādi in aliquo fundo, per vnum textum probat se collegisse x. mensuras vini, per aliū octo, satis probaret quasi posse. iuris decimandi: qa satis est, quòd sint concordes in dicto principali, quod est probandū, licet non sint concordes in medijs, per quæ probatur. Vbi autem ageretur de probando mutuū, tunc secundū eum diuersitas quantitatis faceret testes esse singulares, & non probarent; quia propter vniuersitatem quantitatis videntur deponere de diuersis contractibus: & ista sunt Ioan. Andre. originaliter in vtroque membro, de quibus etiam meminit hic Io. de Imol. in capit. primo. de arbit. in sexto. Tu autem aduerte subtilius: quia in quæstione principali mota per Barto. possunt considerari duo casus. nam aliquando duo testes simpliciter deponunt: vnus, quòd Titius erat minor annis decem: alius erat minor annis xiiij. tunc decisio Angel. est vera, sed per meliorem rationē: quia cū in maiori summa insit minor[b]. l. j. §. si stipulanti. de verbor. obliga. & l. si vnus. §. si decem cum. ff. de pact. ambo testes videntur concordare in hoc, quòd iste esset minor x. annis. Non obst. iste tex. quia in dispositioneq̄ fit ab vno, & eodem, ex mente disponētis colligitur, quòd si in vna parte prouidit specialiter, non videatur sensisse de eodem tempore in prouisione generali: qa fortius cessat in duobus testibus, quorum vnus deponit in genere, & alter in specie: nā fieri pōt, ꝙ sub nomine minoris ætatis retulerit se ad eandē partē ætatis, de qua loquunť, est pars testis: aliqñ testis q deponit ꝙ erat minor xiiij. annis, addit ꝙ erat maior x. & tunc in isto casu difficilius esset tenere, ꝙ isti testes probarent ætatem minorem. Nam glo. & Inno. & etiā Ioan. And. in locis allegatis. possunt intelligi, quando testes deponunt de actibus diuersis gestis diuerso tempore: puta si vnus dicit, ꝙ vidit colligi x. mensuras vini vno anno, & alter altero: & ita proprie loquitur glo. in §. fi. & In. in d. c. qualiter. Sed quādo duo testes deponerent in tempore, vel in re, de maiori & minori numero, respectu eiusdem ætatis: tunc ista dicta videntur contradicere, & esse incompatibilia: ergo derogare sibi fidem. l. scripturas. C. de fi. instru. & no. in d. l. ob carmē. §. fi. Vnde ista ratio Ang. non multum procederet in exemplo posito per Bal. nec in exemplo sequenti, quando testes deponerent de diuersis mensuris, respectu eiusdem actus percipiendi: vbi autem deponerent respectu diuersorū actuū ad probandum istud ius vniuersale decimandi, vtrum sint contestes, ita quòd probent sufficienter, est pulchra qō, super qua vide Ioā. de Imo. in l. inter partes. ff. de re iud. & Anto. de But. in c. cū oporteat. extrà, de accusa. & ibi scripsi. & Bal. in l. de quibus. in vltima char. ff. de legibus. & Salyc. plenius in l. testium. C. de testa. quam quæstionem ego sum subtilius prosequut⁹ in c. licet ex quadā. extrà, de test. vbi videndum. Sed quia articulus iste, quomodo testes deponentes de diuersis quantitatibus probent, est vtilissimus: super quo aliàs consului in ciuitate Mantuæ. accipe breuiter quatuor vel quinq; conclusiones. Prima conclusio, quando testes deponunt super mutuo, vel alio cōtractu de diuersis quātitatibus, nō sunt cōtestes, nec probāt, vt ait hic Ang. quia resultat diuersitas contractuum: vt s. dixi. facit text. & quod ibi Bar. in l. cùm contrarium. de adimen. leg. & hoc tenet Saly. expresse in l. ij. C. de rescin. vēditio. & dominus meus in l. j. §. si stipulanti. de verbo. oblig. †. Secunda conclusio, si tres testes deponūt de diuersis summis[c], vnus de v. alter de x. alter de xv. sine dubio probatur minor summa, in qua oēs concurrunt, per iura præallegata. & hoc tenet Ioannes de Imol. in dicta l. inter pares. & Bald. in l. j. C. de test. vbi reprehendit Archidiaco. qui tenet oppositū. ij. quæstio. ix. c. nihilominus. Sed dubium remanet, vtrum media summa probetur sufficienter. Ioan. de Imo. videtur sentire quòd non, in dicta l. inter pares. dum dicit, quòd probatur minor quantitas. Sed Salyce. in dicta l. ij. C. de rescin. vendi. tenet oppositum, quia media summa probatur per duos testes, cùm ille qui deponit de maiori, deponit etiam de media. Vnde licet ille qui deponit de minori, videatur contradicere alijs, per hoc non infringeretur dictum aliorum, qui sunt plures: vt in c. in nostra. de testi. & d. l. ob carmen. §. si & maxime. quia vnicus testis deponit negatiuam, inquantum videtur sentire ꝙ res non valet plus: iuxta ea quæ tradit gloss. & Bartolus in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. & hoc tetigi in illo consilio. Sed nunc addo, quòd testis qui deponit de minori quantitate, non videtur negare de maiori: vt est casus in lege, cùm furti. & ibi p Barto. ff. de in litem iuran. per quē ita tenet Bartol. in tex. l. finali. §. qui indiuisam. ff. de legatis ij. facit optime textus cum glos. xv. distinctione. capitu. j. & l. distinctione, si quis presbyter. Tertia conclusio in ista materia fit talis: si vnus testis deponit de minori quantitate, & duo formaliter cōcordēt ī eadē, multofortius valet dictum eorū, q̄ in casu præcedēti, per iura ibi allegata. Quarta cōclusio: si duo ecōtra deponūt de minori quātitate, & vnus de maiori, sine dubio statur minori quātitati, duplici ratione. Primò, qa ille vnicus in maiori remanet singularis, ergo nō creditur l. testium. C. de testibus. & in c. nuper. & in c. licet. extrà, de test. Scđa rō est, qa si duo deponētes de minori, dicūt ꝙ res non valet, plus credit duob⁹ negantib⁹, q̄ vni affirmanti: vt p Bar. in l. hæredes palā. in princ. de test. & in d. §. si plures. Quinta cōclusio: si duo testes deponūt de minori ptio, seu æstimatiōe, & duo de minori: ītelligo, ꝙ testes deponētes de minori dicūt, ꝙ res nō valet plus: hic dicit Salyc. in d. l. ij. quòd si testes sunt omnino pares, probatio facta de maiori quantitate confunditur, & per consequens remanet probata sola minor quātitas, per ea quæ habentur in l. scripturæ. C. de fide instru. & l. ob carmen. in fi. ff. de test. Sed ista opi. non videtur prima facie esse vera: quia cæteris paribus magis creditur testibus affirmantibus, quàm negantibus: vt clare sentit Bartol. in d. §. si plures. & est gloss. ordi. quæ hoc dicit in c. j. de præscript. libro vj. & probatur ratione, quia non potest negari, ꝙ affirmatiua quæ potest percipi per sensum, est probabilior, q̄ ipsa negatiua. Vnde qui de-

a ¶ Arguitur. Adde eunde Areti. in l. q plures. s. co. & qđ ibi dixi in apos.

b ¶ Minor. Adđ Bal. in l. manumissionē. ad fi. s. de iu. & iu. & quod ibi dixi in apostil.

c ¶ Sūmis. Vide hic do. Alexā. de Imo. ī ij. col. ver. & vtrū testes. cum alijs ibidem per eum signatis.

ponit affirmatiuã, deponit aliquid verisimili⁹. & aptius ad percipiendũ: & hac ratione vtitur glo. prællegata. Hoc tenet expresse Io. de Imo. in terminis nostris in d. l. inter pares. ff. de re iu. & hanc opinionẽ ego sum sequutus aliàs consulendo. Vnde nunc considerando diligentius credo opin. Saly. veriorem, & considero pro intellectu ipsius tres casus. Nam aliquando testis deponit negatiuam, remouendo simpliciter actum à sensu, non per medium affirmatiuę: & tũc cęteris paribus magis creditur affirmantibus, q̃ negantibus, ratione supradicta. Aliquando testis deponit negatiuã per affirmatiuã, & hic sub distinguo, quia aut depositio testis deponentis negatiuam nõ habet æquale fundamentum veritatis, sicut affirmatiua: aliqñ habet æquale fundamẽtũ veritatis. exemplũ de primo, si duo testes deponunt famam esse, ꝙ aliquis non occidit Titium: & econtra duo deponunt famã esse, ꝙ occidit. exẽplum de scđo: qñ testes producuntur super probando valore & ęstimatione, in quo casu fundamentum omnium testium non põt esse, nisi super communi æstimatione, quã scirent de illa re. Primo casu adhuc credo, ꝙ probatio affirmatiua præualeret negatiuã, quia non potest negari, ꝙ fama quæ dicit Titium occidisse hominem, potuit habere originem à maiori certitudine, q̃ fama, quæ dicit Titium non occidisse, quia potuit emanare ab his qui viderunt homicidiũ: & hanc rationem tangit Bal. in l. j. C. de testa. licet ibi ipse contrarium concludit, sequẽdo Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæ. Secundo casu, quia omnia videnť paria, credo probationes confundere se adinuicẽ, vt dicit Saly. per iura s. allegata. Vltima conclusio in ista materia, si plures testes minores vel meliores deponunt de minori summa, adijciendo quòd non valet plus, res præferuntur deponentibus de maiori quantitate, licet deponant negatiuam: per ea quæ tradit Bar. in d. §. si plures. & d. l. hæredes palam. in prin. & per dictam regulam positam in d. l. si ob carmen. §. fi. ff. de test. ¶ Nota etiam ex isto tex. id est, ex principio, iuncto ver. respondi. ꝙ licet substõ pupil. non dicat, si filius meus hæres erit, &c. satis tamen videtur substitutio pupillaris expressa fieri, dũmodo dicat, si decesserit infra pupillarem ætatẽ, vel infra xiiij. annũ, ad idem bonus tex. in l. ij. §. sed si quis ita. s. e. per Bar. & alios. ¶ † No. vltimò, ꝙ dictio, intra[a], complectitur nõ solũ media termini, sed etiam extremitatem termini: vt patet in ver. sed & finis. & iuncto ver. præcedenti. & hoc est, qđ dicit glo. no. in c. frequens. in verbo, proponitur. de resti. spo. libro vj. allegat text. in l. j. §. si intra. de success. edi. Ex isto etiã tex. colligit Bald. ꝙ est reperire tempus in spẽ, sicut hic reperitur tẽpus in spẽ vsq; ad x. annum: quinimo etiam tempus pubertatis, qđ finitur certis & determinatis spatijs, dicitur tẽpus in specie: id est, à primo anno, vsq; ad xiiij. & qñ tempus cõsideratur vt species, & non vt quantitas, tunc in pœnis non duplicatur, secundũ Bal. hic, de quo per Bal. in l. Lucius. §. impuberem. de leg. ij. & in l. in senatus. ad Treb. per Io. An. & Moder. in l. cũ in cunctis. in fi. extrà, de electi. quicquid enim consideratur tanq̃ species, non recipit duplicationem: vt in §. impuberem. & maxime in pœnis: vt plene declarat Bart. in l. Meuius. §. duobus. in vlt. char. j. de leg. ij. Vnde infert hic Bald. ꝙ si ex forma statuti percutienti aliquem in platea debet amputari manus dextera: & alio statuto in maleficijs commissis de nocte, pœnæ debent duplicari: si aliquis percutit in platea, & de nocte, non perdet ambas man⁹, quia pœna manus dexterę est pœna speciei, & ideo non recipit duplica. secus forte, si statutum simpliciter puniret percutientem pœna manus: quia tunc pœna nõ diceretť posita in specie, sed in genere subalterno, quod posset multiplicari, quousq; durat illud genus: ita decidit Bart. no. in l. vulgaris. in prin. ff. de fur. non tamen ponit quæst. de duplicatione pœnæ, sed de eo qui intulit plura vulnera. Sed tamen si respicias decisionem, idem est in effectu, quia qualitas noctis capitur sub ratione cuiusdam noui delicti, saltem ad duplicandum pœnam. & illã sententiã approbat Bal. licet non alleget in l. qui ergo. §. pœna grauior. in vlt. quæst. de his qui no. infa.

Lucius Titius. Licet præteritus ĩpugnet primum gradum, etiam succedit ex secũdo, in quo est substitutus. hoc dicit. Secunda ibi: rñdi. ☞ Tertia ibi: & ideo. Quarta ibi: sicut responsum est. ¶ † No. primò, ꝙ licet filius impugnet primum gradum hæredum institutorum, non tñ per hoc prohibetur succedere ex secundo gradu: quia substitutio vulgaris nullam habet dependentiam à primo gradu, sicut habent tabulæ pupillares à testamento paterno. & inde est, ꝙ qui impugnat testamentum paternũ, nõ potest succedere ex pupillari. l. is q cõtra. s. eo. l. post legatũ. §. 20 quæ. j. de his quibus vt indig. ¶ † No. secundò, & tene semper menti scđm Mod. ꝙ præteritio filij reddit testamẽtũ nul- b lũ[b] ipso iure, etiã anteq̃ filius dicat ipsum nullũ. & hæc est cõmunis opi. in l. filio p̃terito. de iniust. te. de qua etiã tangiť in l. j. ff. e. titu. & in l. is qui in potestate. ff. de le. p̃stan. Ego aũt põdero tex. ad hoc probandũ melius in ver. & ideo. vbi iurisconsultus ex hoc, ꝙ testm̃ est nullius momenti, infert ꝙ filij videntur extitisse hæredes ex testõ: quæ verba significant, ꝙ ex capite suitatis, si primus gradus est nullus, ipsi sunt hæredes ex secundo: quod non esset, si primus gradus valeret, antequam filius diceret testamentum nullum.

Iulianus. Substitutus pupillariter per verbum, quisquis mihi hæres erit, potest succedere si adiuit, licet hæreditas auferatur ab eo, vt ab indigno: & eodem modo si post adi. desijt esse hæres ipso iure, dummodo tẽpore quo defertur hęreditas ex pupillari fit habilis ad succedendũ. ☞ h. d. Scđa ibi rñdi. Tertia ibi: quinimo. ¶ † Not. primò, ꝙ quãuis hęreditas auferať alicui indigno, per hoc tamẽ nõ excludiť ab hæreditate ipso iure, imo defertur ei hæreditas, & põt adire: imo qđ est forti⁹, etiã si non velit adire hæreditatẽ, tñ deferť ad fiscũ, nec põt hæres repudiare, vt hæreditas vadat ad substitutũ, postq̃ est fact⁹ indignus: vt no. declarat Bar. in l. si sequens. §. j. j. ad Syl. & in l. si anteq̃. eo. tit. & ego scripsi post 21 Bart. in l. j. s. eo. ¶ † Not. secundò, ꝙ substõ facta per hæc verba, quisquis mihi hęres erit, admittit substitutũ, qui est hæres nomine, licet non re: & in hoc est differentia inter substitutũ, & ius accrescendi: vt videbis in glo. Vnde ille, cui auferť hæreditas vt ab indigno, vt applicet, remanet hæres nomine: per hoc patet, ꝙ fiscus non est proprie hæres, licet teneat locum hæredis, quo ad debita & credita. l. ij. C. ad l. Iul. de vi. & hoc concedit Iaco. de Aret. quẽ refert Bar. in l. si constante. §. fi. s. sol. ma. nec in hoc Bar. reprehẽdit eum, vt ibi videbis. Et quia fiscus non est proprie hæres, sed ille à quo fuit ablata hæreditas, ideo iussus implere conditionẽ in persona hæredis, non debet implere eã in persona fisci, scđm Bart. no. in l. qui hæredi. §. cũ hæreditas. ff. de cond. & demon. & hoc posset induci ad q. statuti facientis mẽtionẽ de hærede, vtrũ cõprehendit fiscũ. 22 ¶ † No. tertiò ibi: satis enim punitus est. ꝙ pro delicto cõmisso circa vnã rẽ, vel vnã partẽ, non punieť aliqs in alia re, vel in alia parte. concor. tex. in l. rescrip. j. de his quib. vt indi. & in l. Paul⁹. & in l. beneficio. j. ad l. Fal. p quæ Bar. ibi dicit prima facie posse dici, ꝙ si hæres faciens inuẽtariũ omittit vnã rem, nõ pdet bñficiũ Falcidiæ, nisi ĩ illa re. Cõtrariũ tñ dicit esse de iure nouissimo, p tex. in corpe in auť. de hæ. & Fal. §. hinc nobis. ver. sancimus. qui optime facit, de quo dic vt p Mod. in dictis iuribus, qui etiã hic tangunt aliquid de ista q. & ad materiam vide optimum tex. & ibi Bart. in l. quidã iure. §. fin. ff. de ☞ donat. ¶ † Not. quartò ibi: & si desineret esse hæres. ꝙ licet ex dispositione hominis non possit induci, vt qui semel fuit hæres, desinat esse hæres, nec etiã dispositione prætoris: vt l. ei q soluendo. s. de hære. iusti. & l. si fine. §. quod Papinianus. de minor. tñ dispositio iuris ciuilis hoc põt facere: vt patet clarè ex isto tex. & ex l. miles ita. §. & quia diximus. de test. mil. & hoc est quod dicit Bar. reprehendendo Ray. in l. fi. j. ad Tertul. in illa q. ardua, quando statutum excludit fœminam, quoad vixerit filius mascul⁹, vel quãdiu: de qua ego scripsi plenissime ĩ 23 l. si quis posthumos. §. filium. s. de lib. & posthu. ¶ † No. quintò singulariter, & semper tene menti, quòd quando ille qui adiuit hæredi. postea effectus est seru⁹, ipso iure, desinit esse hęres, & transfert illud ius in dominium suum. l. si pater. s. de hæredi. instituen. Et ex hoc patet, quòd si seruus institut⁹ adit hæreditatem, nomen hæredis non remanet penes eũ. Nam si remaneret, multo fortius esset penes eum, ex quo semel nomine & effectu fuit hæres. Vnde iste text. decidit longam quæstionem, quæ ponitur in l. cum filio. de lega. j. & hunc tex. ego allegaui pro decisione quæst. Et qa vt videbis hic, ille qui exiuit de seruitute, potest succedere ex substitutione, ex hoc arguunt hic Bald. & Angel. quòd idem esset, si iste substitutus esset factus frater minor, vel damnatus in metallum, secundũ Angelum, & postea fuisset promotus ad episcopatum, vel beneficium, cuius occasione posset habere proprium, vel saltem acquirere hæreditatem beneficio. Et hoc sequitur hic Angel. dicens idem esse, si aliquis esset effectus seruus pœnæ, & postea esset restitutus: nam admitteretur ex substitutione, sicut iste seruus hic postea factus liber. Sed hoc vltimum non credit Ioan. de Imo. esse verum, quia est contra textum in lege, intercidit. in fine. de conditio. & demonstratio. & licet Angelus intelligat illum textum in indulgentia, non in restitutione, quæ continet plus, quàm indulgentia. l. j. & ij. C. de sen. pas. hoc tñ est diuinare ad illam l. Vnde ipse sequiť dicta

a ¶ Intra. De qua dictione vide Bal. in l. j. in fi. s. de of. præfect. vrb. & qđ ibi dixi in apost.

b ¶ Nullũ. Vide do. Pe. Phi. Cor. ĩ cõsi. cxviij. incipi. vř. per totũ. & in consi. cc. xxxiij. inci. placet. per totũ. in ij. pte. & qñ reddat testm̃ a nullũ, vide Pau. de Cast. in con. cxxx. ix. incip. viso pũcto suprà scripto.

19

dicta Bar.in l.j.in fi.ff.de cōtrata.& in l.si cognatis.in j.col.de reb.dub.vbi dicit, ꝙ in hoc est differentia inter seruū priuati, & seruum pœnæ, in his quæ acquiruntur ex dispositione hominis in vltima voluntate: nā qa seruus priuati non est omnino incapax, imo capit seu acquirit dño: ideo si manumittitur, postea potest admitti ad substitu.vel ad legatū: & ita loquitur iste tex. Sed qa seruus pœnę oīno nec pro se, nec ꝓ alio pōt capere.l.si in metallū.ff.de his q̄ pro non scrip.ideo tanq̄ mortuus omnino, licet restituatur, postea non reuiuiscit: vt d.l.intercidit.& ex hoc infert ipse contra Bal.in primo dicto. ꝙ qa frater minor efficitur omnino incapax, licet postea ꝓmoueatur ad ecclesiā, q̄ pōt habere ꝓpriū, nō poterit admitti ad substōnē, vel ad legatum. Sed istud dictū est valde dubiū,[a] qa licet respectu status p̄sentis frater minor sit magis incapax, q̄ seruus pœnæ, qm̄ ei nō possunt relinqui alimenta, q̄ possunt relinq seruo pœnæ: vt patet ex his q̄ habenť in cle.exiui.de ver.sig. iuncta l.si in metallū.ff. de his q̄ pro nō scrip.qa tñ remanet liber, & non est seruus, vt statim probabo, respectu spei de futuro, magis æquiparatur deportato quàm seruo pœnæ: nulla em̄ rō facit, ꝙ deportatus postea substitut⁹ admittať ad legatū, vel substōnē, vt d.l.intercidit.nisi qa ex quo retinet libertatē, respectu spei de futuro status eius non dicitur ita extinctus, sicut in seruo pœnæ. Quòd aūt frater minor non sit seruus, sed remaneat liber, tenet Bal.in auť.ingressi.circa princ.de sacros. eccl.& sequiť Pe.referēs eius verba in cle.exiui.in vlt.colū.de ver.sig.dicit em̄ Bal.in loco prææallegato in illa q.vtrū ꝓprietas & dominium eorū, q̄ vsu cōsumuntur, sit penes fratres minores: q̄d scd̄m rōnem iuris in hominibus liberis, & qui sunt sui arbitriȷ, non videtur posse considerari, ꝙ habeāt vsum facti sine dominio, licet in seruis hoc reperiať.l.stipulatio ista.§.hoc quoq̄.ff.de verbo.obl. Et hoc credo verum, quia nulla constitutio dictat, ꝙ frater minor intelligatur esse seruus. Et ideo tenendum est cum Bal.hic, ꝙ si frater minor promoueatur ad ecclesiam, quæ potest habere propriū, poterit succedere ex substitutione, & ex legato: & hoc vr̄ esse de mēte Bar.i l.cū pr̄.in §.hæreditatis.ff.de le.ȷȷ.dū arguit de deportato ad fratrē minorē. Licet aūt ex successionibus, q̄ fiunt ex voluntate defuncti, seruus priuati sit melioris cōditiōis, q̄ seru⁹ pœnæ: i successiōibus aūt q̄ deferunť à l. ab intestato, est totū ecōtra: quia ille q efficitur seruus, & postea manumittitur, non succedit ab intestato: vt Inst.de cap.dimi.§.quod autem.& l.ȷȷ.§.j.ff.de suis & legi. Sed seruus pœnę restitutus bene succedit.l.j.in fi.cum l.seq.ff.de contrata.& quæ sit ratio differentiæ vide p Bart.in d.l.j.in fi.s̄.alleg. Hoc tamen limitat Bar.singulariter in tract. suo minori, in vlt.parte.quando frater minor vel seruus pœnæ mutaret statum in fauorē sui ex beneficio principis: secus si propter delictum suū. Vnde infert ibi, ꝙ si frater minor propter delictū transferať ad regulā, quæ potest habere propriū in cōmuni, non poterit succedere ab intestato: adducit ea quæ habenť in l.j.§.filius.ff.ad Tertul. Sed melius adducitur text. cū gl. Insti.de ca.dimi.§.q̄d aūt.& Insti.de ser.cog.§.j.in quibus dr̄, ꝙ ille qui efficitur seruus voluntarie, quia in hoc deliquit, nō mereť manumissus beneficium succedendi. Eadem ergo ratione vult Bar.ꝙ & ille propter cuius delictū induciť vt de penitus incapaci, efficitur capax, similiter non meretur beneficium successionis: & est magna limitatio ad l.j.in fi.de cōtrata.& ad d.§.filius.quā sequitur Pet. in cle.exiui. de verbo. signi. ¶ †Sed dubitatur, vtrū frater minor promotus ad prælaturam, vel ad ecclesiam, quæ potest habere proprium, auferat hæreditatem delatā venientibus ab intestato, tempore quo adhuc erat frater minor? Super quo Bal.distinguendo dicta Bar. in tract.mino.dicit, ꝙ aut hæreditas erat agnita perueniēs ab intestato.dicit, beneficium principis non tollit ius quæsitum, nec retrotrahitur quo ad hoc: iuxta text.& glo.in c.quamuis. de rescri.lib.vj.& in l.Gallus.§.& quid si tantū.de lib.& posth.& hoc tenet Bart.in d.tract.in vlti.parte. Sed si hæreditas est delata, & nondum adita, tunc Bal.dicit, frater minor promotus admittitur: ita not.ipse sequendo consilium Fede.[b] qui ita consuluit in l.deo nobis.in vlt.q.de episco.& cleri.& in auten tica, ingressi.in vltima quæsti.de sacrosanct.eccl. Sed hanc conclusionem ego scribens in §.& quid si tantum.non sum secutus: imo dixi sequēdo Ioannem Andre.in additio.in quæstio.de legitimato post mortem patris.quòd in dubio princeps non videbatur velle præiudicare consanguineis, quibus erat delata hæreditas. Quinimo in alio articulo postea conclusi, quòd princeps sine causa, etiam si vellet, nō poterit præiudicare huic iuri adeundi delato consanguineis, licet allegauerim in oppositum ista dicta Baldi, & eius dicta in l.ȷȷ. C.de iur.& fact.ignoran, nunc dico, contra vtranq; cōclusionē meā esse casum singularem pro ista distinctone Bald.quā s̄. retuli in l.j.§.filius.ad Tertu.dicitur enim ibi, quòd si filius tempore mortis matris erat ciuis Romanus, & liber, & postea efficitur seruus pœnæ: deinde restituitur à principe, pōt succedere matri: & tamen manifestum est, ꝙ tempore restitutiōis ius succedendi erat delatum consanguineis matris, nisi forte destruendo tex.velles dicere, ꝙ ibi mater nullos habebat propinquos: sed tunc hæreditas esset vacans, & delata fisco l.j.C. de bon.vacā.lib.x.& sic omnino præiudicaret iuri delato alteri. Vnde ibi iudicio meo est casus rotundus, probans ꝙ princeps per rescriptum pōt auferre ius adeundi delatum alteri, & ꝙ in dubio restituēdo seruum pœnę hoc videtur velle. Et aduerte, ꝙ quia princeps auferre possit ius adeūdi delatū alteri, hoc ego tenui in §.& quid si tantum. Sed ꝙ in dubio hoc videatur velle auferre, hic ego non tenui, vt s̄.retuli.& hęc tene menti, qa sunt subtilia.

SVMMARIVM.

1 ☞ Accessorium non debet regulare principale, sed econtra.

EX pupillari. Accessoriū nō potest cōualidare principale de se nullū.h.d.¶ 1 †Not.ꝙ accessoriū nō debet regulare principale, sed econtra: & inde est, ꝙ stipulatio pœnalis etiā accessoria non vestit pactū nudū super sorte, & sup principali.l.nuda.de cōtrahen.& cōmit.stipula.& l.si pactum. & ibi omnino vide.C.de pac. Et ex hac litera arguit hic Bal.& Ang.post eum, ꝙ priuilegiū exemp.cōcessum membris eccle. non cōpetit eccle.principali.de quo in capitul. p exemptionē. de priuileg.lib.vj.& in capitulo, cū appellatione. de priuileg. in antiq. itē ꝙ si eximiť per priuilegiū comitatus, vel district⁹, ista exemptio non pertineat ad ciuē. Do. Ioan.allegat ea quæ[a] ponit Bar.in l.ȷȷ.j.de verb.signi.quę parū faciūt: & aduerte, qa istud videtur posse limitari, vbi saltē ex larga significatiōe vocabuli principale posset cōprehendi sub verbis dispositiuis, sicut ciuitas sub diœcesi. Vnde licet in rescriptis iustitiæ ciuitas non comprehendať: vt in c.signifi.& c.Rodulphus.de rescrip. in priuilegȷȷs tamen cōprehenditur, scd̄m Archid.lxj.distinc. c.nullus inuitus. Pro prædictis facit optime tex.in cle.j.ad fin. de præben.vbi est casus, ꝙ clausulæ accessoriæ nunq̄ amplificant gratiā, possunt tamen declarare verba ambigua gratiæ[c], scd̄m Bal.in l.eam quā.in pen.cha.C.de fideicom. Ex his etiā arguunt præfa.doc.ꝙ si vna ciuitas vel vna ecclesia vnitur alteri,[b] priuilegia cōpetentia ciuitati vnitæ non competunt illi, cui vnitur, intellige si ecclesia vel ciuitas quę vnitur, vniatur accessoriæ: nā si vnitur ęquè principaliter, ita ꝙ ex duobus corporibus fieret vnū, iuxta ea quæ habentur in c.j.ne sede vac.[c] & l.j.C.de metropol.lib.xj.per Bart.in l.j.per §.si cohæredis. ad leg.Fal.quas quotas etiam adducunt hic Moder.tunc forte aliud esset, per tex.in auť.vt iudic.sine quoquo suffra.§. illud. Hoc tamen non determino pro nunc, quia non est nostra materia.

[a] ¶ Dubiū. Vide do. Iaso. May. hic in j. col.versi. adde. vbi refert Are.hic subtiliter, vt vides reprehēdentem Imo. & vt rationem meliorem & subtiliorem approbat. Sed tamen dic vt ibi p eum.

[b] ¶ Fede. Quem vide in consi.xxvj.in ci.casus talis est.

[c] ¶ Gratiæ. Add Roma.cōsi. ccccxlviij. inci.in casu in quo q̄ritur, nūqd reuerendissimus.in vltim.col.& Ant. de But. in cons.xxix. inci.visis pūcto & q̄stis. vbi dicit, ꝙ verba ad executionem ꝓlata nō alterant vim primariæ dispōnis, sed solū i suo primo intellectu confirmant, nihil addēdo.

SVMMARIVM.

1 ☞ Datio substituti vulgaris non tollit effectum suitatis, quo ad transmissionem.
2 Infans ex capite suitatis transmittit hæreditatem ad hæredes suos.
3 Verbum, liberi, à lege prolatū, de legitimis, non autem naturalibus filȷs intelligitur.
4 Datio cohæredis sui non tollit suitatē, quo ad aliquem effectū.
5 Reuocatio tacita legati, quæ fit ex causa superuenienti, potest probari per duos testes, nec requiruntur quinq; testes.
6 Dictio, omnis, non solū est vniuersalis, sed præsupponit pluralitatem.
7 Substitutio vulgaris dicitur esse institutio conditionalis.
8 Substitutio est potentior iure accrescendi.

VCius. Substitutio reciproca facta personis disparibus, continet vulgarē tātūm: personis vero paribus continet pupillarē & vulgarem.h.d.vsq; ad §.Paulus. Scd̄a ibi: quæro. Tertia ibi: cū in naturales. Quarta ibi: rn̄di vltra.ibi: aliter &c. ¶ Not.primò, ꝙ de iure isto filius naturalis poterat institui hęres à patre: itē poterat substitui vulg.alteri hæredi scripto: q̄d vtrū ꝓcedat, diciť in gl.super verbo, primū casum.& ego plene scripsi in l.si is.s̄.eo.& est secunda difficultas subtilis, vt tāgeť in d.gl.¶ 1 †No.scd̄ò, scd̄m Ang.hic, ꝙ datio substituti vulgaris nō tollit effectum suitatis, quo ad transmissionem: vides em̄ hic, ꝙ hęreditas patris ex p̄sona filiȷ legitimi pertinet ad matrē: & tñ nō apparet, ꝙ adita fuerit hęreditas p pupillū, nec

ꝙ datus fuerit ei tutor, quia pro eo poſſet adire: & ſic videtur
neceſſariò dicendũ, ꝙ ex capite ſuitatis tranſmiſſa fuit hære
ditas per filium ad matrem. Do. Io. de Imo. reprehendit iſtã
inductionem, & meritò: quia potuit contingere, ꝙ iſte in-
fans habebat tutorem legitimum, qui ſuſcepta tutela potuit
adire ſolus infantili ætate pupilli. l. ſi infanti. & l. potuit. C. de
iure deliberã. Item iudex potuit ſupplere defectum tutoris,
vt d. l. ſi infanti. & l. bonorũ. C. q admitti. Sed iſta nõ ſunt ne
ceſſaria, quo ad tex. noſtrum. quia ſicut dicit litera expreſsè in
verbo, poſt patris mortem, licet infans fuerit relictus annicu-
lus, non tamen prȩſupponitur quòd infans deceſſerit, ſed ſolũ
quòd impubes: vnde potuit peti ſibi dari tutorem, cum quo
ipſe adiuit hæreditatem. & eſt vera mens literæ, quæ facit pro
contraria parte; quia ſi ſubſtitutus vulgariter excluditur, poſt
quam filius agnouit hæreditatem: ergo datur intelligi, quòd
ante aditam hæreditatem, id eſt ante immixtionem, ſi filius
eſſet mortuus, poſſet ſuccedere ſubſtitutus ex vulgari, & ſic ĩ-
pediret tranſmiſsionem ex capite ſuitatis. Et quia de iſta mate
ria ſcripſi plene in l. ſi filius hæres. ſ. de lib. & poſth. ideo non
extendo me vlterius pro nunc: & vide Angel. in l. Papinian9.
§. quoniam autem quarta. de inoff. teſta. qui videtur velle, ꝙ
ſubſtitutio reciproca non impediat tranſmiſsionem, quaſi nõ
ſit oĩno expreſſa: de quo dixi aliquid ſuprà in rub. & in l. is q.
2 ſ. eo. ¶ † No, tertiò ſecundũ Angel. hic, ꝙ etiam infans ex capi
te ſuitatis tranſmittit hæreditatem ad hæredes ſuos: de quo
eſt magna qõ in l. ventre. j. de acquiren. hære. & in l. ſi infan-
ti. C. de iure delibera. cõmunis tamen opi. ꝙ tranſmittat per l.
Lucius. ff. de iure fiſ. & l. fi. §. j. C. de cur. furio. quæ tamen nul
lo modo probatur hic: tum quia præſupponitur, vt dixi in p̃-
cedẽ. no. ꝙ hic hæreditas adita erat: tum quia ſicut ſ. dixi, licet
pupillus tempore mortis teſtatoris fuit infans, non tñ præſup
ponitur ꝙ mortuus ſit infans, ſed ſolũ ꝙ eſt mortu9 impubes.
Vnde ita potuit decedere maior ſeptem annis, ſicut minor.
¶ No. quartò, ꝙ pater non poteſt ſubſtituere pupillariter filio
naturali: & hoc, quia non eſt in poteſtate: iuxta nota. in l. ij.
3 in prin. ſ. eod. ¶ † No. quintò ibi: aliter ſi eiuſdem ætatis &c.
a ꝙ verbũ, liberi, prolatũ à lege intelligitur de filijs legitimis[a],
non de naturalibus: de quo in l. ex facto. §. j. ff. ad Treb. & in
4 c. in præſentia. extrà, de proba. ¶ † No. ſextò ibi: altero defun
cto & c. ſcd̃m Ang. ꝙ datio cohæredis ſui non tollit ſuitatem,
quo ad aliquem effectum: vnde vides hic, ꝙ vno ex pupillis
defuncto ſuccedit alter ex tabulis pupillaribus, licet non dica
tur in tex. ꝙ ſit adita hæreditas: de quo in l. ſi pater impuberẽ.
ſ. eo. & plene in l. ſi filius qui patri. ſ. eod. ¶ In glo. in verbo,
primum. ibi: hoc iure ſecus erat. Iſta concluſio videtur ponere
duas concluſiones in effectu. Prima de iure Digeſt. filius natu
ralis poterit ſubſtitui vltra vnam vnciam: cuius contrarium te
net glo. in l. ſi is qui. ſ. eod. & in l. ex facto. §. Iul. ſuper verbo,
non capienti. ſ. eo. & in l. qui teſtm̃, ff. de prob. Ego ſuper hoc
ſcribens in l. ſi is qui. ſecutus ſum gl. iſtam per iſtum tex. & p
alia iura ibi inducta per me. Et ad gl. in l. ſi is qui. põt dici, ſecũ
dũ Bar. hic, ꝙ glo. poſuit ibi exẽplum de filio naturali, habito
reſpectu ad ius C. non ad ius Digeſt. & ita etiam potes intelli
gere alias gl. vel potes dicere, ꝙ illa gl. nõ eſt vera, licet doct.
cõiter eã ſequantur. Scd̃a cõcluſio gl. vr̃ eſſe, ꝙ ſi filius natura
lis non poſſet inſtitui de iure Digeſt. non poſſet ſubſtitui vul
gariter. Sed hoc non eſt verum, quia ſi filius legitimus tolletur
de medio ante mortem teſtatoris, quia tpe mortis teſtatoris
decederet ſine filijs legitimis, videretur naturalis poſſe admit-
ti ex ſubſtõne vulgari, quia non eſt prohibitus capere, niſi ſtã
te filio legitimo tempore mortis teſtatoris. Vnde Bar. hic ſol
uendo contrarium dicit, ꝙ ſubſtitutio vulgaris poteſt fieri, qa
filius naturalis vocatur in caſum non exiſtentium legitimo-
rum. Sed iſta ſua ſol. nimis reſtringit tex. dum vult, ꝙ natura-
lis hic non poſsit ſuccedere ex vulgari, niſi quando filij legiti-
mi decederent viuo teſtatore, ſi capias verba ſua proprie, p̱ut
ſonant, cũ tex. hic ſimpliciter dicat, ꝙ ſi non adita ſit hæreditas
per filium, naturalis vocetur ex vulgari ſubſtitutione. Credo
tamẽ ipſum habuiſſe bonum intellectum, ꝙ intellexerit ſub-
ſtitutum vocari in caſu non exiſtentium liberorum, vel exi-
ſtentium tempore mortis, qui tamen non agnouerunt hære-
ditatem: & hoc tenet hic expreſſe Bal. & Ang. licet Bald. in l.
eamq̃. C. de fideicommiſ. tenuerit ſimpliciter, ꝙ naturalis nõ
poteſt ſubſtitui filio legitimo ſuperuiuente patre. Sed quic-
quid alibi dicatur, iſta eſt veritas, quæ ponitur hic per Bald. &
Ange. quorum opi. ego ſecutus defendi ab omnibus in l. is q.
ſ. eodem. ¶ Sed quæritur, quid de iure nouiſsimo auť. vtrum
in caſu iſtius l. ſi legitimus eſſet mortuus, vel repudiaret hære
ditatem, ſubſtitutus vulgaris admitteretur ſuperſtite vxore

a ¶ Legitimis. Adde c. liberi. xxxij. q. iiij. & Card. in cle. j. de bap. viij. q. poſt gl,

defuncti, ſicut hic ſupererat? Bar. hic vr̃ dicere, quòd nõ, qa ſo-
la cõiunx defuncti excludit filios à ſucceſsiõe de iure nouiſsi-
mo: vt in auť. licet. C. de na. lib. Sed Bal. Ange. & Mod. hic cre
dũt cõtrariũ, qa tex. ĩ auť. licet. loqtur ĩ ſucceſsiõe ĩteſtati, nõ ĩ
ſucceſsiõe teſtati, ĩ qua iſta iura nõ ſunt correcta: & hãc cõclu
ſionẽ ego ſum ſecutus in d. l. ſi is q. quã probo nũc duabus no
uis rationibus. Prima eſt, quòd non eſt dubium, ꝙ teſtatori
morienti eſt magis coniuncta mater propria, quàm coniunx:
& tamen licet mater teſtatoris ſit ſuperſtes, poteſt relinqui
præter legitimam tota ſubſtantia naturalib9: vt in auť. quib9
mod. nat. effi. ſui. §. diſcretis. ver. ſi verò filios. ergo multomi-
nus debet prohiberi teſtator, vbi supereſt ſola coniunx. Præ-
terea tex. in loco præallegato. ſimpliciter concedit primo te-
ſtatori relinquere totam hæreditatem naturalibus, vbi non
ſunt legitimi: poſtea in §. ſi quis autem. ſequẽti. agit de cauſa
inteſtati, & vult, ꝙ ſola coniunx defuncti impediat filios na-
turales ſuccedere vltra certas vncias. Qualitas ergo adiecta in
c. ſequenti, non videtur repetita in præcedenti, etiam in caſu
quo ècontrà qualitas adiecta in præcedenti videretur repeti-
ta in ſequenti. l. filium. in fi. ff. quando dies leg. ced. & p Bart.
in l. auia. in prin. de conditio. & demonſt. & in l. in repetẽdis.
ff. de lega. iij. Præterea non eſt eadem ratio in vtroq; caſu: qa
cũ cauſa teſtati ſit fauorabilior cauſa inteſta. l. anteq̃. C. com.
de ſuc. & in l. j. in fi. ſi tab. te. nul. exta. non valet conſequentia
naturalis, prohibetur ſuccedere in caſu minus fauorabili: ergo
prohibebit̃ ſuccedere in caſu magis fauorabili, in quo facilius
debet admitti, q̃ in caſu non ita fauorabili. Vnde non fit ex-
tenſio, cùm non ſit eadem ratio prohibendi, ſed minor. l. lege
Iulia. §. hoc cap. ff. de ritu nupt. cætera dic vt pleniſsime ſum
proſecutus in d. l. ſi is qui. ¶ In gl. poſita ſuper verbo, duplex.
ibi. i. quòd ipſe in duobus gl. videtur exponere iſtum tex. non
ſecundùm mentem ipſius: videtur enim velle iuriſconſultus
dicere, quòd iſta verba, quòd filius naturalis non poteſt ſucce-
dere legitimo ex duplici ſubſtitutione, ſcilicet ex vulgari &
pupillari, cùm legitimus non ſuccedat ei, niſi ex vulgari tãtũ.
Sed iſta expoſitio repugnat tex. quia dicit, ꝙ iſta impoſsibili
tas non poteſt habere locum in naturalis filij perſona: quæ
verba ſi intelliguntur propriè, prout debent hoc ſignificare,
quòd filio naturali pater non poteſt dupliciter ſubſtituere: id
eſt, non potuit pupillariter, quia non habebat eum in poteſta
te. Præterea ſi exponis iſtum ver. eo modo quo dicit gl. ĩ iſto
verſicu, non aſsignaretur ratio deciſionis præcedentis, ſed re-
peteretur in effectu idem quod eſt dictũ in præcedenti dicto:
videlicet ꝙ naturalis non poſſet ſuccedere legitimo ex duab9
ſubſtitutionibus: qd̃ eſſet ſuperfluũ, & etiã contra proprium
ſignificatum huius dictionis, cũ, quæ hic ponitur accuſatiue, o-
ſtendẽs cauſam ſuperioris dicti. ¶ In glo. poſita ſuper verbo,
ætatis. Bar. hic in tracta. reciprocæ dicit mentẽ huius glo. vide
ri, quòd etiã ſi ſubſtitutio expiret in perſona vnius ex iſtis im
puberibus, quia efficiatur pubes, durabit tamen ſubſtitutio pu
pilla. in perſona alterius, & poterit ſuccedi ex pupillari, ſi mo
riatur impubes. & eſt communis opi. docto. hic, quicquid di-
xerit Ray. de For. cuius dicta plene reprehendit Bar. & ſequũ
tur communiter doct. hic: & in l. in teſtamento. C. de teſtamẽ.
mili. Sed contra iſtã opi. arguit Bal. in d. l. ſi tutor reipublicæ.
§. j. ſ. de tutel. & ratio. diſtrah. vbi dicitur, ꝙ ſi datus eſt tutor
duobus filijs impuberibus à iudice, & poſtea vnus efficiatur
pubes, prius q̃ alter, extinguit̃ etiam tutela impuberis. Simi-
liter verò dicendũ in caſu noſtro, vt ſi vnus ex filijs efficitur
pubes, extinguitur ſubſtitutio etiam in perſona alterius im-
puberis. Do. Io. de Imo. hic reſpondet ad principium illius l.
ꝙ nihil facit ad §. j. allegatũ per Bal. Do. me. reſpondet in l. in
teſtõ. dicẽs, ꝙ ibi ideo extinguitur tutela ĩ impubere, qa adue
niente ætate legitima, alterius ſcilicet pubertate, tutela datiua
in ĩpubertate ceſſabat. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſt. tu. ac
ſi dicat, quòd ibi extinctio tutelæ ĩ vna perſona habebat cau
ſam annexam, quæ de neceſſario influebat in aliam perſo-
nam, ad extinguendum tutelam ipſius: ſecus vbi non eſſet il
la cauſa, vt probatur in ſequenti reſponſo illi9 §. vbi dicit tex.
facere pro opinione communi hic poſita. Tu autem aduerte:
quia intentio Baldi videtur eſſe iſta, quòd ſicut ibi cauſa
extinctionis vnius tutelæ influebat in aliam de neceſsita-
te, ita in caſu noſtro influebat prȩſumptiuè: quia ſi ambo non
eſſent in pupillari ætate, teſtator non videtur velle indu-
cere ſubſtitutionem pupillarem in perſonam eorum: vn-
de quodam modo eſſentia ſubſtitutionis in iſtis pupil-
lis videtur connexa: dico ex præſumpta voluntate de-
functi: vnde non videtur voluiſſe vnam durare ſine a-
lia. Dicendum eſt ergo, & melius, quòd aliquando ad

deducen

fin.ff.de leg.j.& l.vtrū.cum ibi no.ff.de pe.hęre.Imol.respō det,ꝙ in grauamine relicto à substituto verbum,mihi, nō restringitur ad vulgarē:quia mens testatoris fuit,vt si perueniret hęreditas ad primo substitutū,ipse teneretur præstare legatum.Sed vnde ista mēs colligatur,nō declarat,nisi forte intellexit,quòd qa cōmuniter grauamē imponitur propter lucrum,quod datur grauato.l.imperator.§.j.de leg.ij.ideo grauando substitutū videatur eum grauare in omnem casum,in quo ex iudicio defuncti hęreditas deuoluitur in eum.Tu aūt potes dicere,& melius,ꝙ verba pcedentia nō trahunt sequētia ad suum sensum:qa diuersimode in prin. & in fi.fuerunt prolata:nā in substitutione Caij facta filio,ideo verbum,mihi,fuit restrictum ad vulgarem tantū,quia testator statim fecit pupillarem expressam,dicendo,mihi vel filio meo sit hęres. Vnde qa expresse pᷓuidit in casu pupillaris,ideo restrinxit verbum pcedens ad vulgarem tantum , qa ratio cessat in fideicō.dato secundò substituto:& ideo ex verbis præcedentibus non possunt declarari sequentia,quoniam nō fuerūt eodem modo prolata,sed aliter & aliter.¶ † In glo. vltima ibi: nam hæres hæredis.per istū tex.arguit hic Bart. quòd si agēs in libello dicit se hæredem Titij : deinde in processu probat, quòd est hęres Titij,per mediā psonam Sempronij,debet obtinere:& idem dicit in l.si quis filium.§.fina.j.de acqu.hære. & in l.j.iuxta fin.ff.de peti.hære.Sed Bal.in l.fin.C.de hære. insti.dicit,ꝙ salua pace Bart.ista l.non facit, quia loquitur de hęrede hæredis,qui succedit ex iudicio testatoris:tamē sequitur hanc cōclusionem per l.fin. de hære.instituen.& hāc conclusionem sequuntur etiam Moder.in l.iij.§.ex plurimis.ff. de acqui.pos.vbi dicunt, quòd pōt dici hæres ex testamēto respectu causæ mediate,licet immediate successerit alteri[a] ab intestato:de quo vide per glo.& doct.in d.l.j.de peti.hęre.verba enim ad saluandum libellum de facili improprianẜ.l.j. & ibi p Bart.C.de vsufru.& no.in l.si quis intētione ambigua. ff.de iudi.Vnde dicit Bald.alibi,quòd si bonorū possessor de iure prętorio dicit se hęredem,saluatur iste libellus,licet proprie nō sit hęres:vt ipse ponit in l.j.C.vnde liber. ¶ Hęc etiā iura inducit do.meus in l.si quis filium.§.fi.præalleg.ad duas not.q.Prima est,si testator mandauit hęredi sub certa pœna, ꝙ faceret aliquid:vtrum si hęres moriẜ antequam sit in mora,hæres hęredis teneatur ad eandem pœnam, si non facit id qđ est visum?Super qua dicit Bal.in d.l.fina.C.de hęre.insti. ꝙ hæres hæredis non cadit in pœnam,per l.multa non committitur.in princip.ff.de condi.& demonstra.Sed domi.me. dicit,quòd illa l.nihil facit,quia illa l.solùm dicit, quòd nō receditur à psona tertij,qui habet arbitrari, qualiter fiat opus: non autem dicit, quòd pœna & præceptum restringanẜ ad personam primi hæredis.Vnde ipse allegans Bartol.in quodam consilio,quod incipit, Andreas quidam Martini.qđ est septimum in ordine meorum,dicit Barto.tenere oppositum, quòd imo hæres hæredis tenetur ad pœnam. Pro cuius conclusione adducit text.in l.videamus.ff.quod met. causa. vbi actio pœnalis semel iudicata in persona primi hæredis trāsit ad hæredem hæredis.Tu autem aduerte, quia Bart.quem ipse allegat in illo cōsilio,determinat totum oppositū:& mouetur duabus rationibus,seu legibus.primò per tex.in l.multa nō cōmittitur. quem videtur īducere à simili hoc modo, vt sicut ibi in odium pœnæ nō receditur à persona arbitratoris,ita nō receditur à psona primi hęredis, si fuit adiecta pœna dispositioni.Sed ista nō sunt similia aliquo modo, quia etiam in materia stricti iuris,id est in conditione,q̄ debet impleri in forma specifica,& propriè appellatione hæredis continetur hæres hæredis:vt est casus in l.si peculium.§.heredi, & in l.seruus si hæredi.in princi.de statuli. quæ sunt optima iura ad hoc,† qa hæres hæredis verè est hæres, licet per personam mediatā:[b]sed si vnus debet arbitrari,& arbitratur alter,ille alter non repræsentat ita propriè primum , sicut hæres hæredis.¶ Secūdò adducit tex.in l.si penum.ff. quādo di. leg.ced.qui magis vrget:vbi probatur,ꝙ si legatarius,cui est datum legatū sub pœna,hæres eius non pōt petere legatum pœnale,qđ debetur sub conditione,si hęres non soluat primum.Sicut ergo ibi dispositio pœnalis testatoris non transit ad hæredem legatarij, quia dicitur esse legatum cōditionale: ita non transibit etiam passiuè ad hæredem hæredis grauati. Sed ista cū reuerentia non videnturẜ esse similia: quia si saluaẜ ista similitudo,ex hoc sequereẜ,ꝙ si legatarius viueret,hæres grauatus pendente conditione moreretur,istud legatū pœnale nō posset peti ab hærede hæredis. & si hoc concedis, vt cōcedit Bart.sequitur per eandem ratione generaliter,ꝙ p mortem grauati sub cōditione relictum extingueretur,in præiudicium legatarij,licet ipse legatarius viueret: quod est absurdum,& contra iura expresse,quia tex.in d.l.qd ergo.in prin. ff.de lega.j.& in l.fundo.ff.ad l.Falci.& in l.iij.§.qui fideicō. de hæredi.insti.probatur totum oppositum:videlicet ꝙ si hęres grauatus moritur pendente cōditione, & post eius mortē conditio existat,tamen durat legatum, & debetur ab hærede hęredis,vt clare colligitur ex dictis iuribus.Per hoc tamē non soluitur difficultas prædicta, quia illa iura loquuntur, quando conditio apposita legato non fuit restricta ad certam personam.Sed in casu nostro debes considerare,& est de mēte Bart.in dicto consilio,quòd qñ hęredi imponitur onus cōditionis, & pœnæ nominatim,tūc intētio testatoris videtur esse,vt conditio ista intelligatur imposita solū primo hæredi:& ideo si primus hæres nō fuit in mora,quia decessit pendente termino,vel nō fuit interpellatus,ipse non videtur implesse conditionem negatiuam,id est nō soluisse,ergo nō habet locum pœna:hęres aūt eius non pōt incidere in pœnam, quia ipsi non videtur ascripta conditio:secus esset, si simpliciter cōditio & pœna fuisset imposita primo hæredi sub nomine hæredis:verbi gratia,grauo hæredem meum in faciēdo sic,& si nō fecerit &c.quæ distinctio est magis de mēte Bar. qui ponit eam formaliter.Et licet leges quas allegat possint euitari, vt dixi in voce,credo tamen esse veram dictā distinctionem per tex.in l.cùm ita datur.§.fina.de condi. & demō. & in l.sub diuersis.§.fina.eod.titu.vbi concluditur per Bart. etiam,quòd iussus implere conditionem in persona hæredis nominati per nomen proprium,non pōt eam implere in hærede hæredis:secus est,si implementum sit collatum in persona hæredis sub nomine appellatiuo,vel præcedente nomine appellatiuo.Eo ergo modo dicemus in casu nostro:quia si cut impleri conditionem in propria tua persona est quoddā factum.l.qui hæredi.in princip.de conditio. demon. ita etiā ex parte implentis est quoddam factum: & ideo casus similes.Vbi autem in persona primi hæredis factum negatiuum esset in obligatione,& in dispositione,sicut in q. sequē.tunc aliud esset.& ad materiam potes videre,quæ tradit Bald.in l. si decem cùm petiero.ff.de verbo.oblig.& in l.cui fundus.& l.à testatore.de condi.& demon.¶ Debes etiam scire,ꝙ Bar. in consilio suo xxix.videtur ponere quādam conclusionem contrariam ei,quam posuit in cōcilio septimo.dicit enim ibi, quòd si testator facit plura legata,deinde priuat hęredē hæreditate, si ea non soluat , quòd hoc ipso quòd hæres moritur, quia iam non pōt soluere,est impleta cōditio, ꝙ non soluit, etiam si nulla præcedat interpellatio , per l. ita stipulatus.de verbo.oblig.Sed in illo consilio septimo dicit, ꝙ non priuaẜ hęreditate,ex quo non fuit interpellatus.Sed pōt forte reduci ad concordiam:quia in cōsilio septimo pᷓuisio pœnalis incipiebat à præcedenti dispositione,quia testator mandauerat legata solui.Sed in consilio xxix.quia testator non præceperat legata solui,inceperat à præcedenti conditione: quo casu non requiritur interpellatio,licet primo casu requiratur: vt declarat Barto.in l.ita stipulatus.versus finem.de verbo.obliga.& in l.si penum.ff.quando dies lega.ced.Hoc tamē non est expeditum:quia ex quo testator fecerat pura,ad quæ soluenda erat hæres obligat⁹ per adi.vt l. ex maleficijs.§.heres. de actio.& obliga.& l.apud Iulianum.in fin.ff.ex quib.causis in pos.ea.satis videbaẜ pcedere prouisio dispositiua, à qua pendebat pœna. Et ideo super hoc vltimo est cogitandū: & aduerte,quia l.videamus.quam adducit dominus meus ꝓ casu,pro ista parte videtur parū facere, quoniam ibi actio erat iudicata in persona primi hæredis. vnde non est mirum,si ius quod reperitur purum in persona primi hæredis, transit ad hęredē hęredis.Sed in casu nostro dū erat nata actio,quia nō erat purificata conditio prouisionis pœnalis: & ideo probabiliter dubitatur, vtrū ista conditio possit purificari in persona hęredis.¶ †Secundò inducit ista iura d.meus in §.fin.ad aliā quęstionem:videlicet vtrum prohibitio de nō alienando facta hęredi complectatur hęredē hęredis : & in effectu refert, & sequitur dicta Bart.in l.Lucius.§.j.ff.de lega.iij.quē etiam refert Ioā.de Imo.in l.j.§.diuus.de lega.j.vbi Barto.simpliciter tenet , ꝙ prohibitio transeat ad hæredem hæredis.Sed ipse idem in d.l.Lucius.distinguit secundū Iac.de Aret.ꝙ aut hæres est prohibitus expresse nomine proprio: aut simpliciter expresso nomine hęredis.Primo casu prohibitio nō trāsit ad hæredem hæredis,quia videtur esse personalis. Nō ob. l.iurisgentium.§.pactorum.ff.de pact.quia pactum de nō petendo ibi est fauorabile,& ideo psumitur reale in dubio :sed prohibitio alienationis est odiosa,secūdùm Imo.in d.§.diu⁹. qui sequitur hanc distinctionem,sicut etiam dominus meus, in d.l.si quis filium.Secundo casu prohibitio transit ad hæredem hæredis,per tex.in d.l.Lucius.§.j.& bene faciūt iura al.

a ¶ Alteri. Adde tu tex.in c.j.in prī. de hom.in vj.per quē ibi no.Gemi. in iij. no.ꝙ quis pōt se appellare successorē alicuius, licet p infinitos medios sit successor,sicut ibi Innoc.Papa appellat se successorē Petri, & tamen fuerūt infiniti medij.

b ¶ Mediatam.Et adde ꝙ etiam nō solū qui est hæres hæredis,titulo hæreditario dicitur hæres testatoris,sed etiā qui venit alio titulo vniuersali, licet non hęreditario,diciẜ tñ hæres primi defuncti, ꝗuis nō sit hæres hęredis.ita dicit Ias.May.hic in vers. sic.adde etiā.al.tex. in l.j.de castren. pe. quē tex. vt ipse refert ad hoc not.pro singul.Lud.in sing. dcxcij.& adde eūdē in l.cū filio.§.eo. & qđ ibi dixi in apo. pro quo vide etiam do.Barthol.Soci.in cōsi.cliij.incip.pulchra.vers. præterea posito. cū sequē.in secunda parte.

legata in q. præcedēti. Sed opinio Bart. qui simpliciter dicit in §. diuus. ꝙ prohibitio transit ad hæredem hæredis, videtur verior: quia etiam in stipulatione, quæ est stricti iuris, licet in pacto negatiuo exprimatur propria persona principalis: tamē comprehenditur & hæres hæredis. Casus est clarus in l. stipulatio ista. §. j. de verb. obligatio. per quem tex. ita decidit Bar. & ponit regulam in l. si stipulatus fuerim per te non fieri. ff. eod. titu. Tene tamen menti dictum Bar. & Iaco. de Are. q̄d esset not. si esset verum, & multum limitaret ea quæ habentur in l. si stipulatus fuerim. sed non videtur verum per l. præallegatam. Preterea prohibitio alienationis, si haberet causam fauorabilem, non posset dici odiosa: vnde hoc non est indistincte verum, per ea quæ habentur in l. qui exceptionem. in prin. de conditio. indebi.

SVMMARIVM.

1 ☞ Medium propter quod attingitur ad extremum quando tollitur, tollitur dispositio testatoris etiam extremo.

2 Verba ista, si decesserit antequam nubat, non significāt tempus nuptiarum, sed tempus nubilis ætatis.

3 Spes pupillaris substitutionis transmittitur ad pupilla. substitutionem secundo pupillo.

Qui habebat. Spes substitutionis non transit ad hæredem substituti, nec ad substitutum pupillarem, cuius substitutionis conditio defecerat. h. d. Secunda ibi: q̄ro. Tertia ibi: respondi. ¶ 1 † No. primò, quòd quando tollitur medium, propter quod attingitur ad extremū, tollitur dispositio testatoris, etiam extremo: vides enim hic, vt tangit glos. vlti. & bene, & probant communiter doct. quòd quia substitutio pupillaris facta filiæ exhæredata erat extincta propter pubertatem, per cuius medium isti substituti secundo loco poterant succedere primo filio instituto: ideo sublato medio tollitur successio in hæreditate filij. ¶ 2 † Not secundò, quòd ista verba, si decesserit antequam nubat, non significant tempus nuptiarum, sed tempus nubilis ætatis: de quo dicetur tibi in gloss. regulariter est contrarium. l. scimus. C. de nup. & l. hæc conditio. de condi. & demon. ¶ 3 † No. tertiò à contrario sensu istius literæ, ꝙ spes substitutionis pupillaris transmittitur ad pupilla. substitu. secundo pupillo: & ideo qui allegant istū text. quòd spes pupillaris substitutionis non transmittitur ad substitu. pupillarem, male allegāt, secundùm Bar. hic: ideo enim isti substituti non vocātur ad hæreditatem filij, quia cōditio substitutionis defecerat in persona filię: & sic à contrario datur intelligi, quòd si cōditio non defecisset, ipsi per medium filię succederent in hæreditate filij instituti: quod vtrū sit verum, dicetur in vlti. glo. ¶ In glo. super verbo, nuberet. i. nubilis &c. Ista expositio toleratur hic, secundùm doc. quia si substitutio videretur facta exhæredatæ post nubile ętatē, ☞ antequam nuberet, redderetur frustratoria, & inutilis. † Nam pupillaris post pubertatem non potest fieri: vulgaris autē & fideicommissa. non cadit [a] in exhęredato. De vulgari fuit declaratum in l. Lucius. s̄. eod. De fideicommissa. est casus in l. cohæredi. §. cum filię. s̄. eod. Ne igitur videatur inducta dispositio, quæ induci non poterat, toleratur ista quam dixi. De nomine autem nuptiarum, quid significet, vtrum sufficiat dispositio per verba de præsenti, vel requiratur traductio ad domum: vide text. in l. cui fuerit. de conditio. & demon. & Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. in vltimo nota. eod. tit. vbi etiam declarat, quid significent ista verba, si relinquitur dos pro maritanda filia, vel ad maritandum, tunc non requiritur actus nuptiarum: de quibus etiam tetigit Bald. in l. generaliter. C. de episco. & cleri. Et vtrum ad consequendum legatum factum alicui si nupserit, requiratur perseuerantia nuptiarum: vide quod plene scripsi post Ange. in l. in substitutione. s̄. eod. & text. in l. si quis heredem. C. de institutio. & substitutio. ¶ In gloss. in verbo, pertineat. ibi: iure substitutionis. hic est manifestus error, secūdùm Bal. & alios: qa cùm ista puella fuisset mortua pubes, conditio secundę substitutionis defecit, & per consequens ex substitutione non potuerūt succedere. Vnde Bald. hic & Moder. dicunt, quòd hæreditas pertinebat ad sororem testatoris ab intestato, quę erat amita puellę. Sed tūc quare dubitabat̄ de vxore, si sola amita succedebat ab intestato? certe nulla erat ratio dubitandi. Præterea si ista vxor erat mater puellæ, hæreditas erat delata ad eam, non ad amitam: vt patet in l. ij. & per totum. j. ad Ter. Si ergo vis tenere declara. Bald. oportet dicere, quòd ista vxor testatoris non erat mater pupillę, sed siue succedat sola mater, siue sola amita, quæritur q̄ poterat esse ratio dubitandi, ꝙ vtraq; inuitaretur. Et dicendum est, quòd poterat esse ratio, quia videbatur ꝙ ex quo filiæ, cui erant substitutę istæ mulieres, superuixerāt post mortē testatoris, quia iam substitutio pupillaris erat deducta in esse irreuocabili, cuius spes posset transmitti ad secundo substitutos, dato quòd nō possent succedere filiæ: quasi ipsi essent vocati ad hæreditatem filij, vbi filia præmoreretur filio: quod tollitur in ista l. per rationem quā diximus in primo not. ¶ In glo. posita super verbo, non pertinere. ibi: sed eadem videtur. gloss. ista pōt dupliciter intelligi: vno modo, sicut intelligunt docto. quòd spes substitutionis pupilla. transmittatur ad secundo substitutos. & hanc sequitur hic Barto. & Ioan. de Imo. & Pau. de Cast. in l. qui liberis. §. hæc verba. s̄. eodem. Ego autem in dicto §. hæc verba. & in l. cohæredi. in prin. s̄. eod. nō sum secutus ista dicta, b & vltra ea quæ ibi scripsi adduco tibi tex. in l. sed si plures[b]. in vltimo responso. s̄. eod. vbi dicitur, quòd quando substitutus præmoritur ante eum, cui est facta substitutio, nullū ius pōt oriri ex persona substituti præcedentis. Et si tu dicis, hoc est intelligendum, quo ad hęredem substituti, nō quo ad substitutum pupillar. qui vocatur ex substitutione defuncti: & ego replico, ꝙ hoc est diuinare ad illam l. quæ non ponit magis casum in persona hæredis instituti, quàm in persona substituti pupillariter, vel vulgariter. Vnde malè videtur posse defendi ista opi. doct. p̄sertim quia sicut ostendi in p̄dictis locis, iura allegata per eos, quæ loquuntur in substituto vulgari, non admittunt substitutos ex capite transmissionis: sed quia ex proprietate verborū etiam ad hæredita. primi, vt satis clare ostendit tex. in l. si Titius. s̄. eod. in verbo, substitut. esse. quod verbum clare significat, quòd secundo loco vulgariter substitutus non vocatur ex capite transmissionis, sed tā quam inuitat⁹ à testatore ex persona sua. & forte quòd doc. habuerunt bonam mentem, sed eam nō explicant bonis verbis. Si ergo ex capite transmissionis substitutio non transit ad substitutum vulgarem, nec ad substitutum pupillarē, quęritur tunc ex quo capite impleta conditione hic substituti potuissent succedere? Et pōt dici, qa ipse valde bene facit, cùm consideret puellam esse mortuam in pubertate: & sic videt̄ sentire, quòd si esset mortua impubes, potuissent isti substituti succedere, ꝙ ista successio non esset ex capite transmissionis, quia etiam in hunc casum substituti puellę viderētur vocati ad substitutionem filij, quod pōt p̄suaderi optima ratione: quia testator substituēdo filiā filio, & postea istas duas mulieres filię, quātum fuit in ipso, voluit ꝙ vltimo loco substituti in hæreditate filię inuenirent hęreditatem filij, & sic ꝙ haberent vtranq; hęredita. Si ergo nō pōt cōtingere, quòd totum habeant, multofortius ex tacita mēte sua videtur voluisse, vt habeāt partem, & sic succedant illi, cui possunt succedere ex forma substitutionis. Vnde sicut aliàs propter hāc mentem, & hanc coniecturam substitutio fideicom. facta in vnum casum trahitur ad aliū: vt l. heredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. ita dicetur similiter in casu nostro. Nec est nouum istud, ꝙ ex tacita voluntate defuncti substitutio facta ī vnum casum trahatur ad alium. l. Gallus. §. & quid si tantū. de libe. & posthu. & plene per Barto. in l. j. s̄. eod. sicut etiam ex mente testatoris restringitur ad vnum casum, licet verba sint magis generalia. l. si mater. §. fin. & ibi per Bar. s̄. co. Posses etiam dicere, ꝙ iste secundo substitutus succederet virtute transmissionis, ꝙ hoc esset verum in casu nostrę leg. scilicet quando primus substitutus pupillariter esset suus, & necessarius instituto, sicut erat hęc filia fratri suo: tunc eīn in hac transmissione nō concurreret duplex specialitas, sed vna tātum, quia transmitteret̄ ius cōditionale: nam si pupill⁹ p̄decessisset, tunc transmissio fieret ex capite suitatis, etiā de hęreditate fraterna. l. sed si plures. §. quos possum. & ibi Bar. suprà eod. Sed ista consideratio nō procedit, quia etiam trāsmissio, quæ fit ex capite suitatis, est de iure spāli contra regulas. Sed ad hoc pōt responderi, ꝙ quando transmissio fieret ex capite suitatis, istę duæ specialitates non surgerent ex eadem causa, sed ex diuersa: vna scilicet fauore substituti, qui vocatur ex defuncti iudicio: alia ex continuatione dominij, de qua ī l. si in suis. de liberis & posthu. Nec te moueat, ꝙ ista filia fuerit exhæredata, & sic non videt̄ esse sua. l. j. §. sciendū. & ibi Bar. de suis & legitimis. & l. qui in aliena. §. interdum. de acquirend. hæredita. & l. Papinianus. §. si ex causa. & ibi Ange. ff. de inof. testamento. Nam hæc suitas est extincta respectu hæreditatis paternæ: sed non dicetur extincta respectu hæreditatis fraternæ: sicut in simili declarat Bart. in d. §. quos possum. ¶ Consequenter oppo. Bar. contra istū tex. & videtur secundùm eum, ꝙ istæ vltimo loco substitutę potuerint

a ¶ Non cadit. Vide do. Ias. May. hic cō tra venientem in j. col. ver. contra conclusionem.

b ¶ L. sed si plures. Cui tex. respōde tu, prout hic do. Iaso. May. in fin. in j. col.

rint succedere ex tacita vulga. quę continetur in expressa pupil. & pōt durare vltra tempora pubertatis. l. iam hoc iure. supra eo. Triplex solutio ponitur hic. ¶ Prima, quòd tacita vulgaris non potuit hic contineri, quia pupillaris expressa fuerat facta filiæ exhæredatę, in qua non cadit vulgaris substitutio. Sed ista reprehēditur hic per Bar. & Moder. vnde dic vt hic per eos: quia nihil adderem. ¶ Secunda solutio est, ꝙ hic hæreditas fuerat adita ꝑ filiū. vñ primo instituto adeunte, omnes grad⁹ substitutionis sunt euacuati. l. si mater. §. fi. & ibi no. suprà eo. Et ista solutio multū placet domi. Ioā. de Imo. hic, & mihi. primò per tex. in verbo, an filij hęreditas. ex quo satis patet, ꝙ agebatur de succedēdo in hęreditate filij. & sic patet, quòd hęreditas patris erat adita, quia tunc transit in hęreditate filij. l. sed si plures. §. filię. suprà eodē. Secūdò, quia vt dicit Imo. & bene, hic filius hęreditatē nō aditā poterat ex capite suitatis transmittere, licet ipse nō adiuisset hęreditatem: quia tamē per tacitā vulgarē nō erat sublata suitas, vt ipse dicit in l. prima. suprà eo. ideo poterat fieri transmisio, nec esset locus substitutioni tacitę vulgari, nisi hęres ad quē fit trāsmissio repudiaret. Vel tertiò potest dici, secundùm Bartol. quòd hic tacita vulgaris adueniente pubertate expirauerat, quia videtur limitata ad tempus pupillaris ętatis. Ipse tamē in l. j. in peñ. colum. s̃. eod. dicit, quòd ad hanc conclusionē ista l. nihil facit: & sic videretur tenere secundā sol. suprà datam, videlicet ꝙ hic erat adita hęreditas. Cōtrariū tamē tenet glo. in l. lex Cornelia. in fine. suprà eod. volens, ꝙ vulgaris tacita nō expiret adueniēte pubertate. Super quo Bart. considerat tres casus: nam aut exprimitur in substitutione expresse pupillaris ætas: aut substituitur simpliciter filio sine mentione ætatis, vt ipse exemplificat: aut substituitur filio pupillariter vltra pupil. ætatem. Primo casu dicit ipse, quòd finitur vulgaris, cui tempus videtur limitatū per l. si ita quis. suprà eod. Secundo & tertio casu videtur facta vtraq; substitutio secūdùm naturam suam: & ideo vulgaris durabit finita pupillari ætate, licet pupillus expiret. Ioan. de Imo. addit vnū verbum ad primū membrum in d. l. j. dicit eñ, quòd primū mēbrum posset esse verum, quando exprimeretur ætas citerior pubertate: secus si exprimeretur pupilla. ætas: quia cùm illa ætas tacite inesset expressa, nil debet operari. l. iij. cum simili. infrà, de legat. j. Tu autem dicas, quòd pro primo membro Barto. est casus singularis, decidens quæstio. in terminis in l. fina. in vltimis verbis. ff. de fideicom. liber. dicitur enim ibi, quòd si testator substituit pupillis suis, si intra pubertatē decesserint: deinde relinquit libertatem seruis, cùm filij sui ad annos pubertatis peruenerint, & repetijt legatum libertatis à substitutis. quòd licet videatur repetitum legatum, non tamen videtur repetita conditio libertatis ascripta in primis tabulis. & ratio est, quia si esset alia conditio, videretur repetita: sed ista non videtur repetita, quia substituti vidētur grauari in eum casum, in quo non sunt vocati: & sic est manifestum, quòd substitutio tacita vulgaris, quę continebatur sub expressa pupillari, quando ætas pupillaris fuit expressa, non durat vltra pubertatem: nam si duraret, substituti viderētur grauati eo tempore, quo vocabuntur ad hæredita. Et debes aduertere: quia licet ibi pupillaris non potuerit habere locum, nam posthumi non sunt nati: tacita tamen vulgaris potuit habere locum, & habuit, vt ibi exprese dicitur in text. Vnde illam l. reputo in casu nostro singularem. Et aduerte, quia si quis vellet fugere illum tex. posset dicere, quòd ideo tacita vulgaris ibi videtur limitata ad ætatem pupillarem respectu legati libertatis, quia vnica oratione fuit facta repetitio legati à substituto pupilla. & vulgari. Vnde sicut à substituto pupillari non debetur vltra pubertatem, ita nec ab eo qui succedit ex vulgari, & pariformiter videatur repetita ab vtroque, per regulam l. iam hoc iure. Sed hoc non videt̃ posse dici: quia secundùm hoc conditio non videretur esse prohibita repeti, quia tempore pubertatis hæres non posset succedere ex vulgari, quia imo succederet, si vulgaris duraret, & non videretur limitata ab ætate pupillari, licet conditio ex vnitate orationis nō videretur repetita, quo ad pubertatem. Probat etiam in illa l. not. quòd quando legata repetuntur à substituto pupillariter, videntur repetita ab eo, etiam si succedat ex tacita vulgari. Probatur & quarto loco, quòd repetitio legati facta à substituto, inducit tacitam repetitionem cōditionis adiectæ in legato relicto ab instituto: quæ duo vltima debes notare ad materiam l. licet imperator. infrà, de leg. primo. & eius quod habetur in l. si cui. §. si à filio. ff. cod. titu. Non obstat argumen. domi. Ioan. quia si dicimus, quòd testator videatur tēpus pupillaris ætatis expresisse, ad hoc vt limitaret tacitam vulgarem, quod est interpretandum in dubio, vt verba eius aliquid operentur. l. si quando. infrà, de leg. primo. tunc tacitum non exprimitur eodē modo quo inest, & sic non habet locum. l. iij. de leg. primo. ¶ Circa secundum membrum aduerte: quia prima facie opi. Bart. videtur vera, ex eo quia vulgaris tacita, quæ continetur sub pupillari expressa, nō continetur tāquam accessorium ad illam, sed æque principaliter ex tacita mente defuncti: vt per Bartol. in l. j. s̃. eodem. in materia vulgaris. ergo qualitas adiecta pupilla. non videtur in tab. repetita, iuxta l. Seiæ. §. Caio. de fundo instructo. quinimo etiam si veniret accessorie ad pupillarem, quia tendit ad diuersum effectum: nam per vnam succedatur defuncto, per aliam pupillo: tempus adiectum in dispositione principali non videretur repetitum in accessoria. l. qui fundum. §. j. ex lege. ff. de contrahen. emp. & per Barto. plene in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verbo. obligatio. In cōtrarium facit: quia istæ duæ substitutiones inducūtur in vna oratione. ergo debent pariter terminari. l. iam hoc iure. s̃. & l. si legatarius. in fin. j. de legat. iij. Confirmatur ista conclusio ex his quæ tradit Barto. in l. in repetendis. de leg. iij. & l. Seię. §. Caio. præalleg. vbi concludit, ꝙ quando duæ orationes reguntur ab vno verbo, quia tunc videntur esse vna oratio, vel duæ orationes connexæ: qualitas adiecta in præcedenti capitu. videtur repetita in sequenti. Vnde forte verior est opinio Dyn. & Ray. simpliciter in primo & secundo mēbro: in tertio autem clarè procedit opinio Barto.

SVMMARIVM.

1 ☞ Substitutio vulgaris facta duobus copulatiue, resoluitur in singularitates.
2 Substitutus præfertur coniuncto, cui aliàs portio hæreditatis accresceret.
3 Abbas an repudiare posit hæreditatem delatam monacho.
4 Dispositiones duę quæ simul stare non possunt, cùm sunt in testamento, præualet ea quæ est fauorabilior.
5 Dominium legati in legatarium transfertur, nō nisi post aditam hæreditatem.
6 Dispositio non dicitur conditionalis proprie, quando continet conditionem intrinsecam, quæ est de essentia rei.
7 Pupillus alienare potest patrimonium testatoris in præiudicium substituti.
8 Substitut⁹ pupillariter dicit̃ esse necessarius primi testatoris.

SEruum communem. Si vn⁹ ex dominis serui instituti repudiat portionē suā, hactenus est locus vulg. substitutioni, & non vltra. hoc dicit. Secūda ibi: quæritur. Tertia ibi: at verius. ¶ 1 † Not. arg. forte ex isto tex. ꝙ substitutio vulgaris facta duobus copulatiuè, resoluitur in singularitates, vt si vn⁹ repudiet, & alter adeat, in parte repudiantis veniat substitutus. Cōtrarium tenet hic Barto. in l. j. in vlti. char. s̃. eod. Non obstat iste tex. secundùm eum: quia duo domini, qui capiūt ex persona vni⁹ serui, habentur pro separatim institutis: qđ patet, quia inter eos non est locus iuri accrescendi. l. & Proculo. de leg. ij. Itē conditio, quę debet impleri per seruum effectus, sciinditur in persona dominorum. l. qui hæredi. §. si duorum seruo. j. de cōditio. & demon. Sed quando substitutio vulgaris fit pluribus copulatiue, tunc de natura copulæ est, ꝙ oēs repudient: aliàs non pōt habere locum substitutio, quia ad veritatem copulatiuæ requiritur vtranq; partem esse veram. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de rebus dubijs. & hanc conclusionem tenet Barto. in l. hæredes mei. §. cùm ita. j. ad Trebel. de quo dic vt plene dixi. in l. j. s̃. codem. ¶ † Not. secundò, ꝙ ista conditio, si hæres non erit: quæ apponitur in substitutione vulgari, exponitur, id est, quatenus non erit. & ita etiam exponit gloss. in l. si duorum. & l. sequen. j. de acquiren. hæredit. & per hoc infert hic Bald. & Moder. supposita opin. Barto. pro vera, ꝙ institutus transmittat ius deliberandi ad hæredē in præiudiciū substituti: quòd si institutus habet plures hæredes, & vnus ex eis adit, & alter repudiat, tunc substitutio habebit locū in parte repudiantis per istum tex. Vtrum autem opi. ista Bar. sit vera, vel non, dictum fuit in l. j. suprà eodem. ¶ 2 † No. tertiò, quòd substitutus præfertur coniuncto, cui aliàs accresceret portio hæreditatis: vt patet ex isto text. iuncta lege, si seruus communis. infrà, de acquirenda hæreditate. concordat text. in l. ij. §. si duo. de bo. pos. secundùm tab. & quæ habentur in l. penul. s̃. de iniusto test. ¶ In gloss. secunda ibi: vel ipse dominus qđ pōt. De ista qō.[a] plene scripsi post Mod. in l. legatum. in j. char. j. de leg. j. & retuli dicta Barto. in l. is qui hæres. §. fin. de acquiren. hæredi. & vltra ea quæ ibi scripsi ad de ꝙ Io. de Imo. hic videtur sentire, posse defendi, ꝙ licet dominus posset repudiare bo. pos. delatam seruo: tamē non pōt

[a] ¶ De ista quæst. Tu vide glo. & doc. & ꝓcipue d. Alex. de Imo. in l. ij. C. de repud. bo. posses.

repudiare hæreditatem eidem seruo delatã de iure ciuili, quia non reperitur iure cautum: & regula est in oppositum, ꝙ qui non potest adire, non potest repudiare. l. is potest. de acquir. hæredi. & assignat rationem differentiæ: quia dispositio prætoris, ex qua defertur bono. pos. fundatur super æquitate: & aditio vel repudiatio de iure ciuili sequitur rigorẽ l. is potest. Sed non declarat, in quo fundetur ista æquitas: & potest dici, quòd ex quo emolumentum erat peruenturum ad dominũ, & nil erat peruenturum penes seruum: prætor considerauit, ꝙ in effectu dominus esset ille qui esset verus hæres, ex quo emolumentum totum erat sibi applicandum. l. mulier. aliàs, Sulpitius. ff. de dona. inter virum & vxo. vnde nõ habuit respectũ ad personã serui. Sed quæcunq; causa possit esse æquitas in casu nostro, sine dubio æquitas vel forte maior est econtra in casu acquisitionis: & tamen bono. poss. non potest acquiri à domino, nisi per mediam personam serui: & præcedẽte iussu. l. seruo inuito. §. si pupillo. j. ad Treb. quem tex. adducit Ioan. de Imo. in l. legati. Vnde ex illo tex. cõfunditur ista ratio æquitatis: & ipse tenet oppositum in d. l. legatum. & est vtilis ista determinatio ad q. quam mouet Bal. in d. l. is qui hę-
3 res. §. fi. † vtrum hæreditatem delatam monacho abbas possit repudiare. & tenet ibi quòd sic, æquiparando seruum monacho. Sed ista æquiparatio non est omnino firma, super quo vide Barto. in l. j. s. eodem. & in d. l. is potest. nam quidã æquiparant monachum filio, de quo dic vt in dictis locis: & per canonistas in c. in præsentia.[a] de proba. vbi etiam tangit vtrũ abbas possit adire hæreditatem, sine voluntate monachi.

Titius hæres. Si institutio sit pura & valida, substitutio facta alicui de seipso est inutilis. Si autem institutio sit conditionalis, vel non valeat, tunc substitutio talis valet, quòd affert emolumentum. h. d. Et diuiditur in quatuor partes, secundùm doct. Secũda ibi: in
4 hac q. Tertia ibi: secũdùm hæc. Quarta ibi: qd ergo. ¶ † Not. primò, ꝙ quando sunt duæ dispositiones in testamento, quæ non possunt stare simul, tunc illa præualet, quæ est fauorabilior. Vnde incõpatibilitas hic nõ vitiat totaliter dispositionẽ. & ita limitatur l. si Titius. j. de condi. insti. & ad materiã vide quod traditur in l. seruum filij. §. si seruum. j. de leg. j. & quod ibi plene scripsi. & in l. si idem seruus. de leg. ij. ¶ Secũdò not. in ver. ibi: ac per hoc. & etiam in versi. j. ꝙ ista verba, in substitutione vulgari si hæres non possit esse, concordat tex. in l. iij. §. fi. & ibi Bar. s. de libe. & postu. & plene in l. j. s. eo. bene facit
5 tex. cum gl. in l. qui posthum⁹. ff. ad Syl. ¶ † No. tertiò ibi: nec ex causa legati. ꝙ dominium legati non transfertur in legatarium, nisi post aditam hæredi. concordat tex. & quod ibi no. in l. si tibi homo. §. cùm seruus. de leg. j. Et pondera, quia tex. dicit, quòd non intelligitur esse effectus legatarij: quæ verba videntur significare, quòd vniuersaliter, nec verè nec fictè est dominus contra ea quæ communiter tradunt doct. & glos. in l. si quis ita. de condi. insti. & communiter doct. in d. §. cùm ser-
7 uus. ¶ † Vltimò no. quòd quando prima institutio non poterit habere effectum, valet secunda substitutio facta sibijpsi, q̃a affert emolumentum, si valeret, quando prima institutio ex postfacto redderetur nulla: quod est quãdo cõditio deficeret. ¶ In glos. super verbo, nullius momenti. ibi: alij dicunt nullã esse. hæc vltima solutio magis est consona literæ, & hic, & in l. sed si plures. §. fi. s. eod. & hanc sequitur Bartol. hic in d. §. si proponatur. hic alle. & communiter Moder. dicit enim, quòd tex. in §. si proponatur. debet intelligi, quando est mutata causa in substitutione. Ang. autem hic optime loquitur ex mẽte illius §. & sequitur Ioan. de Imol. dicentes, quòd ideo ibi valet substitutio, quia quædam legata erant relicta ab intestato, q̃ non videbantur repetita in substi. iuxta ea quæ habentur in l. si hæredes. de leg. j. & l. licet imperator. cod. ti. vnde mutabatur causa in substi. quia plus afferebat emolumentũ, quàm institutio. secundùm opi. quæ est vera, videtur determinari q. quæ ponitur in l. qui bis. de verb. obli. videlicet vtrũ secunda stipulatio sit nulla ipso iure, quæ cõtinet idẽ quod prima: nã videtur dicendũ ꝙ sic, nã si hoc est in vltima voluntate, q̃ est fauorabilior: multofortius in contractibus & stipulationi-
6 bus. ¶ † In gloss. posita super verbo, purè. ibi: & dicitur pura &c. Nota eleganter ex hac solutione, ꝙ dispositio non dicitur cõditionalis propriè, quando cõtinet conditionẽ intrinsecam, quæ est de essentia rei: idem probatur in l. qui liberis. in prin. s. eod. & idem si continet conditionem, quæ inest de necessitate dispositionis: quia tunc sicut dicit Barto. in solu. secundi contrarij hic signati, ista conditio non faciet dispositionem esse conditionalẽ: & hoc induxi ad no. q. in d. l. qui liberis. & ad ea quæ ibi dixi, adde istũ tex. & tex. in l. ab omnibus. §. cùm quidam. in versi. purè. de leg. j. Aduerte, q̃a in sol. secundi cõtrarij Barto. vult expresse, ꝙ conditio quæ inest de necessitate, non suspendit dispo. & ex hoc sequitur, ꝙ nõ impedit transmissionẽ. Ego aũt hoc concessi in d. l. qui liberis. in prin. quando conditio esset necessaria, quo ad executionem: secus si sit necessaria, quo ad essentiam actus. i. vt actus valeat: tũc eñi impedireẽ trãsmissio, sicut patet in substituto vulgariter & pupillariter, q nõ trãsmittit ius substitutionis, q̃d est cõditionale ad hæredẽ suũ: vt vidisti in l. q habebat. & l. qui liberis. §. hæc verba. s. cod. Et sequẽdo istam opi. haberemus dicere, ꝙ dicitur pura, quo ad formam sui; quia nõ est adiecta conditio extrinseca, sine qua dispositio posset stare. Sed quæritur pro declara. literæ, quæ dat magnam limitationem ad l. si post mortẽ. §. fin. de leg. j. & ad no. in §. pecuniã. si cer. petatur. quæ sit ista necessitas, quæ facit inesse in casu nostro conditionem. Et põt dici dupliciter vltra do. qui hoc non declarant. primò, quòd substitutus pure, vt eius substitutio non sit inutilis de necessitate, videtur vocatus in hũc casum. s. si conditio institutionis deficiat: quoniam si videretur vocatus, si conditio institutionis esset impleta, & hæres esse nollet, substitutio redderetur inutilis: vt patet in versi. sed & si extiterit cõditio. & ideo dicit inesse de necessitate, vt substitutio sit valida. & ista declaratio est vera, & placet. Vel posset dici, ꝙ cùm ista substitutio, si hæres non erit, complecteretur omnem casum, siue nolit, siue non possit esse hæres: vt ꝓbatur j. in tex. nostro, de necessitate virtute substitutionis videtur inesse ista cõditio, si hæres esse non poterit, quia conditio institutionis deficiat: quoniam iste est vnus casus, in quo institutus hæres esse non põt. Sed ista nõ ita placet, sicut prima: quia quòd substitutio cõplectatur omnem casum voluntatis, vel impotentiæ, hoc est ex tacita mẽte testatoris, nõ ex necessitate, qui põt restringere substitutionem in vnũ casum tantum: vt patet in lege, qui ex duabus. in principio. & quod ibi nota. j. de acquiren. hæredi. & ex l. si mater. §. fin. secundũ
8 veram lectu. s. cod. ¶ † In glo. super verbo, duæ puræ. ex ista gloss. arguit hic Angel. ꝙ si statutũ disponit, quòd instrumẽtum purum & liquidum habeat executionem paratam, intelligetur etiam de conditionali instrumento purificato, cõtra quem tenet hic Imol. Et quia hanc quæstionem ego plene examinaui, cõcordando opinio. cum distin. in l. fina. §. vlti. de verbo. obligatio. ideo dic vt ibi plene scripsi, & ad singula mẽbra ibi posita adde aliqua: nam cũ dixi, ꝙ instrumentũ purificatum meretur executio. si statutum simpliciter dicit, ꝙ instrumentum purũ & liquidum habeat executionem paratã, adde rationem quam ibi nõ tetigi: quia qualitas adiecta verbo determinatur secundũ tempus verbi. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxali. & l. Titius. j. de testamen. mili. sufficit ergo, si instrumentum verè sit purũ, tempore quo petitur executio, quo tempore sine dubio est verè purum. Adde ad secũdum membrum, quando statutum considerat initium cõtractus, & contenta in instrumento: adde textum notabilẽ in l. si pupillus. in fine. j. de conditio. institut. qui hic allegatur in gloss. vbi dicitur, ꝙ quando conditio est purificata, ꝙ idem est, ac si à principio fuisset pura: quæ verba important fideicommiss. l. j. §. deiecisse. de vi & vi arma. & in l. sed & si lege. §. proinde. & ibi per Angel. de petitio. hæredi. ¶ In glo. posita super verbo, præualere. ibi: cùm enim est spes libertatis &c. ex his verbis domi. Ioan. de Imol. hic videtur intelligere, quòd gloss. ponat tres casus. Primus est, quando sumus in dubio, quo casu præualet libertas: vt in iuribus allegatis in gloss. Secundus est, quando testator dedit libertatem post legatum factum sub conditione, si seruus factus legatarij noluerit adire hæreditatem pro domino suo. Tertius casus est, quando apposuit eandem conditionem, & expresse dicit ꝙ nolebat legatarium priuari legato, vel legatum esse inutile, nisi quãdo seruus declarasset nolle adire pro domino: & in secundo casu dicit gloss. sentire, quòd legatum redditur inutile, q̃d ipse declarat, quia est certa spes libertatis, & nulla spes legati consequendi: quia non est verisimile, quòd seruus velit adire, & sic perdere libertatem & hæreditatem: sed poti⁹ quòd nolit adire, vt vtrunq; consequatur: & quando est certa spes libertatis, lega. redditur inutile. l. si post mortem. §. fina. de lega. j. Ad illam l. potest responderi, ꝙ in illa l. non solùm erat verisimilis spes, sed certa: ista autem multũ differũt, quia quod est verisimile, põt aliter contingere: sed non illud est certum. Tu ergo allega pro sua conclusione meliores leges, videlicet text. in l. si ita relictum. §. fin. & quod ibi ꝑ Bar. ff. de leg. ij. & in l. si stipulatus fuero x. aut xv. de verbo. obli. & quod not. docto. in l. cùm quidam. C. de verbo. significa. in quibus iuribus dicitur secundùm verum intellectum, quòd in alternatiua summarũ, quando electio est debitoris, maior

summa

a ¶ In pñsentia. Et ibidem vide Felyn. in vlti. col. versi. ix. q̃ro. & quod per eũ in c. ex rescripto. in j. col. versi, in glo. j. de iureiuran. & Fede. de Se. in cõsi. ix.

summa non est in obligatione, nec in legato: ex quo quia nõ est verisimile debitorem maiorem summã soluere, & tamen hoc posset cõtingere: & ideo similiter põt dici in casu nostro, maxime quia libertas est res grauissima. Vnde non est verisimile, ꝙ aliquo modo seruus vellet remanere non liber, neq; hæres[a]. Aduerte tamen, quia per glo. hic positam possunt limitari leges prædictæ, vt vtraq; summa dicatur esse in legato, & obligatione, quando testator hoc expresse voluisset: qđ est menti tenendum. ¶ In eadem gloss. ibi: sed etiam ex his quæ continentur in institutione. Ista glos. malè dicit, secundùm ista tempora, & cõtra text. nostrum ibi: hac per hoc verum esse. vsq; ad versi. quid ergo. ex quo versi. patet clarè, ꝙ non ex primo gradu, sed ex secundo iste cõsequitur libertatem. De iure autem nouissimo, in quo se fundat, bene diceret secundùm docto. quia hoc ipso, ꝙ seruus instituitur hæres, videtur sibi relinqui libertas. l. penul. in fin. C. de necessa. ser. hære. inst. Sed tu potes dicere, ꝙ etiam de iure nouissimo in isto casu non videtur sibi relicta libertas, ex quo erat legatus alteri in eodem testamento: & in secundo gradu erat facta expressa mentio de libertate. Vnde ista duo simul iũcta satis ostendunt, ꝙ mens testatoris non fuit, vt habeat libertatem ex primo gradu: potuit enim eum instituere, vt acquireret legatario, non vt esset liber: quia si sic voluisset, expressisset libertatem in primo casu, sicut in secundo, & sic etiam hodie in casu nostro limitabatur. l. pen. C. de necessa. seruis hæredi. instit. quod est not. & pulchrum. ¶ In gloss. super verbo, non deberi. ibi: hodie tamen &c. Ista gloss. reprehendit per omnes docto. & merito: quia text. allegatus in ea non loquitur, quando legatum de seruo & libertis erat relictum in eodem testamento, sicut in tex. nostro: sed quãdo seruus erat legatus in primis tabulis, & substitutus pupillariter in secundis: tunc enim ideo pendet libertas, nec debetur incontinẽti post mortem testatoris, quia poterat deficere conditio, sub qua videbatur data, id est extingui substitutio pupillaris, propter quam dabatur libertas. Sed in casu nostro ista causa cessat, quia libertas erat data in primis tabulis: & sic debebatur incontinenti post mortem testatoris, sicut & legatũ. ¶ In gloss. posita super verbo, vnus. ibi: & sic impropriè substitutio. ista gloss. in hac expositione licet approbetur per Moder. & etiam Barto. transeat cum ea, non videtur vera: quia licet primus gradus institutionis sit nullus ipso iure, quinimo etiã si institutus in primo gradu habeatur pro non scripto, tamẽ sequens succedit ex substitutione. Primum probatur in l. iij. §. fina. & ibi Barto. ṡ. de libe. & posthu. & in l. ex facto. §. Lucius. ṡ. eodem. Secundum in l. j. §. j. C. de caduc. tollen. Vnde magis placet tertia expositio, quòd dicatur vnus gradus: quia vna persona dicitur substituta sibi ipsi, non admissa alia persona: sicut declaratur in l. sed si plures. §. fina. ṡ. eod. reperitur tamen verus casus, in quo inuitatus per formam substitutionis vulgaris dicitur esse institutus in primo gradu, & nõ substitutus: verbi gratia, si substituatur aliquis ei qui non est institutus, si ille hæres non erit. Casus est nota. & ibi hoc tenet Bald. & Moder. in l. ex facto. la picola. ṡ. de hæredi. instituen. Not. tamen hanc primam expositionem, quæ dicit, ꝙ quando primus gradus ipso iure est nullus, substitutio dicitur impropriè, & magis propriè institutio: quod tamen non videtur verum per iura præallegata. ¶ In gloss. posita super verbo, quid ergo. docto. dicunt, ꝙ hic mutatur casus de libertate relicta animo reuocandi legatum, de quo dictum est ṡ. & de libertate relicta non animo reuocandi legatum: de quo dicitur nunc in versicu. quid ergo. Sed ista expositio nimis diuinat ad tex. quia secundùm hoc cùm tex. in vers. quid ergo. de directo aduersẽ ad casum aditæ hæreditatis, qui ṡ. ponitur, de necessario subaudiẽdum est vnum nouum thema, scilicet casus, quando testator sic libertatem reliquit, vt non vellet reuocare legatum, & fuit adita hæreditas ante versicul. quid ergo. Tu dic, non diuinando, quòd versicul. iste continuatur ad thema præcedens, & solùm ponit diuersitatem stante themate præcedenti inter aditam hæreditatem, & non aditam à cohærede. Et si tunc quæras, quæ erat ratio magis dubitandi, vbi nõ est adita hæreditas per cohæredem, quàm vbi fuit adita. respondeo, ꝙ ratio dubitandi fuit, quia ex quo testator dederat cohæredem seruo, probabiliter poterat credi, quòd videretur legasse libertatem seruo à cohærede: quod facere potuit, secundùm gloss. in l. sed si in conditione. §. fina. in gl. magna. ṡ. de hæredi. instituen. nam si videretur reliquisse legatum libertatis à cohærede, elegisset viam iuris communis, quæ nullam habet specialitatem: si autem videretur reliquisse libertatem ipsi seruo à seipso, hoc habet aliquid specialitatis: nam inter grauatum & honoratum regulariter debet esse differentia. l. miles. §. pro parte. de lega. ij. & in l. in fideicõ. §. fina. j. ad Trebel. Præterea etiam in ipsa libertate consequẽda, & hæreditate, simul videtur esse quædam perplexitas: qa libertas non competit, nisi adita sit hæreditas: & rursum hæreditas nõ põt adiri, nisi habita libertate. & ideo si istæ simul competunt, vnum non videtur posse esse causa alterius: de quo dic vt subtiliter scribit Bartol. & Moder. post eum in l. quoties. §. si quis ita. ṡ. de hæredi. instituen. ita quòd in ista cõsecutione libertatis, quam facit seruus à seipso, est aliqua specialitas sine dubio: testator autem in dubio videtur magis eligere viam communem, quàm viam specialem. l. in testamento. C. de testamen. mili. & per Barto. in l. Lucius. ṡ. eodem. ergo videbatur prima facie libertas potius relicta ab hærede, quàm relicta ipsi seruo à seipso. Contrarium tamen determinat iurisconsultus hic, & clarius in l. ex parte. in princip. j. de acqui. hæredit. & videtur esse cã determina. fauor libertatis, vt pendeat ab aditio. alterius, & sic facilius posit extingui illo non adeunte: item quia fuit data simul cum hæreditate. vnde sicut capit hæreditatẽ directo, & à seipso, vt vniformiter videatur dispositum in libertate, iuxta l. iam hoc iure. ṡ. eodem. etiam de directo videtur sibi data libertas à seipso. nec dicas, ꝙ ibi dubitatio erat decisa in l. ex parte. quia Scæuola præcessit Paulum, non Paulus Scæuolam. & quia dubitatio decidebatur hic aliqualiter obscurè, ideo fuit decisa clarius in d. l. ex parte. ¶ Extra glos. opponit hic Barto. de lege, verbis. in fi. j. ad l. Falc. inquantum dicit in isto, ꝙ si pręcessit conditionalis institutio, & secuta est pura substitutio purificata postea condi. institu. substitutio redditur inutilis: nam hoc videtur contra text. d. l. verbis. & contra tex. Institut. de lega. econtrario, vbi patet, quòd si debitor conditionalis ex cõtractu legato creditori pure, valet legatum: & licet postea etiam viuente testatore impleatur conditio, tamen legatum non irritatur. Difficile contrarium est[b], Bartolus hic soluit: sed quia scripta mea sunt corrupta, non bene intelligo quid sentiat. Imo. dicit, quòd ibi conditio apposita in cõtractu nõ trahitur retro, prout regulariter debet trahi, ne legatum annulletur. Sed ista solutio nõ euacuat contrarium, quia similiter hic dicemus, ne substitutio quæ fuit vtilis, reddatur inutilis. Possumus ergo dicere, quòd facilius conceditur, quòd obligationes continentes idem ex diuersa causa posint concurrere, quàm illæ quæ oriuntur ex vna & eadem dispositione, vel causa: vt colligitur ex his quæ notat Bartolus in leg. qui bis idem. ff. de verborum obligationibus. & bene facit textus, & quod ibi notatur in l. quoties. in princi. ff. de actionibus & obligationibus. & in l. finali. C. de petitio. hæredit. Et si dicatur, ergo secũdùm hoc si debitum fuisset purum in dicta l. verbis. deberet valere legatum, quod est contra textum ibi: in principio. Respondeo, quòd hoc faciunt in casu nostro duo simul iuncta, scilicet validitas legati à principio, & diuersitas causæ. Et põt esse ratio diuersitatis, quia quando vnum & idem debetur ex diuersis causis, vt in pluribus, & frequẽtius cõtingit, quòd est ibi aliqua vtilitas: sicut ostẽdit Bartolus in dicta l. qui bis idem. Et licet non sit talis vtilitas, quæ posit sustentare legatum à principio, quando debitum est purum: põt tamen sustentare coniuncta validitate legati, quod constitit à principio, vt dixi.

Si pupillus. Si pupillus alienat seruum sibi pupillariter substitutũ, & postea moritur in pupillari ætate, pupillo efficitur necessarius hæres seruus: alioquin erit hęres necessarius emptori. hoc dicit. Secũda ibi: & si quidem. Tertia ibi: si verò intra pubertatem. ¶ 7 † Nota primò ibi: seruum alienauerit &c. ꝙ pupillus videtur posse alienare patrimonium testatoris in præiudicium substituti: nam vides hic, ꝙ seruus iste qui erat in dominio suo, potuit transferri in alium. Sed ad istum text. põt dici, ꝙ in euentũ substitutio. serui qui erat futurus liber, non cõsiderabatur amplius, vt patrimonium, & res testatoris: & ideo iste text. non probat. Sed tamen conclusio est vera, & tenet eam Bal. singulariter, quem ibi sequuntur Moder. in l. sed si in condi. §. si seruum. ṡ. de hæredi. instituen. allegat optimum tex. in l. j. §. sed nonnullos. ṡ. de tut. & ratio distra. ¶ Nota secundò casum, in quo hæres necessarius à principio etiam postquam adiuit hæreditatem, & factus est hæres, efficitur voluntarius, & põt repudiare: simile in l. cùm hæredi. j. de acquiren. hæreditate. quæ l. licet non loquaẽ in hærede necessario, in hoc tamen concordat, quod ille qui adiuit, põt abstinere de iure ciuili in illo casu. Huic autem l. propriè concordant tex. in l. si seruum. §. ij. j. de acquirenda hæredita. & in l. pater filio. ṡ. de hæredi. insti. ¶ † Not. tertiò, ꝙ pupillus alienando seruum testatoris, nõ põt euertere substitutio. vulgarẽ in euentu sub-

a ¶ Neq; hæres. Tu verò dic, put hic d. Iaso. May. in fine.

2 Sed Ange. & Imo. tenēt oppo. † Mouentur primò ratione, quam etiam tangit hic Bartol. quia qui vult consequens, videtur velle antecedens, sine quo consequens stare non potest. l.illud. in fi. j. eod. ergo qui vult repudiare vnam partem, videtur velle repudiare alias: quia sine repudiatione aliarum ista non valeret: nam acceptis postea alijs partibus, accresceret ista portio alteri: ergo videt̄, quòd omnes sint repudiatæ. Sed huic rationi respondit Barto. dupliciter. & primo, quòd non est verum, quòd repudiatio istius partis non possit habere effectum sine repudiatione aliarum: quia etiam si alię non videantur repudiatę, repudiatio huius habebit effectum, vt hanc partem non possit amplius habere repudians iure institutionis, sed bene potest habere iure accrescendi. quia ergo potest habere effectum sine isto antecedenti, ideo non videtur renunciatum alijs partibus. Sed contra istam rationem insurgit Imo. subtiliter: dicit enim, quòd quando plures partes deferuntur eidem ex iure institutionis, non pōt aliquis repudiare iuri institutionis, & venire ꝑ ius accrescendi, secundùm Bar. in l. fi. in ij. colū. j. eo. Vnde si renunciatio operatur effectum, quòd quis excluditur, ne possit venire ex institutione: impossibile erit, quòd sit compatibilis cum alijs partibus, si non sunt repudiatę, sed aditę. Nam ex iure institutionis repudiatum propter alias partes acceptatas, vocabitur iste repudians, & sic repudiatio nullum penitus operabitur effectum, cùm ex iure accrescendi non possit venire. Vnde Barto. forte videns hanc responsionem dubiam, transit ad secundam, dicens quòd in actu positiuo, qui ponit aliquid in esse, sicut etiam aditio hęreditatis, in l.illud. j. eo. procedit regula prædicta, quòd qui vult consequens &c. Sed in actu priuatiuo, sicut est repudiatio, ista regula non habet locum: vnde non valet consequentia, volo vnum priuatiuè, ergo videor velle omnia antecedentia, vel concomitantia, sine quibus illud consistere non potest. Remanebit ergo repudiatio nulla, & quòd alię partes non videbuntur repudiare. Sed ista differentia, vt ipse dicit, est contra cōmunem sententiam Dy. & aliorum in l. si quis vi. §. differētia. de acquir. pos. Nec etiam videtur vera de iure, quia secundùm hoc debitor qui dicit se soluisse, & liberatum ab obligatione, non videtur confiteri obligationem pręcise: quod tamē est falsum, quādo responsio eius fuit acceptata ab aduersario, vt subtiliter declarat Bar. in l. non vtiq;. ff. de excep. Item in stipulatione negatiua, cùm stipulor per te nō fieri, quominus mihi ire agere liceat: nō subintelligeretur alia persona, sine qua non posset ad plenum seruari stipulatio negatiua, contra l. si stipulatus sum per te non fieri. & ibi no. de verbo. oblig. Vnde aut est defendenda prima ratio Bart. aut ista opi. glo. & Bar. non procederet. Et forte posset dici, ꝙ illa dicta Bar. in l. fi. s̄. alle. non probātur aliquo iure, quādo quis incepit à repudiatione vnius partis: nam si esset ceptum ab aditione, non esset dubiū: nec videtur esse bona ratio differentię, quam ibi assignat inter plures partes, quę deferuntur ex institutione, & alias, quarum vna defertur ex institutione, & alia ex substitutione: dum dicit, ꝙ ideo tunc is qui repudiat partē ex institutione, pōt partē repudiatam acceptare ex iure accrescēdi adeūdo postea ex substitutione: qa iste sustinet personā duorum. s. instituti & substituti. Vnde sicut duo habētes diuersas partes vnusquisq; potest repudiare portionē suā: ita poterit ille, qui sustinet personā duorū: nā sic̄ possumus dicere, quòd qñ testator instituit aliquem ex pluribus partibus

partibus diſtinctis propter diſtinctionẽ partium, hæres ſuſti-
neat perſonam duorum, ac ſi duo hæredes eſſent ex pte inſti
tuti, aliàs ſuperflua facta eſſet inſtitutio partiũ. † Verba autẽ
teſtatoris debent interpretari, vt aliqd operentur[a]. l. ſi quãdo.
in prin. cũ ſi. de leg. j. nam id qđ decidit Imo. ꝙ diſtinctio per
tinet, videtur facta cauſa maioris demonſtrationis: arg. l. Caius
Seius. de leg. ij. non videtur valere: quia ad demõſtrandum in-
ſtitutionem eſſe factã in tota hæreditate, non poteſt demon-
ſtrari melius, quàm inſtituẽdo aliquem hæredem ſimpliciter,
& maxime ſi diceret in tota hæreditate. Præterea aduerte di-
ligẽter: quia ſi diuerſitas duarum perſonarũ faceret, ꝙ ille qui
repudiauit ex inſtitutione, poſſet acceptare partẽ repudiatã
iure accreſcẽdi, certe idẽ eſſet dicendũ in caſu: ecõtra quãdo qs
acceptauit partẽ ſuam ex inſtitutione, vt poſſit repudiare aliã
partem ex ſubſtitutione, & eam acquirere per ius accreſcẽdi,
quod negatur expreſſe in l. ſi tu ex parte. & in l. ſi quis heres.
j. co. ideo Bar. hic ſenſit aliud expreſſe, ꝙ in d. l. ſi. & melius iu
dicio meo, & per hoc patet tibi, ꝙ ad partẽ repudiatã poteſt
venire iure accreſcendi. iſta ſunt compatibilia, ꝙ repudiatio
valeat, vt tollat inſtitutionẽ, & tamẽ aliæ partes nõ videãtur
repudiatæ, propter quas partem repudiatã poterit acquirere
iure accreſcẽdi: & ſic eſt vera opinio gl. & Bart. Aduerte etiã
ad ea quæ diximus s. in ij. q. princ. videlicet, ꝙ opi. Bar. non vi
debať poſſe ſuſtineri, quãdo quis ſimul adit & repudiat: quo-
niã ſi pręcedit aditio, nõ poteſt pars repudiata obtineri iure ac
creſcendi, per l. ſi quis hæres. j. co. nam videť poſſe ſaluari ſua
opinio ab illa impugnatione, hoc modo: vt dicamus, quòd li-
cet aditio præcedat, & ſequatur repudiatio, quia tñ eo modo
repudiatio eſſet inutilis ad hoc, vt actus valeat, cenſeať præceſ
ſiſſe repudiatio: vt dicit in ſi. gl. ſi. quã ibi approbat Bart. in l.
iureiur. in princ. de ope. lib. Pro hoc facit, quia quãdo propo-
nuntur plures exceptiones dilatoriæ incõpatibiles, illa videť
prius ꝓpoſita, quæ debet pręcedere, licet ex ordine ſcripturæ
ſit poſterior. Caſus eſt not. quẽ ibi põderat Bal. ad hoc l. qui te
ſtamentũ. ff. de excu. tuto. & tenet Bar. in l. quidã conſulebat.
ff. de re iudi. & ita dicit Ang. fuiſſe obtẽtum de facto: vt in au
ten. de exhiben. reis. §. illud quoq;. & idem tenetur in effectu
in l. Papi. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſta. Secũdò adde,
ꝙ do. me. hic iuxta finem vult bona delata ad fiſcum vel hære
ditatem pro parte poſſe acceptari, & pro parte nõ: allegat glo.
ſingu. in l. ea ſola. ff. de regu. iur. Sed cũ reuerentia illa glo. nõ
habet iſtum intellectum: ſed vult, dum dicit, quid de alijs bo
nis, ꝙ ſi fiſcus vniuerſaliter repudiat bona tanq; damnoſa, re-
deant ad hæredes deportati. & hunc intellectũ ponit Bald. vt
etiam ipſe refert in l. eã quam. C. de fideicõ. & ego plene ſcri-
pſi poſt Pau. de Caſt. in l. eius qui. s. de teſtamẽtis. Pro qua cõ
cluſione do. me. dicit eſſe caſum, quem ego prius narraueram,
dum legeram illã l. in l. ſi ſeruus pluriũ. §. ſed ſi ante. ff. de leg.
primo. Sed illa lex loquitur, quando bona auferũtur ab hæ
rede tanquam indigno: quo caſu non eſt mirum, ſi hæreditas
redit ad eum, quia remanſit hæres nomine. l. ex facto. §. Iul.
ff. de vulgari & pupillari. deportatus autem ipſo iure nõ eſt
hæres. l. j. C. de hæredi. inſtitu. Tu ergo allega meliorem l. &
quod ibi Bar. & Angel. in l. ſi quis inſolidũ. s. de hæredi. inſti.
& iſta adde ad ea quę ſcripſimus in l. eius qui &c. Adde etiam,
ꝙ miles cœleſtis militiæ nõ habet priuilegiũ militis armatæ
militiæ, vt poſſit decedere ſi vult pro pte teſtatus, & pro pte
inteſtat⁹, ſecũdùm Io. An. ſingulari: in additio. Specula. in tit.
de pecu. cleri. in rubrica. ¶ Extra gl. format hic Bart. not. q. de
eo, qui cùm haberet cumulũ pecuniæ ante ſe, dixit alicui, do
tibi totã hanc pecuniam: vtrũ donatio ſit facta in toto, vel in
parte? Cuius dictis adde breuiter, quòd ſi pecunia iſta fuit do-
nata in quantitate, vera eſt deciſio ſua, per l. j. §. ſi ſtipulanti.
quam ipſe allegat, & per alia iura idem dicentia. Si autem pe
cunia fuit donata in ſpecie, ſicut corpus: ſicut dicitur in l. ſed ſi
certos. & in l. talis ſcriptura. de lega. j. tunc eſt maius dubium:
quia iſta deciſio videtur in hoc vltimo membro contra l. ſi nõ
ſortem. §. ſi centum. ff. de conditi. indebi. vbi diſtinguitur, ꝙ ſi
id qđ ſoluitur plus debito eſt in quãtitate, quia in maiori ſum
ma ineſt minor, vterque videtur conſenſiſſe in minori ſum-
ma, & quòd tollatur obligatio. Si verò ſoluitur ſpecies, tũc in
maiori ſumma non eſt minor, nec videtur conſenſiſſe ſoluẽs
in parte rei, ne cogatur ſtare in communione. Idem ergo di-
cendum in donãte hic, vt qui donauit totum, nec cogatur ſta-
re in cõmunione, non videatur voluiſſe donare partem. Sed
poteſt dici, defendendo Bartol. quòd ibi is qui ſoluebat maio
rem ſummam, vel totam ſpeciem, non poterat apparere quòd
vellet conſentire in minori ex aliqua coniectura: ſed in ca-
ſu noſtro poteſt eſſe aliqua coniectura, ex qua videtur re-
nouata donatio in parte accepta: nam ex quo ille qui dona-
uit totum fuit præſens in acceptatione partis, & non contra
dixit, videtur tacitè renouaſſe donationem in illa parte. quæ
coniectura capitur ex tribus, id eſt expreſſa voluntate donata
rij, ex præſentia & patientia donatoris, & ex eo quia ſi voluit
donare plus, multofortius videť voluiſſe donare minus. l. cũ
furti. ff. de in litem iur. arg. tex. in l. nec in eadẽ. §. j. ff. de adul.
Hæc autem debes intelligere in contractibus lucratiuis: nam
in oneroſis non eſſet ita dicendum, per ea quæ dixi in voce,
quæ ſatis probantur in l. ſi decem. ff. loca. & communiter po-
nunt docto. in d. §. ſi ſtipulanti. ¶ † Tangit etiam Bald. poſt
Pe. nunquid creditor excepta ſumma quæ eſt in obligatione,
poſſit petere partem. De qua q. vide hic plene per Im. & ego
plene ſcripſi multa addẽdo in l. ſi mihi & tibi. in prin. vbi etiã
Bal. de leg. j. ibi etiam Bald. allegaui in l. edita. quem nuper di
xi in voce. Sed vltra ea quæ tunc fuerunt ſcripta, aduerte dili
genter, quia nõ videmur eſſe in caſu, in quo per petitionẽ par
tis debiti ſemper videať continentia cauſæ: nam etiã reliqua
pars debiti poterit peti coram eodem iudice. Vnde fateor de
plano, quòd ſi ſimul vel ſucceſsiue petam partem coram vno
iudice, & partem coram alio, obſtabit exceptio, ne diuidať con
tinentia cauſæ.[b] l. nulli. cum ſi. C. de iudi. Sed antequam ego
vadam ad aliud tribunal, non dicetur diuidi cõtinentia cauſæ:
quia poſſent agere pro alia parte coram eodem iudice. Præte
rea quid dicemus, ſi agens nõ haberet niſi vnum iudicẽ: leges
autem allegatę per doct. proprie loquuntur, quando continẽ-
tia cauſę diuiditur per diuerſos iudices. Sed ſaluando dicta eo
rum potes dicere, quòd diuidetur continentia cauſę reſpectu
diuerſarum inſtatiarum coram eodem iudice. & hoc videtur
ſufficere reo, vt competat ſibi exceptio, quia videtur eſſe ea-
dem ratio, & quia iura tendunt ad abbreuiandas litis expen-
ſas. l. properandum. cum materia. C. de iudi. Item aduerte, qa
leges alleg. per Bar. ad probandam hanc concluſionem in l. in
commodato. §. duabus rebus. ff. commo. videlicet l. j. ff. de ex-
erci. & l. non tantum. ff. de procur. non habent locum ex par
te rei: ſicut videtur probari in l. cùm tamen. §. ſi tamen plures.
ff. iudi. ſolu. ideo melius faciunt leges alleg. per eum in lege,
quidam ęſtimauerunt. ſi cer. peta. Hæc tamen vltra ea quę ſcri
pſi in d. l. ſi mihi & tibi. videntur limitanda ſingulariter quòd
ſint vera, niſi debitor eſſet non ſoluendo pro tota quantitate:
nam tunc admittitur petitio partis debiti. Caſus eſt notab. cũ
gloſſ. ſua in l. ſi menſor. §. pen. ff. ſi men. fal. mo. di. Si tamen
reus non opponat exceptionẽ, ſemper procedit iudicium. Ca-
ſus eſt expreſſus Inſti. de acti. §. ſi minus. & in l. ſi ex toto. §. j.
quę eſt optima l. ff. de lega. j. ſicut videmus in ſimili, vt refert
hic dominus meus, quòd exceptio litis pendẽtiæ in alio tribu
nali, vel ne diuidatur continentia cauſæ: non reddit iudicium
nullum, niſi opponatur, ſecũdùm Inno. in c. cum M. extrà, de
conſti. quæ dicta alleg. Angel. in l. pe. ff. de pe. hære. vbi dicit
eſſe caſum. ita etiam tenet Angel. & Moder. in lege, cùm pro-
curator. §. j. de noui. operis nunciatio. Quinimo debet opponi
iſta exceptio ante lit. cõteſtatam, ſecundùm Bald. in l. perem-
ptorias. in fin. commen. C. ſen. reſcin. non poſ. Adde etiam ſe
cundùm do. me. quòd ſi creditor agat ad totam quantitatem,
& pars confeſſa eſt de parte quantitatis, & reliquum credi-
tor non probauit, iudex non debet condemnare in quantita-
te, de qua liquet, niſi creditor ſit paratus abſoluere partem ab
illa quantitate: allega. Innocen. in c. cùm inter R. de elec. Tu
adde, quòd videtur ſufficere, quòd creditor proteſtetur ſe eſſe
paratum accipere quantitatem probatam, etiam ſi poterit fieri
condemnatio in parte. l. qui ſolidum. in prin. ff. de lega. ij. Pe-
trus tamen per illam l. quem ſequitur Bal. ibi tenet, quòd in-
diſtincte debeat fieri condemnatio in parte probata: & forte
hoc eſt verius, licet ad conſtituẽdum debitorem in mora de-
beat fieri iſta oblatio, de qua dixi: ita ponunt ipſi in l. j. in vlt.
q. C. de plus pe. vbi eſt omnino videndum.

[a] ¶ Operentur. Adde do. Alexan. de Imol. in conſil. lxvj. iiij. parte.

[b] ¶ Cauſæ. Adde Bal. in additi. ad Spe. in titu. de ſen. § iuxta propoſitionis. ver. ſed quid ſi negotium. & tex. in l. j. C. de ſpor.

SVMMARIVM.

1 Subſtituto nõ eſt locus, quamdiu inſtitutus poteſt adire.
2 Iuri offerendi, quod habet debitor, præſcribi non poteſt.
3 Facultas mera cadere poteſt in ſeruum etiam ex diſpoſitione
juris ciuilis.

1 QVamdiu. † Non eſt locus ſubſtituto, quamdiu inſtitutus poteſt
adire. hoc dicit. Et intellige ſecũdùm Bar. & Ang.
& Imol. quando hęreditas eſt delata inſtituto de
iure communi. Secus ſi deferatur de iure ſpeciali: verbi gratia,
per reſtitutionem in integrum, vel ex beneficio l. fina. C. de
repu. hęredi, tunc enim non impeditur adire ſubſtitutus. De

primo nõ est dubium, videlicet quãdo est opus restitutiõe in integ. nam est casus expressus in l.iiij.§.j.de fideicõ.liber. Sed de intellectu l.fi.C.de repu.hære.est magis dubiũ: nam glos. in l.si quis seruus.s.de iure delib.videtur velle, ꝙ hoc qd' dixit hic Bar. videlicet ꝙ substitutus possit adire: & si adiuit, non possit pœnitere filiũ abstensionis. Sed Pau.de Castr. ibi credit illam gl.non esse verã: quia ex quo post abstensionẽ datur facultas filio adeundi ipso iure, ergo hæreditas non est delata substituto, & abstensio habeť pro nõ facta, potest adiri per substitutũ, si ei non est delata.l.qui superstitis.j.e. Sed gl. in l.ij.C.de iur.& fac.igno.quã ibi sequiť Ia.de Are.& Bald. videť velle, ꝙ l.fi.non habeat locũ substituto adeunte.& assignat rationẽ Ia.de Are.qa sicut res diciť nõ esse integra, quã do bona hæreditatis sunt alienata: ita non videť esse integra, qñ substitutus adiuit, cui est ius quæsitũ. Ideo cùm text. in l.fi.dicat, ꝙ re nõ integra nõ potest filius adire, sequiť ꝙ substituto adeũte penitus excludeť. Sed ista ęqparatio cũ reuerẽtia non videť bona: quia quo ad obtinẽdam restitutionẽ in integrum nõ est bona: vt patet ĩ l.ꝙ si minor.§.Sceuola.ff.de mino.ergo eadẽ rõne in casu nostro nõ est eadẽ ratio, vt auferať priuilegiũ filio. Licet eñ tex.in prin.l.fi.dicat, ꝙ filius nõ potest adire re nõ integra, tñ postea in duobus locis declarat qd intelligat per illa verba, re nõ integra, scilicet venditionẽ rerum hæreditatis: & reuera ex quo filius ante aditionẽ substituti poterat adire, videť ꝙ in effectu sustituto nõ sit delata hęreditas, vt possit adire, ex quo subest spes, ꝙ substitutus in primo gradu possit acquirere hæreditatẽ: arg.l.j.§.si filius.j.de suis & legi. & quod habeť in l.Gallus.§.vidẽdũ.ff.de libe.& posth. Sed posset respõderi huic rationi, ꝙ etiã anteꝗ̃ substitutus adeat, dũmodo datus sit substitutus, filius nõ possit adire: & hoc potuit sentire gl.in locis præallega. Sed hoc nõ habet ratione, anteꝗ̃ hæreditas sit adita per substitutũ: & tex.in l.fi.simpliciter & indistinctè loquiť†. Illud autẽ debes tenere menti, ꝙ quãuis filius exclusus per abstensionẽ habeat beneficiũ illius l.non tñ idem erat, si sit exclusus tẽpore, secũdùm glos.quã ibi approbant doc.in l.si emãcipata.C.de iur.& fac.igno. Et ex hoc inferť, ꝙ si filius esset exclusus à potestate se immiscẽdi per spaciũ xxx.an.vt j.videbis in gl.non posset vti beneficio l.fi.C.de repu.hære. Et ne deci piaris ex quadã doctrina sing.Bald.quẽ etiam adducit hic do.me.qui dixit, ꝙ cõtra suitatẽ non currebat præscriptio, vt ipse ponit in l.j.C.qñ non pe.par.hoc est intelligẽdum, ꝙ per pscriptionẽ non inducit, vt filius desinat esse hæres ipso iure: sed ꝙ aduersus potestatem se immiscẽdi nõ præscribať, hoc esset falsum: vt ibi plenius dicã super glo.vbi assignabiť ratio, quare non potest pręscribi cõtra suitatẽ. ¶ In gl.ibi: vsq; ad xxx.an. Idem dicit gl. in l.j.C.qñ non pe.par.& in l.cũ antiquiorib9.C.de iure deli.& tenet Bar.in l.j.ff.de condi.ex le.nã non est verũ, ꝙ ius adeundi sit mera facultas, cùm possit parere deductũ de potẽtia in actũ, ius deducibile in iudicium, secũdùm Bar.in loco alleg. ideo videť posse tolli præscriptione, & similiter videtur posse tolli ius offerẽdi, quod habet debitor, vt consequať actionem pignoratitiã: vt tenet Ang.& Mod.in l.si finita.§.postea autem.ff.de dam.infec.& in l.pignori.de vsucapi. & in cõsi.suo liiij. in ordine & iure adeundi. hæc est cõmunis opi. vt patet ex no.in l.C.eod.Saly.autem in d.l.licet. tenuit opposi.cuius rationibus optime respondet hic Imol. vnde dic vt hic per eum, & in l.pignori.præalleg. vbi optime respondet argumẽtis Bar.†qui dixit, ꝙ iuri offerendi, quod habet debitor, non potest præscribi.[a] Do.me.hic dicit se dubitare in hæreditate, quæ defertur filio suo: quia cùm hæreditas non dicatur iacere: vt dicitur in l.cùm hæreditas.C.depositi. iam videtur extinctum ius adeundi: & sic quod non est, non potest tolli. Sed ad hoc respondetur, quòd non extinguitur ius adeundi, sed ius immiscendi, sine quo filius nõ participat commoda & incommoda hæreditatis: vt videbis in l.necessarijs.j.codem. Et hoc est quod punctualiter domi. Angel. in consil.cclxxij. & satis patet esse verum ex his quæ dixi s.in j.q.allegando glos. in l.si emancipata.C.de iuris & fac.igno. Vñ vt vides, pauci tenent opinionem Saly. sed tamen nullus adducit l. vel canonẽ dicentem, quòd mera facultas, quę parit ius deducibile in iudicio, possit præscribi, nisi Imol. qui adducit text.in l.in bello. §.si quis seruum.ff.de capt. Sed ad illum text.posset responderi per rationem assignatam in litera, ne sequatur.s.absurditas in illo casu, vt plus concedatur ei, qui non est dominus, ꝗ̃ ei qui esset vere dominus, qui perdit dominium per vsucapionem: per quã absurditatẽ ꝓbať, ꝙ mera facultas põt præscribi etiã in alio casu, videlicet in l.qui vsumfru.ff.si vsusfruc.pe. vbi patet, quòd sicut præscribitur contra ius vsusfructus, ita contra meram facultatem percipiendi fructus, de qua ibi loquitur. Et si vis scire, quæ sit illa mera facultas, vide per Bar. in l.cotem.§.qui maximos.ff.de publi. Dubium facit in ista materia. Primò, quia de natura præscriptionis videtur esse, vt aut transferat ius de vno in alium, sicut facit vsucapio: aut extinguat ius, quod erat in eo contra quem præscribit, ita quòd aliquid acquiratur præscribenti, sicut cùm præscribitur contra actionem personalem. Sed hoc vltimum videtur deficere in præscriptione iuris adeundi, & in præscriptione facultatis, quæ deducta de potentia in actum parit ius deducibile in iudicium. Nam in vtroq; casu non videtur quòd aliquid acquiratur pręscribenti, non eñ liberatur ab aliqua obligatione propter hoc. Præterea non potest negare, quòd ius adeũdi est facultas: quia si esset ius inductum de iure ciuili, vt dicit Bart.in rub.s.co.& in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur. Sed ius inductũ de iure ciuili nõ cadit in seruũ.l.quod attinet.de reg.iur.ergo videtur mera facultas, qa cadit in seruũ.l.cùm proponas.C.de hęr.insti.& l.acquiritur.in princ.ff.de acqui.te.do.† Facultas enim mera bene põt cadere in seruum, etiam ex dispositione iuris ciuilis. Insti.de stip.ser.§.sed cum factũ. & traditur in l.stipulatio ista.§.hi quoq;.de verb.oblig.vnde quasi videtur esse eadem dubitatio in iure adeũdi, quæ est in qualibet alia facultate, quæ deducta in actum parit ius deducibile in iudicio. Quęrẽda est ergo nobis vna lex, quę ꝓbet ꝙ huic merę facultati[b] præscribať spacio longissimi tẽporis: & videť casus singularis de iure nr̃o in c.j.§.porro. qualiter olim feu.alie.pos. vbi dicitur, ꝙ si vasallus alienauit ius suum vtile in aliũ, & dominus hoc ignorat, offerendo precium potest recuperare rem vsque ad xxx.annos. & sic patet, quòd pręscriptio lõgissima obstat iuri offerendi, per quod potest parari deducibile in iudicio, si fiat oblatio ante pręscriptionem. Secundò probatur ista conclusio: quia agnitio bonorum possessionis hodie videtur esse quædam mera facultas, sicut & ipsa aditio. est eñ declaratio voluntatis agnoscentis coram iudice: lege fina.C.qui admi.& tñ per hoc nõ impeditur pręscriptio annalis, quæ olim erat constituta. Præterea si aditio hæreditatis tollitur p pręscriptionem irregularem in certis casibus: vt patet in l.fi.C.de repu.hæredi.& in l.cũ antiquiorib9.C.de iure deli. satis patet ex hoc, quòd nõ est mera facultas, quæ sit talis speciei, quæ nõ possit pscribi. Vnde multum placet solutio Bald.in l.licet.C.de iure deli.ꝙ respondens ad l.viam publicam.ff.de via publi.dicit, ꝙ illa loquitur in facultate publica: sed q̃stio nostra loquitur in facultate priuata, quæ sine dubio potest pscribi, maxime vbi parit ius deducibile in iudicio: vt dicunt Moder. Hoc probatur, quia ius optandi vel eligendi est mera facultas, vt probabo, & tamẽ potest pręscribi præscriptione irregulari.l.fi.§.sed & si quis.C.cõmunia de leg. Sicut etiã pręscribitur ius offerendi ex forma statuti.c.constitutus.de resti.in integ. Quòd autem sit mera facultas, patet, quia cadit in seruum, & non acquiritur per seruũ dño.l.fi.in prin.de verbo.obliga.& l.Iul.& ibi not.ff.de lega.j. Pro præmissis facit optime tex.quẽ adduxi tibi in voce.c.bonę.circa mediũ. de postu.pręla.vbi probatur, ꝙ facultas postulandi põt præscribi: & tamẽ ista non est talis facultas, ex qua immediate si deducatur de potentia ad actũ, oriatur ius deducibile in iudicio, quia ex postulatione nullum acquiritur ius, nisi gratia fiat per superiorem. Vnde dicit singu.Guli.de Cu. quem refert Bald.in l.j.§.qui sub conditione.ff.si quis omis.cau.test.quòd ita præscribitur contra creditum conditionale, si conditio est in potestate creditoris, sicut si creditum esset purum. Facit bene tex.& quod ibi per Bar.in l.si quis hæres.in prin.de hære.insti.& p hæc ista pars videť verior sine dubio. Illud aũt debes scire, ꝙ ꝗ̃uis facultati publicę nõ præscribať spatio xxx. annorũ: tñ præscribitur spacio tanti tpis, cuius non extat memoria: qa illud tẽpus habet vim priuilegij. Ita ꝓbatur in l.diligenter.& in l.vsum.C.de aquædu.lib.x.& ibi p Bar.& per illas ll.idẽ tenuit Ange.& Moder.in l.fi.in prin.ff.de vsuca. vbi tangunt, qualiter ꝓprietas in mari possit præscribi. Illud etiã scias, ꝙ qñ in pignore est appositũ pactũ legis commissoriæ, tunc iuri offerendi nullo tpe præscribitur: ita no. Bal. sing. illum text.in c.j.versi.quocunq; tempore.de feu.da.in vi.leg.de quo etiã meminit dñs meus hic. Ibi tñ nõ persistit in ista opi.quia istæ dispositiones vniuersales si pñt aliqd operari, nõ excludũt pscriptionẽ xxx. vel xl.anno. secũdùm glo.& Bald.in c.j.§.præterea.de capi.cor.vbi est videndũ, de quo plene p Moder.in l.j.j.de vsucap. Scias etiã, ꝙ pscriptio tollit ius adeũdi ipso iure: ita dicit Bal.in l.j.in fi.C.qñ ꝓuo. non est neces.& in l.j.C.quãdo nõ peten.par. Dixit etiã Bal. in l.j.C.qui admit.in xxj.col.ꝙ etiã filio fami.currit præscriptio de iure nouissimo, quia põt adire sine consensu patris: iuxta l.cùm non solum.C.de bo.quæ lib.† Sed relinquitur pulchra

---

[a] ¶ Præscribi. Adde quæ habeť p Bar. ĩ c.j.§.fi.de feu. da. in vi.le.cõmissoriç, in vlt.q.& in c.j.§.porro.in j.col.ver. no.hoc exp̃ssum. qua olim feud. po. alie.

[b] ¶ Facultati. Vid' late Fely.in c.cùm ac cessissent.ĩ xij.col. statim post me.in versic.generaliter. de consti.

pulchra dubitatio: Quid si hæreditas est delata filio ab intestato, & trãsiuerunt xxx. anni, vtrum filius exclusus tanquã descendens posit petere hæreditatẽ, & adire tanq̃ agnatus: & sic habere xl. an. prius quàm excludatur. Super quo consuluit Bar. & refert Bal. in l. licet. C. de iure deli. & ibi concludit, sequendo Bar. quòd potest, per l. j. §. sed videndũ. cum ibi no. ff. de suc. edi. vbi filius, qui est exclusus tempore ex capite, vnde liberi. admittitur ex capite, vñ agnati. Modo arguit sic Bar. in d. consi. sicut se habet bo. pos. quo ad filium, ita se habet hæreditatis aditio, quo ad eundẽ. Non ꝓbat aliter, sed est verũ de iure: quia in modo repellendi ista duo remedia adæquanẽ. l. non est ambigendũ. in fi. de bo. pos. & l. j. in prin. cum gl. sua. ff. de contratab. Sicut ergo exclusus tempore à bo. pos. potest venire ex alio capite: ita exclusus tẽpore ab aditione hæreditatis: nam si hoc non posset fieri in aditione hæreditatis, nõ posset etiam in bo. pos. à qua eodem modo quis excluditur, sicut ab aditione: vt d. l. non est ambigendũ. Hoc tamen limitandũ secũdùm glo. in d. §. sed est videndũ. & bene, qñ filius erat solus in primo gradu, vel quia alij nõ extarent, vel quia essent mortui, vel aliter fuissent exclusi: nam si extaret alius filius, qui ex capite, vnde liberi, vellet esse bo. pos. vel adire de iure ciuili, tunc repudians nõ posset venire ex capite, vnde agnati: quia est qui ꝓcedit eum ex capite, vñ liberi. alleg. tex. Insti. de hære. quæ ab intesta. §. admonendi. & ita limitat Ang. ista dicta consil. ccxlj. quia portio repudiãtis accresceret alteri existẽti in primo gradu. l. si ex pluribus. cum materia. ff. de su. & le. Franciscus tamẽ Tigrinus solennis doctor in eadem causa cõsuluit contra Bar. & est in consilijs meis Barto. consiliũ lxxij. mouetur duabus rationibus. Prima parũ valet, sed altera subtilior. Dicit enim primò, quòd tex. in §. sed videndũ. nõ loquitur in hæreditate materna, in qua consuluit Bart. quia in illa non defertur bon. pos. ex capite, vnde liberi: l. fi. C. de suis & legi. Sed huic rationi respondetur, concedendo antecedẽs: sed per hoc non sequitur, ꝙ aditio & bo. pos. in genere, quantum ad hoc, non procedant à pari, vt qui est exclusus ex vno capite, posit venire ex alio, cùm regula sit in oppositũ, vt dixi. Secũdò arguit, qa hodie de iure nouissimo cũ sit sublata differentia sexꝰ & patriæ potestatis: vt in §. nullã verò. in auẽ. de hær. ab intesta. inspicitẽ solũ ordo vniuersalis, vt filiꝰ solũ succedat, tanq̃ filius, non autem tanq̃ agnatus, quia agnatio est inducta de iure ciuili. l. tutelas. in princi. ff. de capi. diminu. Institu. de legi. agna. tu. §. fin. Confirmatur ista sua opinio per text. in auẽ. in successione. in fin. C. de suis & legi. vbi dicitur, ꝙ hodie in successione descendentiũ inspicitur sola causa naturalis, ergo nõ cõsideratur agnatio, quæ est de iure ciuili. Ad idẽ etiã facit tex. in corpore in §. reliquum. in autẽ. de here. ab intesta. vbi agnati vocantur, quando non supersunt descẽdentes: ergo hodie stante descẽdente nemo vocatur ex capite agnationis. Sed quicqd dicat, opinio Bar. est verior. Non obst. text. in §. nullã vero. quia nõ sequiẽ, est sublata differẽtia agnationis, & cognationis, & ẽmãcipationis, & patriæ potestatis: ergo nõ potest succedere descẽdẽs vt agnatus. Non obst. tex. in autẽ. in successione. quia illa fuerũt verba Hyrnerij, quæ non sunt in corpore. Non ob. tex. in §. reliquũ. quia illud intelligiẽ de alijs agnatis, non descẽdẽtibus. & ꝙ ita sit, patet: quia similibus verbis vtiẽ tex. Insti. de leg. agna. suc. in prin. & in l. ij. in prin. ff. de suis & legi. & tñ certũ est, ꝙ secũdùm ista iura filius potest succedere vtroq; modo: neq; inuenio aliquẽ qui scribat super hoc. Et ex præmisis refert Paul. de Cast. se aliàs consuluisse, ꝙ si filius est institutus à matre, & est exclusus præscriptione xxx. an. potest adire hereditatẽ ab intestato: sicut dicit Bal. in d. l. licet. Et adde gl. sing. secũdùm Pau. de Cast. hic in d. §. sed videndum. qui vult, quòd ille qui repudiat hereditatem simpliciter, cùm esset sibi delata ex primo capite, videtur repudiare eam tam ex primo, quàm ex scđo capite. vnde est opus, quòd repudians limitet repudiationẽ suam ad caput delatum: intellige, quando repudiatio facta iuri de futuro valeret, secũdùm l. quam allegat glo. in l. plurium. j. c. Sed istud dictum est valde dubiũ, quia oratio indefinita regulariter nõ referẽ ad ius defuncti. l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. & qđ ibi per Bar. nisi forte limitãdo illam materiam dicas, vt saluetur glo. ꝙ ius quod debet mihi deferri incõtinenti post repudiationem primi, censeatur esse ius præsens, & de eo verisimiliter præsumatur repudians cogitasse: sicut dicitur in l. si seruitus. in principio. de ser. vrb. prædio. de cuius intellectu vide Bartol. in d. l. si ita.

Nolle. † Et istum tex. probat secundùm secũdam lec. quòd qui non potest adire, nõ potest repudiare: & quòd repudiatio quæ non potest fieri, habetur pro nõ facta: vnde verè repudiãs non dicetur repudiare. Et per hunc tex. dicũt hic Bal. & Ang. & Imol. ꝙ si ex forma statuti clericus non potest declinare iurisdictionem iudicis laici: & si declinat, ponaẽ extra protectionem cõis, & iudex nõ habet iurisdictionẽ in eum, qui clericũ offendit: cautela est, vt clericus cõpareat in habitu & tonsura, & dicat, consentirem vobis libenter, si possem, sed non possum, vetãte cano. dicẽdo eñ hoc modo non declinat, quia non potest ꝓrogare iurisdictionẽ si vellet: ergo nõ potest declinare per regulã istius. & isto modo non incidet in pœnam statuti. Et eandẽ cautelã posuit Bald. referẽdo dicta Bart. in l. ab administratione. C. de leg. Sed Bald. in autẽ. statuimus. C. de epis. & cleri. dicit, ꝙ si clericus allegat se clericũ, satis videẽ declinare iurisdictionẽ: quia in exceptione non requiriẽ cõclusio, secundùm Bar. in l. j. ff. de excep. vnde incideret in pœnã statuti secũdum eũ. Debet ergo se præsentare in habitu & tõsura, & nihil dicere: & tñ nil dicendo ipso facto declinat, quia iudex debet eũ remittere ad forum ecclesiæ: vt c. si iudex laicus. de senten. excõ. in vj. Est tamẽ ista declinatio passiua secũdùm eũ, inquantum. s. iudex astringiẽ ad remittẽdũ, non actiua, per quam clericus incideret in pœnam. Sed ista sua impugnatio, quo ad cautelã præmissam, non videẽ sufficiens: quia licet clericus videatur declinare, ista tñ declinatio ex quo non potest ꝓrogare iurisdictionẽ, habeẽ pro nõ facta. Sed potest saluari impugnatio sua, quòd statutũ videtur hic considerare declinantem, prout declinat de facto, ex quo sua declinatio de iure non habet effectũ ratione præmissa: ar. l. quid ergo. §. quantum autẽ. & qđ ibi per Bart. ff. de infa. tutius ergo est seruare modũ, quem ponit in d. auẽ. statuimus. Est & alius modus notabilis, quẽ ponit Bald. in l. filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ꝙ si clericus habet patrem, pater ipse compareat, & declinet forum[a] nomine suo, & pro suo interesse: ipse enim excusabitur propter officiũ paternũ: vt l. tutorem. ff. de his qui. vt indig. & filiꝰ, quia nihil est factum nomine suo. Et idem posset dici, si comparet superior clerici pro suo interesse per eãdem rationẽ, & per ea quẽ scribit Bart. in simili in l. pe. §. ad crimẽ. ff. de pub. iudi. Sed do. m. hic dicit se mirari de ista cautela, cùm ista statuta non valeant ipso iure, tanq̃ facta cõtra libertatem ecclesiasticam: vt in c. nouerint. & c. grauem. de sen. excom. & in autẽ. cassa. C. de sacrosan. eccle. Tu autẽ aduerte, quia nõ semper ista statuta sunt nulla, licet sint contra libertatem ecclesiasticã: nam si statutum aufert priuilegiũ clerico, vel iurisdictionẽ iudici, si clericus declinauerit &c. tũc do. bene fatẽtur, ꝙ statutum est nullũ. Sed quãdo statutũ non cõfert iurisdictionem iudici, tunc cõmunis opi. est, ꝙ statutũ valet, quia lex vel statutum potest nõ concedere à principio beneficiũ clerico. Casus est no. quẽ ibi not. Bal. ad hoc in l. si quis curialis. in fin. C. de epis. & cleri. & in c. j. §. si clericus. de pa. te. in vsi. feu. & ibi etiam per Bal. & ita tenet Bal. in auten. cassa. C. de epis. & cleri. & in d. auten. statuimus. & in l. omnes populi. in ij. char. de iustit. & iur. & in l. obseruare. §. ꝓficisci. de offi. proconsul. & leg. in ver. xxvij. & in d. l. filius. Vnde cautela posita per doc. hic esset vtilis, ne clericus incideret in verba statuti. Et dato, ꝙ statutum esset nullum, etiam isto casu, sicut tenet Ang. in l. filius. §. diui. ff. de lega. j. & Pe. in regula, ea quẽ sunt. de reg. iur. ver. xxvj. quod, nõ determino pro nũc, quia nõ est materia nostra: cautela tñ esset vtilis, quia statuta aliquando seruantur de facto. & ista sufficiant, quo ad hanc q. Vtrum autem statutum posset imponere pœnam patri, vel consanguineo clerici declinantis forum: dic vt plene per Pet. in regula, ea quæ fiunt. in xxvj. q. de reg. iur. & Bal. in l. j. C. de indi. vidui. quem ipse ibi alle. & Barto. in simili q. in l. hæres meus. §. fi. de condi. & demo. quem etiam adducit hic do. me. & Bar. in l. j. in fi. ff. de his quæ pœ. no.

[a] ¶Forum. Et hanc cautelam appobat d. Bar. Soc. in cõsil. cxxij. inci. præstantissime doct. circa fi. ibi: solum ergo. cum seq. ĩ j. parte.

SVMMARIVM.

1. Votum fit ex sola deliberatione.
2. Mutus & surdus an contrahere posint.
3. Appellatione contractus non venit quasi contractus ꝓprie.
4. Statutum prohibens mulierem obligari sine consensu &c. locum non habet vbi fit contractus cum ecclesia.
5. Dictio, presertim, est dictio implicatiua.

Mvtum. Mutus potest adire hæreditatem & surdus, & ille etiam cui interdicitur bonis. hoc dicit. Secũda ibi: eũ cui lege. in gl. j. ibi: voluntas declarata per factum. No. hanc gl. secundùm Bar. & Mod. quæ videẽ decidere, ꝙ sola voluntas non facit aliquem heredem, nisi sit declarata verbo vel facto: & ita est in alijs dispositionibus: vt l. si repetendi. C. de condi. ob causam. de quo per Bar. & ibi dicemꝰ in l. gerit. j. eo. Vñ si

aliquis deliberauit in animo esse hæres, nō obligatur, etiam in foro conscientiæ: & hęc est differētia inter aditionē & votum: † quia sola deliberatio[a] facit votū. l. si rē. §. voto. j. de pollicitatio. secūdùm Paul. de Cast. Quæ tamen requirantur ad esse, vt propositū nō transeat in votū, vide per Tho. scda scdæ: & ponitur in ca. scripturæ. extrà, de voto. per Inno. & Mod. Amplius dicit hic domi. Paul. quòd si aliquis sine testibus dixit secrete, ego volo esse hæres: talis non propterea efficitur hæres, quia perinde est, ac si secū loqueretur in mente, cùm vtrūque sit verbū; dicimus enim ꝙ verbum dei est cōceptus diuinę mentis, secundùm eum. Mihi non videt̃ probabile illud dictū: quia vbi non pōt apparere de intentione disponētis, magis deficit probatio, quam ius. Est igitur dispositio perfecta, licet non possit apparere alij. l. si quis seruū. §. si inter duos. de leg. ij. & l. si ita fuerit. ff. de reb. du. ¶ † Vtrum autem aliquo casu sola cogitatio puniat̃,[b] licet nō exprimatur ab extra, vide quod habetur in l. qui ea mente. ff. de fur. & per glo. in cle. j. de hære. vbi quæritur vtrū hæreticus occultus sit excōmunicatus: & ibi vide &c. Cætera dicemus in l. gerit. ¶ † Extra glo. quærit hic Bart. nunquid mutus & surdus possint contrahere,[c] & se obligare sine autoritate curatoris: & distinguit, ꝙ aut nil omnino intelligunt, & ęquiparantur infanti: aut intelligūt perfectè, & tunc æquiparātur maioribus xxv. anno. vnde non est opus curatore. allegat tex. in l. seruo inuito. §. si pupillo. j. ad Trebel. vbi dicit probari vtrunq; membrum, quòd etiam bene probat̃ Insti. de hære. qua. & dif. §. fi. & in l. fin. j. de bo. pos. infan. & fu. Et aduerte, quia licet ipse dicat in d. l. fi. ꝙ æquiparant̃ furioso, per hoc nō cōtradicit his q̃ dicit hic, qa infans & furiosus iudicātur à pari. l. j. §. furiosum. ff. de actio. & oblig. & Institu. de inuti. stip. §. sed quod dicimus. Sed in l. j. in prin. ff. de verb. oblig. variat in hoc secundo mēbro: nam ibi vult, ꝙ surdus & mutus, qui intelligunt, æquiparentur pupillo, & sic requiratur autoritas curatoris in obligādo. Cōtra quem insurgunt Bald. & ang. ibi, & arguunt multipliciter cōtra ipsum: sed argumēta eorum possunt vitari. Nam cùm dicunt, ꝙ pupillus non potest cōtrahere matrimoniū, & tamen mutus potest. l. mut⁹. in prin. de iure do. ad istud potest dici, & ad sequens, vt j. videbis, ꝙ possunt cōtrahere, sed cū autoritate curatoris: nā & in §. fi. istius l. dicit̃, ꝙ prodigus potest adire, & tamē subintelligit̃ cū autoritate curatoris, vel potest dici, ꝙ pupillus & mutus &c. æquiparantur in his, in quib⁹ possunt adæquari & proportionari adinuicē. Sed in matrimonio hoc nō contingit, qa mutus est potens ad coitū, sed nō pupillus: facit quod dicit in fi. Barto. in l. j. §. l. Fal. ff. ad l. Fal. ¶ † Ad secundum dum dicūt, quòd mutus potest constituere procuratorem ad negocia, & potest ipse constitui. Posset etiam respondere primo modo: sed tamen dicimus, quòd l. mutus. in princip. de procurato. non dicit simpliciter, quòd mutus possit constituere procuratorem ad negocia: sed si cōstituat per modum conuenientem: quæ verba possunt significare, quòd debeat interuenire autoritas curatoris. Et dū dicit, quòd potest constitui procurator ad negocia, adiungit, dūmodo non experiatur in iudicio: & isto modo posset etiam constitui minor & pupillus: vt l. sed & si quis. §. fina. & l. seq. de instito. & l. cū mādato. ff. de mino. licet minor xvij. an. nō possit cōstitui procurator ad negocia simpliciter, qa in isto mādato venit potestas agendi in iudicio: & ita intelligitur tex. in c. qui generaliter. de procura. lib. vj. & multum facit pro opi. Bart. ille tex. in vlti. respon. nam si mutus haberet legitimam personam, vt maior xxv. anno. cur non posset esse in iudicio, cùm de necessitate acta iudicij non requirant verba, sicut stipulatio? ¶ Ad tertium, cùm dicunt, quòd pupillus non potest testari, sed surdus & mutus in quibusdam casibus possunt. l. discretis. C. qui testa. fa. pos. Respondetur, quòd Barto. vt apparet ex legibus per eum allegatis, æquiparat istos adinuicem in contractibus, vel quasi, non in vltimis voluntatibus. ¶ Ad quartum, cùm dicunt, quòd licet minori subueniatur in delictis in omittendo: vt lege, si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. & in l. j. & ibi not. C. si aduer. de. non tamen reperitur iure cautum, quòd subueniatur muto & surdo. Similiter posset respōderi, quòd ista æquiparatio non fit in delictis: sed in cōtractibus vel quasi. Quòd autem non succurratur muto & surdo in delictis in omittendo, probatur not. licet ipse non alleget in lege, si quis in graui. §. mutum. ff. ad Sylle. Ad rationem domini mei, dū allegat l. qui neque. in fin. & l. si prædia. ff. de re. eorum. respondetur, quòd illa iura concedunt illud priuilegium ita mutis & surdis, qui intelligunt, sicut his qui non intelligunt, cùm indistinctè hoc dicit. Vnde sequeretur, si attendas illa iura, ꝙ semper minor qui perfectè intelligit, æquipararetur pupillo: & sic ibi probaretur cōtrarium eius quod ipse vult. Sed illa iura habent alium intellectum: nā causa concedendi priuilegium, vt res non possit alienari vniformiter, respicit mutum & surdum, & qui intelligit, & qui nō intelligit: datur enim hoc priuilegium, quia communiter taliter impediti non possunt vti diligentia in rebus suis, non propter impedimentum intellectus, sed propter impedimentum corporis. Ipse tamen cōcordat opi. dicens, ꝙ aut mutus nil intelligit, & ęquiparatur infanti, vt dictum est. aut intelligit, sed imperfectè, sicut pupillus proximus infantię, & tunc ęquiparatur pupillo. aut intelligit perfectè, & ęquiparatur maiori. Et est multum ęqua distinctio, quia qua ratione de infāte ad mutū qui nil intelligit fit extensio per idētitatem rationis, vt in iuribus allega. eadē ratione de pupillo, qui perfecte intelligit, fiet extensio ad mutum imperfectè intelligentem, maxime quia in ipsa materia semper fit extēsio ad personas similes. l. ij. C. de cura. fu. in gl. & in l. Fulcinius. §. adeo. cum si. quibus ex cau. in pos. ea. Forte tamen posset dici, defendendo sententiam, & distinctionem Bar. hic, ꝙ ista extensio non fit de pupillo ad mutum, quia in ętate perfecta post pupillarem ętatē ille qui incipit intelligere, non obstante impedimento, pręsumitur intelligere sufficienter, licet secundùm diuersos casus vnus alio plus intelligat. Hoc colligitur satis clare ex mente l. discretis. q̃ omnibus qui præsumuntur esse capaces intellectus, concedit facultatē testandi: & tamen nō est dubiū, ꝙ plus intelligit mutus vel surdus ex accidenti, ad minus, quando superueniret impedimentum post ætatem perfectam, quàm is qui fuit mutus vel surdus à natura. Nec te moueat, quòd quibusdam datur facultas testandi absolutè, & quibusdam non absolutè, sed si sint periti literarū: nam hoc non est, quia lex non præsumit, ꝙ intellectus sufficiat, sed quia propter impedimentum in illis casibus facilis potest committi falsitas. Sic dicitur de cæco. l. hac consul. C. eo. tit. ¶ Sed quæritur, quid potuit mouere Bart. in l. j. in princi. pręallega. ad dicendum, quòd ęquiparatur pupillo? Et potest dici, ꝙ motus est, quia iura dicunt indistinctè, ꝙ surdo & muto solet dari curator. Instit. de cura. §. ij. & l. cui eorū. in fi. cum l. seq. ff. de postu. vnde per hoc videbatur, ꝙ quia isti requiruntur à curatore, non habeant legitimā personam ad similitudinem minorum, maxime quia iura dicūt, ꝙ curator datur istis, quia rebus suis superesse non possunt. Sed ista verba sunt intelligenda aliter & aliter: nam respectu eorum, qui carent intellectu, intelliguntur de impotentia mentis: sed respectu eorum, qui habent intellectum plenum, intelliguntur de impotentia corporis, non est eadem ratio ipsius, quæ est in pupillis, vt non possint contrahere: nam cùm quolibet morbo perpetuo impeditis detur curator, vt in dictis iuribus, omnes isti ęquiparantur minoribus: sequeretur, ꝙ impeditus morbo podagræ, qui tamen esset prudens, & posset loqui, & audire, non posset contrahere: quod est absurdum, & per hæc fit expedita ista q. sufficiēter, quę est multum trita apud doc. † Sed Barto. hic post hanc q. mouet aliam magis difficilem. s. quomodo possit confici instrumentū de aditione hæreditatis faciendæ à muto, & qualiter testes habeant deponere, vbi non esset factum instrumentū. Super quo adde dictis eius, inquantum ipse vult, ꝙ si notarius cognoscit signa muti, quia est ei consanguineus, vel conuersatur secum, potest cōficere instrumentū[d] absq; eo ꝙ exprimat signa in genere, vel in specie: quia satis est, ꝙ notari⁹ loquatur per verba iuris. l. sciendū. de verb. obl. & l. j. cum materia. C. de vsur. & ita notat Ioā. An. quem adducit hic Imo. in titu. de syndico. § j. in fi. additionis magnæ. Sed istud dictū est declarandū necessario: nā prima facie nō videtur procedere, quia in confectione instrumēti debet eadē cognitio esse in notario, & testibus: vt subtiliter probat Io. An. in ti. de instru. edit. §. restat. ver. sed quæro. in additionibus. Vnde licet notarius cognoscat per signa sensum & intellectū muti, si testes ipsi nō cognoscerent, instrumentū non esset solēne, quia testes debent esse inscripti in instrumēto: vt in autē. de hære. & Fal. §. si verò adsint. & in aut. de instru. fi. & cau. §. sed instrumēta publica. quia & ipsi debent cognoscere quid agitur, aliàs non essent testes. iij. q. ix. cap. testes. Sed isto casu nō cognoscerēt sensum muti, ergo nō valeret instrumētū. Ideo dicta Bar. vidētur intelligēda, qñ testes essent similiter cōsanguinei, vel domestici: nec potes defendere dictū suū aliter dicendo, ꝙ testes habent notitiā de volūtate muti per notarium: quia vt dicitur in d. addi. oportet quòd cognoscāt eodem modo, quo notarius, nō per relationē alterius. ¶ † Secūdò adde, inquantum dicit, quòd si notarius non cognoscit voluntatem muti per signa, tunc debent adhiberi testes, qui cognoscant & instruant notarium per signa, per quæ viderunt mutū consentire: nā etiam in hoc secundo casu econtra notarius non cognoscit eo modo quo testis, sed per relationem

a ¶ Deliberatio. Intellige tamen deliberatione firmata ad differentiam votorum, quæ fiunt ex subreptione, & sine deliberatione, sicut faciunt aliqui in angustijs, quę nō obligant de necessitate, sed tantum ex quadam cōgruitate: ideo venire etiam ex propria autoritate nō est peccatum mortale. Et quando hoc fit, potest ppendi ex hoc, quādo statim transacto piculo seu angustia sunt malè cōtenti se tale votum emisisse, quia non indeliberate factū: secus verò quando deliberatè, vt euadant periculum, vouent, quia obligantur, vt per Richar. iiij. distin. xxxviij. articu. iij. q. ij. & habet̃ in summa Angel. in versicu. votum. versi. vj.

b ¶ Puniat̃. Pro qua materia vide late & not. Fely. in suo tracta. de conatu.

c ¶ Cōtrahere. Vide do. Alexan. de Imol. post Ange. in l. itē quia. ff. de pac. vbi quomō & qualiter.

d ¶ Instrumentum. Adde doct. post gl. in l. item quia. s. de pact. & Ange. post Barto. & doct. in l. j. ij. de verbo. oblig. & Bald. in l. pe. in fi. C. qui testa. face. pos. vbi dicit, ꝙ notarius debet eo modo loqui, sicut si esset testis, & deponere in iudicio exprimendo verba interrogātis, & qualitatem actum annuentis, per tex. in l. Labeo. in fi. ff. de supel. lega.

Si is qui. Aditio facta per eum, qui se reputabat filiũ famil. nõ valet, si fiat iubente patre putatiuo. Sed bene valet ab eo facta, qui scit se esse patremfamil. vel ab eo qui ignorat, & adiuit, nõ potest accedente iussu patris putatiui. hoc dicit. Secunda ibi: quãꝗ. Tertia ibi: nam eũ qui. ¶ † Primò not. ꝙ quando potestas & voluntas sibijnuicẽ cõtradicunt, regulariter impeditur dispositio, & redditur act' nullus. concor. tex. in c. cùm super. de offi. deleg. & in l. multũ. C. si quis al. vel sibi. Et facit ad q. notatã per. Inn. in c. cùm ex officij. de pręscript. & per Barto. in l. multum interest. de cõdi. & demonstra. per Bald. in l. solus. C. de fur. ¶ Secundò nota, ꝙ sicut mandatum regulariter finitur morte: vt l. inter causas. §. morte. ff. mandati. ita & iussus, ꝙ debet præcedere aditionem. ¶ Tertiò not. in versic. nam eum. secundùm cõmunem intellectum, ꝙ licet aliquis credat se non posse acquirere hæreditatẽ sibi, videtur tamẽ velle sibi acquirere, si facit acquisitionẽ spõte, & non ad voluntatem vel iusionem alterius, & inspicitur tunc magis veritas q̃ opinio: quia ex quo potest verè sibi acquirere, fit acquisitio. Facit ad no. in l. ij. §. j. per Bar. ff. pro empto. in illo articul. vtrũ attendatur magis veritas quàm opin. & quando. ¶ In glo. j. tertia solut. glo. ad cõtrarium cõmuniter approbatur: multum tamẽ facit cõtra eam text. in l. quoties. §. penul. & fi. j. eo. vbi nõ distinguitur, nisi secundùm Io. inter dubitantem & errantem: & ad hoc etiam vadunt verba tex. nostri. Præterea tex. in l. homo liber. in princ. de acquirẽ. rer. do. videtur velle, ꝙ tunc ille qui sponte adit, acquirat sibi hæreditatem, quoniã scit conditionem suam: ergo à cõtrario si erret, non videtur valere aditio: quia tamen text. in l. multũ interest. j. de cõdit. & demonstr. quẽ alleg. hic glo. cõtra Ioan. vult, ꝙ etiam errantis valeat aditio: teneamus cõmunem sentẽtiam, & ad l. homo liber. dic, ꝙ ibi non est sumendum argu. à cõtrario sensu, per quod cõtradiceretur legi expresse: iuxta ea quæ dicit Barto. in l. omnes populi. de iusti. & iur. Et secundùm istam cõmunem sñiam not. singul. secundũ Bar. ꝙ is, qui gerit actum, de quo gerendo habebat mandatum, licet faciat actum nullum, simpliciter videtur eum fecisse cõtemplatione mandati: & ideo si emit, verbi gratia prædium, videtur illud emisse procuratorio nomine. Est tamẽ differentia sc̃d̃m Paul. de Cast. ꝙ quãdo emisset procuratorio nomine, trãslatũ esset dominium, & possessio in dominũ in dubio. l. res ex mãdato. ff. de acquirẽ. re. do. & l. si ita quis. §. scientia. ff. de ver. obliga. super quo vide quæ plene dicit Barto. in l. qui mihi donatum. ff. de do. Sed in casu nostro, quãdo contraxit, simpliciter transfert̃ dñium in ꝓcuratorẽ, sed teneret̃ restituere rem actione mãdati: vt ꝓbat̃ in dictis iuribus, & no. in d. l. qui mihi donatũ. ꝓ q̃ iura d. Pau. dicit hic ꝓbari istã cõclusionẽ Bart. Sed cũ reuerẽtia hoc nõ bene colligit̃ ex dictis legibus, q̃a põt esse, ꝙ in illis fatebat̃ ꝓcurator se noĩe dñi emisse. Vñ melius facit ista l. & l. qui suũ. ff. de inter. ac. quã hic alleg. Bar. & in l. si pupilli. §. itẽ si ꝓcuratori. ff. de neg. gest. vbi idem dicit, nõ tñ meminit istius l. Sed vltra istas l. tangit vnã rationẽ: quia aliàs ꝓcurator videretur delinquere, non seruando fidẽ domino: delictum autẽ in dubio non præsumitur. l. merito. cũ materia. ff. pro socio. Punitur autẽ procurator, qui dolose emit rem nomine proprio, crimine stellionatus: & quia commisit dolum, damnatus in actione mandati efficeretur infamis, secũdũ Bal. in l. felicissimam. C. de his qui à non domino. Econtra autem si procurator constitutus ad vendendum vendit nomine proprio, nõ dicitur excedere fines mãdati, nec per hoc delinquit, secundũ Ang. in l. si quis prohibuerit. ff. de publ. per illũ tex. Pro ista conclusione adduco tex. no. in simili, in l. stipulatio. §. quęsitum. s̃. de no. ope. nuncia. & q̃d no. Barto. in l. post dotẽ. so. matri. In quibus dicit, ꝙ si aliquis stipulatur pro re communi, sibi & alteri, respectu partis alterius videtur stipulari nomine illius, ne si videretur stipulari nomine proprio, incideretur in delictũ, vel saltem dolosè faceret. Et aduerte, quia sicut dicit Barto. in d. §. itẽ si procuratori. ꝙ conclusio prædicta intelligitur, quantum est respectu mandantis, & procuratoris: nam respectu tertij, cũ quo procurator cõtrahit, regula est in oppositũ, ꝙ ĩ dubio videt̃ cõtrahere, & se obligare nomine ꝓprio: vt declarat Bal. & Ang. in l. ꝓcurator q pro euictiõe. ff. de proc. Hanc tamẽ conclusionẽ limitat hic dominus meus dupliciter. Primò, nisi procurator non acceptauit mandatum: tunc enim si postea emit rem, videbitur emisse nomine proprio, secundũ Bal. no. allegantẽ dicta Bar. hic in l. si literas. C. mand. Secundò limitat, nisi procurator faciat contractum ex interuallo, vel id q̃d sibi cõmittitur: tunc enim nõ videtur fecisse contẽplatione mandati: alleg. glo. in §. penul. Institu. de obli. quæ ex ma. & Inno. in c. ad audientiã. de homi. Sed contra primũ dictũ videtur glo. ordinaria, quã ibi approbat Bar. in l. si pupilli. §. itẽ quæritur. in ver. negociorũ. ff. de neg. gest. vbi glo. voluit, ꝙ si ꝓcurator à principio nõ acceptauit mãdatũ, postea tamẽ gerit negocium sibi cõmissum, videtur eũ pœnituisse, & post acceptasse mandatum: iuxta c. licet. de procuratori. lib. vj. ibi: cõpetit contra eum actio mandati. vt dicit illa gloss. Sed possumus eam intelligere, saluando doctri. Bald. quando negocium permissum non poterat pertinere nisi ad dominũ: vnde procurator non potuit aggredi illud negociũ, nisi animo acceptandi mandatum præcedẽs. Sed quando negocium posset esse commune mandanti & procuratori, tunc verior videtur opinio Bal. nam si emat nomine suo, nõ incurritur præsumptio delicti, ex quo non acceptauit mandatum. Item cùm mutatio voluntatis in dubio non præsumatur in l. cũ hic status. in prin. & ibi per Bar. ff. de dona. inter virũ & vxo. & q̃d habetur in c. maiores. de baptismo. non præsumitur in dubio contraxisse nomine domini, cũ à princ. id recusauerit. In secunda limitatione aduerte: quia Imo. in d. c. ad audientiam. dicit totum oppositum, & ita allegat eum Barto. in d. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs. & Bald. in l. j. C. de ser. fugi. & in l. Gallus. §. ꝙ si is. de libe. & posthum. Vnde ex istis doctrinis erat potius dicendum in oppo. Ideo ista limitatio non est tenenda: & ad materiã vide tex. & Bar. in l. iiij. §. si ab ignoto. ver. vnde quæritur. s̃. de manumiss. quem allegant hic Moder. pro singulari. ¶ In eadem gloss. ibi: de acquirend. re. domi. l. homo liber. Ista oppositio potest adaptari ad primum respõsum, inq̃tum dicitur in tex. nostro, ꝙ ille qui adit ex iussu alterius, nec sibi nec alteri quæratur. Nã hoc videtur contra tex. in secundo responso in d. l. homo liber. ꝙ si intendat omnino quærere, sibi acquirit, non obstante iussu. Vt ergo soluas contrarium, dic ꝙ ibi sciebat conditionẽ suã, & habebat animum sibi quærendi. Hic autem ignorabat conditionem suam: & dato ꝙ sciuisset, in dubio nõ videtur habere animũ sibi quęrẽdi, ex quo adiuit præcedente iussu alterius. Vel potest intelligi, ꝙ opponat contra principium illius l. dum dicitur ibi, ꝙ homo liber, qui scit cõditionẽ suam, potest si vult acquirere bonæ fidei possessori. Et intellige, sicut declarat ibi glo. si præcedit iussus bonæ fidei possessoris. Et isto modo opponendo respõdeo, ꝙ hic ignorabat conditionẽ suam. Et dato ꝙ sciuisset, vt s̃. diximus, non apparebat ꝙ vellet quærere iubẽti: quinimo cùm iste tex. loquatur in patre putatiuo, etiã si voluisset quærere iubenti, non poterat, quia non est eadem ratio patris putatiui, & bonæ fidei possessoris. l. iusto. in princip. & quod ibi no. ff. de vsucapio. & isto modo adaptatur melius oppositio, quàm ad secundum responsum istius §. vbi ille qui sciebat conditionem suam adiuit hæreditatem, præcedente iussu, quia iam extinctus erat. Vnde sequere quod dixi, quicquid hic scribat dominus Paul. ¶ In gloss. in verbo, quãquàm. ibi: ex postfacto fit inutilis. Hæc gloss. reprehenditur per omnes: quia si iussus nullus à princip. facit quòd non acquiratur hæreditas filio, quia propter iussum non videtur vel

[a] ¶ Seruitus. Adde Pau. de Cast. in l. si. per illũ tex. quẽad mod. serui. amit. & d. Alexã. & Flo. in l. seruitutes. de serui. & Bar. ponentẽ vnũ verbũ in l. j. in prin. xj. col. in vers. qualiter acquirit̃. s̃. e. vbi etiã vide Alex. de Imo. in xxxvj. col. in vers. sed qualiter. cũ concor. ibidẽ per eũ signatis. & oĩno d. Ale. in cõsi. vlt. j. parte. & Bar. Ce. de serui. vrb. c. xvij. & xx.

le sibi acquirere: multofortius hoc faceret iussus, qui aliquando valuit, & postea est factus inutilis, si filius pretextu talis iussus adiuisset hereditatem. Sed cùm in hoc secundo responso filius non adiuit pretextu iussus, quia sciebat iussum expirasse per mortem patris, sed adiuit simpliciter, sciens se esse patremfami. ideo non est mirum, si sibi acquirit. Est alia soluti. quę tangitur in fin. glo. ibi: qui tenebatur ratione iussus. Ista glo. est falsissima secundùm omnes: presupponit enim, ꝙ ex solo iussu patri quærał hereditas, & quòd acquiratur postea filio per mediū patris, qui successit, nam hoc est ridiculū: non em̄ ex solo iussu queritur hereditas, sed ex aditione secuta facta à filio vel seruo. l. si solus. §. idem puto. j. eo. & l. cū proponas. C. de here. insti. Ideo tene q̄d dixi s.

Interdum. Per heredem suum & necessarium acquiritur hereditas alteri ipso iure, si est in potestate alterius, sicut acquireretur sibi. Et eodem modo per heredem extraneum, qui est in potestate, acquiritur hereditas alteri, sicut acquireretur sibi, si esset sui iuris. h. dicit. Secūda ibi: sed si quis heres institutus. Et est singularis §. ¶ †Primò nota, ꝙ vbicunq; hereditas acquiritur ipso iure ex capite suitatis, nō est opus, quòd præcedat iussus in adeūdo, sicut nec autoritas tutoris, quo ad pupillum, cui defertur hæreditas paterna. l. more. §. j. j. eo. Sed dubitatur, nūquid in mixtione, quā facit pupillus vel nepos in casu l. nostræ, esset necessarius iussus tutoris, vel autoritas tutoris. Pau. de Ca. hic in terminis huius §. dicit, quòd sic, q̄d videtur cōtra mentem istius literæ: vñ sicut hic concederem in pupillo, ꝙ non valeat immixtio fine tutoris autoritate, sine qua nō potest se voluntarie obligare. l. obligare. in princip. de aut. tu. ita nō admitteretur in casu nostro: quia ex quo hæreditas fuit quæsita per nepotem patri suo ipso iure, & ad eum pertinet cōmodum, & incōmodum, ipse poterit se immiscere, absque eo ꝙ iubeat immixtionē fieri à filio. Fateor tñ, ꝙ si vellet filiū suū immiscere se, vt irrepudiabiliter acquireret sibi hæreditatē, iussus deberet interuenire & precedere, quia ista immixtio est in effectu quædā aditio: vtrūque enim mēbrum videtur probari in l. seruo inuito. in princ. ff. ad Treb. vbi dicitur, ꝙ quādo fideicōmissum vniversaliter relinquitur filio vel seruo, absque consensu serui vł filij, dominus potest petere sibi restitui hæreditatem, quia ius est quæsitum sibi: si tamē velit hic petere seruum, debet interuenire volūtas eius, scilicet domini. ¶ Secundò not. quòd reperitur casus singularis, in quo ille qui non tenet primum locū tempore mortis, tamen est suus, & necessarius hæres, contra regulam positam in §. sui. Institu. de hæred. qualita. & differ. de quo dicetur in secunda glo. ¶ Tertiò not. secundū Bar. ibi: faciat hæredem &c. quòd pater efficitur hæres per filium. & sic videtur hoc probari, ꝙ nomen hæredis non remaneat penes filiū: de quo vide quod plene dicitur in l. cū filio. j. de legat. j. ¶ †Quartò nota. & ex primo respōso in fin. & ex secundò etiā versus finem, ꝙ vbicunque quæritur alicui hæreditas per aliū, vel ex psona alterius, acquiritur cū eadem qualitate cum qua esset acquirenda illi qui eam acquireret sibi, si non esset in alterius potestate. Ex hoc arguit Bart. ad quæst. quæ ponitur in l. iij. de peti. hære. videlicet ꝙ is qui succedit mihi ab intestato, potest dici hæres ex testamento illius, cui ego ex testamento successi: quia per mediam personam succedentis ex testamento acquirit hæreditatem: ergo quærit cum eisdem qualitatibus. Ex hoc etiam text. potest inferri, quòd patri in casu nostro acquiritur ipso iure hereditas, cum beneficio tamē abstinendi, quia ita quæreretur filio, si esset sui iuris. ¶ In gl. in verbo, faciat heredem. ibi: quia habetur pro mortuo. Ista ratio non videtur sufficiens, quia exhæredatus non desinit esse suus, anteꝗ adeatur hæreditas. & ista est causa, propter quam obstat sequenti in gradu, cur non possit esse suus: vt rectè dicit hic Bartolus ad intellectum illius gloss. Si ergo reperitur suus tempore mortis testatoris, quomodo potest dici quòd habeatur pro mortuo, quo ad hoc vt nepos efficiatur suus? Ego attingens istam difficultatem in lege, sub conditione. ff. de liberis & posthumis. retuli primò dicta Bartol. hic, & Bald. in lege, pater filium. ff. de inofficio. testamen. qui dicunt, quòd ista suitas inducitur hic, quando nepos vocatur ex voluntate testatoris. Vnde infert hic Angel. & Modern. quòd si testator daret substitutum vulgarem, vel cohæredem nepoti, tunc nepos efficeretur suus, & necessarius, & erit casus singularis secundùm eum, in quo indubitanter datio cohæredis vel substitutti tollet existentiam sui hæredis, licet in alijs casibus hoc sit dubium: vt traditur in lege, filius hæres. suprà, de liberis & posthumis. Sed quòd testator possit inducere hanc suitatem ex voluntate sua, non videtur posse dici probabiliter: quia secundū hoc reperiren-

¶ Sciendū. Vbi per Bar. & plenius ibidē in §. seque. & ad de Bal. in l. ꝗ se patris. in prin. ij. colū. ver. quartò premitto. C. vnde liberi. q̄d dicit verū de iure ciuili, sec⁹ esse de iure prætorio.

tur duo domini insolidum hæreditatis istius, aut filius exhæredatus, cuius suitas nō est sublata, vt modo dixi, & nepos vocatus à testatore: contra regulam positam in l. si vt certo. §. si duobus. ff. cōmo. †Inde est, ꝙ in suitate non habet locum successorium edictum. l. j. §. sciendum[a]. de suis & legi. vnde ista decisio videtur remanere sine ratione. Ego tunc dixi, ꝙ nepos efficiebatur dominus directo, sed vtiliter ipso iure: q̄d nō erat impossibile, stante etiam suitate exhæredati: per l. ij. §. si quis alter. j. ad Tert. & l. si fine. §. sed q̄d Papi. ff. de mi. & q̄d not. Bar. in l. ij. §. interdū. ff. de vulg. & pupil. Vel posses dicere, ꝙ isti non sunt domini reuocabiliter, sed irreuocabiliter, vt j. dicam: non est incōueniēs, ꝙ ambo sint domini insolidum, secūdū Bal. in l. si pluribus. in princ. ff. de lega. j. Quæ conclusio satis videtur posse sustineri per d. l. si pluribus. in l. j. §. si vero non omnes. C. de cad. tol. Nec est mirum, si aliquando in isto dominio reuocabili nō seruam⁹ regulas iuris, maxime qñ agił de iure speciali: sicut in casu nostro, in quo etiā istud est spāle, ꝙ qui est dominus, pōt agere actione personali ad rē dari: secūdū Bar. in l. j. C. cōmunia de leg. & in l. fi. C. de sacros. eccl. & plene dixi in l. j. ff. de leg. j. facit q̄d habeł in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de cap. Vel tertiò potes dicere, vt dicebam in voce, ꝙ exhæredatus erit verè suus hæres, sed nepos erit fictè suus. Reperił aūt, ꝙ aliquādo inducitur fictio suitatis, absque eo ꝙ quis fingatur fuisse in potestate, secundū glo. quā declarat Bar. in l. Gallus. §. si eius. de libe. & posthu. Non est autem inconueniēs, ꝙ vnus sit dominus fictè, & alter verè simul, & semel: sicut patet in legatario ante aditam hæreditatē, & post aditā: nam fingitur retro fuisse dominus à tēpore mortis, & tamē alius verè fuit dominus, scilicet hæreditas iacens, vt traditur in l. si tibi homo. §. cū seruus. ff. de lega. j. per Bar. Sed quia ego non approbaui illam glo. in §. si eius. teneamus primā so. ꝙ nepos sit suus vtiliter, & exhæredatus directo: sicut em̄ aliquādo acquiritur directū dominiū ipso iure, ita & vtile. l. fin. cū glo. C. de sacrosan. eccl. & l. j. C. de dona. quæ sub mo. Et aduerte, quia est vna l. no. quæ ponit eundē casum cū ista, & aliquid plus: videlicet tex. in l. pe. ff. de cura. fur. nā ibi dicitur, ꝙ si filius est prodigus, & habet filios, potest aliter succurri prodigo per patrē, ꝗ per dationē curatoris, vt nō dissipet hæreditatē suam. Poterit enim testator instituere nepotes, quos habet in potestate, & ipsis acquiretur hæreditas exhæredato filio ipso iure: & sic cōseruabitur hæreditas à prodigalitate filij. Si verò nepotes nō sint in potestate aui, poterit eos instituere sub cōditione, si emācipabūtur: quæ differētia nil aliud significat, nisi ꝙ in illo casu hereditas acquireł nepotibus ipso iure exhæredato filio, & valebit exhæredatio, quia fuit facta fauore filij prodigi: vt dicitur in simili in l. multi non no. s. de libe. & posth. quę ratio nō posset habere locū, si nepotes non essent in potestate, quia non possent adire sine cōsensu patris existētes in potestate eius. Vñ aut esset opus dare curatorem prodigo, aut instituere nepotes sub conditione, si emāciparen tur. ¶ In ea. glo. ibi: hodie secus &c. Hanc glo. no. hic Bart. & Moder. quæ videtur velle, ꝙ relictū factū ab auo nepoti censeał aduentitiū. q̄d d. Roma. credit esse verū in casu §. nostri, videlicet ꝙ quādo filius in eodē testamēto esset exhæredatus, non est enim verisimile, ꝙ contemplatione illius reliquerit quē exhæredauit, & cēsetur habuisse odio. l. cū quidam. C. de leg. Sed vbi filius non esset exhęredatus: verbi gratia, quia esset institutus nepos vnà cū filio, ita ꝙ ambo succederēt simul, vt tollatur difficultas, quę ponił in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu: tunc ipse credit, ꝙ relictū nepoti cēseatur profectitiū, per l. dedit dotem. j. de colla. bono. Sed si attendis dispositionē l. Aemilius. in quolibet relicto facto nepoti, ista distinctio est contra illum tex. in fin. vbi etiam si filius sit exhæredatus, dos videtur data cōtemplatione ipsius. Do. meus hic dicit indistinctè verum esse, ꝙ relictum factū nepoti sit aduentitiū: alleg. glo. in l. quæsitū. in princi. j. de lega. j. quam ibi no. Bar. & eā etiā allegat alibi, vt statim dicam. Pro ista cōclusione adducit ipse glo. quā reputat not. in l. Gallus. §. quidam rectè. in fin. glo. magnæ. ff. de lib. & posth. quæ glo. cū reuerētia nil facit, qa loquił in nepote emācipato instituo vnà cū filio: & dicit, ꝙ hæreditas quæritur filio. Sed hoc est ideo, quia erat emācipatus: vñ etiā si testator expresse voluisset, ꝙ per filiū emancipatū quærerel hæreditas patri, nō potuisset hic disponere. Ideo cōtēplatione filij videtur relictū, ꝙ patri per illū modū acquiri nō potuit: & ista sunt verba Bal. pūctualiter in l. cū oportet. i prin. C. de bo. q̄ li. Ipe tñ tenet hāc opi. & ad tex. in l. dedit dotē. respōdet, ꝙ ibi apparebat dotē dari nepoti contēplatione patris: quæ respōsio est manifestè contra illū tex. vbi iurisc. decidit ex verisimili, & ex eo q̄d psumił. Si ergo velles tenere hanc sententiam, aliter oportet, videlicet ꝙ cùm

ꝙ cū dotare filias sit officium paternū de iure.l.qui liberos.de ritu nup.nulla ratione pōt vestiri astrictus auus ad dotandā neptē,nisi quia vbi pater nō pōt, ipse succedit in officio paterno. Ideo si pater esset diues,forte auus nō teneretur:super quo vide qđ di.Bal.notāter in auē.res quę.C.cōmunia de leg. & Sal.in fi.C.de do.promis.Cū ergo exerceat ibi officiū pater nū,non est mirū,si illa dos videtur data contēplatione patris, propter quē auus tenebatur ad dotandū, vt videatur dissoluta obligatio,quæ sibi imminebat de necessitate potius,ꝗ̄ collata liberalitas in neptē:arg.l.fideicōmissa.§.si rē.de leg.ij. & l.rem legatā.ff.de adimē.leg.Bar.tñ valde no.discutiēs articulū in auē.ex testamēto.C.de secū.nupt.cōcludit oppo.per d.l. dedit dotē.ꝙ in dubio,nisi aliter cōstet ex cōiecturis, hæreditas relicta nepoti cēsetur profectitia:intellige,nisi apparerent merita nepotis,vel aliæ cōiecturæ,ex quibus præsumeret̄ contrariū:sicut d.Bar.in simili in l.fin.C.de vsufruct.Quāuis aūt relictū nepoti censeatur esse profectitiū,vt pater teneatur imputare sibi hoc in legitimam:casus est notabilis secundū vnā lect.in l.pater.ff.de euict.quē ad hoc alleg.Bal.in l.fina.C.de do.promis.& est probabilius dictum:sicut filius emancipatus dotem datam nepti defuncti,& filiæ suę,nō tenetur conferre. l.filium emancipatū.ff.de colla.bon.quę nō loquitur propriè in casu nostro,quia ibi emancipatus dotauerat de bonis suis. Sed ratio quę ibi assignatur bene facit,quòd ideo nō cogitur cōferre,quia iam exiuit substantiā suam.Idem ergo dicemus eadem ratione,ꝙ datam ab auo nō cogitur sibi imputare,quia non habet eam cùm transiuerit ad filiam.¶ †Extra gl.tetigit hic Paul.de Cast.quæst.not.quā ponit Bald.in l.fina.ff.de cōditio.instit.vbi dixit,ꝙ si filius nō acquirit patri id quod acquirit acquisitione irreuocabili:sed quicquid acquirit acquisitione reuocabili. Contra quæ videtur esse casus in tex.nostro secundùm eum:nam si hic loqueretur de acquisitione irreuocabili, haberemus dicere,quòd ad acquirendam hęreditatem patri irreuocabiliter requireretur iussus præcedens,quem nō apparet hic interuenisse.Sed ista ratio non placuit mihi in not. vt ibi dixi : melior ergo ratio est, quia si acquisitio fieret hic patri,solum post immixtionem,& non prius, ipse non posset dici hæres necessarius, licet nepos fuerit necessarius, quia hæreditas fuisset sibi quæsita ex voluntate sua:necessarius autem est is, cui hæreditas acquiritur ipso iure.§.sui.Institu. de hæred.qua.& diffe. Præterea secundùm Bald.sequeretur, ꝙ ius fideicommissi vniuersalis non acquireretur ipso iure domino vel patri,quia poterat ante acceptationem repudiari:& tamen hoc est falsum, & contra textū in l.seruo inuito. in principio.sæpe allega.Præterea legatum videtur acquiri per seruum domino ipso iure: aliàs non posset repudiare per dominum, vel saltem per patrem, sicut nec hæreditas.Quòd autem possit repudiari, ꝓbatur in l.legatum.de legatis primo. Et hanc credo fuisse intētionem illius l.licet posset euitari ex his quæ dicemus in l.is qui hæres.infrà eodem.Tetigit etiam hic dominus meus vnam limitationem ad iura dicentia,quòd debet pręcedere iussus in filio, vt possit adire, nam hoc fallit in peculio castrensi:si enim filius contemplatione militiæ est institutus,potest adire sine iussu paterno.l.filius vel miles.ff. de castren.pecu. Alium casum singula.vide vltra eum in l. cū hæres.in principio.j.eodem.vbi Barto.& quia Bald. hic dicit, quòd nemo potest conferre dignitatem, quam non habet: & non doctor nō potest efficere doctorem, & qui non est miles non potest facere militem:per regulam l.nemo plus.de regu. 8 lis iuris. Intrat ipse aliam quæstionem.¶ † Nunquid ille, qui se gerit per doctorem vel per militem,incidat in crimen falsi. & distinguit vt d.Bald.quem etiam allegat in l.qui sub præa textu. in fin.[a] C de sacrosanc.eccle.Tu vide quod ponit Bart. in l.reddatur.C.de profes.& med.lib.xj.& in l. Barbarius. in repet.per Bald.ff.de offic.præ.¶ Quid autem in eo qui suscepit dignitatem,quam non poterat suscipere,vtrum vtendo ea incidat in crimen falsi: vide per Baldum, in loco alleg. & per Bartolum in lege prima,& ij.C.si seruus aut liber.ad dec. aspi. libr.x. & quod singul.ponit Bald.ad primum dictum in l.data opera.in pen.char,C.qui accus.nō poss.

b Celsus.[b] Protestatio in his quæ pendent à mera voluntate protestantis, tollit actum sequentem cōtrarum ꝓtestationi.hoc dicit.Secūda ibi:siue liber &c. 9 ¶ †Primò not.iuncta glos. quòd protestatio quæ fit super his quæ pendent à nostra voluntate simpliciter,potest fieri in absentia cuiuslibet, quia non requirit præsentiam partis. Idem probatur in lege,Nesennius.& ibi per Bart.de neg.gest.vnde dicit gl.quā ibi not.Bal.in l.fi.C.si maior fa.ꝙ minor effectus maior satis est ꝙ declaret corā vicinis, ꝙ nō vult habere ratū cōtractum,per quē res sua fuit alienata.¶ Secundò not.ꝙ ista protestatio in hoc casu non requirit causam, quia sufficit pro ratione voluntas in his quæ pēdent à nostra volūtate.¶ Tertiò no.ꝙ quicquid pēdet à mera declaratione volūtatis,ita ꝙ nō habet admixtū ius,qđ cadit in seruo,sicut in homine libero:qđ facit ad ea quæ diximus in l.quandiu.s.eod.¶ Vltimò no.in ver.hærede nō facere.ꝙ per aditionē serui dominus fit hæres:& sic videtur,ꝙ non remaneat nomē hæredis apud seruum:de quo in l.cū filio.ff.de lega.j.¶ In glo.super verbo,falleres.doct.limitāt cōmuniter istū tex.dicentes ꝙ nō habet locū,quādo aditio hæreditatis fieret per actū,quē aliquis gereret cū alio:verbi gratia,si aliquis vendidit rem hęreditatis,tāꝗ̄ hęres,vel recipit solutionē à debitore hæreditario,tāꝗ̄ hęres:tunc enim quia protestatio fuit facta absente illo, cū quo actus gerit̄ ad sui præiudiciū, nil valebit,ne ille decipiatur.l. codicillis.§.j.de leg.ij.& l.fi.§.itē si prædixerit.nau.cau.stab. & l.cū in plures.§.locator.secundū vnū intellectū.ff.loca. & hanc limitationem posuit Bart.in l.gerit.j.eo.& in l.pro hærede.§.Papi.j.eo.& in l.non solū.§.morte.in primo ar.prin. ff.de no.ope.nun.quæ dicta adducūt hic Moder. Sed dubitatur in ista q.nunquid distinctio Bart.quā ponit hic, videlicet vtrū actus cōtrarius sequat̄ ex interuallo,vel incōtinēti sit vera.Pro cuius argumēti declaratione plura sunt vidēda.Primò quādo præcedit protestatio,& sequitur actus non contrarius protestationi:sed quia potest exponi per protestationē,& declarari,vtrū si actus iste sit ex interuallo in effectu protestatio operetur expositionē ipsius.qui articulus est difficilimus: sed ipsum declaraui multū diffuse in l.Titia.§.idē respōdit.ff. de verb.oblig.super quo vide Bal.in l.pacta nouissima.C.de pact.qui non sequitur dicta Bar.in §.morte. & eundē in l.itē quia.in fi.commēti.ff.de pact.& in l.multū.C.si quis alte.vel sibi.& Ang.in l.iurisgētiū.§.qđ fere.de pact.& glo.& Ang. in l.j.ff.de iudi.Super secundo est dicendū hic,& parcat mihi reuerentia Bart.hic,& in l.non solū.§.morte.in primo articulo prin.qui dicit,ꝙ si actus sequitur ex interuallo,tollit protestationē præcedentē,nisi verba protestationis exprese respiciāt futurū tēpus:quia l.per retentionē.quā ipse allegat, non probat hoc.Aliud est enim dicere,ꝙ dispositio quæ fit super vna re,non trahatur ad aliā dispositionē factā super alia re ex interuallo:ꝗ̄ dicere,ꝙ si protestatio respiciat actum de quo fit [a] mētio in protestatione,non cōprehendat eū,si fiat ex interuallo:nā etiā in eadē dispositione qualitas adiecta in vno capitulo,nō videtur repetita in capitulo intermediato ab alijs capitulis,vt est casus noster,quē ibi not.Barto.in l.fin.ff.de reb. du. [b] Sed ꝙ illud qđ cōprehēdit protestatio expresse, non habeat locū,si sequatur ex interuallo,hoc nō est extēdere dispositionē præcedentē,sed eā restringere ex præsumpta mēte contrahentium:qđ fit difficilius,quia in dubio non recedimus à verbis.l.non aliter.ff.de leg.iij.& plene in l.non dubium.C.de legi.¶ Præterea contra istam distinctionem videtur casus in l.si quis.in princi.j.de lega.iij.vbi dicitur,ꝙ clausula derogatoria præcedens in testamento tollit dispositionem factam in codicillis:quis ergo reuelauit Barto.quòd ibi codicilli essent facti incontinenti,cùm in distinctione de codicillis ponat iurisconsultus? Ideo ipse Bar.met in l.pacta nouissima.circa principium distinctionis.C.de pact.quando actus dependet à sola voluntate vnius,simpliciter dicit, quòd protestatio tollit actum sequentem contrarium. Cùm igitur actus non pendet à sola voluntate nostra,tunc distinguit,vt dicit hic Bartolus, quòd aut sequitur incontinenti, aut ex interuallo: & sic manifeste in primo membro recedit ab ista distinctione. Hanc opinionem tenet ibi Baldus exprese circa medium commenti,& vtitur hac ratione:Protestatio de sui natura semper fit per verba respicientia factum de futuro.Si ergo continet tempus futurum ex sui natura, & ex natura verborum prolatorum,quid operatur expressio futuri temporis specifica,cùm exprimatur per eum modum, per quem inest, contra regulam positam in l.iij.ff.de legatis primo.Vnde ꝓbabilior videtur ista opinio in istis actibus,qui pendent à voluntate vnius tantum.Sed aduerte, Angel.hic inuoluit istam materiam,& primò videtur dicere contrarium eius,quod dicit gloss.nostra:videlicet quòd si non probaretur metus adhibitus in aditione, actus contrarius sequens tolleret protestationem:per ea quæ habentur in l.cùm in plures.§. locator horrei.ff.locati.& in capitul.solicitudinem.de appellationibus. & in capitu.cùm M.de constitutionibus. in quibus patet, quòd factum tollit protestationem contrariam ; allegat Innocen.in capitulo primo.quod metus caus.vbi dicit,quòd si aliquis protestatur, quòd non intendit profiteri,quia cogi-

[a] ¶ In fin.Et ibidem vide eūdem domi. Franc.Areti.& qđ ibi dixi in apo.

[b] ¶ Celsus.Pro cuius tex.materia vide late Fely.in c.cū M.ī xxvij.col.in med. de cōsti.& Flo.in l. si tā angusti.de ser.

tur per metum ad profitendum, si postea profitetur expresse, ista professio expressa tollit protestationem, nisi probetur metus: secus si esset professio tacita, quæ fieret per assumptionem habitus. In quo secūdo dicto manifeste sentit, quòd protestatio declaratoria semper exponit actum, qui multipliciter potest intelligi, nec distinguit, vtrum sequatur ex interuallo, vel incontinenti. Sed postea in fine cogitando diligentius cōcedit conclusionem Bartoli, & communem, videlicet quòd si præcedat protestatio simplex de non adeundo, tollet factum contrarium, quod sequitur incontinenti. Si autem sit qualificata, hoc modo: videlicet, protestor si adiuero, quòd acceptabo hęreditatem per metum: tunc si probatur postea aditio, & non probatur metus, valebit: non enim creditur protestanti de metu, nisi aliter probetur. l. metum. C. quod metus causa. & nota. in l. metum. ff. eodem. Vnde non probato metu, remanebit aditio simplex, cōtra quam non est protestatio, quæ voluit tollere aditionem faciendam per metum, non illam in qua non apparet metus. Sed Imol. mordet istud dictum: cùm enim protestans potuisset protestari simpliciter, quòd nō volebat adire, ista adiectio metus non esset de substantia protestationis: ergo videtur non vitiare actum, etiamsi non probetur: quia satis est probare pertinentia. l. ad probationem. C. de probat. Sed ista non habet saporem iuris: quia protestatio est huius naturæ, quòd tantum operatur, & non vltra, quantū se extendit causa protestationis: vt est casus in lege, at si quis. §. plerique. de relig. & sumpt. fu. & est prima regula, quam ponit Bartolus in lege, non solum. §. morte. in primo articul. princip. ff. de noui oper. nuncia. Licet ergo ista qualitas nō sit de essentia dispositionis, potest tamen limitare intentionem disponentis: nam & de essentia cancellationis non est, quòd inferatur causa, & tamen causa restringit cancellationem: vt lege, cancellauerat. & ibi Bartolus. ff. de his quæ in testamē. delen. Nec similiter est de essentia legati, & tamen limitat vel ampliat intentionem disponentis: lege, cùm pater. §. dulcissimis. de legat. ij. & lege, Lucius. & ibi p Bar. ff. de aliment. & cib. legat. vnde doct. Angel. est verissima. Dum tamen dicit text. nostrum esse intelligendum, quando metus probatur, hoc non verum, attento exemplo gloss. quia protestatio fuit hic facta simpliciter, nec fuit expressa causa metus, nisi forte posset probari ex coniecturis, quòd ob istam causam tantum fecit protestationem. Ipse tamen do. Imo. videtur intelligere istum textum, quando protestatio non fuit directo contraria actui, sed potius expositiua actus sequentis: quia protestatus est aliquis, quòd per aliquem actum quē faceret, nolebat intelligi adire. Sed hæc repugnant, exemplo posito in glossa: & secundùm communem sententiam eodem modo distinguitur in vtroque casu: videlicet quòd aut actus sequitur incontinenti, & statur protestationi: aut ex interuallo, & tunc non statur. Et ad intellectum legis, cùm in plures. §. locator. ff. locati. vide omnino quod singulariter cōsiderat Bald. in lege, item qa. de pactis. vbi dicit, ꝙ quando contra protestationem sequitur actus contrarius, nō solùm verbis, sed factis, semper per pactum contrarium sequentem tollitur protestatio. Tu circa intellectum illius §. vide quod plene scripsi in lege, Titia. §. idem respondit. ff. de ☞ verborum obligationi. †Et per præmissa infert hic Angel. quòd si aliquis protestetur, quòd non respondit libello, animo litem contestandi: responde, postea non contestabitur lis[a]: quia vt in præmisis patet, protestatio præcedens exponit actum sequentem quo animo fiat: vt dicit Innocen. in dicto capit. primo, quod metus causa. Dominus meus hic limitat hoc verum, nisi iudex mandauerit litem contestari: quo casu cùm lis debeat contestari de necessitate, protestatio nihil releuat: iuxta legē, alimenta. C. de negotijs gestis. cum ibi nota. & in capitulo, inter dilectos. de fide instrumento. allegat Baldum hoc tenentē in lege prima. §. illo ꝓculdubio. C. de Lati. liber. tollen. Sed Ioannes Andr. in mercuriali sua. in regula, exceptionem. de regulis iuris. simpliciter tenet, quòd ista protestatio impediat litem contestatam, etiam si actor protestetur contrarium, vel iudex non admittat protestationem: & hanc opinionem sequitur Bartol. in effectu, lege prima. C. de litis contesta. Et credo eam esse veram cum modificatione, de qua dictum est: nam licet protestatio nihil releuet contra dispositionem iuris præcisam, quæ vult aliquid esse, vel non esse, & inducit effectum per se: vt l. alimenta. præallega. & in dicto capitul. inter dilectos. hoc tamen non infert ad litis contesta. quia licet iudex cogere possit partem ad litem contesta.[b] vel habeatur pro contestata, si pars non vult eam cōtestari, ita do. Bald. in dicta lege prima, bene facit quod not. Barto. & Bald. in authentica, qui semel. C. quomodo & quando iudex. Vnde non potest dici protestatio facta contra dispositionem iuris, quia ius non disponit litem haberi pro contesta. sicut facit in l. nihil. & l. nulla. C. de procuratoribus. Videtur tamen, quòd dicta Ioan. Andre. & Barto. sint limitanda secundùm dicta Bart. hic, & in dicto §. morte. quòd litis contesta. tollatur per protestationem, quando negatio sequeretur incontinenti post protestationem: & multofortius idem esset, quādo simul & semel quis diceret, nego narrata &c. non tamen animo litem contestan. quia oriretur quædam repugnantia, quæ vitiaret actum, secundùm Barto. in dicto §. morte. dum agit de intellectu l. cùm plures. §. locator. ff. locati. vel saltem declaretur abesse animus à lite contesta. Sed vbi protestatio præcederet, contestatio sequeretur ex interuallo: tunc siue dicas quòd protestatio præcedēs est expositiua actus sequentis, sicut dicit Bart. in d. l. j. siue dicas, quòd contradicat actui sequenti, vt tenent ibi Bartol. & Bald. actus tolleret protestationem, secundùm Bart. hic, & in d. §. morte. Vñ dic, vt plenius traditur in d. regula, exceptionem. & ad materiam nostram vide no. glo. in l. is qui reipubl. ff. ex qui. cau. ma. quæ tenet, quòd protestatio facta per verba de futuro, semper respicit actū sequentē, etiāsi sequatur ex interuallo &c. ¶ In glo. sup verbo, hęredē. ibi: sed ibi per iudicē &c. †Et isto tex. cū glo. colligit hic Ang. & Mod. ꝙ si aliquis cōfitetur in tormētis, & postea ratificat coram iudice ad tribunal idē, ista confessio sit valida, & dicatur spontanea[c]. Vnde declarando latius articulū considero duos casus. Vnus est, qñ confessio emanat in tortura, nō præcedētibus indicijs legitimis. Secundus est, quādo præcedunt indicia legitima. ¶ Primo casu etiamsi in illa confessione reus perseueret, illa cōfessio erit nulla, nec poterit sequi ex ea cōdēnatio: vt est casus secundū vnā lecturā, quē ibi ponderat Bart. ad hoc in l. penul. ff. de q. Et hoc est verū, quicquid dixerit Bal. in l. j. C. de cōfe. in ij. char. Ex hoc sequitur, ꝙ si notarius scribit vel primā vel secundā confessionē esse spontaneā, incidit in falsum, nisi forte vt dicit Ang. ignoraret tormēta pręcessisse: qđ etiam dicit ☞ Bal. in d. l. j. in ij. char. ¶ †Secūdo casu dicit, ꝙ notarius scribēdo aliquē sponte confessum, dū ratificat confessionem factā in tormētis, nō incidit in falsum, quia vis fuit adhibita iuste, ideo non rescindit actū, vt in glo. nostra. Et hanc opi. sequuntur hic Moder. & alleg. d. me. Bar. idē tenentē in l. j. §. si quis vltro. ff. de q. Addit etiā vnum notabile verbum, qđ etiā ego viderā dicēs, ꝙ si notarius scribit aliquē fuisse confessum voluntariè, nunꝙ instrumentū erit falsum, quia coacta volūtas est volūtas. l. si mulier. §. si metu. ff. qđ me. cauf. & c. sacris. extrà eo. Ita dicit nota. hic Ro. voluisse Bald. in c. j. §. iniuria. vel §. sequēti. de pa. iura. fir. Sed tu aduerte, quia Bart. in d. §. si vltro. non stat in ista sententia, imo corrigit eam in ver. sed dic. & vult, ꝙ quando confessio est facta in tormētis, non possit scribi, ꝙ sponte fuerit facta. Et hoc etiam clare tenet Bal. in l. ij. C. de custo. reo. licet in l. ij. C. qđ me. causa. videatur sequi in fi. istā distinctionē. Mihi multū placet opi. Bart. in d. §. si quis vltro. quia ille qui deducitur ad tribunal, vt confiteatur, verisimiliter debet æstimare, si negat se esse cogendum, vt persistat in confessione, quod facere potest iudex: vt inquit Barto. in l. vnius. §. primo. ff. de quæstio. Vnde adhuc imminet metus coactionis, & durat eadem potentia cogendi, & verisimile vt dixi, quòd cogatur: bene facit quod habetur in l. metū. C. quod metus causa. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi. de oper. noui nunciatio. vbi concluditur, quòd minime incutiunt iustum metum, quando est verisimile, quòd habeant executionem. Notarius ergo non debet scribere, quòd sponte confessus est, nec est necessarium, sed quòd constitutus coram iudice ratificauit, iterum confitendo confessionem factam in tormentis. & hoc sufficit, vt l. secunda. C. de cust. reorum. Et ista dicta magis placent, quàm elegans doctrina Bald. in l. prima. C. de confessi. in ij. charta. vbi dicit, quòd quando iudex examinat reum in tormentis, confessio postea secuta dicitur spontanea, quia iudex cogit eum vt respondeat, sed nō vt sic respondeat. Sed hoc dictum est periculosum, quia concludit quòd notarius posset ita scribere, etiam quando cōfessio esset facta in tormentis: quod est absurdum, quia si esset spontanea, staretur ei, cuius contrarium dicitur in d. l. ij.

a ¶ Lis. Adde domi. Alexā. de Imol. in cōsi. cvij. iiij. parte. & Mar. Syl. in consi. incip. tempore litis motæ. & Paul. de Castr. in consil. xvij. in v. colū.

b ¶ Ad litē cōte. Vid Fel. in c. cū olim. in ij. nota. de testa.

c ¶ Spōtanea. Vide tu do. Alexā. de Imo. in l. j. §. fina. de questio.

SVMMARIVM.

1 ☞ Hæreditas transmittitur ex capite suitatis.

2 Suus etiam ignorans transmittere potest hæreditatem ad succedentes ex capite suitatis.

Si quis

Si quis filium. Conditio, si hæres non erit, excludit substitutũ, siue substitutus sit hæres per se, siue faciat aliũ ministerio suo. hoc dicit. Vel aliter: Seruus adeundo iussu domini excludit substitutum vulgarem. hoc dicit. Secũda ibi: filio adeunte.

Si filio. Ex capite suitatis trãsmittitur hæreditas, etiã ab ignorante, cum beneficio abstinendi. hoc dicit. Secunda ibi: quia & patri. ¶ † Priò not. quòd hæreditas ex capite suitatis transmittitur vt agnoscenda, non vt agnita. hoc est, quod dicunt docto. in l. j. [a] C. de his qui ante apert. tabu. & semper allegatur ista l. ¶ † Secũdò not. quòd suus etiã ignorans potest transmittere hæreditatem ad succedentes ex capite suitatis: & hoc concedunt omnes. Sed vtrũ possit trãsmittere etiam ad extraneos ex eodem capite, est magna quæstio: de qua in l. ventre. j. eodem. & in l. si infanti. C. de iure deliberan. ¶ In glo. prima. ibi: idem si ignoret. Ista glos. videtur esse corruptè scripta: nam cùm velit decidere alium casum ab eo qui est positus in textu, non decidit alium casum, sed dicit idem. Vnde alij libri habent istud, si non ignoret: & secundũ hoc bene ponit alius casus ab expresso in tex. loquitur, quando filius ignorat hæreditatẽ sibi delatam, & glo. quando scit hæreditatem esse delatam, quam vult transmitti etiam tũc ex capite suitatis: & hoc etiam clarius ponit hic do. Pau. qui vult quòd filius sciens hæreditatem esse delatam, transmittat eam ex capite suitatis, & etiam ex capite iuris deliberandi: iuxta l. cũ antiquioribus. C. de iure delibe. Et hoc procederet sine dubio, quando nõ esset assignatus terminatus ad deliberandum à iudice: vbi autem à iudice esset assignatus, Bartol. videtur velle multum notabiliter, quòd tunc non sit differentia inter extraneum, & suum: & sic quòd elapso tempore dato ad deliberandum sicut ipse suus non posset adire, ita non transmitteret ex capite suitatis: & si transmittit, quia adhuc est infra tẽpus, non duret potestas adeundi hæredi suo, vel elapso termino. Ita videtur sentire in l. ex militari. §. fina. C. de testamẽ. milit. quod est singulare dictum. & quando tempus transisset viuente filio, istud dictum videtur minus dubitabile, qa lapsus temporis est quædam repudiatio: vt l. facta. §. si quis bona. ff. ad Treb. Vnde sicut si filius expresse abstinuisset, sine dubio non transmitteret ad hæredem suum: sicut dicitur in l. j. C. de his qui ante aper. tabul. ita etiam si permittit labi tempus se viuente. Vbi autem tempus nõ transisset ipso viuente, esset magis dubitabile, quia suitas non est elisa adhuc per abstensionẽ. Sed tamen adhuc videtur defendi posse: quia sicut patet ex isto text. & ex l. qui ĩ aliena. §. interdum. suprà eodẽ. transmissio iuris fit eodem modo, quo ius erat penes transmittentem. Sicut ergo si ipse viueret, lapsu tẽporis excluderetur: ita videŕ, quòd excludatur hæres eius: & est valde elegans dictum in ista materia, quod Barto. magis sentit, ꝙ dicat expresse in loco allegato &c.

In omni. Hæres hæredis non potest acceptare hæreditatem immediatè sibi delatam, & hæreditatem delatam autori suo repudiare. hoc dicit. ¶ † Primò not. quòd hæres qui mediate succedit defuncto, id est per mediã personam alterius, censetur esse immediate hæres illius, & vtitur eodem iure. Et hoc arguit hic Bartolus, in lege, paterfamilias cùm in tabulis. vbi plenius, de vulgari & pupillari. quòd is qui agit petitione hæreditatis, & dicit se hæredem Titij, non esse necesse, quòd exprimatur in libello, ꝙ est hæres eius per mediam personam alterius. Vnde si dicat se hæredem simpliciter, & postea in processu probet, quòd hę res est, mediante altero debet obtinere. & hoc etiam tangit Bartolus, in lege tertia. in fine. ff. de petitione heredita. Hoc tenet. Bald. in lege finali [b]. C. de hæredib. institu. Dicit tamen ibi, quòd lex, paterfam. inducta per Bartolum, hoc non probat: quia ibi loquitur in hærede hæredis, qui succedit ex iudicio testatoris. Conclusio tamen est vera in se, quia hæres verè possidet, & tenet rem ex titulo defuncti cui succedit: vnde vere est hæres primi testatoris, sicut primus hæres verè illo titulo possidebat. Casus est nota, & ibi tangunt Modern. in lege tertia. §. ex plurimis. ff. de acquirenda possessione. Et dato, quòd nòn esset proprie hæres, verba tamen libelli sustinentur, quæ debent impropriari, vt saluetur intentio libellantis: lege prima. & ibi per Bartolum. C. de vsufruct. Vnde domi. Bald. nota. in lege prima. C. vnde liberi. ꝙ si aliquis dixit se hæredem in libello, cùm esset bono. posses. de iure prætorio sustinetur libellus. Pro qua regula vide optimum textum in lege iiij. §. si sub conditione. de fideicomis. libe. Dixit tamen Bart. not. in l. si defensor. §. pe. ff. de interro. actio. ꝙ si p hoc quòd aliquis dicit se simpliciter hæredẽ Titij, auferretur defensio reo conuẽto, nisi explicaret vtrũ mediate, vel immediate, vel vtrũ ex testõ, vel ab intestato, tũc cogereŕ hoc exprimere: qđ semper not. ad materiã nostram. ¶ Extra gl. tãgit hic Imo. no. q. qñ testator instituit filiã in dote, etsi decederet infra nubilẽ ętatẽ, substituit hæredes suos infrãscriptos: vtrũ ex ista substitutione vocetur hæredes vnius ex institutis, quia mortuus est ante mortẽ filię, id est vtrũ vocetur hæres hæredis. In qua dicit se rñdisse de facto, ꝙ quia per dictionẽ, infrãscriptos hæredes &c. videtur vocati solũ hæredes scripti, ergo nõ vocabiŕ hęres hæredis: vt in simili q. concludit Bar. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pupil. Quæ conclusio in terminis suis est verissima, & probatur in d. §. hæc verba. iũcta l. cum filio. eo. titulo. diciŕ em̃ in d. l. cũ filio. ꝙ per ista verba, quisquis mihi hęres erit &c. intelligũtur vocati scripti hæredes: & in §. hæc verba. dicitur, ꝙ nõ cõprehẽdũtur hęredes hæredũ, qui non veniunt ex iudicio defuncti. Sed qõ posita per Bar. in d. §. hęc verba. est magis dubitabilis: quia ibi pauperes, qui nõ erant scripti, vocabãtur ex iudicio saltẽ tacito defuncti, qđ poterat cõprehẽdi ex ista inspectione testamẽti: vñ dispositio facta de hęrede scripto, videbatur trahi ad eos, sicut do. Bar. in simili qõ. in l. si quis ad declinandã. C. de episc. & cleri. & in alia qõne in l. ad probationẽ. [a] C. de proba. Et ista dicta ego sum secutus, ad quorũ declarationẽ vide qđ scripsi in l. si in testamẽto. ff. eod. ti. vbi est bonus casus, iuncta l. cũ filio. eo. ti. pro ista parte. & quia hic plenissime examinaui in dictis locis, recurre ad ibi no. Secundò format hic d. m. duas notabiles qõ. quarũ prima est ista: Testator mãdauit Titio hæredi suo, ꝙ construeret capellam infra cer. tẽpus, & post tẽpus priuauit eũ hæreditate, si mãdatũ nõ impleret. Primus hæres mortuus est pendẽte termino, quęriŕ vtrũ istud mandatũ trãseat ad hæredẽ eius, ita ꝙ si nõ impleret pręceptũ, priuetur hæreditate? Super quo Bal. dicit in l. fi. C. de hære. insti. ꝙ istud præceptũ nõ astringit hæredẽ hæredis, per l. mulcta nõ cõmittitur. in prin. ff. de cond. & demon. Sed do. me. dicit hic, ꝙ contrariũ cõsuluit Bar. in cõsi. qđ incipit, An. &c. qđ est consiliũ septimũ in ordine meorũ. Sed cũ reuerentia Bar. dicit idem per eandem l. quãdo præceptũ factum fuit hæredi sub nomine præcedente, iuxta regulã positã in l. si seruus cõmunis ita stipuletur. ff. de stipu. seruo. Vbi autem præceptum esset factum hæredi per nomen appellatiuum, vel vbi nomen hæredis præcessisset, tunc videtur sentire id, qđ dicit do. meus, quòd præceptum transeat ad hæredẽ hæredis. Sed in consi. xxix. ipse tenet pro primo hærede non implẽte & moriẽte, secundus non possit implere, sed præcise perdatur hæreditas. Sed in consi. suo ccxiij. videtur cõcludere idẽ qđ in vij. & hoc consiliũ nõ allegaui aliter. Alia autem dicta plene retuli, & discussi in l. paterfa. de vul. & pupil. vbi etiã respõdi ad l. videamus. qđ metus causa. quã alleg. hic do. meus. Et ibi in effectu post longam disputationem sum secutus distinctionem Barto. prædictam per no. do. quã ipse posuit in l. sub diuersis. in fi. ff. de conditio. & demonstra. Et per id qđ habetur in l. cùm ita legatum. in fin. eod. titu. vbi dicitur, ꝙ quando conditio debet impleri in persona primi hæredis, expresso nomine proprio, tunc non potest impleri in persona hæredis: secus si sit expressum nomen appellatiuũ. l. peculiũ. §. hæredi. ff. de statulibe. Vnde cùm in materia pœnali debebat fieri stricta interpretatio, sicut in implemento conditionis, quæ debet impleri in forma specifica: vt l. qui hęredi. & l. Meuius. de conditioni. & demonstratio. ideo illa iura videntur loqui in terminis paribus, & per consequens decidere quæstionem. Nunc autem cogitando diligentius dubito, vtrum ista distinctio sit vera. Primò, quia ego video quòd commissio pœnæ quæ debebat fieri per conditionem implẽdam in persona principalis, habet locum etiã in hærede suo, nam obligatur ad implendum, & implendo euadit pœnã: vt est casus claris cum gloss. sua in l. diem proferre. §. j. ff. de arbi. & in l. quamuis. cum gloss. ff. eod. titu. Præterea ista q. militat eadem ratione, quæ assignabitur j. in sequenti quæst. Vnde forte probabilius est dicere simpliciter, quòd ex quo pœna incipit à pręcedenti obligatione, semper obligatio & facultas implendi conditionem transeat ad hæredem, quia obligatio conditionalis de sui natura passiuè transmittitur ad hæredem, tam in cõtractibus, quàm in vltimis voluntatibus: sicut dixi in dicta l. paterfami. Sed circa hanc materiam quæro, nunquid si grauatus est hęres, etiam sub nomine proprio, onus illud transeat ad heredes: vide text. nota. cum gloss. in l. alimenta. in principio. ff. de alimentis & cibarijs lega. vbi glo. videtur sentire, quòd si appareret electa industria personæ, non transiret: aliàs secus. quod nota. perpetuo. ¶ Secũda quæstio est, vtrum quando hæres prohibetur alienare, videaŕ pro

[a] ¶ In l. j. An & quãdo beneficiũ transmissiõis, de quo in d. l. cõcedaŕ: vide d. Bar. Soc. in cõsi. cc. xcvj. ic. in pñti. ver. scđo principaliter ibi cõfirmatur. in ij. parte. vbi etiã an sit fauorabilis & extẽdibilis, qñ transmissio quæ virtute d. l. j. fit ad descẽdẽtes.

[b] ¶ In l. fin. Et ibidẽ plene vide do. Alexã. de Imol.

hibitus similiter hęres hæredis: super qua vide plenißime qđ scripsi in d.l.paterf. & Moder. post Bar. in l.filius.§.diui.de lega.j.idē Barto.in l.Lucius.§.Sempronio.de leg.iij. Et inter alia notabis vnā ratione, quā assignaui in d.l.paterfa. quæ facit ad decisionē primę q. quia ego dixi, ꝙ etiam in stipulatione, quæ est stricti iuris, promissio negatiua facta psonaliter à promissore, videbatur cōprehendere hæredē.l. stipulatio ista.§.j.de ver.obli.ple.per Bar.in l.si stipulatus fuero per te nō fieri.ff.eo. & hæc sufficiant cū his quæ dixi in d.l.paterf. Aduertе tamē, quia in prohibito alienare dixerunt Cy. & Bal. in l.si in testamento.š.de vul. & pup. ꝙ prohibitus alienare partem suam, videē etiā prohibitus alienare partē sibi accrescētē. facit optime tex. & qđ ibi per Bal. in l.etiā.C.de iure do.

SVMMARIVM.

1. ☞Pupillus absq; tutoris autoritate obligari non potest. quæ regula fallit, vt hic, remißiue.
2. Persona aliqua cùm prohibetur obligari, ex l.dispositione, videtur etia prohibita obligari per quasi contractum.
3. Obligatio descendens à l.in pupillum, ipso iure, efficaciter eū obligat, nec requiritur in ea autoritas tutoris.
4. Reseruata principi præscribi non possunt.
5. Impubes quāuis per se non poßit contrahere sine tutoris autoritate, potest tamen pro alio gerere actum.
6. Tutor an solus repudiare poßit bon.poss.

MOræ. Quia pupillus nō potest obligari sine autoritate, ideo non potest hæreditatē adire: acquiritur tamen sibi tanꝗ necessario hæreditas ipso iure. hoc dicit. Secunda est ibi: hæreditas. Tertia ibi: de ea autem &c. ¶ †Primò nota regulam, quæ ponitur in prin. literæ, ꝙ pupill⁹ sine tutoris autoritate nō potest obligari. Fallit in certis casibus, de quib⁹ dicemus in lege, pupillus. infrà eodem. Intelligitur autem per hæc verba tolli obligatio ciuilis, ex qua introducitur hæc solennitas autoritatis tutoris, non obligatio naturalis, quæ oritur ex contractu pupilli[a], vt plene dicit Barto. in lege prima.ff.de nouat. & not. in lege, pupillum.ff.de regu.iu. intellige, si est doli capax. Ideo dicit Barto. in lege prima.C.de sacrosan. eccles. quòd attento iure gentium, vel naturali, pupillus non prohibetur obligari, si est doli capax, licet tutoris autoritas non interueniat. ¶ †Secundò not. quòd vbicunque ex legis dispositione aliqua persona prohibetur obligari, videtur etiam prohibita obligari per quasi contractum: & hoc non est dubium, quia ex eo resultat obligatio, sicut ex contractu. Sed dubium est, quid si aliquis prohibetur contrahere: verbi gratia, mulier ex forma statuti, sine cōsensu consanguineorum: de quo tetigit hic Bartol. Moder. remittunt ad ea quæ scripta sunt in lege, mutum. in princip. suprà eod. Et vltra ea quæ ibi diximus, vide Angel. in consil. suo ccxcvj. vbi dicit, quòd si ex forma statuti instrumentum factum super contractu habet executionem paratam, ita quòd potest incipi à præcepto contra formam iuris. Istud statutum non extendetur ad quasi contractū, nec comprehendit instrumentum, in quo continetur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam: allegat iura vulgaria, quæ dicunt quòd statuta sunt stricti iuris, & non debent extendi, & in aliis quasi contractibus ego essem cum eo, per ea quæ dixi in dicta l.mutum. Sed in quasi contractu, qui oritur ex sentētia, iuxta ea quæ tradit Barto. in l.ij.§.pen.de præto.stipu. hoc videtur valde durū, cùm sñia etiā de iure cōmuni habeat executionem paratam, licet nunc alteretur modus in executione contra formam iuris. Vnde per regulam, cui licet quod est plus, licet quod est minus de qua in lege, nec in ea.§.primo.ff. de adulte. satis videtur posse tolerari, & quòd etiam sententia poßit madari executioni illo modo, si potest mandari cōtractus, qui de iure communi non habet executionem paratam. l.minor xx.ann. cui fideicommissum.ff.de mino. de qua regula vide Imo. in l.si verò.§.de viro.sol.mat. Et hanc rationem, licet non ita formaliter, ipe tangit in illo cōsilio, sed nō soluit, ꝗuis determinet cōtrarium. Ad materiā etiam vide quod ponit Abb. & Moder. in c.qua fronte, in princ.de appel. sequitur dicta Barto. in lege apud Iulian. in fin. & gloss. in capitul.ij.de immu.eccles.libr.vj. quam ipse ibi alleg. ¶ Tertiò nota. ibi: etiam non sit, soluendo. quòd de iure isto adiens hæreditatem obligatur creditoribus vltra vires hæreditarias, sed legatari⁹ non. lege prima.§.si is qui quadraginta. & ibi not.j.ad Trebel. de quo diximus suprà in rubrica, cùm tractauimus quæst. inuentarii. Et tenebis menti ad ea quæ ibi scripsimus notabilem doctrinam Bald. hic, quam sequuntur Modern. dicit enim, quòd etiā de iure nouißimo confecto inuentario hæres obligatur insolidum creditoribus: vnde inuentarium non extinguit obligationem ipso iure, sed moderatur executionem faciendam contra hæredem, secundùm eum. Et ex hoc potes inferre vltra eos, quòd exceptio confecti inuentarii potest opponi post sententiam in executionem, si prius non fuit opposita. Ita determinat no. Mathesil. quē refert & sequitur Bar. in l.ex diuerso.§.si in iudicio.ff.sol.ma. & idem sequitur Bal. in l.j.C. de iur. & facti ignorantia. ¶ †Quartò no. & semper tene menti ibi: quasi necessaria &c. quòd obligatio quę descēdit à lege in pupillum ipso iure, obligat eum efficaciter, nec requiritur in ea autoritas tutoris. Et hoc inducit hic Paulus de Castro ad q. quę ponitur per Cyn. in l.certi iuris.C. locati. & ad similem quam ponit Barto. in lege, si constante. in principio.ff.soluto matrimo. nunquid minor recipiendo dotem vel conducendo domum obligetur tacite obligatione legali, quia bona talium sunt ipso iure obligata. & videtur dicendū per istum text. quòd sic. Sed ipse respondet, & bene, quòd hic inducitur obligatio à lege, non mediante aliquo facto ipsius pupilli. In quæstionibus autem prædictis inducitur mediante facto pupilli: vnde ista non sunt similia. Et ad istam differentiam vide textum, quem ipsi allegant in lege finali.C.de legitimis tutoribus. Tu autem potes notare hunc textum, ad id quod tangit Bartolus in lege, non videtur.C. de in integrum restitutio. mi. vbi dicit, quòd in obligatione legali, quæ inducitur mere à l. comprehenditur ita pupillus efficaciter, sicut alius, nec datur sibi restitutio. allega. text. in lege, si hærede.§. ☞Lucius.ff.de administratione tutorum. ¶ †Extra glossam dicit hic Angelus, quòd quia hoc est inductum de iure ciuili, quòd pupillus non poßit obligari sine autoritate tutoris, ideo statutum posset inducere, tollendo ius ciuile, quòd pupillus doli capax poßit obligari sine tutoris autoritate: per l.ius ciuile. cū materia. & per l.omnes populi.ff. de iustitia & iure. Sed contra hoc arguit dominus meus fortiter: quia istud statutum habilitans pupillum ad se obligandum, videtur concedere veniam ætatis, quæ est de reserua. princip. l. secunda. C.de his qui ve.æta. & lege tertia. in principio.ff.de minori. Sed reseruata principi non potest concedere statutum, secundùm Bartol. in l.non ambigitur.ff.de leg. Idem ponit, & plenius, in l.omnes populi. in iij.qōne princip. de iustitia & iure. vbi loquitur propriè, de ve.ætat. ergo videtur, quòd ista doctrina non sit vera. Facit optime quod notat Angelus & Moder. post eum in l.quæramus.ff. de testamentis. vbi concludit, quòd statutum non potest concedere pupillo vel minori, vt poßit testari, quia est de reseruatis princip. l.finali. Ipse tamen non obstante hac obiectione, videtur sequi doctri. Angel. vbi pupillus est doli capax: nā si nō esset doli capax, sed infans, statutum hoc concedere non posset, quia tolleret defectum naturalem, contra quem etiam princeps non dispensat, secundùm Innocen. in capitul. sciscitatus. de rescript. non tamen respondet obiectioni factæ. Vnde pro intellectu qō. possunt considerari tres casus. Nam aliquando statutum habilitat minorem, ac si esset maior simpliciter: tunc videtur cōcedere veniam ęta. nec posset statutum super hoc disponere. Vnde dominus Bald. not. ad propositum in authenti. si captiui.C.de episcopis & cleri. quòd quando minor taliter habilitatur, non potest restitui aduersus actum, quod inducit veniam ætatis. lege prima. de his qui veniam æta. impe. Aliquādo statutum non obligat eum vt maiorem, sed simpliciter: tunc non videtur concessa venia ætatis, quia non perdit beneficium restitutionis in integrum. vt j. videbis in q. & ideo valet statutū. Aliquādo statutū nō habilitat minorē simpliciter in omni obligatione, sed in quadā specie cōtractus, vel obligationis: & tūc etiā credo statutū valere, quia princeps nō reseruat sibi concesßionē venię ætatis, nisi qñ cōcedit eā simpliciter: vt patet in l.iij. in prin.j.de mi. & in iu.pręal. Ideo tunc cū solēnitas tutoris sit inducta à iure ciuili, statutū potuit eam tollere, p l.š.al. ¶ Vtrū aūt poßit p̄scribi per populū, q nō recognoscit superiorē, ꝙ poßit exercere reseruata principi, vide ad propositū nostrum Bart. in d.l.iij. qui dicit, ꝙ potest. vnde talis populus secūdū eū posset cōcedere veniā ętatis. †Sed cōtra hoc facit secundū do.me. ꝙ reseruata principi regulariter nō possunt præscribi[b], secundū Inno. & Ioan. And. in ca. bonę.de postu.pręl. & refert & sequitur Ang. & Imo. in l.vsuc. ff.de vsu. qđ dictū adducit hic d.me. Vnde dicit super hoc cogitandum. Tu dic, ꝙ ea quæ sunt reseruata principi, nō in signū supremę potestatis & vniuersalis dominii, sed ꝓpter magnitudinē & grauitatē causę, vel alia qualibet ratione, illa pñt pręscribi spatio tēporis, cuius initii nō est memoria. Secus est in his, q̄ sunt reseruata in signū supremę ptātis, & vniuersalis dñii. Ita distinguit pūctualiter Ant. de Bu. in c.cū cōtingat. in vlti.

a ¶Pupilli. Adde Felyn. in ca.ꝗto. circa prin.de præsumpt.

b ¶Præscribi. Qualiter aūt cognoscāt, quæ sint de reseruatis prin. vide Fel. in ca.cū nobis. in ij. col.de præscript. in versi. demū not.

vlti.char.de fo.cõpe.& probatur primum membrum in c.ſuper quibuſdam.in fin.de verb.ſig.intellige tamẽ,ꝙ detur licentia & patientia principis,vel ſui officialis,ſicut ſolenniter dicit Bartol.in l.ſi publicanus.§.in vectigalibus.ff.de pub.quæ dicta approbat & ſequitur Abb.in capi.cùm nobis olim.de præſcripti. Pro ſecundo dicto eſt caſus in l.cõpetit.C.de præſcr.xxx.anno.& eſt glo.no.in c.j.in verbo,non obſtãte.de cle.ægro.libr.vj.In caſu autem noſtro venia ætatis reſeruatur principi propter grauitatẽ præiudicij,quæ fieret minoribus,non in ſignum ſupremę poteſtatis:vt ſatis colligitur ex text.in d.l.iij.ff.de minori.dum dicit,ꝙ principes id raro concedere ſolẽt:ex quo ſignificatur,quòd eſt res ſui natura non conceſsibilis,propter damnum quod poſſet inferri minoribus:& hoc ſufficit,quantum ad caſum noſtrum,nam non intelligo penitus diſcutere articulum,hoc,vtrum reſeruata principi poſsint præſcribi:ad materiam vide quod ponit Bar.in l.infamem.de pu.iu.& in l.j.§.de quare.ff.de poſtu.& in l.contra pupillum.in fin.de re iudica.vel in l.acta.& quod eleganter ponit Bald.in capitu.primo.quæ ſint reg.in vſib.feu.& in l.j.C.de iure anu.aur.& in authẽti.quas actiones.verſus fin.C.de ſacroſanctis eccle.¶ Sed quæritur incontinẽti,poſito quòd iſtud ſtatutum valeat maxime,ſicut factum ab eo qui non recognoſcit ſuperiorem:vtrũ minor contrahens poſsit petere reſtitutionem in integr.quam q.tangit hic dominus meus,& videtur tenere quòd non impediatur peti reſtitutio in integ.per gloſſ.in l.j.C.ſi de momen.poſ.fue.app.quæ dicit,quòd licet in caſu illius l.lex legitimet perſonam minoris in iudicio,poteſt tamen peti reſtitutio in integ.Hoc tamen limitat do.meus,niſi ſtatutum diſponendo validet contractum,non autem limitet ætatem ſimpliciter:allegat Bald.referentẽ Iaco.de Bel.in l.cum lege.ff.de arbit.alle.etiam pro dicto glo.in d.l.j.Barto.qui ita conſuluit,& eſt in ordine meorum cõſilium cj.Tu adde ꝙ iſtam q.tangit Ioan.Andre.in additio.Specula.in titu.de reſtitu.in integrũ.§.quis autem.& ibi referens dicta Iaco.de Belui.in ſua diſputa.ponit duas no.concluſiones.¶ †Prima concluſio ſtatutum validans,contractum factum à minore videtur permittere,vt minor poſsit alienare rem immobilem,vel obligare,licet venia ætatis conceſſa à principe hoc non operetur:& eſt magna limitatio,& noua ad l.penulc.C.de his qui ve.æta.imp.¶ Secunda concluſio,ꝙ per tale ſtatutum tollitur reſtitutio in integ.ſecus ſi ſtatutum ſimpliciter limitaret ætatẽ,ſecundùm Iaco.de Belui.Intelligo autem,quòd ſtatutum limitat ętatẽ,quũ dicit vſq; ad xx.an.minor non poſsit cõtrahere.iſtud eſſet in effectu validare contractũ.l.qua ętate.in princ.cum ſimi.ff.de teſta.Id enim dicimur poſſe,quod de iure poſſumus.l.nepos Proculo.de verb.ſignific.Hanc opini.Ioan.Andr.& Iaco.de Belui.ſequuntur Archid.& Ioã.in c.j.de pact.lib.vj.Hanc etiam ſequitur Ang.vbi dicit eſſe caſum in l.de die.§.qui mulierem.ff.qui ſatiſda.cogan.Pro concluſione videtur gl.ordi.in l.exigendi.de procura.quam ibi ſequitur Barto.maxime in prima ratione,quam ibi aſsignat,quia nemo debet circumuenire autoritate legis.Idem dicit glo.& ſequitur Barto.in l.minor.in princ.ff.de procurat.Contrarium tenuit Bald.expreſſe in d.l.j.C.ſi de momen.poſſe.ſu.app.& in l.momentaneæ.C.qui leg.per.vbi eſt videndum.Contrarium etiã tenuit Ioan.And.in nouella,in c.j.de in integ.reſtitu.lib.vj.Ad intellectum gloſſ.in l.j.C.ſi de momen.poſſeſ.pro iſta concluſione videtur caſus in l.fina.§.ſin autem in ſecundo.in verſicu.in vtroq;.C.de bonis quæ libe.vbi patet,quòd quãuis in illo caſu permittatur ſoli pupillo ſine tutore adire,vel repudiare:in vtroq; tamen caſu conceditur ſibi reſtitutio in integr.Bald.in au.ſi captiui.C.de epiſcopis & cleric.ponit quandam diſtinctionem,quæ recte intellecta poteſt eſſe vera,addendo vnũ caſum tantum ex dictis eius quæ poſuit alibi.Dic ergo ſecundùm eũ:Aliquando ſtatutum vel lex minorem fingit maiorem,ſicut ſi diceret,poſsit contrahere ſicut maior,vel acſi eſſet maior:& tunc tollitur reſtitutio in integ.quia hoc ſtatutum indulget veniam ætatis in effectu,ſi habilitat ſimpliciter minorem:ergo per interpretationem paſsiuam.l.j.C.de his qui ve.ęta.impe.trahetur ad ſtatutum,quod hanc interpretationem patitur,ſecundũ Bar.in l.omnes populi.de iu.& iu. Pro hoc adducit ipſe tex.cũ glo.in au.ſacramẽta.C.ſi aduer.vẽ.Idem tamen credere,ſi ſtatutum habilitaret per dicta verba minorem in aliqua ſpecie cõtractus,quia & hic ſimiliter,ex quo lex habet eum pro maiore,iura loquentia de maiore traherẽtur ad ipſum ſtatutum.Aliquando ſtatutum limitat ætatem,& tũc idẽ ſecundũ eum,qđ ſicut ſi de iure cõmuni minor ætas eſſet limitata ad minus tẽpus,poſt ad illud tẽpus nõ competeret reſtitutio,quæ cõceditur per prærorẽ minori ætati:ita erit dicendum,ſi ętas iuris cõmunis reſtringatur à ſtatuto:qđ dictum debet intelligi,vt procedat,quãdo ſtatutũ diceret,minor ætas intelligatur vſq; ad xx.an.vel duret:nam ſi ſtatutum non limitat minorẽ ætatem,ſed ſimpliciter tempus,quo minor eſſet inhabilis ad contrahendũ:verbi gratia,ſi ſtatutũ dicat,poſt xviij.an.quilibet minor poſsit contrahere:tunc non denegaretur reſtitutio aduerſus contractum.ita videtur probari in l.cum lege.in fin.ff.de arbi.Aliquando ſtatutum permittit ſimpliciter maiorẽ xviij.an.contrahere vel validare contractum:& tunc verior videtur eſſe ſententia cõmunis,ꝙ nõ videatur ſublata in integ.reſtitutio per iura pro hac parte alleg.& quia ſatis eſt,ꝙ ſtatutũ poſsit aliquid operari,vt contractus ſemper valeat,qui aliquãdo de iure cõmuni nõ valeret:& hoc tenet Bal.in d.au.ſi captiui.Debet enim interpretari ſtatutũ,ita vt minus lædat ius commune,ꝙ ſieri põt,dum tamẽ aliquid operetur:vt l.ſi quãdo.in princip.C.de inof.teſta.& c.cùm dilectus.de cõſu.& qđ traditur in l.iiij.§.ait prætor.de dã.infect.per Bar.in c.j.de reſcript.Hoc tamen videtur limitandum ſingulariter ſecundũ Bald.in l.exigendi.C.de procura.niſi minor faciendo actum,faciat eum nomine alterius,vel ad vtilitatem alterius:tunc enim ſi perſona eius approbatur,intentio legis videtur eſſe,vt ſubrogetur loco maioris:ideo non poteſt reſtitui.Sic intellige glo.in l.exigẽdi.& in l.minor.ſ.allega.& tex.& Ang.in l.de die.§.j.ff.qui ſatiſda.cogan.Secundò debes hoc limitare,niſi ſtatutum hoc prohiberet contrahenti aduerſus contractum excipere,tunc enim videtur ſublata eſſe defenſio reſtitutionis in integrũ,ſecundũ Cy.in addit.in l.in cauſæ.la prima.ff.de mino.& tenet Bald.allegans iſta dicta in addi.Specu.in titu.de arbi.ver.ſed quid ſi ſtatutum.licet cũ reſtitutio impetretur officio iudicis:vt l.ꝙ ſi minor.in fi.ff.de mi.non credo,ꝙ videatur ſublata,ſi prohibeatur exceptio:per ea quæ dicit Barto.in l.j.§.j.ff.quod vi aut clam.ideo Bald.in d.l.in cauſæ.non approbat hoc dictum.Alium etiã caſum,& alia verba,per quæ videtur ſublata reſtitutio in integrum,vide per Bart.in l.nemo.C.de tẽpo.appel.

Impubes. Pupillus adiens iuſſu paterno, acquirit patri hæreditatem: ſed hæreditatem quam quærit ſibi, non poteſt acquirere ſine autoritate tutoris.hoc dicit,cum l.ſequen.¶ †Primò not.in verſicu.impubes.quòd licet pupillus per ſe nõ poſsit cõtrahere ſine autoritate tutoris:vt l.obligari.§.j.de auc.tuto.& in l.ſequẽ.pro alio tamẽ ſemper poteſt gerere actũ,intellige vt alium obliget,nõ vt ſe.Similis tex.eſt in l.ꝗuis.in princi.& qđ ibi glo.ff.de acquiren.poſſ.per quę Ang.arguit,ꝙ ſi ex forma ſtatuti mulier non poteſt contrahere ſine conſenſu &c.poterit tamẽ facere contractũ nomine alieno,tãꝗ procurator.Et ad hoc optime facit iſta litera,ſuper quo vide quod ibi plene ſcripſi,& quod tangit hic d.Pau.qui allegat aliqua bona iura.¶ †Secundò no.ibi:vt cauſam acquirendæ.& in verſicu.ſeq.ꝙ pupillus infans vel proximus infantiæ nec cenſetur habere diſcurſum rationis,per quẽ poſſit deliberare,qui vocatur hic diſcretio:nec ſcientiam,per quam poſsit cõcludere & determinare aliquid,ſecundùm Barto.exponentem iſta verba.Dicitur autem neſcire cauſam hæreditatis acquirendæ,quia ignorat vtrum deferatur ſibi ex teſtamento,vel aliàs ab inteſtato:& vtrum ſit voluntarius,vel neceſſarius,ſecundùm Barto.& Moder.& in his eſt ſimilis furioſo.Differt tamẽ à furioſo,quia intelligit quædam prima principia,quę ſine diſcurſu ſunt omnibus nota:verbi gratia,quòd appetat bonum,& fugiat malum:quæ tamen ſunt ignota furioſo.¶ † Vltimò not.quòd de iure ſpeciali in fauorem pupilli infantis,vel qui eſt proximus infantiæ,inductum eſt,vt poſsit adire hæreditatem autore tutore:nam ſecundùm rationem cùm careat intellectu,non videretur admittendum.& in iſto caſu lex vult,quòd intellectus tutoris totaliter ſuppleat intellectum pupilli:vt dicit text.in l.quamuis.§.infans.ff.de acquirenda poſſeſsio.Pro quorum iurium intellectu vide quod plene ſcripſi in lege prima.§.ad ipſum.j.de acquirenda poſſeſ.¶ In gloſſ.prima & ſecũda,gl.videtur intelligere tex.quando pupillus eſſet maior infante:quod non eſt neceſſarium,dummodo pupillus poſsit fari ita,quòd cum tutore poſſet adire hæreditatem pro ſe:nam non videtur eſſe diuerſa ratio in iſtis caſibus.Non obſt.l.ſi infanti.quia vel poteſt dici,quòd loquitur in eo qui non poteſt fari:vel ſi loquitur in alio,concedo quòd ſolus pater poterit adire.Sed per hoc non ſequitur,quòd etiam iubente patre ipſe non poſſit adire:vt j.videbis in prima gloſſ.l.ſequen.¶ In gloſſa vlti.ibi:in bonorum poſſeſsio.ſolus tutor.Idem tenet gloſſ.in l.potuit.C.de iure deliberan.& in dicta l.tutor.licet contrarium teneat in l.bonorum.C.qui admitti.& in l.ſed nec ipſi.j.ad Trebellia.Sed docto.communiter approbant iſtam gloſ.hic,& in dicta l.bonorum.quia caſus eſt clarus in d.l.tutor.Sed contra iſtam communem ſententiam poteſt argui:quia cùm acceptio bo.poſſeſ.ſit ſimilis aditioni:vt l.ſeruo inuito.in princip.j.ad Trebel.ergo ſicut aditio non poteſt fieri à ſolo tutore,ita nec bono.poſſ.Sed reſpondetur,ꝙ iſta non eſt ſimilitudo adæquata per omnia,quia in aliquibus aditio hæreditatis & bono.poſſeſsio ſunt diſsimiles:vt patet in l.qui in aliena.in princi.ſ.eo.ergo non poteſt argui ab iſta ſimilitudine,ex quo datur diſtantia,id eſt diuerſitas in quibuſdam,ſecundùm gloſ.nota.in l.ſin autem.§.poſsidere.ff.de rei vendicatio.Et eſt regula,quæ ponitur per gloſſ.j.qõ.prima.ſicut vrgeri.& de iure ciuili in l.creditoris.ff.de noui ope.nuncia.& Ioan.Andr.in capitu.tranſlato.de conſtitu.Regulariter autem cùm tutor habeat adminiſtrationem cum libera.l.præſes.C.de tranſact.non eſt mirandum,ſi poteſt pupillum obligare,accipiẽdo bonorum poſſeſsio.l.procurator cum libera.cum materia.ff.de procura.¶ †Sed quæritur,nunquid tutor ſolus poſsit repudiare bono.poſſeſsi.& tex.videtur quòd nõ.in d.l.tutor.quòd Azo ibi,& Bartol.intelligũt,quòd non poſsit ſolus,ſed cum iudice,interuenientibus amicis vel cõſanguineis bene poteſt:& ratio eſt,ſecundũ Barto.quia ius adeundi non cõputatur inter mobilia,cùm competat ad hæreditatem,quæ reputatur tãꝗ ius immobile.Sicut ergo ipſa hæreditas quæſita non poſſet alienari ſine decreto iudicis,ita nec ius quod competit ad hæreditatem conſequendam:iuxta ea quę habentur in l.ſi prędiorum.C.de prędijs mino.& in l.prima.C.ſi aduer.tranſactio.in gloſſ.& per Dy.& Bartolũ in l.pupillus.ff.de auto.tuto.Sed aduerte,quia ſi iſta ratio eſt vera,ſequeretur ꝙ etiam

pupillus cum autoritate tutoris non posſit repudiare hæreditatē[a] ſine iudice: quod eſt contra tex. in l. pupillorū. C. de repu. hære. à contrario ſenſu: & clare probatur propriè in filio ſuo, qui abſtinet, in l. nō ſolū. §. fina. ff. de ritu nupt. & in l. ſi is qui tres. §. pen. & ibi per Bald. ff. de excu. tu. Vnde Bal. in d. l. ſi pupillorum. expreſsè tenet, ꝙ prælatus cum capitulo poſsit repudiare hęreditatem, licet non interueniat autoritas epiſcopi, de qua dicemus in l. is qui hęres. ĵ. eo. Dicamus ergo, ꝙ melior ratio eſt, quia repudiatio eſt quædam ſpecies donationis prima facie, quæ non permittitur adminiſtratori habēti liberā: vt l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pact. Et ſi dicatur: ergo ſecūdū hoc pupillus nō poſſet repudiare cū autoritate tutoris, quia non pōt donare etiā cū autoritate tutoris. l. j. §. j. de tute. & ra. di. Ad hoc dico, fatendo ꝙ non eſt proprie donatio: quia tamē habet quandā ſimilitudinē cū donatione, nō videtur poſſe fieri per ſolum tutorē. Ex hoc infertur, ꝙ etiā cū iudice nō poſſet fieri, niſi hæreditas eſſet dānoſa, ita ꝙ expediret pupillo repudiari bo. poſ. vt dicit tex. in l. nō ſolū. §. fina. Licet autem regulariter pupillus non poſsit adire ſine autoritate tutoris, hoc tamē fallit in tribus caſibus, ſecundū dn̄m meū. ¶ Primus eſt, qn̄ pupillus non habet tutorē, & iudex ſupplet defectū tutoris in aditione hæreditatis: hoc enim fieri pōt, quando pupillus eſt maior infante. l. ſi infanti. in fi. C. de iure deli. Sed dubitaꝛ, qd in infante, nūquid iudex poſsit ſupplere defectū tutoris in aditione hæreditatis. Super quo gl. dicit ꝙ ſic in l. bonorū. C. qui admit. Sed Bald. ibi reprehēdit glo. quia iudex nō pōt ſupplere defectū intellectus infantis, cū ſit de iure naturali: cōtra quē defectū nō ſupplet princeps, ſecūdū Inn. in c. ſciſcitatus. de reſcrip. & hoc ſequitur hic dn̄s meus. Sed iſta ratio videꝛ friuola: quia qua ratione tutor in aditione hæreditatis poteſt ſupplere intellectū infantis: vt patet in l. noſtra. & probaꝛ in l. quāuis. §. infans. de acq. poſ. eadem ratione videꝛ, ꝙ poſsit iudex; quia licet defectus iuris naturalis non poſsit ſuppleri in ſola perſona patientis defectū, pōt tamē ſuppleri, ſi alius apponatur, qui ſupplet illū defectū. ¶ Secūdò fallit in caſu fin. ſecūdū Fulg. in l. fina. §. ſi aūt in ſecūda. C. de bonis quę libe. vbi pupillus pōt adire hæreditatē ſolus, ſi pater nō vult ſibi cōſentire. ¶ Tertiò fallit ſecūdū dn̄m meū in caſu fin. qui ponitur in l. cōditionibus pupillus. ĵ. de cond. & demon. vbi pupillus implēdo cōditionē efficiꝛ hæres ipſo iure. Sed ipe nō pōderauit text. ibi q dicit, ꝙ aliqn̄ efficiꝛ hęres ipſo iure, qđ exponitur ibi per gl. qn̄ impleta cōditione eſſet ſeruus & neceſſarius. Hic caſus ponitur in l. more. ſ̄. eo. quia qn̄ hæreditas acquiritur ipſo iure, nō eſt opus autoritate tutoris. Dicit etiā reperiri caſum in quo pupillus non poteſt adire, etiā cū autoritate tutoris; videlicet qn̄ eſt reſtituenda hæreditas ipſi tutori, l. j. §. fuit quæſitū. ff. ad Treb. Sed iſte tex. nō loquitur de aditione, ſed de reſtitutione, quæ debet fieri ipſi tutori: nam in aditione videtur dicendū contrariū, quia nō interponit autoritatē tutor principaliter ad ſui vtilitatē, ſed in conſequentiā: qđ videtur licere, iuxta ea quæ dicit Bartol. in l. j. in fin. ſ̄. de auto. tutorū. & Bald. in l. bonorum. C. qui admi. Aduerte etiam, quia dominus meus in gloſſ. præceden. tenet, ꝙ infans non poſsit adire hæreditatem cum autoritate tutoris, niſi forte in hæreditate eſſent talia, quæ caderent in affectum infantis: iuxta l. donatarum. C. de acquirenda poſſeſsione. & ita dicit communiter teneri. Vult tamē, quòd aditio facta ab infante autore valeat, quia cenſetur facta à ſolo tutore: argument. legis primę. circa medium. ſ̄. quod fal. tuto. auto. Sed iſtud eſt falſiſsimū, quia & Bartolus & Moderñ. hic poſt gloſſ. ſequuntur gloſſam noſtram, quę probatur in lege, ſeruo inuito. §. ſi pupillo. in principio §. ff. ad Trebellia. & de intellectu l. donatarum. dic vt plene ſcripſi in lege prima. §. pupillus. de acquirenda poſſ. ibi vide.

a ¶ Hęreditatē. Vid Pau. de Caſt. in cōſi. xj. incipiē, in caſu pręſenti.

Ex aſſe. De materia huius l. ſcribemus in l. ſi quis extraneus. §. illud. ĵ. eod. & non ſummatur, quia breuis. Et docto. nihil ſcribunt, ideo ponam caſum, & videamus glo. & tranſibimus ad l. ſequen.

Impuberibus. In gl. vnica ibi: quia hic nec ante aditionē tenebatur, nec poſt &c. ¶ No. glo. iſtā ſing. in duobus dictis. Et primò, inquantū dicit, quòd ante immixtionē pupillus nō erat obligatus naturaliter: nā hoc videtur falſum: quia cū pupillus ex capite ſuitatis eſſet hęres ipſo iure de iure ciuili, licet prętor det ſibi beneficiū abſtinēdi, nō videꝛ ꝙ ſit ſublata obligatio ciuilis & naturalis ipſo iure, ſed ſit eliſa: vnde qn̄ minor reſtituitur aduerſus aditionē, adhuc remanet apud eū nomen hæredis. l. & ſi ſine. §. ſed qđ Papi. ff. de mino. Vnde ergo eſt, ꝙ nō obligaꝛ naturaliter? Potes dicere, & hoc ſenſit iſta glo. meo iudicio, ꝙ qn̄ obligatio induciꝛ ipſo iure à iure ciuili, pręter cōſenſum obligati, tunc nunꝗ ex tali obligatione oritur obligatio naturalis propriè, ſed ciuilis dūtaxat. Ita declarat ſin. Bar. in l. frater à fratre. in ver. iij. q̄ro. in ij. char. ff. de cōd. inde. vbi eſt videndū, & ad hoc ſemper notabis iſtā glo. Poſſes etiā fortaſſe dicere, ꝙ filius anteꝗ immiſceat ſe, eſt obligatus ſub cōditione, ſi ſe nō abſtineat: ſicut dicit Bar. in l. neceſſarijs. ĵ. eo. vbi plenius dicetur. Sed iſta ratio nō multū placet: quia iura quæ ipſe allegat, loquūtur, quādo obligatio ſuſpēditur in euentū conditionis contrariū ab his qui poterāt eam ſuſpēdere. Sed præter obligationē ſimpliciter inductam à iure ciuili ſicut non pōt tollere ipſo iure. vt in d. §. ſed qđ Papinia. ita non videtur poſſe ſuſpendere ipſo iure, vt interim non ſit obligatus. Hoc tamen declarabitur latius in d. l. neceſſarijs. Sed pro nunc magis placet prima ratio ſ̄. aſſignata. ¶ Secūdò aduerte glo. dum dicit, ꝙ pupillus immiſcuit ſe ſine autoritate tutoris, non obligatur naturaliter, nam hoc videtur falſum, quia etiam ex contractu inito ſine autoritate tutoris regulariter ſi pupillus eſt doli capax, obligatur naturaliter. l. Marcellus. ff. de fideiuſſo. & not. in l. j. ff. de noua. per Bar. Sed forte voluit glo. ſentire vnū aliud notabile verbū: videlicet ꝙ quando obligatio inducitur à iure ciuili, etiā ſi inducatur de conſenſu ſe obligātis, non oritur obligatio naturalis. Sed hoc eſt falſum: licet enim quaſi contractus ſit inductus de iure ciuili regulariter ſecundū Bar. in l. ex hoc iuregentium. de iuſt. & iu. quia tamen habet conſenſum, inducit obligationē naturalē, ſicut ego dixi ſ̄. in rubri. huius tituli, allegādo glo. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. obl. Sed de quaſi cōtractu proprie tenet Bar. expreſſe, reprehendendo dicta Pet. & Vltramontanorū, in l. interdū. ff. de condi. inde. vbi eſt videndū. Idē tenet in l. j. ff. eo. dum vult, ꝙ hæres obligetur legatario naturaliter in eo quod eſt retinendum per Falcidiam. Tenebis tamen menti gloſſ. tuam in vtroq; dicto, quia eſt ſolennis. Aretinus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Beneficium reſtitutionis in integrum ceſſat, vbi competit remediū ipſo iure.

2 Hæreditas an repudietur per iſta verba, non intendo agnoſcere paternā hæreditatem.

3 Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, valet.

Si quis ſe. Nō pōt cōueniri ſuus hęres, ſi nō ſe īmiſcuit, licet expreſſe nō abſtineat. h. d. Secūda ibi: & eſt in ſemeſtrib⁹ &c. ¶ No. primò ibi: ſufficit ſe immiſcuiſſe. nā per iſtum tex. probatur illa cōmunis opi. de qua videbis in l. neceſſarijs. ĵ. eo. videlicet ꝙ intētio creditorū agentiū cōtra filiū hæredē ſuū nō eſt fundata ex hoc ſolo, ꝙ filius nō probetur abſtinuiſſe: quia interim anteꝗ ſe immiſcuerat, cōueniri non pōt: de quo dixi in l. ſi filius qui patri, de vul. & pu. & tradiꝛ in l. ſi cū dotē. §. trāſgrediamur. ff. ſo. ma. ¶ 1 † Secūdò aduerte, ꝙ vbicūq; competit remediū ipſo iure, ceſſat beneficium reſtitutionis in integr. qđ conceditur à prætore viuo: ad idē tex. in l. in cauſæ. ff. de mino. ¶ Tertiò not. ibi: ex auito cōtractu &c. ꝙ filius hæreditatem non agnitam trāſfert ad hęredē ſuum cum beneficio abſtinendi, qđ vidiſti declaratum in l. ſi quis filium. §. j. ſ̄. eo. ¶ 2 † Quartò no. ibi: quo pater conſtituerat &c. ꝙ per iſta verba, non intendo agnoſcere hæreditatem paternam, nō videtur repudiari ipſa hæreditas: nam hic diciꝛ, ꝙ pater cōſtituerat nō agnoſcere: & per hęc verba nō ſignificatur, ꝙ abſtineat, ſed ꝙ non intendit ſe immiſcere: facit ad ea quæ dicit Bartol. in l. ſi quis ſuus. ſ̄. de iure delibe. & Bald. & alij in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Et ponderat tex. iſtum ſingulariter in fin. ibi: vel pro hęrede geſſerat. nam iuncto ver. conſtituerat. videtur hic probare à contrario ſenſu, ꝙ licet præceſsiſſet proteſtatio de non agnoſcēdo hęreditatē, tamē geſtio facta pro hærede obligaret, non obſtante proteſtatione: qđ eſſet verum indiſtinctè, ſi actus eſſet geſtus cum altero: vt ſ̄. dixi poſt Moder. in l. qui aliena. §. final. Et ad iſta duo vltima ſingulariter nota iſtum text. quia gloſſ. ſunt faciles, potes eas videre per te. Et quia ſ̄. dixi in quodam notabili, quòd intentio creditorum non eſt fundata contra filium, ſi ſe non immiſcuit: declarandum eſt, ſicut elegāter tangit hic dominus Paul. quo vel qua ratione ſit tutus filius exceptione, anteꝗ abſtineat. Super quo ipſe dicit, quòd iſta exceptio inducitur ex eo: quia cùm filius beneficio iuris poſsit abſtinere ſi vult, ex hoc ſolo, quòd poteſt ſe liberare ab obligatione

obligatione ciuili inducta per suitatẽ, conceditur sibi interim exceptio, anteq̃ abstineat: sicut videmus in simili, quãdo testator mandat hæredi, vt liberet aliquẽ: nam etiã anteq̃ liberetur, cõpetit liberãdo exceptio. l. si non sortem. §. adeo. ff. de condi. inde. quã etiã adducit ad hoc Bal. in l. pactũ q̃d dotali. ver. xiiij. quæro. C. de colla. Et ex his infert ipse, ꝙ sicut ille qui debet liberari interim est obligatus ciuiliter, & generaliter, licet competat sibi exceptio: ita filius anteq̃ abstineat, erit obligatus efficaciter, nisi opponat exceptionẽ: quã tamẽ si ipse non opponit, iudex poterit opponere ex officio: quia hoc ipso ꝙ proponitur factũ, ita exceptio inest, & dicitur exceptio iuris: vñ non est opus eã allegare: & ita limitat glo. in l. si vnus. §. pactus. in verbo, factum in gratia in opponẽdo. ff. de pactis. Sed istud vltimũ dictum fuit Bart. in l. necessarijs. j. eod. Sed redeundo ad ordinẽ circa illam similitudinẽ quam allegat, ad de ꝙ idem est in contractibus inter viuos, & si aliquis promittit alium liberare ipso iure, competit exceptio liberãdo. tex. est no. & ibi per Bart. in l. scientia. ff. de pact. Et licet Bal. alibi teneat oppo. scilicet in l. qui se dicit. ff. de iu. plus tamẽ placet opi. Bar. † quia de cõtractibus ad vltimas volũtates potest argui[a], vbi non datur diuersitas rationis. l. seruum filij. §. eum qui. de lega. j. cum simili. nam tex. in l. qui se dicit. non loquitur de liberãdo ab obligatione, sed de seruo, qui est liberãdus à seruitute: vnde quia status non potest diuidi, non est mirandum anteq̃ liberetur, nullum ius sibi acquiratur, nisi ad faciẽdum se liberari: super quo articulo vide Bal. in l. pactum q̃d. versi. item quæro. C. de colla. Et attende, quia is qui debet liberari ex vltima voluntate, debet liberari per acceptilationẽ: & sic nobiliori modo. Casus est nota. vbi docto. in l. huiusmodi. §. si ita cui. ff. de lega. j. qui probatur melius in l. iij. §. nunc de effectu. & in l. si quis res. §. fi. de libe. leg. ¶ Super secundo aũt dicto aduerte: quia licet exceptio iuris sit notoria, sicut qui libet articulus iuris: vt c. sæpe. vbi bonus tex. de appel. & tradit Bal. in l. imperator. de stat. homi. & l. j. ff. de testa. vbi allegat Inno. in c. cùm inter. de consue. nõ tamẽ transit sine dubio, vtrum exceptio notoria semper possit opponi per iudicẽ, quando non concludit agẽti ipso iure ius nõ cõpetere: tũc enim sine dubio posset opponi per iudicem: iuxta l. vbi pactũ. cum materia. C. de transactio. nam Barto. in d. l. pactus ne peteret. non admittit hoc, nisi in vno casu, scilicet quando aliàs actor locupletaretur cum aliena iactura. Sed iste non videtur casus noster, quia creditor hic consequitur suum, & tractat de damno vitando, si est creditor ex causa onerosa. Ang. tamen ibi simpliciter tenet contra illam gloss. vbicunq; exceptio est notoria. & hoc posset sustineri pro nunc: quia super notorio regula est, ꝙ iudex supplet ex officio. c. ad nostram. de iureiu. & plene per Bal. in l. j. C. vt quæ desunt aduoc. par. & in l. quos prohibet. ff. de postu. bene facit q̃d dicit Bart. in l. cum qui ita. §. qui ita. de verbo. oblig. Bart. tamẽ in d. l. necessarijs. alia ratione videtur dicere, ꝙ filius non sit obligatus ipso iure: quia illa obligatio speratur nouari in persona alterius, si filius abstineat: iuxta regulam quæ ponitur in l. iuxta fin. ff. de condi. inde. Et hoc est quod dicit Bal. in l. j. in vlti. q. C. communi. de leg. ꝙ exceptio filij, ꝙ nõ possit conueniri, nisi se immisceat, est exceptio intẽtionis & facti, id est præsupponit filium nõ teneri ipso iure: vt dicitur in l. qui se debere. ff. de cõdi. ob causam. Et ista sufficiant, nam de illa ratione Bar. videbimus in l. necessarijs. j. eodem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Repudiatio simplex facta super iure de futuro est nulla.
2 Liberatio facta absente parte an prosit absenti: vide multas remissiones.
3 Statuto stante ꝙ filius non possit contrahere vel obligare se sine licentia patris, pater autẽ & filius contrahant simul, vnus videtur consentire alteri.
4 Pater quamuis non possit repudiare hæreditatem filio delatam, potest tamen dominus hæreditatem delatam seruo repudiare.

IS qui hæres. Sicut hæreditas non delata non potest adiri: ita non põt repudiari, siue non sit delata, siue aliquis dubitet vtrum sit delata, vel non. hoc dicit. Secunda ibi: hoc ita verum est. Tertia ibi: si quis dubitet. Quarta ibi: substitutus quoq; & c. ¶ † Primò no. ex isto text. quòd repudiatio simplex facta super iure de futuro est nulla: super quo dicemus aliquid in glossa posita super verbo, nihil erit. & plene tangitur in lege prima. C. de pact. & plene per Baldũ, post Barto. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. ¶ Secundò no. ꝙ licet quo ad aliquid, quãdo hæres est institutus sub cõditione potestatiua habeatur pro pure instituto: vt l. si quis hæres instituatur. in princ. & ibi per Bar. s. de hære. instituẽ. & l. j. §. qui sub conditione. & q̃d ibi per Bal. ff. si quis omiss. cau. testa. hoc tamẽ non est verũ, quãtũ ad potestatẽ repudiãdi. Et aduerte secundũ Pau. de Castr. quia per istum tex. probatur, ꝙ quãdo est asscripta cõditio potestatiua filio, si filius dicit se nolle implere cõditionẽ, nõ deficit cõditio incõtinẽti: q̃a põt postea si eũ pœniteat velle implere, quousq; dat potestas implendi: iuxta l. fi. de cond. inst. Hoc aũt probatur per istam l. subtiliter, quia institutus sub conditione potestatiua, si repudiat hæreditatem, satis videtur protestari, ꝙ non vult implere conditionẽ: ad quid enim impleret conditionẽ, si non vult hęreditatem? Vñ hic probatur ꝙ põt pœnitere: patet, quia ex quo repudiatio est nulla, iterũ põt adire. l. nec is. §. j. j. eo. secũdũ Bar. ibi. Hoc aũt non posset implere conditionẽ. Sed licet ista doctrina sit elegans & subtilis, est multũ dubia: quia hoc ipso ꝙ filius dixit se nolle implere, videtur delata hęreditas se quẽti in gradu: quia si hoc fit per lapsum termini assignati ad implendã conditionẽ, multofortius fit expressa protestatione filij. De lapsu autẽ termini non est dubiũ, vt probatur in d. l. si quis hæres instituatur. Hoc aũt cõcesso, impossibile est, ꝙ ista opi. sit vera, quia post ius adeũdi delatum alteri nõ potuit filiũ pœnitere in preiudiciũ alterius. l. si post mortẽ. §. fi. & ibi per Bar. ff. de cõtrata. vnde non debet admitti pœnitẽtia. Nõ ob. iste tex. quia ex quo repudiatio fuit nulla, quæ erat actus principalis, si non valet repudiatio, nec valet q̃d tacite continetur in ea tanq̃ accessoriũ. l. si in diem. §. fina. vbi bonus tex. ff. de condi. & demonstr. & est optimus tex. & ibi per Bald. in l. si cut. C. de repu. hæ. Et inde est, ꝙ poterit impleri cõditio, quia illa tacita protestatio censetur nulla, sicut suũ principale. Pro ista cõclusione facit optime q̃d traditur per Bar. in l. si cui fundus. in vlti. col. de condi. & demon. ad intellectũ l. fin. C. de cõdi. inser. vbi dixit, ꝙ si ille in cuius persona debet impleri conditio, dixit se nolle acceptare implemẽtũ, non admittitur pœnitentia, vt possit postea dicere, volo ꝙ impleas, quando per primam declarationem est quæsitum ius volenti implere, ita ꝙ nil amplius expectatur ab hærede: qui casus est similis nostro. Nam ex quo delatum est ius adeundi ad alterum, nec amplius expectat aliquid à primo instituto, videtur ꝙ nõ admittatur pœnitẽtia ad præiudiciũ ipsius. Ex hoc text. arguit hic Cyn. & Moder. quòd si aliquis habet gratiã ad beneficiũ sub conditione, nõ põt renunciare gratiæ ante conditionem impletã, nisi renunciet in iudicio, vel in manibus superioris, per ea quæ habẽtur j. in ij. gloss. Sed vbi gratia fuit purificata, põt ille qui est consecutus beneficium per viam electionis, renunciare in manibus eligentium duntaxat, nisi sit secuta confirmatio superioris, secundũ do. me. allegat glo. quã dicit singul. in c. ij. de in integ. restitu. in antiquis. Tu vide glo. & ibi Ioã. And. in nouella in c. si electio. de electio. libro vj. & eundem Ioan. And. in c. j. vt lite pendẽ. eo. libro. ¶ In glos. super verbo, nihil erit. ibi: vbi corã iudice & c. Ista glo. approbatur communiter ab omnibus, & in renũciatione seu repudiatione hæreditatis potest satis tolerari, quia secũdũ Bal. in l. Labeo. ff. de iureiurã. repudiatio simplex differt à liberatione in hoc, ꝙ de sui natura non requirit partis præsentiã, quando fieret de iure iam delato. In casu autem nostro si renunciatio fieret extra iudiciũ, ideo requireretur partis præsentia, quia aliter nõ potest transire in vim pacti: & iuri de futuro sola repudiatione sine pacto renunciari non potest, vt in tex. nostro. Sed dubiũ remanet in alia liberatione, vel renũciatione, quę fieret in iudicio, vtrũ valeret facta parte absente corã iudice. Sũp quo Bar. dicit in l. nõ solũ. §. liberationis verba. de lib. leg. ꝙ valet, q̃a iudex qui est p̃sona publica, videt eã recipere noĩe partis: & si ista rõ est vera, quęlibet liberatio facta in iudicio valeret, ex quo iudex videt recipere nomine alterius. & hãc rationẽ tãgit hic Bal. & Imol. post eum l. eũ qui pro quo. ff. de in ius vo. & q̃d habet in l. j. §. ius publicũ. de iust. & iu. Sed ipse idẽ Bar. in d. l. postq̃ liti. tenet oppo. vbi voluit, ꝙ nisi iudex recipiat expresse nomine absentis, etiã renũciatio facta liti nõ valet: q̃a iudex in dubio nõ videt recipere. Ista cõclusio videt p̃bari in l. certũ. §. si quis absente. ff. de cõfessis. vbi etiã hoc declarat Bart. Vnde si vis tenere gloss. in l. postquã liti. quę dicit, quòd renunciatio facta liti valet parte absente, melius est dicere, vt dicit Bald. in l. & hæredi. §. nos autem. ff. de pactis. quòd renunciatio valet odio litium, licet sit facta parte absente. allegat Inn. in c. cũ pridẽ. extrà. de pact. bene facit pro ista cõclusione, q̃a publicus fauor est lites extingui, & dirimi. l. properãdũ. in prin. C. de iud. Ideo nõ est mirũ, si facilius ad-

a ¶ Argui. Adde do. Bar. Soci. in consil. xlviij. incip. in præsenti. ver. iij. probatur. circa fi. in j. parte.

mittitur renunciatio:nã & alibi propter hunc fauorẽ publicum permittitur iudici ferre sententiam ex officio, nulla parte instante,secundũ Bar.not.in l.Seius & Augerius.in fi.ad leg. Fal.† Vtrum autẽ liberatio facta parte absente prosit absenti[a],est longa q.& difficilis,de qua tetigit hic Bal.& tenet contra Barto.in l.nõ solũ.§.si liberationis verba.de lib.le.de qua Mod.remittunt ad loca sua,& bene. Vnde dic vt per Bald. in d.§.nos autem.& Ang.in l.de duobus.ff.de pact. veruntamẽ attẽde ad vnam rationẽ Bald.hic,quæ est sola declaranda. Dicit enim,ꝙ sicut traditio quæ fit per aliquẽ absenti, acquirit sibi ius ex traditione:vt l.absenti.in princ.ff.de do.& l.qui absenti.ff.de acquir.possess.ita videtur,ꝙ executio actus,quæ fit ipso iure,operetur eundẽ effectum. Vnde quia liberatio trahit secum suam executionẽ,ideo perinde est, acsi per nunciũ vel epistolã quis fuisset liberatus:argumẽ.l.prima.§.si debitori.ff.vt in poss.lega. Sed ista ratio cum reuerẽtia non tollit dicta Bar.nam fateor de plano,quòd dispositio quæ non requirit præsentiam partis,ita operatur effectum,quẽ inducit ipso iure, sicut effectũ quẽ inducit per mediũ alicuius. Sed vbi requiritur præsentia partis,hoc non est verum, quia præsentia requiritur propter consensum tacitũ vel expressum,sicut requiritur in pacto:vt l.j.ff.de pac. In tali autem casu nisi interueniat medium nuncij,vel epistolæ,non inducitur effectus, qui præsente parte causaretur ipso iure:vt patet in l.consensu.cum materia.de actio.& obliga. cætera dic vt per docto.in locis præalleg.& vide Bald.in materia illa in capi.j.de eo qui fidem facit agna.in vsi.feud.& in l.obseruare.§.fin.in prima char.ff.de officio proconsu.& lega. Et ad materiam tactam in glo.vide quod ponit Bald.in l.j.C.de pact.quem adducit hic domi.me.& quod ipse notat eleganter in l.j.in vlt.colum.C. qui bonis ce.pos.vbi dicit,ꝙ renunciatio simplex facta iuxta contractum,semper habet vim pacti. Et licet s.dixerim,quòd in dubio iudex nõ videtur recipere pro parte absente,hoc est limitandũ,nisi iudex procedat per inquisitionẽ,vel actus debeat fieri coram iudice,non contra certam personam : tũc em̃ iudex videtur recipere pro parte absente:ita dicit singulariter Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de accu.§.ij.versi.quid si latro,& tenuit Bald.in l.j.in vlti.colum.C.de iudic. Pro secundo dicto vide optimum tex.in auẽ.ma.& auiæ.C.quãdo mu.of.tu.fun.quem allegat Ioã.Andr.vbi s. Et ex secundo dicto posset inferri ad intellectum l.inplurium.quòd quia ibi actus agitur coram iudice,non per viam iudicij, nec contra certam ☞ personã,iudex videat recipere pro omnibus absentibus.† Tãgit hic do.me.nunquid ante aditam hæreditatẽ legatum possit repudiari à legatario.& dicit quòd nõ,quasi non possit tolli repudiationis ius de futuro:allegat glo.singu.quæ hoc dicit eleganter in l.qui autem.in princip.in fin.glo.magnæ.ff.quæ in frau.credi. Sed contra istam gloss.si bene inspicias, videtur tex.in l.legatum.ff.de leg.ij.vbi iuriscon.dicit, ꝙ legatum recta via transit ab hæreditate in legatarium,nisi repudiet:quæ verba manifeste ostẽdũt,ꝙ si ante aditã hæreditatẽ legatarius repudiet, valet repudiatio,& extinguitur dominiũ sibi quæsitum:non enim potest intelligi tex.de repudiatione facta post aditam hæreditatẽ,quia tunc exceptio non bene cõueniret dicto principali,qđ ponitur de hæreditate iacente,contra l.j.cũ materia.ff.de reg.iur. ¶ Confirmatur ista conclusio,quia in legato generis,in quo transfertur dominiũ,ante optionem admittitur repudiatio.l.si Pãphilo.ff.de op.le. Ergo similiter videtur dicendum, quòd quamuis non sit translatum dominiũ ante aditam hæreditatẽ,quia tamen dies legati cessit, quo ad effectum transmissionis.l.hæredis aditio.ff.quando dies leg.ce.possit fieri ista repudiatio. vnde gloss.remanet dubia,licet sit singularis. Ego cõsidero,ꝙ si tenemus simpliciter dicta glossarum,quæ dicunt ꝙ ante aditam hæreditatem legatarius censetur ficte dominus,verius est dicere, ꝙ valeat repudiatio,qa saltem fictum dominium est de præsenti apud legatarium,in cuius consequentiã bene potest tolli futurũ dominiũ verum, acquirendum aditione hæreditatis:vt probatur in d.l.si Pamphilo.vbi quia ius optandi vel eligẽdi erat purũ,licet res eligenda esset in legato conditionaliter:vt ibi dicit Barto.in consequẽtia repudiationis iuris eligẽdi perditur etiã dominiũ,qđ erat applicandum eligẽti, & transfertur in seruum manumissum. Pro ista conclusione facit optime tex.in l.si pupilli.§.fi.ff.de neg.gest.per quẽ Bal.dicit ibi,ꝙ ex pacto põt renunciari officio iudicis futuro. Ego tamẽ non ita induco illũ tex.sed inducã tibi in lect.sequẽ.eo modo quo facit. Si verò tenemus opi.Bar.in l.si tibi homo.§.cũ seruus.de leg.primo.qui vult, ꝙ antequã legatarius acceptet legatũ,nõ videaĩ fuisse dñs ficte ante aditam hæreditatẽ,sed secuta acceptatione retro videaĩ fuisse dominus:tunc forte vera est sententia gloss.quia tẽpore quo legatarius repudiauit,nõ habebat dominium verẽ,nec ficte,nec potest videri retro habuisse, ex quo nõ acceptauit legatũ. Iura tamẽ,scilicet text.in d.l.legatũ.& in l.à Titio.j.de fur.videtur magis sentire id qđ dicũt glo.scilicet ꝙ dominiũ fictũ trãsfertur statim post mortẽ: vnde non est opus, ꝙ fiat retrotractio,vt dicit Bar.per acceptationẽ.ideo illa opi.gloss. in d.l.aũt. non videtur procedere. Et tene mẽti ad materiam istã,& ad tex.in versi.si quis dubitet.qđ posuit Bal.eleganter in l.j.C.de pact.vbi vult,ꝙ quãdo dubitatur vtrũ testator viuat,vel nõ,põt renunciari hæreditati etiã per pactũ,per l.nec nos.C.de capti. Intelligitur autem tex.noster in dubitatione, quã hæres habet tẽpore aditionis:nã dubitatio superueniens postea non rescindit aditionẽ legitimẽ factã. Quinimo etiãsi sit tẽpore adeundę hæreditatis,licet impediat aditionẽ,vt hic, non impedit petitionẽ bo.pos.vtrũq; dicit Bar.not.in l. cùm falsum.j.eo.& ibi de hoc plenius dicemus. Et inquãtũ in tex. nostro dicitur,ꝙ cõtradictio potestatiua posita in mera voluntate hæredis extranei non facit cõditionẽ,quæ impediat hęreditatẽ adiri vel repudiari,debes hoc limitare sing. nisi ad talẽ conditionẽ requiratur aliqđ præambulũ factũ: ita probaĩ singu.in l.homine.j.de optio.leg. & ibi hoc dicit Bart.qđ dic vt ibi per eũ,vbi etiã probatur no.qđ dicit hic Bart. in fi.cõmẽ. ꝙ si aliquis renũciat iuri nõ delato,id est iuri de futuro, qa nõ valet renũciatio,ideo totaliter renũcians põt illũ actũ exercere,ac si nõ renũciasset. Bart.alleg.illũ text.in l.nec is.§.j.j.eod. sed lõge clarius probatur in d.l.homine. Et ad id qđ diximus s.de renũciatione facta in iudicio parte absente: adde bonum tex.in auẽ.de teste.§.quia verò.col.j.vbi videtur,ꝙ licet pars renũciet testibus in iudicio,hoc nõ obstãte,si nõ didicit testificata,põt testes producere. Sed hoc non esset verũ,si renũciatio valeret,& fuisset facta parte præsente:vt patet ex dictis in c.fraternitatis.& c.cũ venissent.extrà,de restit. Oportet ergo intelligere,ꝙ ibi renũciatio fuit facta pñte parte,nec fuit recepta per iudicẽ. Barto.tamen in auẽ.at qui semel.C.de proba. dat alium intellectum ad illũ tex.sed vt potes videre,diuinat ad text.illum.

Neque filius. Neq; hęreditatẽ delatã ex testamẽto,neq; delatam ab intestato pater põt repudiare sine filio,vel ecõtra,sed ambo simul pñt.hoc d.

☞ ¶ † No.ꝙ licet in repudiatione faciẽda à filio debeat præcedere iussus patris.l.qui in aliena.in princi.s.eo.& probatur in l. Iulia.de legatis primo.in simili.si tamen pater & filius simul repudiant,repudiatio patris habet vim iussus præcedentis,& repudiatio filij stat in vi propriæ repudiationis. Secus dicit Paul.de Ca.si pater prius repudiaret,& postea filius:quia ista repudiatio nõ haberet vim iussus,secundùm eũ. Tu dic idẽ in vtroq; casu,per ea quæ habẽtur in l.filio.C.de iur.deliberã.& quæ ponit Bart.in l.qui in aliena.in princi.s.eo. 3 † Istum tex. inducũt hic singu.Bald.& Ang.ad q.statuti,ꝙ si filius nõ potest cõtrahere vel obligare se sine licẽtia patris,& pater & filius contrahãt simul,vnus videtur consentire alteri[b],& nõ solũ inducitur consensus,sed licẽtia,quæ fingitur præcessisse,sicut debet. Ad idẽ facit tex.in l.cùm pater.§.libertis.vbi hoc dicit Barto.de leg.secundo.vbi allegat tex.in l.Titius.& in l. Lucius.ff.quibus modis pign.vel hypo. sol. Sed illa iura loquuntur de consensu, qui non debet præcedere actum, sicut iussus,& licẽtia:vnde melius facit ista l.ꝙ aliqua alia. Et hãc doctri.posuit Bal.in l.finali.C.ad Macedo.quæ duo dicta adducit etiam hic dominus meus. Idem dicit in l.filius.in fin.ff. de his qui sunt sui vel alie.iuris. Sed aduerte,quia ista videntur procedere posse,quando statutum requirit simplicem licentiam:sed quando statutum requirit licentiam expressam, tunc videtur quòd licentia debeat concedi per verba, & non sufficiat iste tacitus consensus vel licentia. Ita videtur determinare Bald.post longam disputationem in tit.de actore.versicul.sed quid si statutum. & est versus finem additionis,vbi etiam in fin.infert,quòd si tutor contraheret simul cum pupillo,non sufficeret ad validandum actum in persona pupilli:quia in autoritate requiruntur verba,vt traditur in l.tertia. s.de autorita.tuto.per Dyn.& Bartol.quod est valde notandum,& nouum in ista materia. Dixit etiam Barto.in l.si quis mihi bona.§.iussum.j.eo.ꝙ si filius constituit patrẽ procuratorẽ ad adeũdum:& pater acceptat mandatum,hoc ipso videtur iubere filio quòd adeat. ¶ In glo.j.ista glo.circa prin.videĩ sentire ibi:quia nec pertinebat ad filiũ &c.ꝙ ideo iuris.hic dicat repudiationẽ patris non nocere filio, qa etiãsi repudiatio nõ esset facta,nullũ ius poterat cõpetere filio:vnde nõ potest pater nocere iuri filij repudiando,ꝙ filius nullo modo erat habiturus,licet nulla facta esset repudiatio:nec bene declarãt isti exponentes,vtrum repudiatio valeat,vel sit nulla. Videtur tamẽ

a ¶ Absenti. Vidẽ do. Ale.de Imo.in cõ si.cviij.iiij.parte.& Bal.in marg. ver.liberatio.

b ¶ Alteri. Adde do. Ale.de Imol.in l.si cõstãte.§.si vxor.s. so.ma.& idẽ qñ pater fideiubet pro filio ĩ cõtractu: Bal. in l.exceptione, ad fi.C.de euict.

tur tamen sentire, vt dicit domi. me. quòd repudiatio absolutè valeat, cū agatur de solo præiudicio patris repudiātis. Confirmatur ista expositio secundùm Barto. quia etiamsi filius efficeretur sui iuris, hæreditatem relictam sibi contemplatione paterna teneretur restituere patri. l. aditio. in fi. j. eo. & l. liber homo. de acqui. re. do. & sic per repudiationem patris non auferetur aliqua spes filio, sicut dicit glo. in secunda expositione. Et ideo quia cessat filij præiudicium totaliter, & ratio propter quā pater non potest repudiare. l. retinente. C. de iure del. videtur etiā cessare legis dispositio, quę ponitur ibi, & in l. ij. C. de repu. bo. pos. Bar. tamē tenet oppo. dicēs φ hæc nō est sola ratio, cur repudiatio paterna nō teneat. Est em alia rō, quę sumit̄ secūdū eum ex l. is pōt. j. eo. φ q nō pōt adire, non potest repudiare. sed pater non potest adire. l. ij. C. de hęre. instit. ergo nec repudiare, quia ius non est ei delatum, iuxta regulam positam. s. in prin. legis. Et φ pater nō possit repudiare, habet etiam locū, si filius sit infans, secundùm Ang. hic, φ licet possit solus adire. l. si infanti. C. de iure delibe. non sequitur, ergo potest repudiare, cùm istę leges indistinctè prohibeant patrē renunciare in pręiudicium filij. & ita dicit se obtulisse de facto, de quo Imo. adducit bonū simile: nam videmus, φ tutor solus potest petere bo. pos. & tamen non potest repudiare. l. tutor. ff. de bono. possessio. Pro qua conclusione vide optimum text. in l. prima. §. primo. ff. de bono. possessio. fu. mu. & quod ponit Bald. in l. seruus. §. dies. ff. de bonorum possessio. vbi concluditur, quòd scientia & negligentia patris non potest excludere filiumfa. à petitione bon. posses. per lapsum temporis, quæ est quædam tacita renunciatio, vel ficta: & si hoc non potest operari negligentia patris, multominus videtur posse repudiare expresse: quia ista expressa repudiatio est similis donationi. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. ideo tantominus in administratore. l. qui fundum. §. tutor. ff. pro emptore. & l. prima. §. primo. de tute. & ra. distr. Et quando hæreditas aduentitia est delata infanti, est expressum & decisum, quòd pater non potest eam repudiare in præiudicium infantis, licet eam possit adire. Casus est expressus in l. final. §. vlti. C. de bo. quæ lib. quam l. etiā credo procedere de iure antiquo: quia licet illo iure aduentitia acquirantur patri, non filio, vt statim videbis, repudiatio tamen patris præiudicat filio propter spem acquisitionis quam habet, si efficiatur sui iuris. d. l. retinēte. Sed aduerte ad principale dictū Bar. s. relatum, videlicet quòd etiam hæreditatem profectitiam pater non potest repudiare sine filio, quia non est delata sibi hęreditas: vt s. dixi. Nam hoc dictum reuocat hic in dubio Raph. Cuma. quem refert domi. meus, inquantum Bartol. dicit, quòd quando hæreditas relinquitur filio contemplatione patris, etiam si filius sit factus sui iuris, tenetur eam restituere patri, per iura hic allegata per eum. Nam Rapha. dicit hoc non esse verum: quia relictum factum filio in potestate, intelligitur factū ratione patrię potestatis. Vnde videtur testator voluisse, quòd eatenus fiat acquisitio per filium, quatenus durat patria potestas, & nō vltra. ideo si filius sit factus sui iuris, acquiret sibi. & hoc videntur dicere illa iura valde indistinctè. l. non dubiū. C. de iur. deli. Institu. de hæred. instit. §. alienus. Non obstant iura allegata per Bart. quia licet Raph. nō respondeat, pōt dici, φ in l. liber homo. & in l. aditio. acquisitio poterat fieri vel directo, vel per fideicommissum bonę fidei possessori, de quo loquuntur dictæ leges. Et siquidē acquisitio fit directo per iussum bonę fidei possessori, non est mirū, si hæreditas sibi acquiritur. Si autem acquisitio non fit directo, sicut in d. l. liber homo. & in d. l. quidam cùm filiū. de hære. instit. ideo cōuertitur in fideicommissum, quia à prin. voluntas testatoris non potuit valere directo, sicut dicimus in l. Scæuola. j. ad Treb. In casu autē nostro non est sic: quia filio effecto sui iuris, nō reperitur φ pater possit iubere vt adeat hæreditatē. Itē dispositio testatoris à principio potuit valere iure directo, quia potuit acquiri hęreditas patri filio adeunte in potestate: vnde nō debet ita de facili trahi ad fideicommissum, per ea quæ habent in lege, verbis ciuilibus. ff. de vulgari & pupillari. Quid enim, si pater ex voluntate sua faciat filium sui iuris? Certe est quid sibi imputetur: ideo non habet locum æquitas posita in dicta l. liber homo. Et ad hoc dicendum multùm vrgent iura prælallega. quæ in seruo & filio non distinguunt, cuius contemplatione sit relictum. vide quæ ad hoc ponit Paulus de Castro: & ego in l. si quis mihi. §. primo. in iij. colum. j. codē. in versicu. sed quæritur. Sed posito sine præiudicio, quòd filius teneatur restituere hæreditatem patri, tunc opinio Barto. non videtur vera: quia ex quo pater potest cogere filium vt repudiet, per l. idemφ. §. fina. ff. mādat. eodem modo potest ipse repudiare. Hanc doc. ponit Bart. ad literam in consilio suo clxxxij. ad intellectum d. §. si tibi manda. vbi dicit, φ quādo alius stipulatur nomine meo, antequàm cedatur mihi actio, ego possum liberare debitorem, & acquiritur sibi exceptio: secus si actio esset mihi cessa. allega. text. in l. mulier. §. fina. de iure dotium. qui optime facit. & in l. si cum emptore. secundùm primam lectu. s. de pact. & l. apud Celsum. §. mandaui. de doli exceptio. Eodem modo ergo sequendo similitudinem suam possumus dicere, quòd sicut pater potest cogere filium, quòd repudiet: ita potest ipse repudiare, ex quo totaliter non præiudicat filio, sed sibi. Vnde iste articulus redditur dubius, maxime quia si bene respicias ad iura s. allegata, illa videntur prohibere repudiationē patris solùm propter præiudicium filij, non eo quòd non deferatur sibi hæreditas. ¶ Confirmatur ista conclusio manifesta ratione: quia quādo nulla species relinquitur filio consequendi hæreditatē, tunc non potest assignari ratio differentiæ inter dominū & patrē, cur magis dominus possit repudiare, quàm pater. Si ergo dominus repudiat legitimè: vt j. videbis, secūdū gl. & cōmunē sententiā: necessariū est fateri, φ in isto casu idē sit in patre, quia vtrīq; fit acquisitio iure potestatis, & per medium alterius. Et quia Bart. hic dixit, φ terminus de iure antiquo poterat assignari filio ad adeundū sine consensu patris; sed non de iure nouissimo, per l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ libe. adde φ hæc opinio nō placet hic Imol. nec domino meo. primo, quia ius nouissimum est inductum ad fauendū filio, vt acquiratur sibi, qđ olim non poterat acquiri: ergo non debet conuerti ad odium ipsius, vt minus liceat filio de iure nouissimo, q̄ Digestorum. Ideo ipsi credunt esse dicendū, φ tam de iure Digestorum, q̄ nouo requiratur consensus patris, qui videtur requiri agente filio, etiā de iure Digestorū, præterq̄ in certis casibus, de quibus in l. si longius. §. si filius. ff. de iudi. † Tu aūt potes defendere sentētiā Bar. & ad allegata in oppo. respōdeo, quòd non est inconueniens, φ ius nouissimum fauens filio in acquisitione in præiudiciū patris releuet patrem in hoc, vt tale ius non possit exerceri sine eius consensu: arg. l. cum qui. in princip. ff. de iureiu. ad l. si longius. §. filius. cum materia. dico quòd illa loquitur in actione, quam filius exercet nomine patris, aut in ea, quam filius non potest exercere sine voluntate patris: ex quo quia & ipse pater habebat actionē ad hoc, qui debet præferri filio, quando est præsens: ita loquitur text. in l. sed si vnus. §. si filio. ff. de iniu. Sed quādo filio competeret actio, ita φ non patri, vel ageretur de iure residente in persona duntaxat ipsius, tunc videt̄ φ filius solus possit agere de iure Digestorum. l. Papi. in prin. & l. filius. s. de inof. testa. Possumus tamē defendēdo sententiā Mod. dicere, φ quia hoc ius adeundi residens in persona filij filius non potest deducere in actu sine voluntate patris, ideo vt extinguatur tale ius per assignationē termini, requiratur patris consensus: & isto modo probabiliter procedit hæc opinio. ¶ † Tertiò adde, inquantū Bar. hic ponit duas conclusiones. Prima est, φ licet repudiatio filij expressa hodie non noceat patri, tacita tamen repudiatio, quæ inducitur per lapsum termini nocet, quia super isto iure nouū non disponit, ergo remanet incorrectū ius antiquum: de quo in l. si. ff. quis or. in bono. pos. iuxta l. precibus. C. de ap. & hoc tenuit ipse in l. si seruus. §. fina. ff. de bo. possess. Confirmatur ista conclusio sua, quia repudiatio quæ fit per lapsum termini, est repudiatio facta secūdū Bar. in l. Claudius Clodianus. j. eo. sed dispositio maxime correctiua non trahitur de casu vero ad fictum. l. iij. §. hæc verba. de nego. gest. per Bar. in l. omnes populi. de iusti. & iure. ergo non trahetur ad casum nostrum. Sed tu aduerte, quia super hoc possunt cōsiderari duo casus. nam aut terminus iste fuit assignatus de consensu patris, aut non. Primo casu tunc lapsus termini excludit patrem, quia & ipse videtur renunciasse: vnde sicut si pater & filius expresse repudiaret, sine dubio vterq; excluderetur, vt in tex. nostro: ita si pater consentit assignationi termini quæ fit filio. Si verò nō interuenit patris cōsensus, tūc assignatio termini erit nulla: vt d. §. necessitatē. ergo nec pater nec filius excludentur, quia etiā expressa repudiatio nulliter facta non impedit hæreditatē adiri: vt vidistis no. in princip. huius l. & est casus in l. homine. de opti. lega. ¶ Secunda conclusio, quam posuit Barto. est ista, quòd si filius moritur ante aditā hæreditatem, pater non potest acquirere hæreditatem sibi. allegat l. si infanti. per locum à speciali. C. de iure delib. Idem tenuit Bart. in l. j. C. qui admi. in xviij. oppo. & in l. cùm quidam. in prin. j. eo. & Bar. in l. fi. in ij. qō. C. de bo. quæ libe. Hæc tamen dicta videtur limitare Bal. in d. l. fina. dupliciter. Primò, nisi præcesserit iussus patris: argumē. l. non iustam. C. ad Treb. & hoc dictum videtur sequi Fulgo. in d. l. fina. vt refert hic domi. meus. Sed ipse dubitat de hoc dicto: quia per mortem iussus videtur extinctus. l. qui in aliena. s. eo. Sed ille tex. non loquitur de morte eius, cui fit iussio, sed de morte iubentis. Vnde aliter est improbanda ista doctrina, & φ non procedat, adduco tibi bonum tex. Insti. ad l. Aquil. §. illud. vbi dicitur, φ quando seruus institutus occiditur ante aditam hæreditatē, præcedente iussu domini, potest dominus agere contra occidentē ad æstimationē hæreditatis. Sed hoc esset falsum, si solus iussus non secuta aditione sufficeret, vt dominus ipse posset adire hæreditatē. Ergo patet, φ solus iussus nō sufficit: & sicut hoc est in dn̄o & seruo, cui acquirebatur hæreditas de iure cōmuni, si esset secuta aditio: ita & fortius debet dici in casu nostro, in patre cui hæreditas acquiritur de iure speciali: quia si filius adisset, non acquireretur hæreditas patri, sed solū vsusfructus. l. fi. §. vbi autem in vnum. C. de bo. quæ libe. Non obst. tex. in l. non iustā. C. ad Treb. quia non est similis casui nostro: quia ibi hæres qui expectauit se cogi, iam erat cōtumax in non adeūdo. vnde perdit Treb. vbi dicit̄ in fi. tex. Sed filius nō dicit̄ contumax, licet nolit adire, quia nō pōt cogi sicut seruus: vt no. in l. j. C. qui admit. & in l. cùm proponas. C. de hęre. insti. vnde ista non sunt similia. Secūda limitatio Bal. quę est talis, nisi filius constitutus in extremo mortis arti. repudiaret, non videtur bene fundari iure. Primò quidem, quia quando filius est in extremo mortis articu. non potest amplius adire. l. fi. & ibi Barto. ff. quando di. le. ce. l. ab omnibus. §. cùm quidam. & ibi etiam Bart. ff. de leg. j. vnde si non potest adire, hoc casu hæreditas non defertur ad patrem, sed solùm quando potest adire, & repudiat: vt patet in l. fina. in versicu. recusante filio. s. allega. & inde est, quòd si filius moritur, pater non succedit. † Pręterea consti-

tutus in extremo mortis articulo non potest repudiare, quia aditio & repudiatio procedunt à patri. l. is potest. j. eo. ergo non defertur hæreditas patri, quæ defertur in casum repudiationis, vt dixi: facit optime qđ ponit Bar. in l. miles. §. pro parte. de lega. ij. Vnde ista conclusio etiam remanet dubia: licet enim positus in extremo mortis articulo non dicatur adhuc perfecte mortuus, per l. qui duos. de manu. test. satis est in proposito nostro, ꝙ quo ad hos effectus, eadem ratio sit in eo quæ est in mortuo, scilicet vt non possit repudiari hæreditas. Et aduerte, quia Bal. in d. l. fin. vtitur hac ratione: videlicet ꝙ qa pater posset adire hæreditatem filio inuito, multofortius filio ignorante. l. qui pater. §. quod quis. de reg. iur. Sed cum reuerentia, ista ratio non valet, quia pater non posset non præcedēte expressa repudiatione filij adire hæreditatē: non enim conceditur sibi hæc potestas, nisi filio recusante, vt in princi. huius l. Ideo non posset etiam ignorante filio adire, quia non est sibi delata hæreditas. Et ad ea quæ dixi in no. qñ pater & filius cōtrahunt simul, quòd pater videtur interponere autoritatem, vel dare licentiā filio: vide Ioan. And. eleganter in simili in regula, qui tacet. in mercurialibus. quē sequitur Petr. de Anc. in c. j. de consti. xxij. char. ¶ †4 In ea. glos. in fi. glo. ista videtur velle, quòd licet pater non possit repudiare hæreditatem delatam filio, dominus potest repudiare hæreditatem delatam seruo, cui Bar. contradicit. Sed Mod. tenent glo. prę terꝗ̃ Pau. qui sequitur Barto. & ego eos sum secutus in l. legatum. de lega. j. vbi plene scripsi. Ex hoc arguit Bald. quòd hæreditatem delatam monacho Abbas potest repudiare[a], similiter legatū factum monacho: de quo per Bal. in l. bonorum, C. qui admitti. & in auē. si qua mulier. in fi. C. de sacrosanct. eccle. de quo scripsi aliquid in d. l. legatum. & tangitur in c. in præsentia. extrà, de prob. Hoc tenet Barto. in l. tutor. in princ. ff. de bo. possession. Sed relinquitur duplex dubitatio. Prima, vtrum hæreditatem delatam prælatus solus vel cum capitulo possit repudiare. Et hāc tetigit plenissime in d. l. legatum. dic vt ibi. Secūda, nūquid legatū relictum ecclesiæ possit solus prælatus repudiare. Domi. Paul. dicit in d. l. legatum. ꝙ non potest repudiari sine consensu capituli: sed nō dicit, vtrum debet interuenire etiam autoritas superioris. Do. Federi. de Senis consuluit super hoc in cōs. xix. & ibi dicit, ꝙ possit repudiare solus: quia in quærendis potest prælatus præiudicare ecclesiæ. xvj. q. vj. §. fin. & plene in c. j. de dolo & contu. Sed legatum non est vere, sed ficte quæsitum ante acceptationem: ergo cùm sit magis proprie quærendum, quàm quęsitū, poterit repudiari per solum prælatum. Hanc opi. confirmat Abbas antiquus, & Domi. in capitulo primo. de re. eccl. nō alie. in vj. Eandem sequitur Abbas & Moder. in c. tua. de his quæ fiunt à præla. vbi de hoc eleganter: vbi etiam adducit text. in capitu. quoniam. de deci. vbi patet, quòd in acquirendis solus prælatus præiudicat ecclesiæ. Item adducit capitu. cum apostolica. eo. titu. circa medium. vbi videtur probare, quòd solennitas in alienatione rei ecclesiasticæ requiritur, quando ecclesia possidet rem, vnde legatum adhuc nō possideatur, per ecclesiam, non habet locum dispositio. ca. nulli. de reb. eccle. non alienan. & quod habetur x. q. ix. capitul. hoc ius porrectum. Sed ad illum text. qui fortius vrget, potest dici, sicut patet ex ver. seq. post ver. inductum, quòd intentio canonis non est ibi absolute concedere, quòd res non possessa ab ecclesia possit alienari, sed tantū illa quæ est in manu laici, & difficiliter potest recuperari: vt patet ex præcedentibus in dicto capitul. Non obst. secundùm eum text. in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eorum. vbi legatum non potest repudiari à pupillo sine autoritate iudicis, quia est alienatio: ergo idem videtur dicēdum in ecclesia, quæ est prohibita alienare, quia ille text. loquitur de pupillo, qui non habet legitimam administrationem bonorum suorum: nos autem in prælato, qui habet administrationē cū libera, & si dānificat ecclesiā, tenetur sibi resarcire damnū. Sed ista responsio concludit, quòd solus tutor posset repudiare legatum, cùm habeat liberam administrationem: vt l. si præses. C. de transact. quod est falsum. Primò quidem, quia tex. dicit ibi, quòd pupillus non repudiat, quia est alienatio, sed alienatio non permittitur soli tutori sine iudice. l. magis puto. §. ne passim. eodem titul. ergo nec repudiatio legati. † Præterea tutor non potest repudiare solus bono. possessio. & tamen ius non est acquisitum adhuc pupillo. l. tutor. in fin. ff. de bono. possessio. ergo multominus potest repudiare legatum, per quod est acquisitum dominium pupillo. Vnde quicquid dicant isti domini cano. veritas est, quòd nec per solum prælatum, nec cum consensu capituli potest fieri ista repudiatio: sicut tenet Bald. in dicto §. fundum. l. magis puto. Et licet idem Bald. in l. contra iuris. §. j. de pact. dicat, quòd qñ legatū etiā damnosum ecclesiæ solus rector posset repudiare, hoc non videtur verum: quia etiam quando alienatio est euidenter vtilis pupillo, non potest fieri non seruata solennitate. l. si fundus. ff. de reb. eorum. & tenet Bartolus in l. cùm hi. §. ea autē. ff. de transact. & bene probatur in versi. præsertim. in c. j. de re. eccle. non alie. in vj. Vbi autē prohibetur diminutio patrimonij, bene esset fatēdū, ꝙ per repudiationē legati non diminueretur patrimonium: vt dicit tex. not. in l. j. §. vtrū. ff. si quid in frau. pa. bene facit l. qui autem. in prin. ff. de his quæ in frau. credi. In practica tamen seruaretur opi. can. quia videtur esse cōmunis apud eos. Et cū dicitur per Fed. ꝙ dominium legati ante acceptationem non erat vere quæsitum, dicendum est, ꝙ hoc est falsum: quia imò est verè quæsitum, sed reuocabiliter, secūdū Barto. qui ita dicit in l. si tibi homo. §. cùm seruus. de leg. j.

> a ¶ Repudiare. Vide tu Fel. in d. c. in pręsentia. in vj. col. versi. ix. quero. cū seq. de proba. & eundē d. Franci. Aret. in l. seruum communē. in fi. de vul. & pup.

SVMMARIVM.

1 Opinio præualet veritati in dependentibus ab animo solo.
2 Animus ad continuandum ius quæsitum inductus, non operatur eiusdem iuris de nouo acquisitionem.
3 Obedientia an & quando præscribatur.
4 A potestate suprema nunquid valeat quis per priuilegium eximi.
5 Opinio potius ꝗ̃ veritas in delictis inspicitur.
6 Actus agentium limitatur à voluntate agentium.

HIS qui putat. Qui putat se necessarium, cū sit voluntarius, nō potest repudiare, nec adire. hoc dicit ista l. cū seque. ¶ †1 Primo no. ꝙ in his quæ pēdēt ab animo solo, opinio præualet veritati: ad qđ in glos. & plenius per Bar. in l. ij. §. Labeo. ff. pro emp. & not. in l. multum. j. de condi. & demon. & est satis vtilis articulus. †2 Secundò not. ꝙ animus inductus ad continuandum ius quæsitum non operatur eiusdē iuris de nouo acquisitionē: vides enim hic, ꝙ qui immiscet se continuando dominiū tāꝗ̃ necessarius, non acquirit hæreditatem de nouo tanꝗ̃ extraneus. Et per istū tex. videtur confundi opi. Bartol. in l. iij. in princ. ff. de acqui. possess. vbi dicit, ꝙ animus adhibitus ad continuandam possessionem operatur acquisitionē possessionis de nouo. Vnde d. Paul. dicit hic esse cogitandū: & ꝙ glo. in d. l. iij. in princip. quæ tenuit oppo. videtur verior, tu dic, vt ibi plene scripsi sequendo opi. Bar. Et ad istam l. respondet Bar. met eleganter, quē ego ibi adduxi in l. gerit. in vltim. colū. j. eo. dicit enim, quòd ista l. loquitur, qñ ius acquisitum non habebat originē à voluntate eius, cui acquiritur, quia necessarius est hæres ipso iure ex dispositione legis. Sed qñ ius qđ ego credebā esse quæsitū, habuit originē à volūtate mea, vel alterius, quē ego repręsento: tunc est secus. Et vltra ea quæ ipse scribit, vide tres ll. nota. quas tunc pro eo adduxi pro sua opinio. in d. l. iij. in prin. ¶ In glo. super verbo, non poterit. ibi: eodem errore consistens &c. Hanc glo. inducit hic Pau. de Castr. ad q. quā posuit Oldra. consi. suo lv. vbi dicit, prout refert Pau. ꝙ licet non possit præscribere contra superiorē ius obedientiæ: vt c. cùm non liceat. de præscriptio. hoc est verum, donec durat subditus: sed qa per pręscriptionē tanti tēporis, cuius initij nō est memoria, efficitur non subditus, ideo tunc poterit præscribi obediētia, quia non durat amplius ista qualitas subditi. Sed hoc dictum si non declaratur aliter, videtur impossibile. Nam ante perfectam & completā præscriptionem non est acquisita libertas, quia effectus præscriptionis consummatur in fin. vt per Bar. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. ma. ante ergo quàm sit completa præscriptio, non est liber. Post completam autē præscriptionem, quod semel est præscriptū, non potest præscribi amplius. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucapi. ideo videtur posse declarari alio modo, †3 videlicet quòd obedientia non præscribitur à subdito, nisi quando gereret se pro non subdito, & esset in quasi possessione libertatis, sicut dicit̄ in seruo, qui præscribit libertatē. l. j. & per totum. C. de pręscr. lon. tē. quæ pro li. tūc em̄ ex quo est in quasi possessione libertatis, non præscribit vt subditus. facit qđ habetur in l. male agit. & in l. cōpetit. C. de præsc. xxx. an. Aduerte tñ, quia cōiter doct. in d. c. cùm non liceat. non volunt, ꝙ ex ista quasi possessione libertatis, de qua per Bar. in l. hostes. de cap. possit præscribi obedientia, etiā in inferiori à principe, habēte supremā potestatē. Sed bene pōt secūdū eos pscribi contra inferiorem obediētia & libertas, vt aliquid subsit alteri: vt c. cū potest. de priui. li. vj. & c. cū olim. eo. tit. in antiquis. Contra supremā aūt ptātem nulla currit pręscriptio, secundū Inn. in c. bonæ. de postula. prælat.

præla.quę refert & sequit Bal.in aut.quas actiones.C. de sacrosanct. ec cle.& d.Ant.in c.cũ cõtingat.de fo.cõp.†V trũ aũt per priuilegiũ posSit quis eximi à suprema ptãte, vide per Abb.Mod.in d.c.cũ non liceat.[a]& Bart.in l.hostes.in ij.col.ff.de captiuis.Sed ista glos.põt induci melius ad no.glo.Bar.super rubr.C.de vsu.vbi dicit,ꝙ si cõstitutio epalis disponit aliquid cõtra vsurariũ,intelligit,donec duret illa qualitas,id est donec nõ restituit vsuras,licet Bart.aliter senserit in l.qđ sit fugitiu.in prin.ff. de ædil.edi.Super quo vide qđ scripsi in c.j.extrà,de prob.¶ In glo. super verbo,nã plus est.ibi:sed argumentũ cõtra.Bar.simpliciter distinguit,vt retuli in voce,inter ea quæ non consistunt in solo animo:de quo dic vt hic per eũ,& in l.ij.§.si sua cõditione.pro emptore.Ang.hic addẽdo aliquid ad dicta Bar.dicit,ꝙ etiã in his quę nõ cõsistũt in solo animo,est distinguendũ,vtrũ lex cõsideret factũ,an verò animũ.Primo casu attẽdit veritas potius ꝙ̃ opi.[b]exẽplum in l.si putator.ff.ad l. Aqui.Nã licet putator nõ crederet aliquẽ occidere,quia tamẽ lex punit factũ,scilicet occidẽtẽ,punietur de culpa,nõ inspecto animo suo: secus si lex consideret animũ,sicut in furto,quia tũc inspicitur veritas,nõ opi.l.inter omnes.§. rectè.ff.de fur.quæ verba sunt Bart.in effectu,in l.j.§.non aũt.ff.si quis te.lib.es.iuss.vbi dicit,ꝙ quãdo lex cõsiderat factum,punitur etiã lata culpa:secus si consideret dolũ,id est animũ faciẽtis.†Quibus adde breuiter, ꝙ in delictis inspicitur potius opinio,ꝙ̃ veritas[c],ad euadẽdũ à pœna delicti,sed non ad incurrendũ delictũ,in quo debet puniri dolus. ita dicit Bar.in d.§.recte.& melius in q.de eo qui occidit aliquẽ,quẽ putabat esse bannitũ,cùm nõ esset:in l.fi.ff.de adul.de qua q.vide per Bal.in l.j.C. si à non comp.iud.& in l.j.ff.de leg.¶ In glo.in verbo cõtrario.glo. procedit satis plane in ij.parte,inquantũ mouet q.de necessario tantũ,sed in quantum in fin. loquitur de suo & necessario,indiget magna declaratione.Bar.qui sequitur glo.dicit,ꝙ is qui putat se voluntariũ,cùm sit necessarius,ideo non põt adire vel repudiare,quia adeundo nõ habet animum acquirẽdi de nouo hæreditatẽ.Et si aditio ista operaretur immixtionẽ, hoc non esset acquirere de nouo,sed continuare & confirmare ius acquisitum,nec plus dicit.E contra autẽ si repudiaret,videtur velle perdere ius acquirendũ,non ius quæsitũ sibi tanꝙ̃ suo & necessario:ad perditionem enim vnius iuris,nõ sequitur perditio alterius,vt videbis in l.nec is.§.j. j.eo.& in l.si seruitus.in princip.ff.de serui.vrba.prædio.Sed contra istã opi.insurgunt hic aliqui Moder.diuersis rationibus.¶ Primò dicit Imo. quòd qua ratione animus inductus ad continuandũ operatur acquisitionẽ de nouo,iuxta ea quæ dicit Barto.in l.iij.in princ.de acquirẽ.poss.eadem ratione econtra animus inductus ad acquirendum debet operari cõtinuationẽ iuris quæsiti, vel potius confirmationem. Sed ipse non perpendit,quòd in casu nostro istud argumentum conuertitur contra eum, sicut patet ex l.nostra,is qui habet animum continuandi,tanquàm necessarius,non acquirit de nouo.V nde nisi restringas istas duas ll.ad necessarium tantum,& non intelligas eas in suo,& necessario,quam restrictionem nullus facit, arguemus hoc modo:Sicut animus continuando non operatur acquisitionem de nouo,ita econtra animus in acquirenda non operabitur continuationem.Et ad dicta Bart. in d.l.iij.responde vt ibi scripsi.& vt s.tetigi in no.allegando Barto.in l.gerit.j.eo.vel potest dici,secundùm dominum meum,quòd iura allegata per Barto. in dicta l.iij.loquuntur in acquisitione possessionis,quæ magis pendet à facto, quàm ab animo:vnde non inspicitur, quid sentiat acquirens.Quòd autem pendeat à facto,patet: quia infans qui nullum habet animum , potest acquirere tutore autore.l.quamuis.§.infans.de acquirenda possesi. Sed secundùm hoc haberemus dicere,ꝙ etiam aditio hæreditatis nõ pẽdeat ab animo,quia etiam infans qui fari potest,potest eam adire tutore autore.l.pupillus.s.eo.Præterea dicta l.iij.& multæ aliæ dicunt,quòd acquisitio possessionis cõsistit in animo & facto:vnde vtrũq; concurrit æqualiter.Exponendo tamẽ dicta sua,& saluando,possumus dicere,quòd acquisitio possessionis pendet ab animo perfecto.vnde quando aliquis ingreditur animo continuandi possessionem , adest vnum ex extremis perfectè,scilicet ipse actus facti. Aliud verò extremũ, videlicet animus, non dicitur deesse totaliter,ex quo ingrediẽs possessionem habet animum retinendi possessionem quæsitam:& ideo toleratur, quòd acquiratur possessio de nouo,habet enim aliquẽ animum ad possessionẽ,sed non eo modo,quo debuit.In aditione autẽ hæreditatis,quæ consistit in solo animo.l.pro hærede.in prin.j.eo.animus imperfectus non iuuatur ab aliqua alia re,quæ debeat cõcurrere ad acquisitionẽ.¶ Secundò dicit Pau.de Ca.reprehẽdẽdo dicta Bart.ꝙ licet is qui putat se necessariũ, cũ sit voluntarius,non acquirat hæreditatẽ de nouo:non tamẽ est idẽ in casu conuerso, qui ponitur in gloss.Mouetur subtiliter, & assignat differẽtiam inter vtrunq; casum:nam in casu l.nostræ qui putat se necessarium,& se immiscet,vult vnũ tantũ,scilicet facultatẽ administrandi & disponẽdi hæreditatẽ: vnde non est mirum, non ex quo vult acquirere, si non acquirit,†quia actus agẽtiũ limitatur à volũtate agentiũ[d].d.l. nõ omnis.in prin.ff.si cer.pet.l.iij.§.si quis hoc interdicto.de itinere actuq; priua.Sed quando quis reputat se voluntarium, cùm sit necessarius,vult duo,scilicet de nouo acquirere ius hæreditatis,& etiam facultatẽ disponẽdi de ipsa hæreditate,& de rebus hæreditarijs:vnde qui vult quod est plus,vtiq; videtur velle qđ est minus.l.cum furti.cum materia.s.de in litẽ iurand.l.j.§.si stipulanti.cũ ibi not.de verb.oblig.& dicit hanc differẽtiã esse inutilẽ,per quã tenet cõtra glo.& Bart. Tu verò pro cõi opi.potes dicere,ꝙ cõcesso sine pjudicio veritatis,ꝙ iste velit duo s.dicta: vnum principaliter,aliud accessoriè,& in cõsequẽtiam. Per hoc ẽm,ꝙ vult acquirere hęreditatẽ,cõsequẽter vult acquirere dñium &administrationem in rebus hæreditarijs,quia ab acquisitione dñij vniuersalis venit cõsequẽter acquisitio rerũ particulariũ.l.statuliberi.§.Quintus.ff.de statulibe.l.cũ hęredes.in prin.de acq.pos.Si ergo nõ valet principale,nec accessoriũ.l.j.& ij.cum materia.de pec. l.l.ij.§.j.de vul.& pupil.cum no.in regula,accessoriũ.de regu.iu.in vj.Præterea nõ videtur verũ, ꝙ velit duo separata,sed vnũ tantũ,scilicet acquirere hæreditatẽ,qđ virtualiter in se cõtinet potestatẽ disponẽdi,& dñium rerũ hęreditariũ.V nde nõ recedere à sentẽtia cõi propter hoc. Secundò principaliter adde dictis Bar.inquantũ vult,ꝙ si verba aditionis dicunt,ꝙ talis filius &c. hæreditatẽ delatã adiuit,per hoc vitiatur aditio , quasi per ista verba videat æstimare se esse voluntariũ, nõ necessariũ,nisi consequẽter adiungat,& se immiscuit:quia tũc per verbũ sequẽs declararet intẽtio sua,ꝙ voluit se immiscere: nã primũ dictũ Bald. reputat esse falsum in l.potuit.C.de iure del.quia verba sunt impropriãda,vt actus magis valeat,ꝙ̃[a] pereat.l.sed & si possessori.§.itẽ si iurauero.ff.de iureiu.l.j.cum ibi no.C.de vsufr.maxime qa vt dicit do.m.leges vtunt aliqñ istis verbis,etiã in hæredibus suis:vt l.fi.§.cũ igit.& l.cũ antiquiorib.[b] C.de iure deli.Ipse tñ nitit cõcor.opi.videlicet ꝙ aut ista verba proferant ab homine perito,& vera sit opi.Bar.quia cũ intelligeret vim & proprietatẽ istorũ verborũ,psumit ea accepisse in pprio sensu,& sic nõ credidisse se esse suũ,vel ad minus voluisse se immiscere.Aut proferunt ab hoĩe imperito,& tũc capiẽtur improprie,& valeat immistio:mouet per gl.in l.qđ si nepotes.s.de test.tu.[c] super quo vide qđ ponit Bal.no.in c.j.de succes. feu.Facit qđ habet in l.stipulatio ista.§.hęc quoq;.de ver.ob. Sed ista distinctio cẽt attẽdẽda,vbi cũq; actus posset valere vtroq; modo: sed qñ actus accipiẽdo verba vno modo esset nullus , tũc nõ fit distinctio inter peritũ et imperitũ:vt j.ostẽdã.[d] V ñ placet mihi cõclusio Bar.simplr,quã etiã sequitur hic Pau.de Ca.pro qua adduco tibi tex. no.scđm Bar.ibi in l.legitimus.§.ĩ legitimis.s.de legi.tu.per quẽ Bar.dicit,ꝙ si iudex dat legitimũ tutorẽ in tutorẽ,qui est ipso iure tutor,verbũ,dare,nõ importat creationẽ noui iuris,qđ esse non põt,sed facultatẽ administrãdi.Et ita erit proprie in proposito,quia verbũ,aditio, significabit immixtionẽ,per quã acquirit facultas disponẽdi,& administrãdi hæreditatẽ:facit optime pro ista cõclusione tex.& qđ ibi Bar.in l.j.C.de nego.gest. & qđ no.glo.in l.si in aliã.in verbo,ferias dare.ff. de offi.procon.& le.Et ad limitationẽ quã ponit Bar.adde quod ipse idem ponit in l.fi.circa princ. ff.de condi.ob causam.

[a] ¶ Cũ nõ liceat. Et ibidẽ vide Fel.circa fi.j.col.in vers.secũda declaratione.

[b] ¶ Quã opin. Adde Car.ĩ cle.j.§.j. xiij. q.de reg.& Pau.de Ca.in cõsi.xxxv.in ci.licet ista sit q.in j.col.in fi.

[c] ¶ Quã veritas. Vide d.Ale.in l.diu. de sica.vbi ẽt p eũ.

[d] ¶ Agẽtiũ. Adde d. Bart.Soc.in consil. cclxvij.ic.pñs.vers. postremo.circa fin. ver.in ij.parte.

[e] ¶ Probari. Pro qua materia vide plenius ꝙ̃ hic eundẽ Fran. Aret.in l.in illa. in prin.iij.col.cũ se.de verb.obl.& qđ ibi dixi in apo.

SVMMARIVM.

1 Negatio coarctata regulariter probari nõ potest.
2 Renuncians iuri vni,non tamen per hoc renunciare videtur alteri iuri quod habet.
3 Consequens qui vult,etiã si sit priuatiuũ,videtur velle antecedẽs,sine quo illud esse non potest.
4 Ignorans in dubio non videtur renunciare iuri, quod se habere ignorat.

NECIS. Qui dubitat vtrum testamẽtum sit falsum vel nullũ,non potest adire:secus in eo qui est certus.h.d.Secunda ibi:si certum sit. †No.ibi:sed si certũ sit &c.ꝙ negatiua quę pẽdet à facto,vel non facto alicuius,potest esse certa apud eũ:& ex hoc infert Bal.& Mod.ꝙ ista negatiua licet sit coarctata,põt probari bene per teste,ꝙ̃uis regulariter negatiua nõ coarctata nõ possit probari[e].l.actor.C.de proba.c.j.de cõfes.in vj.

Et quia ista negatiua est de facto proprio, videt̃ ꝙ æquè bene posſit probari ſicut affirmatiua. Vtrum autem iſta negatiua cadat in ſenſum teſtis, an verò probetur per remotionem actus à ſenſu, & ſimiliter quando eſt coarctata loco & tempore, tangetur in l. Pantonius. §. rei. vbi per glo. j. e. de quo vide per Ioan. And. in ca. bonæ. de elect. & in dicta l. actor. & per Bald. in l. fin. C. de erro. aduo. Aduerte tamẽ, quia qñ teſtis deponit negatiuam facti proprij, ipſe non poteſt habere conteſtem probantem eo modo: quia ſi teſtis dicit, non fui præſens, alius qui dicit ſimiliter, quòd ego non fui præſens, non deponit negatiuam facti proprij, ſed alterius. Et ad materiam vide quod ponit not. Bald. in l. fin. C. de bon. poſ. ſecũ. tab. & Bart. in l. ij. in fi. j. quęad. te. ape. ¶ In gl. j. ibi: aliàs incipit, is qui &c. dicit gloſſ. quòd ſi non ſit dictio, nec, in principio literæ, iſte text. continet vnum caſum. Sed hoc videtur impoſsibile, quòd iſte caſus poſsit ſtare: quia in principio præſupponit, quòd hæres putabat teſtamentum eſſe falſum: nam ſi hæres ipſe non eſt certus, dato quòd alius eſſet certus, nõ poſſet hæres adire l. cùm falſum. j. eo. Si tamen vis ſaluare hanc poſitionem, oportet dicere, quòd à principio hæres putabat eſſe falſum: poſtea certificatus eſt, quòd non erat falſum. Sed quomodo poterit certificari, ſi non agebatur de facto proprio? eſt dubium, maxime quia j. in ij. gloſſ. quando agitur de certitudine, ponitur exemplũ de teſtamẽto, qđ ipſe hęres dicitur feciſſe falſum. Vnde quia põt eſſe certus de facto ſuo, ideo põt adire: ideo tene ꝙ in tex. ſit dictio, nec. & bene procedit.

Hæres. Repudians ius delatum ex teſtamento, non videtur repudiare ius delatum ab inteſtato: ſed repudians ab inteſtato videtur repudiare etiam ex teſtamento, ſi ſcit ſe hæredem inſtitutum: aliàs repudiatio non valet in vtroq;. hoc dicit. Secunda ibi: ſed & ſi quaſi. 2 Tertia ibi: ſi ignorat ius. ibi: neque &c. ¶ †Not. quòd renuncians vni iuri non videtur per hoc renunciare alteri iuri, quod habet. ad idem text. in l. ſeruitus. in princip. ff. de ſeru. vrba. prædio. & ſimiliter excluſus ab vno iure per l. non cenſet̃ excluſus ab alio. l. ſi filius qui patri. §. j. de bon. lib. Similiter etiam videmus, quòd excluſus ab vno remedio, non videtur excluſus ab alio. l. licet. C. de iure delib. facit quod habetur in l. de pupillo. §. ſi pluribus. de noui ope. nun. & quod habetur in l. voluntarie. C. de excuſat. tuto. ¶ †Secundò not. in verſicu. ſi quaſi &c. quòd qui vult conſequens, etiam ſi conſequens ſit priuatiuum, videtur velle antecedens, ſine quo illud eſſe non poteſt. per quem tex. confunditur opinio Barto. in l. j. ſuprà eo. quæ dixit contrarium. Et mirandum eſt, quòd Barto. non meminit de hoc tex. Sed magis eſt mirandum, quòd non ponderauit text. in l. illud. infrà eo. vbi in primo exẽplo ponitur idem caſus, qui hic: & ſic etiam ibi volebat conſequens priuatiuum. Et ideo addas iſtum tex. ad nota. in d. l. j. ¶ †Tertiò not. in verbo, credendũ eſt &c. quòd in dubio facies actum videtur facere eo modo, quo valet: nam hic non valeret repudiatio facta ab inteſtato, ſi non videretur repudiatum ius proueniens ex teſtamento, vt dicitur in vltimo reſponſo. ¶ † Vltimò not. quòd ignorans in dubio non videtur renunciare iuri, quod ignorat habere. Idem ſi dubitet ſe habere illud ius, ſecundùm domi. meum: allegat tex. & Angel. ibi in l. manifeſtiſsimi. §. ſin autem dubi⁹. C. de fur. bene facit l. fi. C. de cõdit. indebi. quem etiam ipſe adducit. Vtrum autem hæres inſtitutus præſumatur ſcire ſe inſtitutum, vel ignorare, tangit hic domi. me. de quo dic vt plene per Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verbo. obliga. & aliquid in l. eius qui in prouincia. ff. ſi certum peta. ¶ In gl. ſuper verbo, nõ amittit. circa princip. Bartol. hic ſupplendo ad gloſ. quærit, vtrum ſi aliquis repudiat bono. poſſeſ. vel econtra hæreditatem, poſsit venire ex altero capite, ſi habet ſubſtitutum. Et refert gloſſ. tenere, quòd non, in l. & ſuum. C. de iure delib. Sed docto. ibi communiter tenent oppoſit. quia ſi renuncians bono. poſſeſ. non videtur renunciare iuri adeundi, vt hoc textu: ergo ſubſtitutus non poteſt admitti. lege, quandiu. ſuprà eodem. Bartol. concordat opinio. dicens, quòd aliquando quis repudiat ipſam rẽ, non ius quod habet ad rem. Exemplum, ſi quis dicat, repudio hæreditatem: & tunc videtur repudiare omne ius, quod habet in illa hæreditate, & admittitur ſubſtitutus. ſicut econtrà ille qui petit bonorum poſſeſſionẽ, vel agnoſcit, videtur effici hæres de iure ciuili & prætorio. l. puberem. C. eodem. ¶ Sed contra primum dictum facit, quia text. in lege, & ſuum. videtur loqui de eo qui repudiat rem, non ius adeundi vel petendi bono. poſſeſ. nam bono. poſſeſ. ſignificat rem, ſicut verbum, hæreditas. l. iij. §. primo. de bono. poſſeſ. l. hæreditas appell. de verbo. ſignific. & tamen qui renunciat bono. poſſeſ. non excluditur ab eundo: vt dicta l. & ſuum. Bald. tamen ibi ſequitur hoc dictum cum limitatione: niſi is qui renunciat iuri adeundi adijciat cauſam, quia hæreditas eſt damnoſa: tunc enim ſecundùm eum non ſolùm qui renunciat hæreditati, videtur renunciare omni iuri, quod habet: ſed etiam qui renunciat iuri adeundi vel petendi bono. poſſeſ. quia cauſa extendit, & reſtringit dictũ l. ſi is qui animo. ff. de acquiren. poſſeſ. l. cum pater. §. dulciſsimis. de lega. ſecundo. hanc opin. explicat Bald. in lege ij. in ij. columna. C. quãdo non pet. part. Aduerte tamen, quia ipſe ibi, & etiam Bartol. hic, referendo ſe ad dictã legẽ, & ſuum. videntur velle, quòd qui renunciat bon. poſſeſ. renunciet potius iuri, quod habet ad petendam bono. poſſeſ. quàm ipſi bono. poſſ. prout eſt ſimilis hæreditati in effectu, quod videtur falſum, vt dixi: & ideo reſpondendum eſt aliter ad d. legẽ, & ſuum. Videlicet ꝙ ibi nõ loquit̃ de repudiatione expreſſa, ſed de tacita, quæ fit per lapſum temporis, in qua ſine dubio non extinguitur ius adeundi. lege, licet. C. eo. Vel potes intelligere, ꝙ ille tex. velit eum qui habet duo remedia, ſcilicet adeundi & petendi bono. poſſeſ. poſſe eligere, ſi vult acquirere ſibi ius ex vno, non tamen ſequitur, quod per hoc videatur repudiare aliud, quin poſtea ſi velit, poſsit illud acceptare. ſed prima reſpõſio magis placet. Et quòd ille, qui repudiat bono. poſieſs. facit locum ſubſtituto, & ſic videatur repudiare etiam ius adeundi, videtur caſus clarus, & not. in l. ij. §. ſi duo. ff. de bono. poſſeſ. ſecundùm tabu. Et quòd verbũ, omittere, ibi ſignificet expreſſam repudiationem, patet: quia ſi ſubſtitutus repudiat hęreditatem, tex. dicit, quòd portio illa redit ad cohæredem ex iure accreſcendi: quod non eſſet verum in tacita repudiatione, per quã inſtitutus non excluditur ab adeũdo. d. l. & ſuum. & l. licet. C. eo. Aduerte etiam, quia Barto. hic expreſsè vult, quòd ille qui agnoſcit bono. poſ. videatur etiam adire hæreditatem de iure ciuili, per l. puberem. C. eo. qđ dictum eſt valde dubium. Nam Bal. in dicta l. puberem. tenet oppo. duabus rationibus, quas retuli tibi in voce: & quia ſuper hoc articulo plenè ſcripſi in l. iij. §. ex plurimis. de acquirenda poſſeſsio. in vltima colum. nõ diſcutiam hic. Adde tamen ad ea ibi quæ ſcripſi, Bald. in rubrica. C. qui admit. verſicu. vij. quæro. & adde quod ſingulariter tradit Bald. in l. gerit. in penulti. colum. j. eo. vbi dicit not. quòd agnoſcendo bonorum poſſeſ. quis videtur adire, etiam ſi credat hæreditatẽ non eſſe delatam de iure ciuili. Adde tamen, qđ ipſe dicit in l. ſi quis mihi. §. ſed ſi mãdaui. j. eo. vbi limitat hoc eſſe verum, niſi is qui agnoſcit bo. poſſeſ. ſit talis, vt non poſsit adire pro ſe abſolute, ſicut eſt filiusfami. Vide etiam ad materiam tex. ſing. quę ibi not. Angel. in l. mater. ff. de inoffi. teſta. per quam dicit ibi, & dicit eſſe dictum nouum, ꝙ aditio facta ab aliquo tanquã ex teſtamẽto, non conuertitur in aditione ab inteſtato. Si verò hæreditas defertur ab inteſtato, & nõ ex teſtamẽto, licet bo. poſ. ſecundũ tab. cõuertatur in cõtrata. teſtamẽto expugnato. l. iij. §. ſi ſub ea. & quod ibi Barto. ff. de cõtrata. Quod aũt dictũ eſt per Bar. ꝙ qui repudiat rem, videtur etiã repudiare ius omne, qđ ſibi ad rem cõpetit; intellige ſi ſibi cõpetit ex perſõna ſua; ſecus ſi ex perſona filij vel ſerui. Caſus eſt not. ſecundũ vnum intellectum in l. ſi ſeruo. de leg. j. & ibi per Imo. per quem tex. videtur terminari illa quæſtio, in qua aliàs conſului, ꝙ ſi filia renunciat hæreditati maternæ, & omni iuri qđ habet in ea, ex qualibet cauſa, nõ videtur impedita petere hæreditatẽ ex perſona fratris, id eſt tanq̃ hæres fratris: & ita conſulit Ang. Sed fuit tunc contradictũ fortiter huic conſilio, & ego in allegationibus tranſcripſi conſilium Ang. de verbo ad verbũ. pro quo facit ille tex. quem non allegaui tunc.

SVMMARIVM.

1. Hæreditatem qui & adire & acquirere poteſt ſine vllo impedimento, is poteſt repudiare.
2. Nomen, rei, licet ſit generale: ſpes tamen non comprehenditur appellatione rei.
3. Epiſcopus non poteſt facere ſtatutum contra ius.
4. Præſes is præſumitur eſſe in loco vbi habitat, vel habet domicilium, niſi probetur abſentia.
5. Argumentum à communiter accidentibus validum eſt.
6. Fama probari poteſt per duos teſtes.

1 IS poteſt. †Qui poteſt adire & acquirere hæreditatẽ ſine vllo impedimento, is poteſt repudiare. hoc dicit. quia gl. non indiget fere alia aditione. Vltra ea quæ addit Barto. addendum eſt aliquid ad ea quæ ſubtiliter, & alto ſtilo ſcribit hic Bar. circa poteſtatẽ adeũdi. Et primò in quãtũ ipſe dicit in prima ſpecie ptãtis adeũdi, ꝙ qñ cogit̃ ſocietas de hæreditate futura, nõ intelligit̃ cõicari ipſa ſpes, ſed potius cõicari hęreditas ſub cõditione ſi obuenerit. l. actione. §. diximus. ff. pro ſoc. Aduerte, ꝗa ipſe vult in iſta rõne, ꝙ ſi ſpes videret̃ eſſe cõicata, quilibet ſocius delata hære. poſſet adire: qđ eſt notabile & ſingulare verbũ, ſed nõ videt̃ verũ: quia ipſa facultas adeũdi cũ eſt delata, nõ põt cõicari alteri, cũ cohæreat perſonæ, ſecũdũ Bar. in l. Paulus. j. eo. & maxime ad vtilitatẽ alterius, quia etiã ius petẽdi reſtõnẽ ex fideicõmiſſo nõ põt cedi ꝓcuratori in rẽ ſuã. Caſus eſt no. & ibi per Bar. in l. qui ita. §. j. ff. ad Treb. Sicut ergo ipſum ius adeũdi de pñti nõ põt cõicari, ita nec ſpes cõſequẽdi illud ius adeũdi: quia de eo qđ eſt in ſpe iudicamus, ſicut de re ipſa iudicaremus. l. Gallus. §. videndũ. in tex. & glo. & ibi per Bar. iuxta fi. de lib. & poſth. ſicut dicimus, ꝙ ius competens ad rem iudicat̃ ſecũdũ naturã rei, ad quã cõpetit. l. ſi ad reſoluendã. C. de prędi. mi. per Bar. in l. põt. ſ. de auẽ. tu. Facit optime qđ habet̃ in l. cætera. §. fin. de lega. j. & in illa materia, de re deſtinata ad aliam rem quòd iudicetur, ſicut res ad quã eſt deſtinata. Dictum tamen & concluſio eſt vera in ſe, quia de hæreditate viuentis nulla eſt ſpes, etiam quãdo eſt de hæreditate certa: vt j. videbis, & nota. in l. final. C. de pact. & in l. nec nos. C. de cap. Et adde ad præmiſſa Ange. not. in l. Papi. in princip. ff. de inoffic. teſtamen. vbi dicit, ꝙ ſicut ius adeundi competẽs filio nõ eſt cõmunicabile patri, ita & ius præparatoriũ ad ipſam aditionem; ſicut eſt intentatio querelæ. Et aduerte, quia Bartol. inferius in tertio membro principali fatetur, quòd ſpes adeundi non poteſt cedi. Secundò aduerte diligenter ad dicta Bartol. quæ poſuit in ſecundo membro princi. huius

subtilis

subtilis repetitionis. dicit enim, ꝙ est aliqua spes succedēdi in filijs & descēdētibus, q̄ est cōsiderabilis, & est ius quodā separatum à filiatione, de quo in l. nec ei. §. fi. ff. de adopti. Et ꝙ ista spes sit ius separatum à filiatione, probat ipse subtiliter: quia si nō esset ius separatū à filiatiōe, extingueretur mortuo filio, & per consequēs nepos nō succederet in isto iure. Sed hoc est falsum, qa nepos succedit in locū filij in suitate: vt l. posthumorum. de iniust. test. & l. Gallus. §. nunc de lege. cum si. de lib. & posth. Sed ista rō cū reuerentia nō vr̄ sufficiēs, qa sequeret̃, ꝙ etiam ius succedendi ex capite agnationis esset ius separatum ab ipsa agnatione: qđ ipse negat. Quòd autē sequeret̃, probo: quia etiam in successione agnatorum reperitur, ꝙ filius fratris succedit in gradu paterno: aut̃. post fratres. C. de legit. hæ. & in corpore, de hæredi. ab intest. §. reliquum. Ideo possum⁹ dicere, & rectius, ꝙ successio ex primo gradu non est ius separatum de per se, sed est quædā qualitas adhærēs filiatiōi: qa per hoc ꝙ præcedit alios in consanguinitate testatoris, dicitur esse primo gradu, vt dicit tex. in d. l. posthumorū. & hoc forte est verius. Quia tñ doc. cōiter approbāt istam doctrinam, dicam⁹ rñdendo ad argumentū, ꝙ in filijs hoc facit suitas, quæ qualitas inest filijs viuo patre: vt probant dicta iura. Suitas autē de sui natura nil aliud videtur importare, nisi ꝙ propter certissimā spem & votum parētum filius quodāmodo dr̄ dñs in vita patris: vt l. in suis. s̄. de lib. & posthu. Vnde cū suitas dicatur quoddam dominium, licet improprium, non est inconueniens, ꝙ dicatur aliquod ius separatum ab ipsa filiatione, maxime quia pater non potest priuare filios totaliter hæreditate, quin relinquat eis legitimam: vnde saltem respectu illius quotæ plus iuris habet filius, quàm agnatus: iuxta nota. per ☞ Bart. in l. ij. de iur. & fact. igno. & in l. fi. ff. de lib. agn. †Et hoc infert Pau. de Cast. ad not. q. dicens, ꝙ quia ius spei filiorū nō extinguitur, ideo si primogenitus qui debet succedere moriatur, videtur ꝙ in isto iure primogenituræ, qđ est spes succedēdi insolidū, succedat nepos, & per consequens excludat secundo genitū:[a] & ita dicit Oldra. allegasse in ciuitate Auinionis coram rege Roberto. Ita etiā dicit se consuluisse in Hyspania de facto, licet legistæ cōiter teneant in l. si viua matre. C. de bo. mater. & Bar. in d. aut̃. post fratres. Bal. etiam variauit, vt patet ex his quæ posuit in d. aut̃. cessante. & l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Et si ista esset propriè materia nostra, hic recitarem tibi consilium, qđ feci, iam est secundus annus inceptus super isto puncto pro illustri principe Salernitano. Sed nunc sufficiat te remittere ad loca præmissa, & prædictum cōsilium, quod poteris habere ad ea etiā, quæ prolixe do. Ioan. And. in rubri. de feud. in additio. Specul. vnum ex dictis eius ☞ tāgam hic, quia optime cadit, videlicet: †Vtrum istud ius primogenituræ transmittatur à filio in nepotē: nam si transmitteretur, nulla esset dubitatio, quòd nepos ex persona filij posset succedere, quia qualitas est in primo hærede, inhæret illi, ad quem fit transmissio: vt l. si quis filium. §. penul. s̄. eo. Et ꝙ istud ius sit transmissibile[b], tenuit ibi Ioan. And. maxime p ea quę habentur vij. q. j. c. quàm periculosum. vbi patet, quòd ius primogenituræ potest vendi & cedi. ergo est transmissibile: arg. l. si ex pluribus. ff. de admini. tu. Sed in contrarium arg. fortiter. quia licet nepos in successione aui vel patris succedat in locum patris sui, tamen hoc succedere in locum patris sui non significat, quòd filius succedat ex persona patris, tanquā ex iure ad se transmisso: sed significat, ꝙ nepos succedit in gradu paterno, ex persona tamē propria, & ex iure ꝓprio, tanq̄ nepos, nō tanquā repræsentans filium: ita declarat no. Barto. in l. j. §. si sit nepos. ff. de col. dotis. & in l. j. §. si filius. de coniū. cum emancipa. libe. Idem etiam dicit hic, dum vult, quòd nepos non succedit in filiatione, quia illa extinguitur per mortē filij. Ideo do. Bal. notāter & recte in l. si au⁹. C. de li. p̄te. ꝙ nepos succedit in locū patris priuatiuè, nō transmissiuè: nā si succederet trāsmissiuè, tūc si filius esset institut⁹, nō esset necesse instituere nepotē, quia transmissio fit ad successorē cū eisdē qualitatibus: qđ tñ est falsum, vt d. l. si autem. & l. posthumorum. præalle. ¶ Confirmatur ista conclusio, quia text. in l. Gallus. §. nunc de lege. ver. & bene. de lib. & posth. & Insti. de hæred. quali. & dif. §. sui. dicunt, quòd quando nepos ingreditur locum patris in suitate, hoc est, quia per mortem filij ciuilem vel naturalem filius desinit esse suus: si ergo in filio extinguatur suitas, quomodo potest nepos succedere ex iure transmissionis? Certe hoc videtur impossibile, & si successio nō potest transferri iure transmissionis in nepote, ergo nec ius primogenituræ, quo ad successionem: quia hæc est qualitas, & vnus modus succedendi, quæ nō potest esse sine subiecto, vt l. Iul. §. j. ff. ad exhiben. bene facit text. in l. adeo. §. cùm quis. de acquiren. re. domi. vnde non videtur vera opi. Io. And. s̄. alle.

differentia casuum, quàm rationis: quia cùm dispositio conditionalis est purificata, habetur pro pura: vt videbis in l. hæres. & in l. sed si de sua. j. eod. vnde is qui putat se pure institutum, potest adire, licet fuerit institutus sub conditione, quæ est purificata: vnde cur post impletam conditionem legatum libertatis non habeat hoc priuilegium, non potest assignari bona ratio prima facie. Ideo dom. Paul. dicit, quòd ideo suitas non cõfirmat hic libertatem, quia filius hoc noluit. Sed istud est diuinare, præterea non videtur rationabile: quia cũ effectus suitatis inducatur à necessitate: vt plene dicitur in l. si filius hæres. de liber. & posthum. sicut filius non potest velle non esse necessarius, ita non videtur posse tollere effectũ suitatis, qui inducitur à lege, nisi quatenus prætor permisit: argumen. l. primæ. §. si impuberi. de collatio. bon. & l. si arrogator. cum materia. ff. de adopt. Vnde contrarium remanet valde difficile. Et licet habeam aliquam solutionem coloratam, quia tamen dubito vtrum procedat, cogitandum est vsque ad lecturam seq. Item aduerte: quia ratio iurisconsult. assignata in princip. cur filius videatur adire, non videtur bona. Dicit enim, quòd etiã si nummi non sint peculiares, tamen filius recipiendo pecuniã pro implemento conditionis videtur adire: quia illam pecuniam accipit ex volũtate testatoris. Sed ista ratio non videt̃ bona: quia etiam quando habet cohæredem, qui adiuit, & accipit hanc pecuniam ex voluntate testatoris, non tamen inducitur aditio: vt in responso sequenti. Vnde Paulus de Castro, fatetur, quòd ista non est bona ratio, licet illa quæ assignat̃ in hac gloss. Sed hoc dicere est absurdum: quia non possumus recedere à sententia iurisconsul. Vnde aliter est dicendum: vide licet ꝙ ista verba significant idem quod ratio expressa in glo. hoc modo. Vult enim dicere iuriscon. quòd quia testator relinquendo libertatem sub conditione videtur velle libertatẽ habere effectum conditionis impletæ. Ideo filius accipiendo pecuniam ex voluntate testatoris, videtur eam accipere, vt voluntas testatoris habeat effectum, ex quo accipit eam pro implemento cõditionis, & sic in executione voluntatis defuncti, quam exequendo videtur velle idem quod defunctus. Sed hoc nõ potest velle, nisi velit adire hæreditatem, quia sine aditione libertas esset inualida: ergo videtur velle adire. Et ad cõtrarium principale, cuius solut. remansit dubia, potest saluari dictum do. Pau. sed indiget multa declaratione & aditiõe. Dico ergo, quòd libertatem confirmari ex capite suitatis hoc videtur pendere ex voluntate filij: quia si filius non vellet suitatẽ habere hunc effectum, videretur quòd libertas confirmaret̃ à suitate: quia quod fit contra voluntatem filij, dicitur tendere ad damnum eius. §. præterea. Institu. de actio. Filius autem nõ habetur pro hærede, si se non immiscuit in his quæ tendũt ad damnum suum: ergo suitas non haberet effectum, si non vellet libertatem confirmari. Hoc colligitur ex mente Barto. manifeste in l. si filius qui patri. s. de vulgar. & pupillar. in iij. casu princi. quando filius expresse abstinet. Hoc præmisso dico vt dicit do. Pau. ꝙ filius faciendo actũ, qui inspecto iure cõi nõ potest fieri ꝑter nomen, & ius hæredis, videtur adire, qa videt̃ potius habere respectum ad ius cõmune, quàm speciale, secundùm qđ libertas non confirmaretur, nisi esset adita hæreditas, licet aliud sit de iure speciali: sicut dicimus in testamẽto, quòd qui potest disponere de iure communi, & de iure speciali, in dubio videtur disponere de iure cõmuni, ex quo resultat effectus contrarius ad ius speciale: vt l. quãq̃. & ibi per Bal. C. de testa. milit. Vel posito, ꝙ non penderet ex voluntate filij, verum libertas cõfirmaretur ex suitate, sicut prius dixeram, adhuc potest dici, ꝙ dispositio legis, quę dicit ꝙ ille actus inducit aditionẽ, qui nõ põt fieri ꝑter nomen & ius hæredis, intelligit̃ hoc mõ, videlicet qñ actus nõ põt fieri ꝑter nomẽ &c. de iure cõmuni, licet posset fieri præter nomẽ & ius hæredis, attento iure speciali, ad quod legis dispositio in dubio non videtur habere respectum: secundùm Barto. in l. prima. §. pen. circa prin. ff. de contratabul. & tenet ipse idem in l. quandiu. suprà eod. Et est ista noua & singularis limitatio, & multum colorata ad istum text. & ad not. in lege, gerit. infrà eod. ¶ In gloss. super verbo, citra nomen. Notabiliter & eleganter explicat hic gloss. suam materiam, pro cuius declaratiõe multa essent quærenda, quæ trademus remissiuè. Et primò, nunquid hæres institutus in re certa, qui quo ad quædã, habetur pro hærede, & quo ad q̃dã non veniat sub appellatione hęredis: de quo vide quod habetur in l. ex facto. la grande. suprà, de hæredi. instit. & lege, iusiurand. §. si liberi. per Bartolum. de oper. libe. & Baldum in lege, liberti libertęq̃. C. de ope. libe. ¶ †Secundò esset videndum, nunquid in materia statuti vel stricti iuris appellatione hæredis veniat bonorum possessor [a]: de quo dic vt per Bar.

per Barto.in l.j.§.bonorũ.ad Trebel.Et ego plenisſime ſcripſi poſt eum in notabilibus, & in fi.repetitionis, addẽdo mul ta in l.j.in fi.ſ.de vulg.& pupil.¶ † Tertiò eſſet videndũ,quid de fideicõmiſſario[a], vtrum in materia ſtricta vel odioſa com prehendatur appellatione hæredis.ſuper quo etiam ſcripſi in dicta l.j.ſuper quo vide Barto.in l.j.§.de illo.ff.ad Trebellia. Et ad ea quæ ibi ſcripſi, adde bonum tex.in l.ſi nõ lex.§.j.ſ.de hæred.inſtitu.iuncta l.qui ſoluendo.eo.titul.vide etiam quod traditur in l.fi.C.de edi.diui Adri.in illa qõ.vtrum beneficiũ illius l.loquens de hærede,habeat locum in fideicõmiſſario. Poſſet etiam quæri,nunquid ſtatutum loquens de hærede in ſtituto habeat locum in eo,qui eſt tacite inſtitut⁹. Super quo vide Bald.not.in l.ſi quis ad declinandam.in j.char.C.de epiſ. & cler.Hic etiam caderet illa qõ.ſubtilis,vtrum is qui habet poteſtatem abſtinendi de iure ciuili,remaneat hæres nomine poſt abſtenſionem. Quę quæſtio eſt multi effectus in materia ſuitatis,ſicut ego ſcripſi in l.ſi filius hæres.ſ.de libe.& poſt hum. de qua quæſt.vide glo.not.& ibi per Angel.& Moder. in l.fina.§.vlti.ff.de vulga.& pupill.& ibi plene ſcripſi ſuper hoc,& ſecutus ſum ibi ſentẽtiam Bald.quòd nõ remaneat no men heredis,per l.ex facto.§.Iulius.eo.titul.Nunc autem du bito,quia pro ſentẽtia gl. quã ſequitur ibi Imol. & etiã Angel.alibi videtur tex.valde not. in l.penul.j.eo.titu.vbi dicitur,quòd ſi heres qui adiuerat,abſtineat à beneficio principis, alius qui remanet cohæres in illa parte eſt hæres vtiliter:ergo directũ nomẽ remãſit penes adeuntẽ.Et aduerte,qa gl.ibi ponit exemplũ per tex.Inſti.de hær.qua.& diffe.§.extrane⁹.& §.ſciendum.quæ iura loquuntur in minore & in milite.Quod dicitur ibi de minore,nõ facit ad propoſitum, quia minor reſtituitur beneficio prætoris. Sed quod dicitur ibi de milite, quòd ex conſtitutione Gordiani imperatoris poteſt abſtinere poſt aditam hæreditatem,decidit qõ.in terminis,quia illa facultas abſtinendi datur ex l.ciuili,id eſt,ex conſtitutione principis. Vnde videtur tenenda opinio glo.quæ etiam bene videtur probari in l.iij.§.qui fideicommiſſariam.de hæred.inſti. quam docto.alleg.in dicto §.fi.Non obſt.tex.in §.Iulius Lõginus.quia loquitur de eo qui fuit deductus in ſeruitutem:in quo vel poſſumus dicere,quòd adhuc remanet nomẽ heredis, magis tamen nudum,ꝙ in primo caſu, quãdo hæreditas fuit ablata ab indigno. Vel potes dicere,quòd ſibi ſuperuenit ĩhabilitas adeo magna,quòd nomen hæredis nõ poterat conſiſtere in illa perſona:quod nõ eſt in caſu noſtro,quia perſona eſt habilis,licet repudiauerit hæreditatem.Licet autẽ quãdo datur poteſtas abſtinẽdo ab hæreditate quæſita, remaneat nomẽ hæredis: ſecus tamẽ eſt,quãdo ex aliqua cauſa perſona cui erat deferẽda ſucceſsio,priuatur poteſtate ſuccedẽdi ante mortem eius, de cuius ſucceſsione agitur. tunc enim illa perſona videtur remota, & quo ad effectum, & quo ad nomen: caſus eſt not.in l.ij.§.fin.ad Tertul.Illud etiam ſcias, quòd prætor poteſt transferre ius vtile hæreditatis,etiam per alium modũ, ꝙ per bon.poſ.ſi vult:caſus eſt in l.ſi mulier.§.j.ff. quod met. cauſa.& per hæc eſt expedita ſufficienter iſta glo. ¶ Sed quia Bartol.hic extra gloſſ. dicit, quòd datio cohæredis extranei nõ tollit beneficium.l.fina.C.de repu.hæ. reuocat hic domi. me.in dubium hoc dictum.Et primò,quia hic nõ videtur ꝓbari in tex.noſtro.nam in ſecundo reſpõſo,vbi filius habebat cohæredem,nõ dicitur quod filius poſt abſtenſionẽ adiuerit: ergo nõ probatur ꝙ habeat locum beneficium dictę legis.Tu autem intelligendo ſubtilius dicas,quòd imo probatur in iſto ſecundo reſpõſo:Iuriſconſultus enim hic fundat ſe in pſumpta voluntate filij,ꝙ non videatur velle adire,ex quo actus poterat fieri præter nomen & ius hæredis.Sed iſta quæſtio eſſet ſuperflua,& inutilis,ſi filius etiamſi vellet non poſſet adire: vt l.j.& ibi not.C.de iure deli.ergo cùm virtus deciſionis fundet ſe in præſumptione volũtatis filij,ſatis patet ꝙ ſi filius voluiſſet, poterat adire.Ipſe tamen arguit cõtra Bartol.hoc modo:videlicet quia ſecũdùm Barto.in l.ꝗdiu.ſ.eo.nõ eſt dubiũ, ꝙ quando filius habet ſubſtitutum, non habet locum beneficium dictę l.fin.quia non poteſt pœnitere abſtenſionis. Sicut ergo hoc facit ratio ſubſtituti,ergo multofortius datio cohæredis,qui præſumitur magis dilectus, ex quo fuit vocatus primo loco.l.Publius.in princip.de condit.& demonſt.& l. Lucius.§.pater puerum.ff.ad Trebel.Nam ad hoc reſpondetur faciliter:quia licet cohæres ſit magis dilectus in ſua portione,in portione tamen alterius,qui habet ſubſtitutum, ſecus eſt.l.ij. §.ſi duo.de ſecund.tabul.& l.penul.& ibi not.ff.de iniuſto teſtamento.¶ Præterea eſt ratio differentiæ manifeſta:quia datio cohæredis non tollit ſuitatem totaliter,vt dictum eſt: ſed datio ſubſtituti tollit ſecundùm cõmunem ſententiam, in l. ſi filius hæres.de liber.& poſthum.Secundò arguit ipſe,quia ius quæſitum tertio ex facto meo nõ poteſt per cõtrarium meum factum auferri.l.fina.ff.de pact.l.ſi poſt mortem.§.fina.de cõtra tabul.& ibi Barto.& hac ratione do.Iaco.de Aret.& Bartol.& Bald.in l.ij.C.de iur.& fact.ignoran.quos etiam refert hic dom.me.quòd poſt aditionem ſubſtituti,vł poſtꝗ portio accreuit ipſo iure cohæredi,nõ habet locum.l.final.de repud. hæred.Sed huic rationi poteſt reſpõderi,quòd ius eſt quæſitũ tertio hic ex facto meo de iure ſpeciali,id eſt,ex beneficio prætoris conceſſo filio contra regulas iuris ciuilis.Iuri autem tertio quæſito ex beneficio meo ſpeciali ego poſſum præiudicare.l.ſi iudex circunuento.& ibi not.ff.de mino.ergo & hic ad mittetur pœnitentia.De cohærede credo dictum Bartol.eſſe veriſsimum,reiecta diſtinctione domi.me.qui dicit, aut filius habet cohæredem ſuum, aut extraneum. Si habet ſuum,tunc non habet locum priuilegium dictę l.fina.†quia priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio[b].l.verum.§.fina. ff.de mino.& plene per gloſſ.& docto.in auten.quas actiões. C.de ſacroſan.eccle.Secundo caſu habet locum priuilegium ſecundùm eum.Tu dic ſecundùm Barto.quòd vtroꝗ caſu habet locum priuilegium.Non obſ.arg. quia illa iura loquũtur, quando circa idem omnino vertitur quæſtio inter duos priuilegiatos.Sed in caſu noſtro vnuſquiſq; filiorum eſt priuilegiatus in parte ſua,ſed non in parte alterius:vnde non eſt ſimile, Hoc probatur clare in l.cùm auus.j.de condi.& demonſt. vbi tacita conditio, quæ ſubintelligitur ex priuilegio,propter filios natos,habet locum in illa parte,in qua eſt facta ſubſtitutio,etiam ad præiudicium filij teſtatoris,qui erat pariter priuilegiatus cum nepote in parte ſua.Et ſequeretur ex iſto dicto magna abſurditas,quòd quo ad hunc effectũ,fortius tolleretᷣ ſuitas p cohærede ſuũ,ꝗ cohęredẽ extraneũ:qđ eſt cõtra tex. & quod ibi not.per Barto.in l.ſi filius qui patri.ſ.de vulga. & pupil.vbi probatur ꝙ datio cohæredis ſui,quo ad nullum effectum,tollit ſuitatem.vnde in cohærede vera eſt ſine dubio opin.Barto.ſed in ſubſtituto eſt maius dubium:quod ego tetigi in l.quãdiu.ſ.eodẽ.poſt Pau.de Caſt.Sed quia potius retuli dicta aliorum,ꝗ clare determinauerim quid iuris: declarandum eſt nunc perfectius,quod ibi deficit: & addendum, quòd etiamſi hæreditas non ſit adita per ſubſtitutum,videtur quòd ex ſola datione ſubſtituti ſuperuenientis tempore mortis impediatur remedium.l.fi.prælleg.& hoc tenet gloſ.in dicta l. ſi quis ſuus.dum dicit ſimpliciter,ꝙ vbi eſt ſubſtitutus,lex illa non habet locum.Quam gloſſ.Bald. expreſſe ſequitur in d. l.fina.& vtitur in effectu vna ratione difficili, & vna l.& vna glo.Dicit enim,ꝙ cùm priuilegium harum ll.conceditur ſuo, & per dationem ſubſtituti vulgaris tollatur ſuitas, videᷣ quòd ceſſante qualitate ceſſet priuilegium.l.Titia.§.vſuras.cũ materia.ff.de lega.ij.Secundò adducit tex.pro iſta concluſione in l.quod in minori.§.Scęuola.ff.de mino.in verbo,omiſerit.qđ verbum proprie adaptatur ſuis abſtinẽtibus, ſecundùm eum. Tertiò adducit gl.in l.& ſuum.C.de iure deli.quę vult, quòd ſi ſuus hæres repudiat bon.poſſeſ.faciat locum ſubſtituto:ergo non poteſt ipſum pœnitere abſtenſionis: videtur enim velle gloſſ.illa, quòd qui renunciat bono. poſſeſ. videatur etiam renunciare iuri adeundi:de quo dixi in l.nec ſi.§.j.ſ. eod.Sed ad text.in §.Scęuola.poteſt reſponderi dupliciter.Et primò, quòd verbum, omiſerit, ibi non ſignificat abſtenſionẽ ſui,ſed potius quòd fuit quis excluſus tacitè per lapſum termini: iuxta not.in l.ꝗdiu.j. eo. vel ſi vis intelligere in ſuo,apparet manifeſte ex textu, quòd erat adita hæreditas per ſubſtitutum:vnde non eſſet ibi caſus pro iſta opinio.Iaco.de Aret.ſuprà relata.Mihi tamen plus placet prima reſponſio propter verbum, repudiauit, poſitum in text. & cùm ſequitur, ſeu omiſerit, refertur ad eandem perſonam, ac ſi diceret,ſiue expreſſe, ſiue tacite repudiat, poteſt petere ſe reſtitui in integrum. Ad gloſſ.in l. & ſuum. fatendum eſt, quod habuit hunc ſenſum: ſed videndum eſt, vtrum dicat verum. & vt dixi etiam ad gloſſ.in lege,ſi quis ſuus.hoc tenet. Ad rationẽ Bald.quæ eſt valde difficilis. dic, quòd ſi datio ſubſtituti vulgaris tollit exiſtentiam ſui hæredis, iſta opin.ſua videretur vera: nec video bonam reſpõſionem,niſi forte diceres, quòd tollitur ſuitas, quo ad effectus, qui inducebantur ex continuatione dominij,ſicut eſt transmiſsio, & ſimilia. Sed quo ad effectus extrinſecos,id eſt,quo ad priuilegia, quæ conceduntur ſuitati,ſicut eſt priuilegium, de quo agitur,forte poſſet dici, quòd non videreᷣ ſublata ſuitas:ſicut dicimus in epiſcopo, vł in clerico,vel in monacho:vt no.declarat Bar.in l.itẽ in poteſtate.ff.de his q ſunt ſui vł alie.iu.& Bal.elegãter in l.apud hoſtes.in ſi.C.de ſuis & leg.Sed iſta rñſio nõ placet:quia non

[a] ¶ De fideicõmiſſario. Vide quæ habẽtur per Pau.de Ca. in cõſi.cxxxj. & in cõſi.clxij.& Alex. de Imo.in cõſi.lxxxij.ij.parte.

[b] ¶ Priuilegio. De quo not.vide Feli. in c.in pñtia.in xiij. col.ver.gl.fi.ibi:nõ euaneſcit.de ꝓbat.

probat iure, quòd suitas quæ tollitur per dationem substituti, tollatur limitate hoc modo, vnde concedenda est conclusio, si vera est communis opi. in l. si filius hæres. ś. de libe. & posthu. quòd datio substituti tollat suitatem[a] absolute. Ego tamen sequendo Paul. de Cast. ibi tenui, quòd non tollatur suitas, quo ad effectum transmittendi: & secundùm hanc opi. non esset vera opi. gl. quā approbat Bal. in loco prællega. Et quòd ista opi. non sit vera, bene facit tex. in d. l. fin. in prin. vbi dicitur, ꝙ leges veteres indistinctè permittebant, ꝙ filius posset post abstensionē adire: ergo videntur intelligēdę in omni casu. ¶ Præterea circa medium literæ dicitur, ꝙ si filius abstinuit in minori ætate, si postea fiat maior, vltra quadrienniū datum minoribus, datur aliud triennium ex beneficio illius l. quæ quidem dictio, aliud, significat hoc triēnium esse simile priori quadriēnio. l. si fugitiuum, C. de ser. fug. & per Bald. in l. conuenticulā. C. de episco. & cler. Sed in primo quadriennio restitutio quæ conceditur ratione minoris ætatis, vtique poterat concedi existente substituto: vt in d. §. Scæuola. ergo eodem modo poterit filium pœnitere in isto triennio, licet habeat substitutum. Et aduerte: quia licet ego teneam hanc partem pro veriori, ꝙ etiam stante substituto, & adeunte, habeat locum priuilegiū illius l. in hoc tamen dissentio ab his quæ dixit d. Paul. in l. ꝗdiu. sicut etiam ibi dixi: videlicet ꝙ per hanc pœnitentiā, quam potest habere filius, non impeditur deferri hæreditas substituto, sicut etiam sensit Barto. in d. l. ꝗdiu. acquiretur tamen sibi, si adeat, ista hæreditas reuocabiliter, si postea filius ipse velit adire: & hoc credo sensisse Barto. in d. l. ꝗdiu. Licet autem ista priuilegia competant filio, non tamen competunt emancipato, etiam de iure nouissimo: vt sentit Bart. in d. l. si quis suus. & in l. nonnunꝗ. de colla. bon. & Ang. & Mod. post eum in l. filio. ff. de lega. j. & etiam ponit hic Imo. Debes tamen scire ꝙ Imol. in l. qā poterat. in vlti. colum. ij. ad Trebel. videtur limitare hoc vltimū dictum singul. videlicet ꝙ ꝗuis emancipatus non possit repudiatam hæreditatem acceptare, potest tamen, si eum pœnitet repudiationis, petere legitimam suam: alleg. tex. in l. ita tamen. §. si patronus. ff. ad Trebel. Quod dictū est valde elegans: sed an sit verum, non determino pro nunc, quia non potui diligenter videre.

a ¶ Suitatē. Adde eūdem d. Fran. Aret. in l. si fili⁹ q. de vulgar. & pupil. & qđ ibi dixi in apost.

b ¶ Pœna. Vide oīno Flo. in l. p fundū. de ser. rust. pdi. qđ nō nisi fiat coram alijs cohæredibus, nō cōtradicētib⁹, vel nisi in numero maioris partis facientis pacem sit fœmina: qa eius vox nō attendit, vt ibi per eū, & in l. fin. cōia pdi. & per gl. & Bal. in c. j. §. hoc autē not. in gl. j. ad fi. qui feud. dare poss.

Si sepulchri. Agens pro re hæreditaria actione ꝗ competit ad vindictā, non videt̃ adire. Vel sic, secundùm Pau. de Cas. Agens pro re quæ competit filio, etiamsi non sit hæres, non videtur adire hæreditatem. h. d. Et secundùm hoc ponit in effectu eundē casum, quē posuit in §. si quid tamen. l. diuerso exemplo. Mihi plus placet primū summariū, quod commune: quia iurisconsul. fundat se in hoc solum, quòd non videtur induci aditio, quia agitur ad vindictam. ¶ †Not. quòd actio pœnalis ciuilis quæ competit propter contumaciam & iniuriam illatam alicui, dicitur cōpetere ad vindictam: secus esset si ista actio pœnalis competeret propter damnum illatum in re nostra, seu diminutione patrimonij: sicut inferius tangit gl. & melius in l. cum emancipatus. §. pen. de colla. bon. & plenissime per Barto. in l. prætor edixit. §. si dicatur, vbi omnino vide. ff. de iniur. ¶ †Secundò not. quod cōdemnatio pecuniaria, quæ fit ad satisfactionem vindictę, nec ipsa actio, quæ competit ad condemnationē, dicitur esse in bonis nostris: & ideo non dicitur esse in hæreditate. Ex hoc arguebat hic Dy. secundùm Barto. si filius accepit aliquā pecuniam pro pace & remissione iniuriæ factæ patri, non videtur adire hæreditatem. Idem dicit Barto. in l. pen. de sepul. vio. pro quo vide quod ipse no. in l. si quis nō quasi. j. c. Quòd autem liceat accipere pecuniam pro remissione iniuriæ vel criminis: vide Bar. in l. athletas. §. fin. ff. de his qui nota. infam. & quod notatur in l. transigere. C. de transac. Et aduerte, quia secundùm Barto. in l. si filius qui patri. in vlti. quæstio. suprà, de vulga. & pupil. si statutum remittit vel diminuit pœnam bānito, si habuit pacem ab hærede defuncti, & est filius, qui abstinuit de ipso, intelligitur qui pacē debet habere ab eo, non ab extraneo hærede, secundùm Imol. ibi. Vbi autem defunctus non haberet filios, tunc hæredes extranei bene possent concedere pacem, vt satis colligitur ex dictis Angel. & Moder. in l. iiij. §. Cato. de verbo. obli. quorum dicta statim referemus. Per hæc iura consuluit Fed. de Señ. quem refert & sequitur Petr. de Ancha. in c. primo. de consti. char. xxx. quòd si statutū pro homicidio imponit pœnam pecuniariam, cuius aliquam partem vult applicari hæredibus interfecti, nomine hæredum veniunt filij non extranei hæredibus, licet abstineant ab hæreditate. Et licet Federicus variauerit in suis consilijs super hoc, tamen Petr. approbat hanc partem in loco allegato. quod tene menti, quia nullus Moder. adducit istam autoritatem. ¶ In gloss. vltima ibi: sed certe imo bona est &c. ¶ Not. hanc gloss. quę optime declarat, quando actio competat ad vindictam, vel non: de qua dixit ibi in not. Dicit tamen Paul. de Castr. hic, ꝙ ista ratio non videtur bona, quia est dare casum, in quo actio non cōpetit ad vindictam: & tamen videtur adiri hæreditas, puta si is qui recepta iniuria contestatus est litem, & mortuus est post litem contestatam. nam si hæres institutus ab eo prosequitur hanc litem, videbatur adire hæreditatem, quia non prosequitur ius instantiæ inceptæ cum defuncto, nisi esset hęres: iuxta not. in l. si cùm hominem. ff. de fideiusso. Sed iuriscōsul. hic intellexit non de isto casu, sed quando iudicium incepit à persona eius, qui poterat esse hæres: & ista ratio relata ad text. est optima, licet in omni casu non esset vniuersalis. Et attēde, quia in actione sepulchri violati, de qua loquimur, necessario debet intelligere, quòd pro iniuria illata defuncto iudicium cepit ab hærede eius. Secundò aduerte ad glossam in fine. ibi: item nec est bona ratio. nam gloss. videtur reprehendere iurisconsultum, dicit quòd ideo non videtur adita hæreditas, quia nihil attigit de rebus hæreditarijs: nam etiamsi res nō sit hæreditaria, tamen aliquis accipiēdo eam potest gerere pro hærede: vt l. sequenti. in principio. infrà eod. Et hoc etiam concedit Paul. de Cast. & sic reprobat vtranque rationem iuriscōsult. dicens, quòd vera ratio est, quia sepulchrum hæreditariū non est propriè de hęreditate, quia etiam filius qui non est hęres, potest in eo sepeliri: vt dicitur in prima glo. Ideo licet agatur occasione illius sepulchri, tamen non videtur adita hæreditas: vt ś. in §. si quid tamen. Tu non recedas à litera, sed saluando eam dicas, vel vt dicit Imol. in hac secunda ratiōe, quòd ista ratio non esset bona, si diceretur, qui non attingit res hæreditarias, non videt̃ gerere pro hærede: sed est bona cū adiūcto, qui non attingit res hæreditarias, & agit ad vindictam, non videtur gerere pro hęrede. Tu potes dicere magis absolute: quia ista ratio procedit in casu dubio, videlicet quando quis attingit rem non hæreditariam simpliciter: quia per hoc non videtur adire hæreditatem alio non currente. sed quando ille qui occupat rem non hæreditariam, hoc faceret tanꝗ hæres: tūc procedit l. si quis extraneus. & isto casu non loquitur iurisconsultus. ¶ In eadem glo. ibi l. iij. §. scio &c. Ille tex. non obstat. quia exactio facta à debitoribus hæreditarijs fuit facta ex necessitate pręcedentis aditionis, quę aditio fuerat facta in minori ætate: vnde non potest dici actus voluntarius, qui inducat aditionem. Sed tex. noster loquitur in eo, qui voluntariè facit actum in re hæreditaria, qui non potest fieri præter ius, & nomen hæredis, vel saltem in dubio non videtur fieri. Sed cōtra istam solutio. opponitur: quia ille actus non videtur esse necessarius, ex quo aduersus primam aditionem minor poterat petere se restitui, & sic aditionē rescindere. Vnde videtur imputandum pupillo facto maiori, si non petijt prius restitutionem in integrum, sed exegit debitores hæreditarios: ex quo enim habebat priuilegium, non vtendo priuilegio videtur fecisse actum voluntariè, non necessariè: vt l. volūtariè. C. de excusa. tut. & l. ait ꝑtor. §. permittitur. ff. de minor. & per Bald. in authen. presbyteros. C. de episc. & cleri. & in l. libertorū. C. de testibus. Sed soluendo dicas, quòd illa iura procedunt, quando allegans priuilegium est tutus ipso iure: secus si sit opus remedio rescindente, sicut est restitutio in integrum: tunc enim non dicitur geri actus voluntariè: vt est casus not. in d. §. scio. quem semper tenebis menti. ¶ †Extra gl. inducit hic Ang. & Mode. istam materiam ad not. q. statuti, videlicet vtrū si statuto cauetur, ꝙ occidens puniatur capite, nisi habeat pacem ab hærede interfecti, sufficiat habere pacem ab vno, vt euitetur pœna[b]. Et tenuit Oldra. quòd sic, vt refert hic Ang. dicēs etiā quòd istud statutum non pertinet ad fœminam, quia ipsa non habet ius vindictæ, secundùm glo. in c. j. §. decidenti. qui feud. dare poss. & idem do. Ang. in l. iiij. §. Cato. de verbo. obl. & in consil. suo cclxxxiij. Sed aduerte ad hoc vltimum, antequam tangam quæstio. principa. quia Bald. in l. Titia. §. Lucius. j. de leg. ij. & in d. §. decidēti. tenet, ꝙ licet de iure Lōgobardo fœmina non habeat ius vindictæ: de iure tamē cōmuni habet tunc, quia non reperitur prohibita. l. ab ea parte. ff. de proba. tum qa potest agere ad vindictam, prosequendo iniuriam suam, & suorum in iudicio. l. j. & ij. ff. de accusa. & not. in l. si fœmina. C. ad Turpilia. & hæc dicta sequitur hic dom. me. & in dicto §. Cato. & bene alleg. ibi text. pro ista parte in l. j. §. potuisse. ff. ad Sylle. Sed ille tex. loquitur in defensione, quæ est magis communis vnicuiq; ꝗ vindicta. Dictū tamen credo esse verum, vt dixi. & circa quęst. princ. q. non referēdo omnia agemus duo, adde breuiter his quæ scribunt ibi Moder. Et primò, ꝙ hanc quæst. ponit Bal. in l. cùm inter veteres. C. de fideicom. liber. quem allegant ipsi, vbi dicit vnū bonū verbū, videlicet ꝙ qñ sunt duo hęredes, masculus & fœmina: tūc solus mascul⁹ p̄t facere

facere pacem, aliàs requiritur cõsensus maioris partis: vt dixit Barto. Eandem etiam q. plenius posuit in l. j. ff. de pact. vbi distinguit, quòd aut ex remissione iniuriæ perderetur aliquod cõmodum, quod aliàs erat applicandum hæredibus ex forma statuti, & tunc requiritur cõsensus omnium, quia non agitur de liberatione sola, sed de præiudicio iuris hæredũ, per ea quæ habentur in l. per fundum. de serui. rusti. prædio. & per glo. in c. cùm omnes. de cõstit. & quod habetur in l. itinere. de serui. ru. prædio. Aut non præiudicaretur alicui commodo pecuniario. & tunc videtur quòd sufficiat habere pacem ab vno. Sed quicquid ipse dicat, cõmuniter tenemus sñiam Bartol. in dicto §. Cato. quam tamẽ Imol. subdistinguit, dicens, ꝙ aut statutum remittit pœnam ex parte, & nõ in totum. Exemplum, si remittat pœnam capitis, & cõdemnet in pœna pecuniaria, vel si remittat partem pœnæ pecuniariæ, quæ aliter imponitur à statuto. aut statutum totaliter remittit pœnam. Primo casu sufficit remissio facta à maiori parte, per l. & fuum. in fin. cum l. sequẽ. ff. de pact. arguẽdo à fortiori: quia si prodest cõsensus maioris partis in remittendo debitum ciuile, multoforcius in remittenda pœna corporali: quia quãto maius est preiudiciũ, tanto est fauorabilior liberatio. bene facit l. seru*. ca. l. ff. de ser. exportan. Secundo casu debet interuenire consensus omniũ, per regulam positam in iuribus s. alleg. quia text. in dicta l. & fuum. in fin. loquitur, quando remittitur portio debiti, non totum. Sed ista nõ videtur sufficiens impugnatio dictorum Bartol. quia ipsemet fatetur inferius in illa qõ. quòd cùm ista materia sit exorbitãs, & fauorabilis, potest fieri extensio in ea de casu ad casum: per ea quæ habentur in l. illud. C. de sacr. san. eccles. & in l. si cõstante. in prin. solu. matr. Et præsertim, quia regulariter eadem ratio est de parte quo ad partem, quæ est de toto quo ad totum. l. quæ de tota. cum materia. ff. de rei vendi. Vnde licet in casu legis, maiorem. ff. de pactis. Guil. de Cu. & Bald. dicant in dicto §. fin. illius l. quòd illæ leges nõ habent locũ, quando fieret totalis remissio debiti, quia decretum maioris partis posset rescindi, tanꝙ ambitiosum. in casu tamen nostro, hæc cõsideratio videtur cessare, ex quo statutũ est factum ab habẽte potestatẽ, & remittit pœnam cõsentiente hærede. Sed potest dici, saluando dictum Imol. quòd in casu nostro nõ est eadem ratio: quia quòd delictũ penitus nõ puniatur, est magis odiosum, quàm ꝙ minoretur pœna: vnde iudex ex causa potest minorare pœnam, sed nõ remittere. l. j. §. calũniatoribus. ff. ad Turpil. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notã. infam. Do. me. in dicto §. Cato. in vltimis verbis discordat ab hac distinctione, & simpliciter videtur tenere, ꝙ requiratur cõsensus omniũ. ¶ Nõ obstat tex. in l. maiorem. secundũ eum: quia ille loquitur, quando omnes creditores volebant remittere aliquid: sed vnus plus, alter minus. Sed vbi aliqui nollent aliquid remittere, tunc requiritur consensus omnium, secundũ eum. alleg. gl. quã dicit singul. in l. apud Celsum. in prin. secundũ eum. ii. de except. do. Sed ipse non meminit. quod idem dicit glo. secũdũ Irne. in dicta l. & fuum. in fin. in verbo, quota. & illam opin. reprehẽdit ibi Accur. quia dicit, quòd est eadem ratio, siue creditor nihil velit remittere, siue aliquid. & hoc notabis ad ea quæ diximus s. circa secundũ dictum Imo. & illam gl. sequitur ibi Bald. & adducit optimũ text. in l. rescriptum. in princ. ff. eo. vbi pactum factũ à maiori parte præiudicat absentibus, qui non poterant dici cõsentire in aliqua parte. Facit optime tex. pro ista parte in l. fina. C. qui bon. cede. pos. vbi statur maiori parti in concedendo inducias quinquennales, licet alij nõ velint eas cõcedere totaliter. Nec dicas, ꝙ illi qui non volebant concedere inducias, consentiebant, quòd debitor cederet bonis, quia illud poterat facere debitor sine eorum cõsensu ex beneficio legis. Hæc tamẽ dicta limitat Innoc. dupliciter. Et primò, nisi ex vna parte fœmina augeat numerum: quia cùm nõ habeat ius vindictæ, vt inquit Ang. nõ debet cõputari in numero: & dato ꝙ haberet vt ego dixi, nõ posset negari ꝙ melior esset cõditio virorum, ad quos pertinet propius vindicta. l. j. in fi. cũ l. seq. ff. de iniur. Secũdò limitat, nisi ex parte numeri minoris sit aliquis cõsanguineus, ad quem principaliter pertinet vindicta: nam si alij sint extranei, præpõderabit vox cõsanguinei: arg. l. lex Cornelia. in principio. cum ibi nota. ff. de iniur. & in l. iij. §. si tutor inimicus. & quod ibi Barto. ff. de suspec. tu. ex quo enim vindicta pertinet principaliter ad eum, est similis creditori, qui est creditori in maiori quãtitate, & præfertur pluribus numero, vt in iuribus sæpe alleg. Tu vide tex. singul. secundùm vnam lect. quã ibi tangit Bart. in l. imperator. ff. de pact. vbi probatur, ꝙ quãdo alia omnia essent paria, qualitas consanguinitatis præponderat, ad videndum quæ sit maior pars in remissione debiti: & ita posset forte dici in casu nostro. Sed quãdo esset disparitas in numero, esset maius dubium, nõ tamẽ per hoc recederem à sententia cõmuni, alio nõ viso. Quòd autẽ vnus vel plures hæredes, dũmodo nõ sint maior pars, non possint remittere ad ꝑiudiciũ aliorum, probatur vltra doct. Et cõsidero subtiliter in ista materia, ꝙ istud delictũ quod est publicum de iure, & punitur criminaliter ad vindictam publicam, quantũ ad ius remittendi ex forma statuti, videtur fieri priuato, ex quo datur potestas hæredibus remittẽdi iniuriam: quia si esset adhuc pœna, quæ imponeretur ad vindictã publicam, tũc priuatus nõ posset eam remittere. l. iurisgen. §. si paciscar. ff. de pact. & ibi Bald. & alios per Dyn. & Barto. in l. j. §. vsq; adeo. ff. de iniur. Cũ ergo datur facultas hæredibus remittendi, apparet quòd saltem quo ad hoc, istud crimen redigitur ad instar priuati criminis, in quo quando actio ad vĩdictam cõpetit pluribus insolidum, vel accusatio, sicut dicit Ioã. And. in addit. in tit. de pœnis. §. j. tot sunt actiones vel accusationes, quot sunt personæ, quę per vnum offenduntur, quãdo delictũ respicit personam, & nõ rem: vt ibi distinguit Ioã. And. & hanc distinctionem attribuit sibi Barto. nõ allegans Nico. Matta. in l. iij. §. si ad plures. de sepul. vio. Cùm ergo vnicuiq; cõpetat ius ad vindictam insolidũ, sequitur ꝙ factum vnius, & remissio, nõ potest præiudicare alteri. Casus est in l. j. §. vsq; adeo. ff. de iniu. & in l. sed si vnius. in princ. eo. titu. Tangit etiã Imol. in dicto §. Cato. nũquid pax ista, quæ debet reddi ab hæredibus, possit fieri absenti, quo ad obtinẽdum beneficium statuti? & ibi refert Bal. in l. ij. C. de lib. & eo. lib. tenẽtem quòd quo ad forum iudiciale, vel beneficium statuti, debeat fieri pax præsenti, vel interueniente nuncio, vel epistola: iuxta not. in l. consensu. de acti. & oblig. & l. absenti. in princ. ff. de dona. Quo ad forum autẽ pœnitentiale, sufficit ista remissio facta in absentia: & cũ ista distinctione potest intelligi glo. in prin. & in fin. Instit. de iniurijs. §. fin. in prin. enim dicit, quòd remissio iniuriæ facta in testamẽto valet: quod potest intelligi, etiã parte absente, quo ad forum pœnitentiæ. in fin. autem dicit, ꝙ requiritur præsentia partis: quod potest intelligi, quo ad forũ iudiciale. †Sed

12 aduerte, quia idem Bal. tenuit in l. diuus. ff. ad Syll. & in l. j. ff. de

a pact. quòd pax etiam quo ad forum iudiciale prosit absenti[a]. Et hanc opin. tenet Bart. expresse per illum tex. in l. nõ solũ. §. iniuriarum actio. ff. de iniur. vt sicut illa actio oritur ex bono & æquo, ita tollatur ex æquitate, licet remissio non sit facta solenniter. Ille tamen tex. potius facit in opp. si bene inspicias: quia quando quis reuocauit iniuriam ad animum, ponit exemplum & modum tollendi per pactum, & transactionem, ideo nõ esset discedendum à gloss. ord. in dicto §. fin. Est tamẽ limitãdum singulariter, nisi quis reddiderit pacem in manu sacerdotis in foro pœnitentiæ: tunc enim quia sacerdos quo ad forũ pœnitẽtię, videt esse publica ꝑsona: vt c. ꝗcꝗ. de vsu. li. vj. videtur sufficere, ꝙ remissio sit facta coram sacerdote: & ita tenet singulariter Ioã. And. dicens ita publicè fuisse disputatum in tit. de instr. edi. §. nũc verò aliqua. ver. xiij. Hanc opi. elegãter declarat Bal. & sequit̃ ponẽs tres casus in c. j. §. iniuria. de pa. iura. fir. alleg. Bar. & Guil. de Cu. in l. j. §. ius publicũ. ff. de iusti. & iur. vbi cõcludũt, ꝙ ꝑsbyter dicit̃ esse publica ꝑsona in his quæ pertinẽt ad officiũ suum, & põt acquirere actionẽ alteri. Secũdò tãgit Imo. ĩ d. §. Cato. nũquid si pax ex forma statuti debet reddi ab hærede, sufficiat quòd reddatur à defuncto: & ibi sequit̃ Bar. tenẽtẽ ꝙ nõ, in l. dãni. §. Sabini. ff. de dã. infe. vbi voluit, ꝙ quia ista remissio facta à defuncto daret materiã delinquẽdi, vt ibi optime declarat Bar. nõ est standũ dispositioni testatoris. l. j. cũ ibi not. C. de vsufr. & notat̃ in l. pen. C. vt in poss. le. Et ista ratio videtur optima. Bald. tñ tenet oppo. in d. l. ij. & l. j. C. cõia de leg. vbi not. loquit̃. Sed dictis suis posset respõderi, vt dixi in voce. Et quia ista q. nõ pertinet ad materiam nostram, & est dubia, determinabitur aliàs. Prima tamẽ facie opi. Bar. dicitur esse melius fundata. Et ad id quod s. dixi de pace facta in absentia, posset obijci: quia ex quo remissio huius iniuriæ est actus charitatis, & respicit exoneratione cõscientiæ, videtur ꝙ nõ attendat̃, ꝙ pars sit absens, secũdum Io. And. in c. si cautio. de fide instru. & est bona glo. j. q. vij. ca. quoties cordis oculus. Sed põt rñderi, ꝙ hæres satis exonerat cõsciẽtiam remittẽdo rancorem, absq; eo quòd remittatur vindicta, in qua etiam concurrit interesse reipub. in l. bona fides. ff. depositi. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publicanis. Et super hoc vide quod not. Barto. in l. si tibi. §. quędam. ff. de pactis. & Bald. elegãter in d. c. j. §. iniuria. Tangit etiã do. me. circa hanc

13 materiã in d. §. Cato. q. quã dicit habuisse de facto: †Quid si statutũ dicat, ꝙ debeat haberi pax cõcorditer ab hęredibus, vtrũ tũc sufficiat maior pars? Et dicit se obtinuisse de facto, ꝙ requi

b rit̃ cõsensus oĩum:[b] qa hoc verbũ, cõcorditer, hoc sign. alle. tres gl. videlicet ĩ c. vbi piculũ. in verbo, ĩ singulis. ꝗ cle. li. vj. & in

[a] ¶ Absenti. Vide d. Alex. ꝗ Imo. in cõsil. cviij. iij. parte.

[b] ¶ Omniũ. Quod limita, vt dixi s. i ea. l. secundũ Flo. in d. l. per fundum.

c.cupientes.§.ad hæc.in verbo,concorditer.eod.titu.Tertiam in clemen.ne Romani.de elect.& vltimæ duæ gloss. hoc melius dicunt,quia in prima tex.requirit, ꝙ aliquis faciat de omnium concordia,vel ab omnibus concorditer: ideo non est mirum,si tunc requiritur cōsensus omnium,vt geminatio istarum duarum dictionū vniuersalium aliquid operetur. & hoc casu non placet glo.quæ tenuit contrarium in c.cū olim. in fi. glo.magnæ.de re iudi.arg.l.balista.cum materia.ff.ad Treb. Sed vbi poneretur verbum,de communi concordia, vel concorditer,absque dictione,omnium,potest esse maior dubitatio:quia glo.tenuit,ꝙ sufficit maior pars in c.non pōt.de re iudic.quam etiam adducit do.me. Sed gl.contrarias sequit̄ Cardina.in d.cle.ne Romani.& Ioan.And.in nouel.& Abb.ibi, qui eas alleg.in c.in singulis.de sta.mo.Pro quibus ego soleo notare tex.in c.fi.in fin.iuncto prin. de elect.lib.vj.In contrarium fortiter facit tex.sing.cū gl.sua,quam ibi approbat Bart. in l.quocūq;.in fina.C.de omni agro deser.lib.xj.per quā Bartol.ibi decidit,ꝙ si statutum dicit,ꝙ aliquid debeat fieri de cōsensu omniū,tñ valet factū à maiori parte.& hoc satis ꝓbat̄ in l.de quibus.in verbo,omnium.ff.de legi.videtur enim istud statutum recipere interpretationem à l.passiuè,vt ibi intelligātur esse omnes,quos lex habet pro omnibus.i.maior pars.l.ꝙ maior.ff.ad muni.Vnde Abb.Moder.in c.j.de his quę fiunt à ma.par.ca.vult,quòd etiam si dicatur,ꝙ omniū consensu debeat aliquid fieri,nihilominus sufficiat maior pars: & tñ ipse nō vidit illam gloss.sing.in d.l.quicunque.& ista pars videtur verior,quando aliquid mandatur vel permittitur fieri in vniuersitate propter istam interpretationem passiuam,de qua dixi.Vbi autem aliquid esset faciēdum, non ad vniuersitatem, sed à pluribus,in quo tamē actu sufficeret maior pars,vt in casu nostro,esset magis dubium,quando non essemus in casu l. maiorem.sed extenderetur in illa lex per maioritatem rationis,vt in casu nostro.Et hoc modo forte procederet dictū do. me.qui loquitur in isto casu,licet verba sua videantur inferre hoc esse verum generaliter.Et attende,quia do.me.in d.§.Cato.pro opi.sua dicit esse casum in c.in causis.de elect.circa princip.† Vbi videtur ostendi,quòd verbum,concorditer,significat consensum omnium [a].Sed tu responde dupliciter ad illum tex.Et primò,quòd illa fuerunt ibi verba compromittentiū, non verba pontificis,qui habet dare significatum naturæ verborum.Vel dic,quòd quando post verbum,concorditer, vel omnes,adiungitur,seu maior pars:tunc verbum,concorditer, ideo significat omnium consensum,quia ex verbis sequentibus liquet, quòd voluit intelligere cōsensum omnium : aliàs repeteret idem quod primo dixerat,& esset superfluum:contra c.si papa.de priui.libr.vj.& lege,si quando. in principio.de lega.primo.Et simili modo loquendo vtitur tex.in c.quia propter.& in c.in genesi.eo.titu.Et ad materiam vide quod ponit Archidiaconus lxxvij.distinctione.capit. subdiaconus.& ista sufficiant,

a ¶ Omniū.Pro quo vide tu Fel.in c.nō pōt.de re iu. & qđ ibi dixi in apost.

b ¶ Iniuriā. Adde d. Alex.de Imo.in l. iij.de lib. & posth. & Ang. ī reperto rio suo ī ver.verba illa,tu mētiris &c. vbi secus: tñ si ꝑcederent verba,saluo honore tuo. & oīno per d.Alexā. in l.apud Labeonē. §. ꝑtor ait.de iureiur. & ꝑ Fel.ī c.dilecti. in vij.col.de exce.

c ¶ In l.turpia.Et ibi dē vide So.de Por.

SVMMARIVM.

1 ☞ Actus agentium non operantur contra eorum voluntatē.
2 Iniuriam an quis dicatur committere,dicendo, tu mentiris cū reuerentia.

SI quis extraneus. Per actum cōtrarium voluntati adeundi non inducitur aditio, & potest aliquis adire,licet non attingat rem hæreditariam:hoc tamen est verum,si est delata hæreditas:nam si non est delata, sicut non potest repudiari,ita non potest adiri.h.d.vsq; ad §. sciendum.Secunda est ibi:nam ad. Tertia ibi:interdū.Quarta ibi:sed ita demum.Quinta ibi:cæterum,¶ †Not. primò ex hoc tex.in princ.quòd actus agentium non operantur contra voluntatem eorum.concorda. l. non omnis.in prin.si certum petatur.& in l.obligationum substantia.in fin.de actio.& obliga.¶ †Secundò collige ex isto text.secundū Dyn.& Barto. argumentum,si aliquis dicit alicui,tu mentiris cū reuerentia: propter hoc non excusatur,quin videatur committere iniuriam [b],quia verba præcedentia manifestè habent in se contumeliam:de quo etiam not.in l.si non conuicij. C. de iniur.Et adde secundùm do.me.quòd verbum,mentiris, vel verbum, mendacium,significat dolum,& quòd aliquis sciens dixit falsum:allegat glo.quam ibi not. Ange.in l.qui interrogatus.in principio.ff.de peti.hæred.vbi etiam alleg. Innocen. in c. si proponente.de rescrip.quòd plus delinquit aliquis dicendo falsum,quàm tacendo verum.Facit ad nota.in c.primo.de crimi.fal.& in l.prima.in princip.ff.ad legem Cornel.de Fal. per Barto.& per Bal.etiam in lege,presbyteri.C.de epis.& cle.& quod ipse not.in l.data opera.C.qui accusare non pos. secundùm eum.Tu vide ad primum dictum tex.not. & quod ibi Bart.in l.de ætate.§.si cùm esset.de interroga.act.Addit etiā do.me.quòd ille qui dicit alicui,tu mentiris,si probat verum esse,non punitur:iuxta gloss.in l.quæ omnia.ff.de procu.Sed hoc incidit in altiori q.videlicet vtrum dicens verbum iniuriosum alicui ,puniatur de iniuria , quàmuis probet dictum esse verum.Super quo vide Ioan.Andre. in additio. Specul. in titul.de iniur.§.primo.vbi refert sex opi.& Abb. Modern. qui refert & sequitur eius dicta diligenter in c.cū te. extrà, de re iudi.& Bar.in l.eū qui nocētē.in prin.ff.de iniur.Alleg.etiā hic dom.me.Bald.in l.turpia [c].§.fi.j.de leg.j.dicentem,ꝙ si reus in iudicio respondendo actori dicit,tu mentiris,per hæc verba videtur inducta litis contestatio.¶ Tertiò not.in ver.interdū. tex.declarantem,qūo intelligatur,ꝙ solus amicus inducit aditionem:nam in ver.quasi hæres vsus sit.ostenditur ꝙ dictio, solus,non excludit actū verbi,vel facti,per qđ declaretur animus:sed omne aliud,per quod animus non declaretur:facit optime ad ea quæ diximus in l.pro hærede.in prin.s.eod.secundùm Imol.& bene.¶ Vltimò not.in vers.cæterum. quòd sicut in l.is potest.s.eo.ponitur regula,ꝙ is potest repudiare,qui potest adire:ita in tex.nostro ponitur ecōtra,quòd qui pōt repudiare,potest adire,& non alius.¶ In text.ibi:subripiens vel expilans.ponit istam alternatiuam,quia crimen furti,& crimē expilatæ hæreditatis sunt diuersa.l.hæreditariæ.ff.de fur.& l. j.& ij.de crimi.expil.hæred.vnde licet per furtum res afficiatur vitio reali,nec possit vsucapi.l.sequitur.§.quod autē.ff.de vsucap.tamen per vitium expilatæ hæreditatis non inducit̄. Casus est not.secundū Bart.in l.si homo.ff.de vsucap. quē adducit hic do.me.¶ In glo.j.ibi:suus enim facilius &c.ista ratio est melior,quàm sequens,& fundatur in hoc,quia facilius tollitur priuilegium,ꝗ̄ ius commune.l.eius militis.§. militia. de testa.mil.in authen.de non alie.§.quia verò.secundùm Mod. & bene,nam ratio sequens non videtur procedere:quia licet filium continet dominium de iure ciuili , tamen ex quo potest abstinere de iure prætorio,subreptio rei potius protestatur,quòd non vult se immiscere, ꝗ̄ quòd velit:ergo non debet grauari tanquàm hæres.l.ei qui.s.eo.¶ In gloss.in verbo, hæreditaria.ibi:quam putabat hæreditatem.Ista restrictio ad tex.non videtur necessaria,licet doct.non tangant:quia etiam si sciret rem non esse hæreditariam,& tamen faceret aliqđ in ea tanquàm hæres,quod posset constare per verba ipsius,sine dubio adiret hæreditatē:quia sola enunciatio,quòd aliquis sit hæres,& maxime facta per modum causæ, probat aditionem, vt per Bald.in l.gerit.in iij.quæst.prin.j.eo.¶ In ead.glo.in fi. ibi:argu.contra sol.secundùm Moder.quòd nos loquimur in his quæ pendent à solo animo facientis,in quibus attenditur sola opin.Sed lex contra.loquitur in delicto, quod non pendet à solo animo facientis,& ideo in eo inspicitur veritas, & non opinio,intellige quòd inspicitur veritas ad exonerādum delinquentem,vt non videatur delinquere, vel minus delinquere:sed ad onerandum delinquentem non inspicitur veritas,sed opin.quæ eum exonerant,secundū Bar. qui ita distinguit in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.vbi est videndum pro hac distinctione. Aret.

Sciendum. Ignorās ex qua parte sit institutus, potest adire,dummodo sciat se sub conditione institutum,& conditio sit impleta,siue sciat eam impletam,siue ignoret.hoc dicit.Secunda est ibi:qđ est Cassius.Tertia ibi:si tamen.Quarta ibi:quid tamen.¶ †Primò not. secundùm Moder.quòd scientia quam habet hæres de institutione sua,non debet esse scientia certa,vel quia interfuit testamento,vel quia audiuerit testamentum recitari,vel legi: nā si ista scientia requireretur,semper esset hæres certus,ex qua parte esset institutus:sic inquit hic Paul.de Cast.vnde cùm possit esse incertus,per hoc datur intelligi,quòd scientiam potest habere propriè per vehementem opin.sicut vidimus in l.is pōt s.eod.Cætera dicam in glo.¶ In gl super verbo ignorauit.ibi: dic ergo.Ista solut.secunda approbatur cōiter à doct.sed diuinat ad vtrunque textum:nam hic apparet, ꝙ iste esset huius voluntatis, vt quæcunq; pars sibi cōtingeret,eam vellet acquirere:nec in l.ex asse.apparet,ꝙ habuerit animū non acquirendi maiorem partem.Vnde Paul.de Cast.hic soluit aliter,& est solu.vltima posita hic in glo.secundùm verum intellectum ipsius,dicens ꝙ aliquando quis ignorat in qua parte sit institus,aliquando quis errat,quia credit se institutum in vna parte, & est institutus in alia. Primo casu loquitur iste textus nam ex quo ignorabam quæ portio me contingeret , si adeo simpliciter non potest capi coniectura , cur magis velim vnam partem quàm aliam: & ideo aditio refertur ad quamlibet partem obuenientem.Sed quando quis errat, vt in secūdo ca

Iussum. Iussus debet p̃cedere, sed autoritas potest sequi, & requiritur iussus specialis respectu vnius hęreditatis, nõ tamen potest fieri de hæreditate viuentis, nisi mandans probabiliter crediderit eum mortuum. h. d. Secũda ibi: sed vtrũ. Tertia ibi: an nominat de viui &c. Quarta ibi: plane. vsq; ad ver. sed q̃d si mãdauit. ¶ Primò not. ꝙ autoritas potest interponi post actum perfectum. quod qualiter procedat, dicetur in glos. ¶ †Secundò no. ꝙ iussus potest interponi per nuncium vel epistolam.[a] & sic facit secũdũ Moder. quòd pater possit consentire filio agenti in iudicio, licet non sit p̃ns.[b] facit l. honores. §. fin. ff. de cur. & not. in l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quę lib. ¶ Tertiò no. ĩ ver. sed vtrũ. cũ versi. sequẽ an nominatim. ꝙ verbũ, specialiter, significat idẽ quod verbum, nominatim. Et per hoc videtur posse inferri, ꝙ procurator q debet h̃re mãdatum speciale ad iurandũ de calumnia, debeat esse constitutus ad certam cãm, & cũ certa persona: aliàs nõ dicatur habere speciale mandatum. Et similiter cũ in causa restõnis in integrũ requiratur spãle mãdatum, quod etiam in illo casu debeat esse speciale respectu certæ causæ & personæ. De primo videtur tex. in c. fin. de iura. calum. in vj. quòd requiratur expresio certæ causæ, licet Ioan. An. ibi dicat hoc non seruari. & Barto. in l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infe. Et vide ad hoc quod not. glossa in c. procurator. de elec. lib. vj. De secundo est maior dubitatio: nã Cy. in l. j. C. etiam per procu. tenet, quòd requiratur expressio certæ causæ, vt dictum est. Vñ non sufficit dicere, & ad petendum restitutionem in integrum, secundùm eũ. Sed Bart. tenet oppositum in l. filius. §. j. ff. de dona. Et illam opi. sequimur communiter, quam approbat Bald. in l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis cau. & Hostien. & Moder. in c. coram felicis. de in integ. rest. Dixit tamen Inn. in c. suscitata. eo. ti. ꝙ ex parte rei ĩ causa restõnis non requiritur mandatum speciale: facit quod habetur in cle. non pôt. de procu. Tu aũt vide tex. no. in l. qui duos. cum l. se. ff. de procu. qui vř ꝓbare, ꝙ mãdatũ dicatur speciale, quando datur cõtra certã personam, licet non super certa causa: quia tamen illa est cõis opinio, sequenda est in practica. vide ad materiam Bart. in l. illud. §. si talis. ff. de mino. & aliq̃d in l. j. §. inter filiũ. ff. de falsis. ¶ †Quartò inducit Bald. hunc text. quòd absolutio ab excommunicatione possit fieri per procuratorem[c]: allegat text. in c. venerabilem. de elec. requiritur tamen speciale mandatum, secundũ Moder. hic, quinimo nõ potest fieri per procura. nisi subsistẽte iusta cã: vt plene dicitur in c. cũ desideres. extra. de sen. ex commu. ¶ Quintò arguit Bal. ex versi. plane, ꝙ si conferť beneficium alicui vacans p mortem talis, vel potius si mandatur conferri, & verè tpe mandati beneficiatus nõ erat mortuus, tamen ipso postea moriente poterat adimpleri mandatum, sicut hic mandatum factum de adeundo hæręditatem viuẽtis, vbi subest iusta causa, potest habere effectum, si ille postea moriatur, quamuis fuerit factum vt de hæreditate mortui. ¶ Sed ista in gratijs & rescriptis gratiosis nõ habent locũ: q̃a in ipsis attenditur tempus datę, c. eam te.[d] in antiquis. & c. si eo tempore. de rescrip. in vj. bene facit ca. fi. de rescrip. & ita tenet hic Bal. & Moder. ¶ Vltimò no. quòd licet aditio hæreditatis non possit fieri sub conditione, item nec quando q̃s

[a] ¶ Vel epistolã. De quo per Bart. in l. si p epistolã. j. eo. ti.

[b] ¶ Pręsẽs. Add Ludo. ĩ sing. ver. consensus. ver. gl. or.

[c] ¶ Per procuratorẽ. Hoc verum ĩ causa necessitatis secũdũ Inn. in c. cũ desideres. in glo. in vers. absolutus. de se. excõ. sed Host. cõtra ꝙ nunq̃. in d. ca. cũ desideres. vide Fel. ibi.

[d] ¶ c. eã te. Et ibidem vide Fel. in pe. co. ver. tẽpus datę. vbi plene, an & q̃n tps datę attendatur.

ignorat se institutum: iussus tamen pōt fieri sub cōditione, etiam si iubens ignoret, vtrum is qui debet adire, sit institutus, qui tñ non poterit adire, nisi sciat se institutum, vt vidistis in l. is potest. §. co. Et antequā ingrediar gloss. declaranda sunt hic duo dicta Barto. quæ ponit circa principium commēti. Primò enim dum assignat rationem differentiæ inter iussum & autoritatem tutoris, ipse dicit, ꝙ rō drīę est, qa fortius ius habet pater in filio, ꝙ̄ tutor ī pupillo: nā si in filio habeat olim pater ius vitæ & necis, in l. in suis. de lib. & posthu. quā potestatē non habet tutor in pupillo: vnde pupilli reperiē aliqua voluntas, etiam sine tutore. qđ patet, qa obligatur naturaliter. l. Marcellus. de fideiuss. cum materia, & plene, in l. pupillū. ff. de reg. iur. Ideo quia in filio nulla penitus reperitur voluntas, intellige in his actibus, qui pendent à mera voluntate, vt fuit dictum in l. qui aliena. in prin. §. co. ideo impossibile est adiri hæreditatem, nisi prius voluntas patris deducatur de potentia ad actum: quæ ratio cessat in pupillo, qui habet voluntatem, licet imperfectam. Sed ista ratio differentiæ non videtur vera duplici ratione. Prima est, qa secundùm hoc votum factum à filio non posset ratificari. Cuius contrarium d. Bar. in l. q in aliena, per l. si rē. §. voto. ff. de polli. quæ ☞ potest induci hoc modo. † Nam cùm ille tex. dicat, quòd filius non potest vouere sine patris consensu[a], vel voluntate: & consensus & voluntas possint sequi, vt statim videbis: ergo datur intelligi, ꝙ nedum incontinenti, sed etiam ex interuallo potest ratificari. Secundò arguo, & fortius, quia pupillus proximus infantiæ nullam habet voluntatem, vñ non obligatur naturaliter aut ciuiliter: vt plene per Bar. in l. j. ff. de noua. Ecce ergo ꝙ etiam in pupillo aliquo casu non interueniēte autoritate nulla reperitur voluntas, & tamen autoritas poterit præcedere & sequi, quia iura indistinctè hoc permittunt. Vnde ista ratio redditur multum dubia. Sed forte posset defendi, vt dicamus, ꝙ licet in pupillo aliquando deficiat voluntas, hoc non est, quia tota resideat in tutore, sed quia ꝑpter ætatem non intelligit. Hæc tamen sol. nō est multū tuta, quia imo videtur ꝙ tota voluntas resideat in tutore. Dicit enim tex. in l. ꝙ̄uis. §. infans. de acqui. pos. ꝙ tutor supplet defectū voluntatis infantis. Sed adhuc potest sustineri dicendo, quòd ista suppletio sit in infante, qui aliquid intelligit, vt cōmuniter dicunt doc. vnde patet, quòd habēt aliquid voluntatis plus, ꝙ̄ habeat filius. Et licet ista ratio hoc mō possit saluari, probabilius tamen potest dici, ꝙ in iure adeundi est considerare ius, quod refertur ex lege. & istud residet in ꝑsona patris, vt plene dixi in l. is pōt. §. c. & in l. Iul. de le. j. Sed facultas q̄ residet in seruo, & filio, est quodā modo accessoriū ad ipsum ius. Et ideo non est mirum, si accessorium non potest præcedere principale, sicut dicimus quòd testamentum pupillare non potest fieri ante paternum: vt l. ij. §. prius. & l. si quis eum. ff. de vulg. & pup. Vnde antequam pater deducat ius adeundi de potentia in actu, facultas non potest aliquo modo exerceri, nec inducit aliquem effectum. l. filius. j. co. vbi est casus. Sed in tutore, qui debet præstare autoritatem, est totum contrà: quia actus substantiatur principaliter in pupillo contrahente cum autoritate tutoris. Ideo non est mirum, si autoritas ista habilitans personam pupilli, cùm sit accessoria ad actum quem facit pupillus, non debet præcedere de necessitate, sed potest sequi: quia ista est natura accessorij, vt sequatur principalem, non antecedat: & si antecedit de facto, reducitur ad intellectum subsequentis. l. si verò non remunerandi. §. si post creditam. ff. mandati. non tamen potest sequi ex interuallo, quia si sequeretur ex interuallo, non videret̄ inesse tēpore actus celebrati, ideo persona pupilli non posset habilitari: secus si sequatur incōtinenti. l. lecta. §. dicebam. cū ibi notatis. ff. si cer. peta. ¶ Secundò adde, inquantum Bart. dicit hic, respōdendo ad l. filio. C. de iure deli. ꝙ pater pōt sustinere personam duorum. s. iubentis, & eius cui fit iussum, tanquàm procuratori filij, per ea quæ habentur in l. si consul. de adop. & in l. j. ff. de of. procō. pro quo vide bonum text. in l. accipiētis. §. de autor. tu. Nam licet regula, sit, ꝙ quis pōt sustinere plures ꝑsonas: ꝙ tñ possit sustinere personā agētis & passi similiꝰ diuersis respectibus, sup hoc est aliquid cogitādū. Posset tamen dici, soluendo expeditius, quòd pater acceptando mandatum videtur iubere filio quòd adeat: & sic filius habilitatus poterit facere, quòd pater adeat nomine suo. Super hoc tamen dicemus aliquid in lec. seq. ¶ In glo. in verbo, perfecto. ibi: & no. hic articulum &c. Bar. dicit, ꝙ ista l. nihil facit adq. quia loquitur de iussu, nō de consensu, qui quidem consensus secundùm eum potest regulariter sequi, sicut præcedere, etiā ex interuallo. Dictū tñ glo. secūdū eum est verū, qa deficiūt substātialia iudiciorū, nō adhibito consensu in ipso iu

a ¶ Cōsensu. Dic verum de his q̄ sunt contra regimen domus vł familiæ, seu de ꝑtinētibus ad illā: sed fallit in voto religionis: ar. d. l. ij. de pollic, & in voto terræ sanctæ ꝙ pōt. c. ex multa. de voto. Item fallit, si habet peculiū castrēse, vel quasi, qa de illo pōt vouere: quia in huiusmodi est sui iuris.

dicio. Sed quare deficiant ista substantialia iudiciorum, nec ipse nec alius declarat, nec potest dici declarando aliter, nisi ꝙ iudiciū est nullum, qa consensus non fuit adhibitus tpe debito. & tūc relinquitur dubitatio prima, cū cōsensus regulariter possit sequi ex interuallo: vt j. videbis. quare non pōt ratificare actū præcedentē, vel quare actus ꝓcedens est nullus, & nō possit dici potius ꝙ sit in pendenti, quousq; appareat, vtrū ☞ pr̄ velit cōsentire, vel nō. † Ideo dicendū est, vt satis clare ponit hic Paul. de Ca. ꝙ vbicūq; cōsensus debet adhiberi in actu ab eo q non debet consentire ꝑpter aliquod suum interesse, iste cōsensus reqrit̄ ꝓ forma, et debet interuenire ī ipso actu, vel saltē post. Et est ista distinctio Bal. vt j. dicet̄ latius in materia. Et attende, qa cōsensus patris satis est, ꝙ interueniat tpe litis conte. vnde filius potest dare libellum, & facere citari partem, & interrumpere præscriptionem sine cōsensu patris: vt no. per. Bart. in l. j. C. qui admit. circa prin. cōmēti. Si tamē filius impetrat iudicem de consensu pr̄is, non requiritur postea consensus pr̄is in iudicio, secundū Bal. no. in l. iubemus. C. de emā. lib. ¶ In ea. glo. ibi: & no. ꝙ in filio &c. Dicūt hic, doc. supplendo ad gl. ꝙ pater poterit cogere filium, & dominus seruū ad adeundū: & de seruo non est dubiū, qa casus est in l. cùm aliqs. C. de iure delib. & in l. j. §. j. j. si qs ob. cau. test. & vidistis in l. q in aliena. §. fi. §. eod. Sed in filio hoc nō est expeditum, qa Bal. ī l. j. in xviij. opp. C. qui admit. atenet ꝙ filiꝰ non possit cogi, per l. renitente. cum materia. C. de iure deli. & ꝑ ea quæ habētur in l. ij. C. de repu. bo. pos. pro qua cōclusione facit, quia repudiatio et aditio regulātur à pari. l. is pōt. §. si quis extraneus. §. co. Sed filius non potest cogi repudiare hereditatem saltem aduentitiam: vt in d. l. renitēte. ergo nec poterit cogi adire: nam de profectitia est maius dubium, ꝑ ea quæ tetigit Bar. ī l. is qui hæres. §. fi. circa prin. §. co. Preterea non videtur esse eadē ratio in filio, & in seruo: qa seruꝰ si vult adire propter spē forte acquirendi hæreditatē, si fuerit manu missus, nō videt̄ habere spē probabilē saltē approbatā à iure: sed filius sic: quia pōt probabiliter sperare, ꝙ supueniat post mortem patris: qđ est votum parentum, vt solenniter declarat Bar. in d. l. is q heres. §. fi. de qua spe loquitur tex. in d. l. renitente. Ideo cùm seruus nō habeat iustam cām cōtradictionis, & filius habeat, dispō facta de seruo nō extēdet̄ ad filiū, qa non est eadem ratio. l. si vero. §. de viro. cū materia. solu. mat. Et nota hunc articulum, qa nunq; vidi eū declaratum. Et adde ad ea quæ §. diximus, reuocādo in dubiū doctrinam Bar. inquantum voluit ad intellectū l. filio. C. de iure delib. ꝙ pater possit sustinere personā duorum. s. iubentis & filij, cuius nomine adit hæreditatē: nā videndo postea diligentius inueni, ꝙ hęc doctrina nō potest procedere ꝑ rōnem, quam dicebā in voce: quia secundū hoc pr̄ videret̄ esse iussus, & iubēs, & sic eadē ꝑsona diuersis respectibus consideraret̄ vt agēs & patiens: qđ vr̄ esse impossibile. c. cū ad nostram. de insti. Et ideo licet videatur agere sub ratione vnius ꝑsonę, & pati sub ratione alterius: nō tamē vr̄ esse admittendū, vt ipse idē ponit in l. ij. ff. de stip. ser. et no. ī c. ecclesia vestra. de sortilegijs. Nō obstant iura allegata per eum, quia in illis iuribus licet vnus sustineat personam duorum, non tamen sustinet personam agentis & passi. Et exemplum in l. si consul. de adoptiuis. ibi enim filius emancipatur apud seipsum consulem. in quo actu pater qui emancipat est agens: filius qui emancipatur est passus. & licet interponat autoritatem suæ emancipationi, nō tamen ipse dicit̄ principaliter agens, sed pater, qui emancipat sua autoritate: casus est in l. accipientis. ff. de aut. tu. Vñ dicit Bal. in l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quę lib. allegans illā l. ꝙ si duo filij contendūt adinuicē in iudicio, pater pōt consentire simul vtriq;, non tñ posset ipse cōtestari litē tanq; procurator amborū propter repugnantiā. Tu dic vel propter incompassibilitatē, quod est generalius: iuxta ea quæ tradit Bart. in l. j. §. communis seruus, in fi. de stipu. ser. Pro ista conclusione est casus clarus, quòd quis non potest sustinere in iudicio personam duorū, vt in iudicio condēnetur sibiipsi: vt probatur in l. licet. §. si plures. ff. de procura. quam alleg. Bar. in d. l. ij. de stipu. ser. Vnde melius est dicere, vt diximus §. quòd pater acceptando mandatum videatur iubere: & per hoc iussum conualidetur mandatum filij, virtute cuius ipse pater tanq; procurator poterit adire, & licet repræsentet personam passi. i. filij, cui est facta iussio, non tamen ipse dicitur esse immediate passum, sed repræsentare personam passi. ¶ In gloss. se. in verbo, præcedere. Circa hanc gloss. docto. tractant materiam, qualiter iussus debeat præcedere vel sequi, quam repetit in ea. gloss. in versi. item not. vbi dicit regulam esse in contrarium, quòd tantum valeat ratificatio sequens, quātū præambulū mandatum, per l. fi. cū materia. C. ad Macedo. l. fin autem.

de aqua

de aqua plu.arcen.Priusq; declarem glo.in prin. & in fin. eſt addendũ aliquid ad ſolũ caſum hic poſitũ in gl.in quo glo. dicit,ꝙ hodie filius põt adire hæreditatẽ aduentitiã ſine patre, & pater ſine filio:nã hoc eſt indubitatũ,quia pater contradicit,& non vult adire hæreditatẽ,ꝙ ſolus filius põt adire ſine patre.Sed dubiũ remanet:nunquid filius poſsit idẽ facere fratre ignorante.quã dubitationem glo.decidit in l.j.C. qui admitti.& in l.filium.j.eo.volens quòd etiam patre ignorante poſsit adire:quia ſi põt eo inuito,ergo & ignorante.l.qui poteſt.ff.de reg.iur. Et hanc doctrinã ſequitur Bart.hic,& in l. is qui hæres.ſ.eod.& omnes Moder.Mouentur, quia etiã in materia correctiua ſit extenſio per regulam iuris antiqui.l.ſi quis ſeruo.C.de furtis.in text.& glo.per Bart. plene in l. omnes populi.ſ.de iuſti.& iu.& in l.Marcellus.§.quod autem.j.ad Treb.Sed iſta deciſio reddit̃ aliqualiter dubia : quia quãdo filius adit patre ignorante,non poſſemus dicere, quòd acquiratur ſibi vſusf.cum proprietate,quia hoc eſſet auferre ius patris,cui regulariter competit vſusfru.in bonis filij,contra l. id quod noſtrum.de reg.iur.Si autem dicas,quòd iſto caſu vſusfructus acquiritur patri:vt dicit hic Pau.de Ca.tũc adhuc ſequitur incõueniens,quia pater ratiõe vſusfr. tenebitur ad expenſas,& ſoluenda debita.d.l.fi.§.vbi autem.C.de bo.quę lib.& ſic pater obligabitur inuitus talibus oneribus:quod nõ videtur eſſe cõueniens,qa neq; filius põt obligare patrẽ,neq; pater filiũ.l.j.& per totum.C.ne fi.pro pa. Ideo de iure iſto debebat præcedere iuſſus,ne pr̃ obligaretur inuitus vel ignorans.Sed forte poſſet dici,ſaluando communẽ ſententiam, ꝙ pater obligatur hmõi oneribus,niſi poſtea contradicat: ſicut videmus in filio,qui efficitur hæres ipſo iure ex capite ſuitatis:& fateor quòd iſto modo poſſet procedere hoc dictũ.Sed iſta reſponſio non videtur probari iure,ſed quæritur pro declaratione perfecta huius ſexti caſus, nunquid in hæreditate profectitia ſit hodie aliquid immutatum.Barto. hic,& in l.is qui hæres.in fi.ſ.eod.ſequitur gloſſas,quòd nil ſit immutatum.Sed in l.fin.§.ſimiliq; mõ.C.de bo.quæ lib.videtur dicere per illum text.quòd ſicut quando filio defertur hæreditas caſtrenſis,ſi eam repudiat,ipſa hæreditas defertur ad patrem, vt ibi probatur:ita econtra ſi pater repudiat profectitiã, debebit peruenire ad filium,& in hoc ſit immutatum ius antiquũ. Sed Moder.hic ſequũtur gloſſ.& dicta Barto.in iſto §. quia in materia correctiua non debet fieri extenſio.l.ſancimus.C.de appel.Tu adde,quòd in hoc caſu non videtur eſſe eadem ratio,quia facilius tollitur priuilegium,q̃ ius commune.l. eius militis.§.militia: de teſta.mi.l.ſi ſeruum. §. prætor ait.j.eod.Quòd ergo hæreditas caſtrenſis deferatur ad patrẽ, quæ de iure ſpeciali pertinebat ad filium, contra regulas iuris communis, facilius eſt inducere,q̃ quòd hæreditas profectitia, quæ de iure communi pertinet ad patrẽ,aliquo modo pertineat ad filium. Vnde iſta opi.videtur verior, maxime propter ius patriæ poteſtatis,ex quo facilius poteſt indici,vt hæreditas acquiratur patri. d.§. ſimiliq; modo. quia res de facili redit ad naturam ſuam.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. ff.de pac.quæ non habet locum in hæreditate profectitia, vt patre repudiante quæratur filio. Vnde duplici reſpectu non eſt eadem ratio in effectu.¶ Conſequenter reſtat expedire gloſſ.in vltima parte, in qua Bartol.hic, & Moder.tractant, qualiter autoritas iuſſus conſenſus,& ſimilia debeant præcedere vel ſequi:quorum dictis adde breuiter. Et primò, inquãtum dicunt,quòd mandatum debet præcedere:nam ex hoc d. Bald.not.in l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.& in l. obſeruare. §.fin.circa princip.commenti.ſ.de procon. & lega. quòd vbicunq; ſtatutum requirit mandatum produci à principio,ratificatio ſequens non ſufficit ad conualidandum iudiciũ, quia videtur hoc requiri pro forma.¶ Secundò adde,ꝙ licet mandatum ſuperueniens poſt actum perfectum non ſufficiat, vt dicatur mandatum.d.§.ſi poſt creditam.alle.in glo.ſufficit tamen, ſi ſuperueniat poſt actum incœptum,nondum tamen conſummatum.Gloſſ. eſt ſingu.ſecundùm Ange.in l. Iul.ſ. qui ſatiſ.cog.quam adducit hic domi.me. quod dictũ vtrum ſit verũ,non affirmo nunc:pro ipſo tamen facit glo.no.in l.ſi pupillus.ſ.de arbitris.Et q̃tum pertinet ad iuſſum, vtrum ſolus tutor poſsit iubere ſeruo,vt adeat hæreditatem: vide tex. cum glo.& ibi Barto.in l.ſi per epiſtolam. j. eod. ¶ † Tertiò principaliter adde circa ſecundam cõcluſionem de autoritate, quòd Innocen.in c.cum conſuetudinis.extrà,de conſue. ſingulariter videtur velle, quòd autoritas quæ debet interponi,ita debet exprimi formaliter per verbũ, autorizo, vt non ſufficiat eam exprimere per æquipollens.& hoc dictum commendat Angel.& ſequitur Imo.circa princip.commenti.Sed poſt ipſe idem,& Pau.de Ca.tenent oppo.per l.iiij. ſ. de aut. tu.cum glo.ſua,quorũ doctrina videtur veriſsima,quia etiam verbũ, condẽno,vel abſoluo, quod eſt de ſolennitate ſenten tentiæ.l.pręſes.& l.cùm iudex. C. de ſen.poteſt proferri per æquipollens.l.in ſumma.ff.de re iudi.& l.quid tamen.§.ſi arbiter.ff.de ar.l.ſi prætor.in prin.vbi bonus tex.ſ.de iudi. Pro iſta concluſione vide quod ponit Bart,in l.legitimos.in prin. ſ.de legi.tut.& in l.prætor.in princi. vel in §.j.j. de no. ope. nun.in ſimili.Hoc autẽ debes ſcire,ꝙ autoritas ſuper actu futuro,& maxime in confuſo,non poteſt interponi, ſecundùm Inno.in c.ij. de fide inſtru.bene facit quod no.Bald.in l. non aliter.ſ.de adop. Et circa hanc gloſſ. adde quod tradunt hic Moder.poſt Bald.& Ang.videlicet ꝙ ſi ex forma ſtatuti vniuerſitas nõ poteſt creare ſyndicũ ſine autoritate poteſtatis, iſta autoritas poteſt ſequi ex interuallo,ſecundũ Cy.& Bald. licet Ang.teneat contrarium,per iura prælle. Sed Imo.nititur ſaluare dicta Bald.ex eo,quia ad vniuerſitatem pertinet creare ſyndicũ,& ad ſuperiorem confirmare:arg.text.in aut. de defen.ciui.§.interim.& quod not.Bart.in l.actor.j.rem raha.Vnde quia verba ſunt intelligenda ſecundùm ſubiectam materiam,exponetur verbum,autoritas.i.confirmatio:ar.l.ſi vna.ff.loca.Dominus me.dicit,ꝙ de iure ſyndicus poteſt creari ſine confirmatione ſuperioris, & bene:& ita tenent doc. in l.nulla.ſ.quod cuiuſ.vni.ſed propter hoc nõ tollitur, quin procedat ſaluatio Imo.vt ex quo de iure creatio ſyndici pertinet ad vniuerſitatem,ſtatutum reſtringatur ad ius commune, quantum fieri poteſt.i.vt vniuerſitas ipſa creet ſyndicũ, ſed ſuperior confirmet.Pro iſta concluſione Bald.& Moder. eſt tex.no.quem ibi no.Bal.in c.j.§.ſi quis miles.de feu. ſine cul. non admit.vbi verbum,iuſſus,exponitur pro cõſenſu ſimplici,qui poteſt ſequi & ratificare actum propter ſubiectam materiam,licet proprie verbũ,iuſſus,aliud ſignificet. Idem ergo dicemus in verbo,autoritas,quum improprietur pro conſenſu,ſecundũ ſubiectam materiam.bene facit c.cura.de iure patrona.vbi verbum,autoritas,ſimiliter exponitur pro conſenſu,qui poteſt ſequi propter ſubiectam materiam.Et hũc tex. alle.do. Anto.in c.cum conſuetudinis.in vlti.col.extrà, de cõſue.Et quia ſ. diximus,quòd iuſſus & mandatum in effectu procedunt à pari. Aduerte,quia reperitur vna differẽtia, quã ponit Barto.in l.& quia. de iuriſdi.om.iudi.quòd iuſſus non expirat iubentis,ſed mandatum ſic.Sed poteſt intelligi de iuſſu ſuperioris,vt loquitur text. in §.ad hæc. in auten. de manda.prin.Nam de iuſſu priuati hoc eſſet falſum:vt l. qui in aliena.§.ſi liber. ſ. eodem. Aliquando requiritur licentia, & tunc ſecũdùm omnes debet procedere:vt in c. licet. de regu. & l.j.C.de ſacroſan.eccle.cum ſimi.Poteſt tamẽ pręcedere ex interuallo,ſicut & incontinenti:de quo vide Bald.in d.l.j.C. qui admit.& in rub.de exerci.Hoc tamen debes ſcire,quòd licentia vbi requiritur,non ſufficit tacitus conſenſus : ita not. declarat Io.An.& eſt dictũ ſolenne in c.ſi abbatem. de elec. li.vj.& in regula,per eum.in mercu.de re.iur. Et iſta dicta alleg.Bald.in l.obſeruare.§.fi.in fi.ff.de offi.procõ.& leg. Poteſt autem licentia ſemel conceſſa reuocari,quando conceditur religioſo per ſuperiorem ſuum,inter quos non cadit obligatio.Glo.eſt no.in cle.j.de teſta.ſecus ſi licentia concedatur alicui,concedens licentiam poteſt obligari.ita cõſuluit Ang. ſolenniter conſil.cclxxxiiij.Pro quo do tibi caſum no. quem ipſe non allegat in l.j.§.prodeſt. ff. quorum leg. Aliquando lex vel ſtatutum vult aliquid fieri de conſcientia alterius : & tunc ſecundùm Ang.hic idem eſt dicere de conſcientia,quod de conſenſu:alle.tex.oppoſitum,qui bene probat in aut.quo modo opor.epiſ. §. non autem alias. & ita ibi dicit per illum textum.Sed contra iſtam deciſionem dominus meus adducit Bald.in rub.C.de exercito.& in l.fi.§. neceſsitatem. de bon. quæ lib. vbi videtur dicere,quòd per iſta verba, ꝙ ſatis eſt, quòd actus fiat pręſente eo & ſciente,de cuius cõſcientia debet fieri,niſi lex vltra requireret factum & voluntatem iudicis:vt l.j.in tex.& gloſ.C.de bono.poſſ.ſecundũ tab.Sed ipſe non vidit Bald.idem tenentem in l. nemo.C.de ſen. vbi alle. caſum pro iſta concluſione,qui optime probat in l. omnium. C.de teſta.& ibi idem firmat in fi. commenti. & hoc videtur verius de proprietate verborum, ſicut j.dicemus de verbo, pręſentia.quia hoc probat ibi text.& etiã vis vocabuli. Non ob.text.in d.§.non autem alias. in aut. quomodo opor. epiſ. quia ibi ex pręcedenti ver.apparebat, quòd debebat pręſtari licentia à ſuperiore:in dubio autem niſi aliter apparet de mente legis,videretur tenenda opi.Bald.Ex pręd.ictis põt inferri, 7 quod dicemus de verbo,pręſentia.† Super quo dicendum eſt primò,quòd vbicunq; requiritur pręſentia,illa nõ poteſt ſuppleri per literas:[a] ſecũdũ Arch.lxv.di.c.ij.item nec poteſt ratificari per pręſentiã ſequẽtẽ,ſecũdũ Bal.in l.j.C.qui admit.

a ¶ Per literas. Adde Sicu.in c.cũ pati.in j.col.ver. itẽ ne. & ibi Phi.in ij.col. & adde d.Bar.Soci.in conſi.xlviij.incipi. in pręſenti. ver. & primo aſpectu.in j. parte.vbi an p procuratorem.

quod est verũ, non solũ si præsentia requirat̃ ad solennitatẽ, sed etiã si requirat̃ ad obligandũ præsentẽ, ita dicit singulariter Bart. in l. iij. §. si pupillus. ff. de tutelis, & in hoc multũ aduerte, quia differt à consensu, vt j. videbis. Vtrũ autẽ præsentia includat virtualiter consiliũ, vel consensum eius, qui debet esse præsens, i. quòd debeat requiri eius cõsilium vel cõsensus: & an si deficit præsentia, actus sit nullus, dicemus j. e. §. si coram Titio. 8 †Et quia s̃. dixi, ꝙ præstans autoritatẽ debet interesse in ipso actu, sciendũ est ꝙ autoritas non potest interponi per procuratorẽ, secundùm Bald. in l. j. in fi. C. qui admit. Pro quo allego tibi casum not. in l. & minorem. C. de prædi. mino. secundũ vnam lec. quã ibi no. Bald. vbi dicit, ꝙ tutor non potest petere interponi decretũ à iudice per procuratorem: nec est alia rõ, nisi quia petendo interponi decretum etiã ipse autorizat venditioni. Et de autoritate vide quod ponit Bald. in l. nec quicꝗ̃. §. vbi decretum. de officio procon. & lega. Aliquando lex iubet interponi decretum, & quæritur vtrum debeat interponi ante vel post. Et videntur iura variare. nam text. in l. magis puto. §. illud. de rebus eo. videtur velle, ꝙ decretum debeat præcedere: & ibi hoc tangit Bal. & idẽ tenet Imo. quem adducit hic do. me. in c. j. de rebus ec. non ali. in vj. In contrarium videtur text. in l. non aliter. in fi. ff. de adop. in verbo, subscribendum. per quem text. ita decidit ibi Bal. Sed in l. j. C. qui admitti. dicit, ꝙ potest antecedere & sub sequi. & idem tenet d. §. vbi decretũ. Nos possumus dicere, secũdùm Bal. qui optime loquitur, c. j. §. si quis miles. s̃. alle. ꝙ si præcessit causæ cognitio debita, potest præcedere, & subsequi: de quo etiã tetigit in l. fi. §. necessitatẽ. C. de bo. quæ libe. Et isto mõ possumus cõcordare ista iura. † Vtrũ aũt decretũ requirat scripturã, dicit d. m. hic ꝙ sic, allegãs Inn. in c. j. de re. eccle. præalleg. In contrariũ tamẽ arguit, q̃a decretũ dicitur esse quædã interlocutoria: ergo vr̃ posse ꝓferri sine scriptis: vt plene no. in d. §. vbi decretũ. & l. fi. C. de senten. ex pericu. reci. Ipse tñ videt̃ velle saluare hoc dictũ, q̃a quo ad quædã videt̃ diffinitiua: vt patet in l. sancimus. C. de admi. tuto. Facit qđ habetur in gl. in l. fi. §. necessitatẽ. C. de bo. quæ lib. Tu dic breuiter, quòd illa doctrina est falsa: quia licet aliquod decretum habeat vim diffinitiuæ, quo ad quosdam effectus: quantùm tamen ad solennitatẽ quæ requiritur in sñia, non dicitur diffinitiua. Hoc dicit Barto. no. in l. Titia. ff. de accu. vbi est omnino videndum. Aliquando lex requirit consensum. & hic sequere in omnibus distinctionem Ant. de But. qui optime loquitur, & bene explicat omnia membra in ca. cum consuetud. de consue. Et q̃a longũ esset omnia referre, sufficiat istud pro declaratione eorum quę tangit hic Bar. ꝙ vbi consensus requiritur ab eo, qui nullum habet interesse in cõsentiendo, semper videtur requiri pro forma: ideo non põt sequi actum, sed debet interuenire tempore actus: vt l. quid ergo. in prin. ff. de his qui no. infa. & hoc intellige, quãdo consensus requiritur à pari, vel ab inferiori. Si autem requiritur à superiore, qui nullum interesse prætendit in actu, exponetur cõsensus. i. autoritas, secundùm eum ibi. Est tñ modica differentia inter ista duo: quia consensus cùm interponitur pro forma & solennitate, habet eandẽ naturã quã autoritas: debet em̃ interuenire in ipso actu, vel post incontinenti, vt dictũ est. Quinimo sicut autoritas non potest interponi per procuratorẽ, vt dictum est: ita nec consensus, qui debet adhiberi per solennitatem. Casus est not. in l. post mortẽ. §. fi. ff. de adop. in verbo, solennitatẽ. imo etiam requiruntur verba in expressione huius consensus, sicut in autoritate. De autoritate est clarum: vt traditur in l. iij. s̃. de auto. tuto. & dicemus plenius in l. gerit. j. eo. cũ Barto. De consensu est casus in l. si pater. la secunda. ff. de adop. nisi in eo qui non potest fari, vt ibi dicitur. Hãc distinctionem posuit Pau. de Cast. vt heri dixi in voce. Hãc etiam distinctionem posuit Bald. in l. si vxorem. C. de cõdi. inser. & sensit eam in d. l. j. C. qui admit. Sic debes limitare dicta Bart. hic, & in lege, sinautem. de aqua plu. ar. & Angel. in l. per fundum. de ser. ru. præ. Et attende: quia quando consensus requiritur pro interesse aliquo consentire debentis, tunc valet consensus, licet postea sequatur ex interuallo, etiamsi actus præcedẽs sit nullus ipso iure, dummodo approbatio eius pendeat à potestate consentientis, secũdùm Ant. de Bu. in d. loco alleg. tex. in c. cùm in iure. in fi. de elec. Tu vide tex. de iure ciuili in l. j. §. prodest. in ij. responso. ff. quorum lega. & bene facit text. in l. filius. §. fi. ff. de procu. & quod ibi per Barto. iuncta cle. j. eo. ti. Et pro conclusione prædicta d. Ant. vide tex. quem ibi not. Bald. ad hoc in c. j. circa prin. de alie. feu. pater. &c. ¶ † In gloss. super verbo, specialiter. De intellectu huius gloss. diximus s̃. declarando post Barto. quod dicatur speciale mandatum.ª Et pro conclusione sua vltra ea quæ s̃. allegauimus, vide gloss. not. in cle. j. de priui. quę dicit, quòd illa dicitur licentia spãlis, in qua ille actus est gerendus, & est bonus tex. in c. fi. de offi. vi. li. vj. Et pro cõplemento materiæ quærit hic Bart. iuxta fi. nunquid pater possit consentire filio generaliter, quòd possit agere vel experiri in quocũꝗ; iudicio, ita quodãmodo non requiratur alius consensus. Et eandem q̃õnem posuit in l. fi. §. necessitatẽ. C. de bo. quæ lib. & in effectu dicit, ꝙ si consensus patris requiritur in signum repudiationis hæreditatis, prout ipse tenet ibi, & multi alij: iste consensus nõ potest præstari in genere, quia repudians quòd sciret hæreditatem sibi delatam esse. l. in repudiãdo. s̃. eo. Si autem consensus patris requiritur ad integrandam personam filij in iudicio, tunc videtur ꝙ iste consensus generalis valeat: quia hoc nõ reperitur prohibitum, ergo satis est consentire, q̃õcunꝗ; alleg. glo. in l. si longius. §. j. s̃. de iudi. Vult etiã hic, ꝙ talis consensus possit prẽstari per nuncium vel epistolam: per l. honores. in fi. ff. de decu. vbi etiam hoc tetigit, & idem vult in dicto §. necessitatẽ. idẽ in l. j. C. de decurio. lib. x. Hoc etiam tenet Pe. & Bald. post eũ in auten. causam quæ fit. in vlti. col. C. de episco. & cle. Primum dictum suũ placet: secundũ & tertium nõ transeunt sine dubitatione. Nam si cõsensus patris requiritur ad integrandã personã filij in iudicio, iste consensus videtur requiri pro forma: vt patet ex his quę s̃. diximus, allegando dicta Bal. & d. Ant. Sed forma debet ad esse tp̃e actus, qui cũ sit de essentia actus, nõ põt considerari vt forma, nisi q̃ñ est subiectum, in quo subsistit. i. cõtractus qui geritur. Nec põt assignari bona drĩa, cur autoritas & decretũ iudicis, quæ similiter tendunt ad integrandã personam, vel ad solennizandũ actũ, non possint interponi, ex interuallo: & cõsensus possit interponi, cũ adhibetur pro forma. Vnde istud dictũ est satis dubiũ: & similiter tertiũ rõne præmissa: q̃a vr̃, ꝙ qui cõsentit per nũciũ vel epistolã, nõ videatur interponere cõsensum in ipso actu, nisi forte quis mitteret nũciũ ad consentiendũ, cũ actus fieret, vel epistolã præsentandã, cũ actus fieret: quo casu, q̃a ille qui agit per nunciũ vel epistolã propriè per se vr̃ agere. l. qui autem. §. fi. de consti. pe. posset forte tolerari. Si autem mittens nunciũ vel epistolã simpliciter cõsentiret agenti actũ, vt posset actum celebrare in futurũ: tũc obstaret ratio allegata in primo membro, quia consensus non interponeret̃ tẽpore act⁹. Nec potes dicere, vt sentit hic Pau. de Ca. ꝙ videat̃ consensum retulisse ad tp̃s cõtractus, vt tunc videat̃ interpositus, quia istud esset fingere de tp̃e ad tempus, quod non est in potestate hominis. l. si forte. de castren. pecu. & Bar. in l. is qui. de vsuca. Et per ista sit expedita hæc difficilis materia. Et ad id quod s̃. diximus de verbo, cõscientiã, vide tex. no. lxxj. dist. c. priuatus. vbi clare videtur probari, iuncto secũdo rñso, cũ fine, ꝙ verbum, conscientia, significat consensum. Sed põt dici, ꝙ illud est ideo, quia prius in alia l. fuerat expressum de consensu. Et ista sufficiant.

ª ¶ Spãle mandatũ, Et an, & q̃ñ, & in quibus requiratur, vide tu in tractatu male. do. Bonifacij de Vitalinis đ Mãtua in vlt. char. & quod ibi dixi in a. po.

Sed quid si manda.

Hæreditatis aditio committitur per quæcunꝗ; verba, ex quibus pateat de intentione mandantis. h. d. vsꝗ; ad §. si coram Titio. & sunt tot partes, quot sunt dicta, quę sunt septem. ¶ Primò no. ꝙ istud verbum, colligat, de sui natura importat etiam aditionem hęreditatis, licet forte ex proprietate verborum videatur potius significare administrationẽ facti: sicut significat collectio fructuũ. Et ex hoc arguit Bald. ad q. quã ponit Specu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. quid si creaui te collectorem & custodem &c. quid importẽt ista verba. Arguit hic etiam d. m. ꝙ q̃uis verba posita in mandato de sui proprietate non importent mandatum, impropriantur tamen, si constat de intentione constituentis. Vnde etiã si dñs diceret, constituo te asinum meũ ad contrahendũ & agendum &c. valeret mandatũ, secundùm Inn. in c. petitio. de procu. & Bald. in l. id quod pauperibus. de epis. & cle. de quo etiã tangitur in rescriptis in l. j. ff. de procur. per Bal. 9 ¶ † Secũdò no. in ver. quid si petat. ꝙ mandatum factum in vno casu extenditur ad casum ęquiualentem, vel ęquipollentẽ: & sic patet, ꝙ non solũ dispositio legis extenditur ad casum similẽ: in l. nõ possunt. ff. de legi. sed etiã dispositio hominis: de quo vide Barto. & quod ibi plene scripsi in l. Gallus. §. & quid si tñ. ff. de liber. & posth. ¶ Tertiò not. ibi: aut vt rẽ hęreditariã &c. ꝙ in dubio qui vẽdit rem hęreditariam, videtur gerere se pro hærede: & hoc tenet Bart. in l. gerit. j. eo. licet Ang. aliter dixerit in l. pro hęrede. in prin. s̃. eo. 10 ¶ † Quartò not. ibi: quid si petitam bono. pos. quòd ratificatio actus pręteriti inducit mãdatum de nouo respectu actus futuri: & hoc est quod dicit Ang. in l. Iul. in prin. ff. qui satisd. cog. cuius dicta s̃. retuli in §. iussum. Ex hoc etiã tex. probatur not. quòd animus inductus ad continuandũ operatur voluntatẽ de nouo acquirendi:

rendi: qđ facit ad no. per Barto. in l. iij. in prin. j. de acquiren.
pos. ¶ Quintò no. ibi: vel qd si ꝓ hærede mādauit. ꝙ propriè
gerere ꝓ hrđe est hrđitatē adire facto, adire aūt est apprehē
11 dere hæreditatē aīo expsso ꝑ verba. ¶ † Sextò no. in ver. pr̄ fi
liū. ꝙ verba prīa facie enūciatiua, q̄ possunt trahi ad sensum
dispositiuū, inducūt dispositionē etiā in cōtractibus, & silr in
vltimis volūtatibus, licet sint ꝓlata in futurū. l. & eo mō. & l.
hoc mō. ff. de leg. j. Et ex his decidit̃ hic duplex quæstio, per
Bar. Prima est, ꝙ si creditor dicit debitori, ego īdigerē illa pe
cunia, quā mihi debes: ista verba inducūt interpellationē, &
constituūt debitorē in mora, quia nō sunt verba enunciatiua
simpliciter: vt dicit Pe. & Cy. qui tenēt cōtrariū in l. in mino
rum. C. in qui. cau. in integ. resti. non est ne. sed habēt in se ta-
citam dispositionē, quę cōtinet̃ sub illis verbis honesto modo
prolatis. ideo interpellant debitorē, per iura s̄. alle. circa quā
q. vide quod no. & prolixè ponit Bart. in similibus terminis
in l. j. in princ. versi. iij. quæro. ff. de noui ope. nun. Secūdò in-
ducitur ver. iste ad aliā q. videlicet ꝙ si dn̄s audita iniuria illa-
ta famulo suo dicit, non reuertaris ad domū, quin prius aliqd
a sentiā[a] de ista re: ꝑ ista verba vr̄ dedisse mandatū de occiden
do. Vn̄ refert Florentiæ quēdā nobilē fuisse decapitatū tpi-
bus dn̄i Francisci de Eugubio. vr̄ eñ mandare sub isto inuolu
cro verborū, ꝙ faciat vindictā. Sed Raph. Cu. hic, quē refert d.
me. videtur hoc limitare, nisi iniuria illata famulo esset talis,
ꝙ merere talē vindictā: verbi grā, qa fuit ꝑcussus manu, ipse
percussit gladio: nā tūc non videret̃ esse mēs mandātis. ꝙ tm̄
excederet in vindicta: sicut dicimus, ꝙ defensio debet fieri cū
moderamine inculpatæ tutelæ. l. j. C. vn̄ vi. & l. scientiā. §. qui
cū alr. ff. ad l. Aquil. secundū d. m. & in veritate ista limitatio
est multū æqua & rōnabilis. Sed cōtra ipsam facit, qa in deli-
ctis & his quæ cōmittunt̃ illicite in obscuris p̄sumptio dege-
nerat cōtra delinquentē, secundū Dy. in reg. in obscuris. in fi.
de re. iur. & ꝓbat̃ ista cōclusio in l. j. cū ibi no. C. ad l. Cor. de
sica. & ponit Bart. in l. nō solū. §. morte. ff. de oper. no. nun.
Vnde inquit Bal. not. in l. ob hæc verba. de his qui not. infa.
ꝙ ille qui dat consiliū delinquēti, in dubio punitur, qa præsu
mitur delinquens alr̄s non fuisse facturus, ex hoc qđ dixi: qa
propter actū illicitū l. præsumit in dubio cōtra cōsulentē, vel
contra aliter facientē actū illicitū. Vn̄ sicut ista doctrina pla-
cet mihi de ęquitate, ita de rigore iuris nō videtur procedere.
☞ † Aduerte tamē, qa vt aliqs puniat̃ de mādato, necesse est ꝙ
probet̃ mandatū præcessisse maleficiū. Glo. est no. quā Bald.
dicit sing. in l. si verò nō remunerādi. §. cū quidā. ff. mandati.
& pōt esse rō, licet ipse nō dicat: qa cùm de esse mādati sit, vt
præcedat hoc, ꝙ mādatū præcesserit, vr̄ esse fundamētū accu
satoris, vel inquirētis, ideo debet ab eo probari. l. ij. C. đ peti.
hæ. & l. nō solū. §. sed vt probari. & ibi plene per Barto. ff. de
ope. no. nun. Aduerte etiā, qa doct. Bar. hic ꝓcedit, qn̄ cōmit-
tens cōmisit per verba imperatiua vel præceptiua, sicut ipse
pręsupponit: nā si nō apparet, quibus verbis esset vsus, qa fuit
locutus in aure famulo, vel testes non recordātur quibus ver
bis sit vsus: tūc ex quo in casu Bart. inimicitia & vindicta æ-
què principaliter pertinet ad interficientē, sicut ad denuncian
tem, & forte etiā principalius, dn̄s in dubio præsumeret̃ de-
disse consiliū, & nō mandatū: ita dicit singulariter Bal. in l. j.
in ij. char. C. de ser. fu. vbi est oīno vidēdū. Vn̄ in l. ob hęc ver
ba. præalleg. ipse dicit, ꝙ iudex debet cautè interrogare testes,
quibus verbis sit vsus ille qui dicit̃ mandasse. Et attende, quia
licet verba prima facie enunciatiua possint trahi ad manda-
tū, vt hic probatur: istud est verū, si proferant̃ simpliciter: sec⁹
si cōditionaliter. Vnde per ista verba, si gesseris negocia mea,
nolo te teneri, nisi de dolo & lata culpa, nō videtur datū man-
datū ad gerēdū. Glo. est no. quam ibi approbant Bart. & Bal.
12 in l. si pupilli. §. fi. de neg. gest. ¶ † Vltimò no. ibi: quid si man
dauerit &c. Quòd differentia est inter istas duas clausulas, mā
do vt adeas si expediat adire: &, si putas expedire: nā si fit mā-
datum sub primo modo, satis est ꝙ expediat adire hæredita-
tem, licet forte filius adiens credat contrariū, vel saltē nesciat
vtrum expediat adire, vel non. Si autem mandetur, si puta-
ueris expedire: tunc est opus, ꝙ filius opinetur probabiliter
expedire. Vnde anteꝗ̃ super hoc instruatur, aditio esset nul-
la: vt dicit text. no. in l. eum qui duobus. §. fi. j. eo. Primū autē
membrum probatur ex his quæ ponit Bal. not. in l. neq; na-
tales. C. de proba. ad intellectum glo. in clemen. j. de offi. de-
leg. Ideo iurisconsul. hic posuit istas duas formas differentes:
quod semper tenebis menti. ¶ In glo. super verbo, petitam.
ibi: sed non decreta. Aduerte, quia si sic intelligas text. ista li-
tera non probat id quod dixi in l. iij. §. ex plurimis. de acqui-
ren. poss. videlicet quòd is qui est factus hæres de iure præto
rio, potest etiam effici hæręs directo de iure ciuili; quia si bo-
no. poss. non erat decreta, nullum fuit quæsitum ius de iure
prætorio, secundùm ista tempora: de quo dicemus plenius
post declarationem glo. ¶ In ea. gl. ibi: sed oppo. & ibi: respō
deo &c. Ista glo. satis ineptè loquitur, nec ponit veram sol. ad
contraria, licet nullus doctor eam declaret. Vult enim in ef-
fectu, quòd hic si bono. pos. fuisset decreta, induceretur aditio
hæreditatis de iure ciuili: sed quia non fuit decreta, ideo rati-
ficatio petitionis non inducit hunc effectum. Ex quibus ver-
bis glo. vult clare duo. Primū est, ꝙ ratificatio sequens possit
conualidare aditionē, quæ videtur facta, si bo. poss. est petita
& decreta. Secundum, ꝙ per solam petitionē bo. pos. & rati-
ficationem factam de ea, si bono. pos. non fuit decreta, non in-
duceretur aditio hæreditatis: quorū vtrunq; est falsum. Pri-
mum patet: quia filius petendo bo. pos. ex quo non præcesse
rat ius, non potuit adire. l. qui in aliena. in prin. s̄. eo. Nec pōt
dici, ꝙ ratificatio conualidet aditionē: quia sic præcederet adi
tio, & sequeretur iussus: quod non potest fieri, vt §. iussum. s̄.
eodem. Vnde somniauit hic iste bonus homo. Secundum si-
militer est falsum: quia cū aditio hæreditatis consistat in solo
animo, ad hoc vt petens bono. possessio. videatur adire, nō est
necesse, quòd bono. possessio decernatur à iudice: sed sufficit
quòd implicite declaretur volūtas volētis adire: lege, pro hæ
rede. in principio. s̄. eodem. & quod ibi not. Ideo text. signan
ter in l. puberem. C. de iure delib. dicit, ꝙ filius agnoscens vi-
detur adire: vn̄ notat actum petitionis filij, non factū iudicis.
Dic ergo melius, soluendo formaliter contrariū, ꝙ imposſi-
bile erat hic per petitionem bono. pos. non pręcedente iussu
videri aditam hæreditatē, etiā secuta ratificatione: quia iussus
debet præcedere: vt dixi. Iō post ratificationem filius pōt adi
re de nouo. Sed quæritur pro declaratione l. alleg. in oppo. nū
quid ille qui est effectus hæres de iure ciuili, possit postea ef-
fici hæres de iure prætorio. super quo sunt opiniones. Nā gl.
in l. puberem. C. de iure delib. dicit, ꝙ is qui petit bo. pos. non a
videtur adire de iure ciuili. Sed Bar. ibi tenet oppo. & in l. nec
is. §. fi. s̄. eo. quē sequitur Bald. hic, quia ipsi non habent pro
inconuenienti, ꝙ ille qui est factus dn̄s directo, possit etiā effi
ci vtiliter dominus: quia duæ qualitates bene possunt concur
rere in eadem persona, si non sint incompatibiles. l. j. §. com-
munis seruus. de stip. ser. & quod ibi Bar. & l. si consul. ff. de
adop. facit l. diuortio. §. interdum. vel §. si fundū. s̄. solu. ma.
Dicit tamen hic Bal. quòd si dominium vtile sit subalternatū
directo, tunc dominiū vtile non potest concurrere cum dire-
cto: & ita respondet ad l. si hęres institutus. ff. ad Treb. & hāc
opi. ego sum secutus, tractando istum articulū in l. iij. §. ex plu
rimis. ad fi. de acqui. pos. per text. nostrum, quē ego intellige-
bam, ꝙ esset petita bo. pos. & decreta: & sic ille qui erat hęres
effectus vtiliter, efficeretur postea hæres directo. Sed iste tex.
potest euitari duobus modis. Primò quidem intelligendo se-
cundū gloss. nr̄am, ꝙ bo. pos. fuerit petita, sed nō decreta. Se-
cūdò, qa posito ꝙ fuisset decreta, & sic esset quæsitū ius vtile,
concedendū esset ꝙ hęres effectus vtiliter, posset effici hæres
directo: quod est plus. Non tamen esset concedendū, ꝙ post-
quàm esset factus hęres directo, illud vtile dn̄ium remaneret:
vt j. videbis: & nec hoc dicit tex. vnde Bald. in d. l. puberem.
quem Moder. hic adducunt, & in rub. C. qui admit. in pe. co.
ver. vij. quæro. & in l. j. C. eo. versi. x. oppo. quam isti non vi-
derunt, tenet oppo. & in rub. alleg. gloss. quam alleg. do. me.
in l. sed cum patrono. §. j. j. de bo. poss. Mouetur principaliter
per d. l. si hęres institutus. & quia si petendo bo. poss. vr̄ adire
semel effectus dn̄s directo ex noua causa, amplius non potest
effici dominus. l. iij. §. ex plurimis. de acqui. pos. Sed ista secun
da ratio facile posset tolli: quia iura allegata loquūtur de ea-
dem specie dn̄ij, non de diuersa, sicut est vtile & directū. Hęc
tn̄ opi. est vera per tex. in l. Stichū. §. aliqn̄. de solu. quē addu-
cunt hic aliqui Mod. pro se. Sed Bart. no. ibi cum in oppo. &
melius assignat rōnē, quare directū & vtile dn̄ium nō cōcur-
rūt simr̄ in persona eiusdē, quia vtilis actio & vtile dn̄ium fun
dantur sup ęquitate: vt ip̄e declarat plenius in l. j. ff. de actio.
& obli. quę ęquitas cessat, vbicūq; quis habet dn̄ū directū. Et
attēde diligēter, qa tex. in d. §. aliqn̄. in secūdo rn̄so. confundit
exp̄sse distinctionē Bal. hic: nam actio vtilis, quę erat penes
debitorē, pro quo mulier intercesserat, nō subalternat̃ aliquo
mō actiōi directę ipsius mulieris, sed subrogat̃ loco veteris a-
ctionis directę, q̄ cōpetebat cōtra eū: iuxta no. in l. q̄uis. ff. ad
Velleia. & tn̄ extinguit̃ in persona mulieris, qa erat obligata
directo. Et ex his tu habes ponere duas cōclusiones in ista ma
☞ teria. † Prima conclusio, qui est effectus directo dominus, nō
potest postea effici vtiliter, vt in dictis iuribus. Secunda con-
clusio in dubio, qui petit bono. poss. non videtur velle adire
hæreditatem: quia si videretur adire hæreditatem, frustra

¶ Sentiā. Adde Fe
ly. in c. afferte. de
pręsum. & in ca. si-
cut dignum. de ho
mi. in prin. iij. co.

decerneret sibi postea bo.pos.ex quo stāte iure directo nō pōt acqri vtile. In dubio aūt actus debet sic interpretari, vt aliqd operet. l.si qñ.de le.j.& vt valeat.l.quoties.cū si. de re.du. Et si dicas, pōt valere in vi aditiōis hrditatis. Ad hoc dicūt Mod. ꝙ ps vř velle valere actū eo modo, quo illū agit pricipaliter: qa cā principalis cōtrahendi attendit.l.si qs nec cām.in fi. ff. si cer.pe.& l.j.§.si te rogauero.ff.deposi. Et quia ex ꝓprietate verborū verba nō sonāt in aditiōe hæreditatis, sed in bo. pos. ergo hoc principaliter vř agi.l. nō aliter. cū materia. de lega. iij. Nec debet recedi à ꝓprietate verborū sine cā, qñ possunt saluari, secundū ꝓpriū sensum: vt dictis iuribus.¶ Non ob.dicta do.me.hic, & primò inqtū dicit, ꝙ hic nō cōcurrit ius directū, & vtile simul: qa etiā p bono. pos. acquirit ius directū, qñ nō est spes, ꝙ alius succedat de iure ciuili, secundū Bart.& Dy.in l.j.in prin.j.de bono.pos. qa ad hæc rñdet dupliciter: & primò ꝙ hic est equiuocatio manifesta. Nā Bart.loquit nō de dñio hrditatis, prout est ius vřle, sed de dñio rerū hæreditatis. Vñ signāter dicit, ꝙ licet prætor nō possit facere aliquem hæredem directo.§.quos aūt. Insti.de bo.pos.i.nō possit causare de nouo ius directū, pōt tñ directū dñium de vno transferre in aliū.i.dñium rerū hæreditatis, qđ erat in hæreditate iacēte, q̄ fuerat in defuncto, transferre in bono.pos. Sed posito ꝙ verū diceret, ista rō cōcluderet, qñ simul ex bo. pos.& additione acquirerer dñium directū, vt j.dicā. Sed hoc non est verū in casu nřo: qa hoc ipso ꝙ aliqs petit bo.pos. si habet aīum adeūdi, vř adire: quoniā aditio cōsistit in solo aīo, vt dictū est: vñ etiā anteꝗ decernatur bono.pos.reperiret dñs, dicendo ex vna cā, ideo ex alia non posset fieri dñs successiue: & ideo errauit etiā do.me.in secunda ratione, dū dicit, ꝙ hic dñium acquirit ex pluribus causis simul cōcurrētibus: quasi velit, quòd hæreditas nō videat adiri ex sola petitione bo.pos.sed ita demū cū bono pos.fuerit decreta. Quod tenuit hic glo. nostra, & male, vt s.dixi.& nullus alius doctor in isto articulo aliter intelligit, nisi ꝙ sola petitione videat adita hæreditas: qa ad esse aditionis hæreditatis solus aīus sufficit declaratus p verba Insti.de hære.qua.& dif.§.fi.vñ nō expectat factū iudicis ad inducendū hūc effectū.& ita teneas.¶ In glo.in verbo, gerat.& in gl.seq.in verbo, adeat.gl.tua exponit dupliciter tex. & secundū primam expositionē, quę est verior, feci te notare tex.in no. Secunda aūt expositio, nec in primo casu, nec in casu cōuerso, vř ꝓcedere: nā si intelligas, ꝙ hic fuerit mandatū de adeūda hæreditate, & fuerit petita bono.poss.nō vř ꝙ hoc potuerit fieri secundū Imo.quia plus est adire hæreditatē de iure ciuili, per quā acquiritur ius directū, ꝗ̄ acquirere bo.pos. de iure prætorio, per quā acquirit ius vtile: & sic vř, ꝙ virtute mandati nō possit peti bono.pos. quia conditio mādantis fieret deterior: vt videbis statim in §.seq. in secūdo responso. Præterea in casu cōuerso, intelligendo ꝙ fuerit datū mandatum de petendo bono.pos.& ꝙ per hoc mandatū possit adiri hæreditas de iure ciuili, licet exēplū sit bonū in se, est superfluum, qa hic fuerat dictū in primo rñso huius §.expsse.ideo tenenda est prima expositio. Pōt tñ saluari primus casus positus in hac glo.secundū Imo.qa ius vtile & directū sunt idē, quo ad effectū: vñ dispositio facta ab hærede trahitur ad bo. pos.l.j.§.bonorum.& ibi per Bar.ff.ad Treb.bene facit quod habetur in l.curatores. C.de neg.gest.

a ¶ Non potest. Vbi oīno tu vide Fely. in fi.iiij.col.

glo. perpetuo, quæ exp̄sse dicit, ꝙ text. noster intelligitur in posthumo instituto, sicut p̄terito, post quem debet succedere alius. i. substitutus: nam per istam glo. quę est verissima, vt j. ostendã, probatur manifeste, ꝙ datio substituti vulgaris non tollit suitatẽ: nã si tolleret suitatẽ, posthu. non esset nasciturus suus. cuius cõtrariũ dicitur in tex. Et licet alia glos. super verbo, institutũ ventrẽ. in ver. hic ergo. §. loquitur. in fi. dicat ꝙ iste §. loquitur in posthumo p̄terito, debet referre illa verba ad versiculũ, siue igitur. non ad totũ §. sup quo versi. gl. est posita. Bar. tamẽ hic exp̄sse tenet, ꝙ totus §. loquatur in posthumo p̄terito, & idẽ sentit in diuisione literæ, dũ dicit, ꝙ ratio decidẽdi in isto §. ponitur in §. siue igitur. in quo iuriscõsultus loquitur de posthumo p̄terito, & ratio ibi posita solũ ad posthumũ p̄teritũ adaptatur. Sed cum reuerẽtia, licet Pau. etiã sequatur hũc intellectũ, hoc nõ videtur bñ dictũ. Primò quidẽ, q̃a tex. in prin. non magis aperit, ꝙ posthumus sit p̄teritus, q̄ institutus. Et si dicas, ratio posita in versi. siue igitur. nõ adaptatur ad posthumũ institutũ. Rñdeo tibi cõcedendo hoc, sed dico, ꝙ prius assignatur alia ratio vniuersalior in ver. q̃m mortis tẽpore. quæ vniformiter respicit præteritũ & institutum, videlicet q̃a posthumus haberẽ ꝓ nato, ad excludẽdũ sequentẽ, & faciẽdũ sibi locũ. Et si posthumus sit institut⁹, hoc est manifestũ, ꝙ ista rõ optime quadrat. sed si sit p̄teritus, adhuc bñ cõuenit: q̃a si habetur ꝓ nato, ergo quo ad excludendũ institutũ in testamẽto, satis est, ꝙ ex quo haberẽ pro nato, hæreditas habeatẽ sibi ꝓ delata ab intestato, cùm testm̃ habeatur pro nullo, nõ dico quo ad oẽs effectus, sed quo ad hoc vt alius non possit adire. Sed posito, ꝙ ista ratio nõ cõueniat posthumo p̄terito, hoc facit magis pro opi. mea & glo. quia si ratio nõ conuenit posthumo præterito, ergo vt sit ptinens, & bona, debet referri ad posthumũ institutũ: & sic habeo propositum, ꝙ hic loquitur in posthumo instituto. & tñ per restitutionẽ vulgarem non est sublata suitas. Re tñ vera tex. in ver. siue igitur. ibi: q̃m & in eo est. vult addere aliã rationẽ ĩ casu, in quo posthumus est p̄teritus, vltra illã quã s. assignaui, quæ erat cõmunis ad vtrũq; casum: & hoc satis indicat ista dictio, &, quæ videtur implicare rationẽ pręcedentem. ¶ In glo. sup verbo, legitimum. ibi: & consanguineum. i. cognatum. Ista expositio non est necessaria, quia põt significare cõsanguineũ pro fratre nato ex eodẽ p̄re, & p legitimos alios agnatos: sicut dicitẽ in l. ij. in prin. ff. de suis & legi. Non ob. ꝙ si sic exponeretur, verbũ, consanguineus, esset superfluũ: sicut dicit Pau. de Ca. quasi videatur significatus per verbũ, agnati. Nã primò hoc non est verũ, quia ex ꝓprietate vocabuli cõsanguinei differũt ab agnatis: vt patet in d. l. Sed posito ꝙ ita esset, tñ nulla esset superfluitas in casu nostro: q̃a ex quo post nomen agnati ponit nomẽ cõsanguinei, sub verbo p̄cedenti, non cõprehenditur cõsanguineus, in quo est facta specialis nominatio: iuxta l. sanctio legum. ff. de pe. & in l. cohæredi. §. qui patrẽ. ff. de vulg. & pup. cum si. nã etiãsi bene respicias ad expositionẽ glo. ꝙ verbũ, consanguinei, ponatẽ pro cognatis, oritur eadẽ superfluitas, nõ quidẽ in verbo, consanguinei, sed in verbo, agnati: q̃a cùm quilibet agnat⁹ sit cognatus, & per verbũ, cõsanguinei, significentur cognati, satis erat hoc verbũ sine verbo, agnati. Sed tamẽ q̃ocũq; exponas, ista locutio potest saluari, vt s. dixi: quia q̃d est specialiter nominatũ p̄cedẽter vel subsequenter, nõ cõprehenditur sub vocabulo magis generali. Et attende, q̃a do. Pau. hic fatetur, ꝙ strictè & propriè nomen consanguinei cõplectitur fratrẽ natũ eodẽ patre: q̃d facit ad ea quæ dixi in no. ¶ In eadẽ gl. ibi: itẽ dicũt quidã. in fi. ibi: q̃d postea dicit de ventre. Gl. ista videtur restringere tex. nostrũ in ver. deniq;. qui sequitur inferius, dũ dicitẽ ibi, ꝙ iste posthum⁹ mittitur in possessionẽ vẽtris nomine ad primũ casum positũ in princ. §. s. ad posthumũ, qui est nasciturus suus, quasi alijs posthumis non detur bo. pos. vẽtris nomine. Sed Dy. Ia. de Are. & Bar. dãnant gl. quia imo potest tali posthumo concedi ista bo. pos. vt patet in l. vbicunq;. & l. fi. de ven. in pos. mit. ideo potes intelligere versi. deniq;. sine vlla restrictione &c. ¶ In glo. super verbo, inferioribus. ibi: sed in quo differt &c. Hæc glo. dicit duo, quorũ vnũ est falsum, & aliud est dubiũ. Nã si venter est vacuus, ꝙ cohæres institutus extraneus non sit hæres in solidũ, sed pro quarta, hoc est cõtra tex. expresse in l. illud. ver. idem in extraneo. ff. si pars hære. pe. & de rõne decidẽdi videbis per Bar. vbi tangã in §. suũ. Secũdum, dũ gl. dicit, ꝙ si venter est plenus, & est vnus duntaxat in vtero, hæres extraneus nõ efficitẽ hæres, nisi pro quarta parte. aduerte, quia contrariũ dicit glo. super verbo, attestatos. vbi vult, ꝙ sit hæres pro dimidia. Et hanc glo. reprehendit hic Pau. de Ca. qui solus tãgit hũc casum, cuius dicta referemus plenius in §. suũ. j. eo. ¶ In glo. super verbo, obstetrices. ibi: vt pote familiares &c. Ista ratio non est vera, quia possunt esse obstetrices, quæ non sint familiares & domesticæ, & tamẽ pretextu peritię artis possunt iudicare, secũdùm doct. hic. Vtrum autem, qui deponunt de peritia artis, debeãt iurare, & quomodo, tãgit hic Ang. & Mod. & est cõis conclusio, ꝙ debent iurare, & de credulitate: super quo vide plene Bar. in j. cõstitutione Digestorũ. & in l. j. in princip. ff. de ven. inspi. & Io. An. in c. fraternitatis. de frigi. & ma. & plenissime scripsi post d. Ant. in c. ꝓposuisti.[a] de proba. vbi addidi quædã notabilia, quæ modo retuli in voce, quæ poteris videre ibi scripta. Ad materiam adde oĩno Bar. in l. si semel. C. de re mili. lib. xij. Et vtrũ requirantẽ plures periti, vel sufficiat vnus, vide in loco alle. in prima constitutione. & in l. j. in fin. de ver. obl. per Bar. & Mod. Et vtrũ reddenti causam, quia est peritus in arte, vel quia est artifex, credatẽ de ista qualitate, si aliter nõ constat: hoc tangit Bal. in tit. de notis feudorũ. & est singulare verbum, q̃d ego retuli in d. c. proposuisti. ¶ In gl. quid si ipse. ibi. s. non esse prægnantem. Hæc lec. approbatẽ cõiter, & tñ si bene respicias ad tex. nõ viderẽ esse de intẽtione literæ, maxime quia saluãdo istã lect. est opus subauditione ejus, de quo non est facta mẽtio in isto §. Sed si teneas, ꝙ iste ver. intelligatur de eo, qui putat mulierem esse pręgnãtem: nõ est opus subauditione, sed determinatur idẽ casus mutatis personis. Dixerat em̃ primò in ver. q̃d dicitur, ꝙ si mulier dicat se pręgnãtem, vel obstetrices, tũc non potest adiri hæreditas, intellige cõcurrente opi. heredis, quod apparet ex verbo, solus, posito in isto ver. Et etiã si fama cõis esset, ꝙ esset p̄gnans, vel obstetrices hoc dicerent, licet hæres putaret cõtrariũ, non posset adire, vt hic dicitẽ in gl. seq. & bene. Modo quæritẽ in isto ver. quid si solus hęres putet mulierẽ esse p̄gnantẽ, vtrũ possit adire? Et respõdet ꝙ nõ, q̃a sua opinio sibi pręiudicat. & hoc est verũ, vbi solus hæres putat esse prægnãtem, nec est aliq̃s alius, qui cõtrarium opinetẽ. Vbi aũt fama esset in cõtrariũ. s. ꝙ mulier nõ esset p̄gnãs, tunc põt hæres adhærere cõi opi. & omittẽdo suam adire: q̃d nõ cõtingit, neq; põt contingere, q̃n solus hęres putat esse p̄gnantẽ, & nõ est fama neq; opinio in contrariũ. Ratio differẽtiæ est, q̃a vbi non est fama in op. nullã habet causam iustã hæres, ex qua possit variare, & pręsumatur mutatio volũtatis: & dato ꝙ vellet mutare volutatẽ, adhuc nõ possit adire, nisi cõcurreret opi. aliorũ cum sua, vt dicit hic gl. Sed quãdo fama est in contrariũ, potest ꝓbabiliter credi, ꝙ hæres mutauerit opinionẽ, sequendo famam, quæ est fortior opinione sua, maxime si tempore quo erat in hac opinione, ignorabat hanc famã, quã postea sciuit. Hoc em̃ casu superueniẽte iusta causa, præsumitur mutatio opinionis, & cõcurrit cum opinione sua fama cõis: & sic nihil est, q̃d impediat, q̃n verè mulier nõ est pręgnans. Pro ista differentia adduco tibi not. glos. quam ibi declarat Bar. in l. ij. §. q̃d obseruari. C. de iura. calũ. vbi gl. dicit, ꝙ qui semel respõdit positionibus, non potest amplius interrogari, quia præsumitur esse in eadẽ opinione, vt ibi per doct. nisi post aperturã testiũ noua causa superueniat, propter quam ꝓbabiliter possit credi, ꝙ mutet opinionẽ. Ideo forte possumus restringere verbũ, sed ex multorum opinione, quãdo hæres qui putabat primò mulierẽ esse p̄gnantem, non habebat notitiã famæ, de qua postea didicit, vt sic stem⁹ simpliciter in terminis ill⁹ gl. Et ista lect. videtur accommodatior textui, secundùm quam non est opus subauditione: quia ex cõtinuatione ad ver. p̄cedẽ. satis apparet, vel videtur expressum in ver. quid si ipse solus putet hoc. s. ꝙ sit p̄gnans: quia tamẽ expositio gl. cõmuniter approbatẽ, illa est sequẽda: & secũdùm illã expositionem expone tex. in ver. si dupliciter. sicut exponitẽ in gl. seq. Sed cõtra intellectũ meum viderẽ facere: quia si litera est negatiua in tex. vt ego habeo, sensus erit iste, ꝙ si hęres nõ iustis rationib⁹ putat, non põt adire: & sic viderẽ colligi à cõtrario sensu, ꝙ si putaret iustis rationibus, posset adire: quod est absurdũ, nam plus debet impedire aditionẽ opinio mota iustis rationib⁹, q̄ ea quę est causata ex iniustis. Sed ad hoc rñdetur, ꝙ non est sumendũ argumẽtũ à cõtrario sensu: maxime q̃a s. in prĩ. §. fuit dictũ cõtrariũ, ꝙ qui dubitat ex dicto mulieris, vel obstetricũ, siue putat, non põt adire. Sed maxime nõ est sumẽdum, quia sequereẽ absurdũ, vt dixi. & plene no. in l. omnes populi. & in c. cum apostolica. de his quę fi. à p̄la. per d. Ant. & alios. Si autem est in tex. litera affirmatiua, si iustis rationibus &c. adhuc non videtur posse sumi argumen. à contrario sensu: quia dato quòd hæres si iustis rationibus putaret mulierem esse pręgnãtem, non potest adire: vt probatur secundùm Mod. in ver. sed si ipsa mulier. ibi: per contrarium &c. & est rationabile, quia si putat mulierẽ prægnantem, ignorat sibi esse delatã hereditatem, ergo non potest adire: vt l. siis ad quem. s. eod. & per gl. in l. is potest. Sed ad hoc similiter est dicendum, vt primò,

[a] ¶ In c. proposuisti. Et ibidem vide late Fel. in ij. colũ. in ver. vl. & adde Bal. in l. vij. mense. s. de statu ho. & quod ibi dixi in apo. & Fely. & aliq̃d in c. causam. e. tit. in iij. not.

quòd nõ debet sumi arg. à contrario sensu, maxime cõtra dispositionẽ legis, vt modo dixi. ¶ In glos. in verbo, proficit. ibi: tria concurrere &c. Imo. dicit, & bene, ꝙ aut hęres putat mulierem non esse prægnantem, motus iustis rationibus, de quibus dicit aliquid in prin. ver. quod dicitur. & nulla fama est in contrariũ. Vel cõmunis opi. poterit adire, licet fama cũ opinione sua nõ cõcurrat: qđ satis probatur in prin. ver. ꝙ dicit. Aut contra opi. hęredis est fama cõmunis, & non poterit adire. & ita intellige gl. tuã. ¶ In gl. super verbo, sed si ipsa mulier &c. Attende diligẽter, quia gloss. vult, quòd mulier tunc possit adire, si scit se non esse prægnãtẽ, quãdo fama nõ esset contra eã ꝙ esset prægnãs, secundùm Azo. Sed Bar. hic, & cõmuniter Mod. intelligũt simpliciter hunc tex. pro quibus facit l. cùm falsum. j. eo. & l. nec is. in princ. s. eo. † Et secundùm hunc intellectũ colligit Bar. ar. ꝙ si syndicus tenet denunciare maleficium, etiam si scit cõmissum à seipso,[a] non tenebit denunciare, si scit se esse innocẽtẽ, quãuis in cõtrariũ sit publica fama. Rapha. Cu. hic, vt refert d. me. intelligit Bar. idẽ sentire, quando hęres sciret muliere nõ esse pręgnãtẽ aliter, quàm ex facto suo. Ideo infert ad q. præmissam, ꝙ si syndicus scit maleficium non esse cõmissum à viro, qui est diffamatus, non tenetur denũciare maleficiũ: & ita dicit tenere Bar. licet multi aliter intelligant. D. me. hic dicit, ꝙ alij melius intelligunt, quia Bar. non loquit, nisi qñ quis est certus per factũ propriũ. Vñ quando esset certus, sed de facto alieno, nõ habet locũ iste ver. secundùm eum, adducit tex. cum gl. s. in ver. quid si ipse solus putat &c. Sed parcat mihi, ille ver. non obstat: nã ibi non loquitur de vera sciẽtia, sed de opinione probabili cõfirmata ex fama, quę nõ est proprie sciẽtia, vt j. dicã. Et si respicimus ad ll. loquẽtes de materia aditionis, probabilior videt opi. d. Raph. quia l. cùm falsum. s. alle. & similes, non requirunt, ꝙ aliquis habeat certitudinẽ ex facto ꝓprio, dũmodo certus sit hæres, ꝙ testamẽtũ nõ sit falsum: & maxime tex. in l. nec is. in prin. s. e. & in §. fi. istius l. Vnde Bar. dicit in l. is potest. in ij. q. prin. circa practicã. ꝙ satis est, ꝙ hæres sit certus testamentũ esse factũ, quia habet illud penes se in forma publica. Istæ tamen leges loquunt, vbi per factũ hęredis non agit de pręiudicio tertij. Sed in casu syndici denunciantis nõ est ita: quia si denũciat aliquẽ esse infamatũ de crimine, poterit formari cõtra eũ inquisitio, & procedit etiã ad capturã. vñ afficiet grãdi præiudicio: ideo æquius videret, ꝙ isto casu propter officiũ publicum teneret denũciare, ex quo necessitas officij ad hoc vrget. Sed tamen posset dici, ꝙ si fama potest sperni, vbi non agit de alteri⁹ præiudicio, multomagis vbi præiudicaretur alteri. s. inquisito, maxime quia syndicus vellet testificari de veritate, tẽpore denũciationis: iudex non teneret eũ admittere, quia de veritate criminis debet inqri ad merita causæ, & post rñsionẽ factã inquisitioni. c. qualiter & qñ. §. debet. de accu. Vnde forte opi. Raph. videt posse sustẽtari, licet d. m. hic teneat op. Nõ ob. ꝙ syndicus tenet denũciare maleficium, licet nõ sit punibile, secundùm Bar. in l. fi. §. diuus. j. de pub. quia hoc est, quia cognoscere vtrũ maleficiũ sit punibile, vel nõ, pertinet ad iudicem, non ad syndicũ. vñ nõ est simile. & tene menti, quia ista quæstio est valde noua in sua materia. Et quia iste text. iũcto prin. & ver. qđ dicitur. probat, ꝙ in materia aditionis hæreditatis verbũ, scientia, capit pro vehemẽti opinione, & pro eo quod habet per famã: debes scire, ꝙ ista dicitur improprie sciẽtia: nam illud dicimur ꝓprie scire, quod ex sensibus nostris percipimus, secundùm Bar. & bene in l. j. ff. de inter. act. † Vñ potest ꝓbabiliter dubitari, nũquid qñ imponitur pœna scienter faciẽti aliqd, sufficiat ista sciẽtia per famã. Super quo Bald. sing. dicit in l. j. C. de his qui lat. ꝙ aut per leges vel statutũ imponitur pœna corporalis, in qua lata culpa nõ æquiparat dolo: & tũc non sufficit scientia per famam, quasi sentiat ꝙ scientia per famam causet culpam, & non dolũ. Aut statutum imponit aliam pœnã. & tunc sufficiat sciẽtia per famã. pro quo mẽbro est casus no. in c. illud. de cleri. excõ. mi. vbi tex. dicit, ꝙ ille qui celebrat, existens excõmunicatus, non est omnino culpabilis, si hanc sententiã habet per solam famã: quæ verba nõ possunt aliud dicere, nisi quòd non est in dolo. Secundum mẽbrum probatur ibi: quia qui habet scientiam per famam, incurrit irregularitatẽ. idem probatur in c. cùm desideres. §. secundæ q. extrà, de sen. excõ. bene facit quod not. glo. in c. j. de postu. præ. Vnde dicũt Arch. & Io. And. in c. felicis. ver. quapropter. de pœ. in vj. ꝙ etiam quando pœna infertur ipso iure, hoc est verũ, ꝙ sufficit scientia per famã: sicut videntur probare iura præalleg. quæ loquunt in pœna quæ infligitur ipso iure. ¶ † Sed quæritur, quid si factum dicitur esse notorium, vtrum pręsumatur scientia certa, ex qua quis possit puniri tã quam dolosus? Glos. videtur dicere quòd sic, & Bar. eam sequitur in l. j. ff. de recepta. Sed illa gl. põt restringi, vbi nõ imponitur pœna corporis, in qua requiritur dolus: nam si requireret dol⁹, Bar. videtur determinare cõtrariũ in l. omnes. la iij. C. de digni. & An. l. i. xj. vbi dicit, ꝙ quãdo est notoriũ aliquẽ esse bannitum, receptans eũ potest puniri, quia est in culpa: & sic videtur, ꝙ non possit puniri ratione doli, nisi probaretur ꝙ fuit præsens actui, qui dicitur esse notorius: qđ an sit verũ, non determino nũc, sed vide ad materiam bonum tex. xxxij. dist. c. nullus. & in c. fi. de coha. cle. & mu. Scias etiam, ꝙ vbi requiritur notitia certa & indubitata, vel vbicunq; scientia succedit loco ꝓtestationis, quæ debet fieri à parte solenniter, & aut. quia pars debet docere id quod protestatur, non sufficit scientia per famã. Primum tenet gl. no. in c. cupiẽtes. in prin. in verbo, notitiam. de elec. in vj. Secundum in cle. causam. in verbo, plena scientia. eo. ti. Dicit tamẽ glo. in d. c. cupientes. ꝙ etiam vbi requiritur certa & indubitata notitia, sufficit ꝙ fiat fides per aliquos bonos viros, qui affirment ꝓ certo hoc esse verum. Et aduerte, quia glos. no. in l. liberorum. §. j. de his qui not. infa. vult vnum in ista materia, quod est mirabile. s. quod licet lata culpa non æquiparetur dolo, quando infertur infamia per sententiam. l. iij. in fi. cũ l. seq. de susp. tu. Secus tñ est, vbi infertur ipso iure. Contrariũ videtur sentire glos. no. in l. fi. ff. quod quisq; iu. & illam credo veriorẽ: quod nõ ꝓsequor nunc, quia non est nostra materia. Item aduerte, quia inquãtum s. diximus, ꝙ illa opinio videbat æquior, ꝙ syndicus nõ teneretur denũciare maleficiũ, quod scit non esse cõmissum, per rationem s. alle. illa ratio nõ videtur sufficiẽs: quia argu. à fortiori per istas leges posset procedere, quando essemus in casu istarum legum, videlicet ꝙ per sciẽtiam propriã sperneretur fama ad sui cõmodum, & non ad alterius præiudiciũ. hoc em̃ casu bene posset argui, vt dixi, si posset sperni ad sui commodũ. ergo multo fortius ne tertius indebitè vexet: quia fortior est causa dãni vitandi, q̃ lucri captãdi. l. fi. C. de codi. l. fi. §. & si pręfatã. vel §. licẽtiam. C. de iure delibe. Sed qñ spernatur fama per scientiã priuatã ad p̃iudiciũ alterius, sicut videt esse in casu nostro. i. in p̃iudiciũ reipu. cuius interest puniri crimina, & cõsequenter cognoscere super criminibus: tũc non videtur, ꝙ per scientiam priuati possit reipub. p̃iudicari: ar. l. iuris. §. si paciscar. de pac. & quod ponit Bar. post Dy. in l. j. §. vsque adeo. ff. de iniu. & ad minus nõ est eadẽ ratio in isto casu, quæ est in casu legũ nostrarũ. Ideo sup hoc videt distinguẽdum, ꝙ aut statutũ arctat syndicũ ad denũciandũ maleficium simpliciter: aut arctat eũ ad denunciandũ maleficium, de quo est fama. Primo casu, si scit maleficiũ non esse cõmissum, vel non esse cõmissum ab illo quẽ vult denũciare: videt ꝙ nõ teneatur denũciare, quia statutũ loquit de maleficio, & hoc nõ est maleficiũ. Vñ si aliquis nõ denunciat eũ qui occidit ad sui defensionem, vel non denũciat aliquẽ contra quem est fama, quia scit eum non deliquisse, sed alium, non incidet in pœnam statuti. Ita solenniter Bald. in l. data opera. in ij. char. C. qui accu. non pos. non enim cõueniunt verba statuti, si nõ est maleficium, ergo nec dispositio. l. non putabit. §. nõ quæuis. de contrata. cum simi. & ponit exemplum Bal. de eo qui occidit ad sui defensionẽ. Sed idem est in secũdo casu, quẽ s. dixi: quia qui nõ cõmisit delictũ, nõ est malefactor, per eandẽ rationem. Aduerte tamẽ, quia si iudex vellet cõdemnare syndicũ, quia nõ denũciauit intra tẽpus, syndic⁹ haberet ꝓbare ꝙ nõ esset maleficium, vel ꝙ iste nõ fuit malefactor: aliàs cõdemnaretur, nõ em̃ posset aliter ꝓbare se scire ꝙ hoc non esset maleficiũ, vel ꝙ iste non esset malefactor. Secũdo casu. i. qñ statutũ non arctat syndicũ ad denũciandũ maleficiũ simpliciter, sed maleficiũ, de quo est fama, sicut ponit terminos Bar. credo veram opi. d. m. ꝙ syndic⁹ stãte fama teneat denũciare, licet sciat veritatẽ esse in oppositũ: quia ad esse denũciationis statutũ nõ requirit hoc maleficiũ esse cõmissum, sed esse famam de maleficio. Vnde cùm sumus in casu statuti, nõ potest syndic⁹ omittere denũciationẽ, quæ est ordinata, ad ꝓcedẽdũ super crimẽ: secũdùm Bar. in l. fi. §. diuus. de public. quem refert hic d. me. nam per hanc omissionem impediret cognitionẽ delicti propter conscientiam propriam, & sic quodammodo ex scientia sua purgaret diffamatum de crimine: quod facere non potest quo ad impediendum processum, secũdùm Bal. eleganter in l. j. circa medium. C. communia de le. etiamsi sit ille qui est offensus, licet testimonium offensi valeat, ad hoc vt reus non possit torqueri, & alio non probato debeat absolui, secundùm Baldum in l. diuus. ff. ad Syl. quem tex. singulariter notat ad hoc. Et ad præmissa adde, quòd quando syndicus tenetur denunciare maleficium sub pœna ex forma statuti, nõ tenetur denunciare seipsum, si deliquit: ita refert Petrus in c. j. de constitutionibus. charta vigesimasecũda. fuisse dispu

tatum

[a] ¶ A seipso. De quo vide per Fely. in c. sunt olim. in j. col. in ver. vtrũ autem. de accu.

tatum Bononiæ, & decisum. Pro quo bene facit, quod tradit hic do.me. adducens Bartol. in l. diuus. in fi. de cu. reo.

Suum. Lex est certa de omni eo quod est incertū natura, sed non de eo quod futurum est. Ideo si venter est vacuus, qui putatur prægnās, lex facit suum hæredem insolidum. si autē vsus solus est in ventre, facit eū heredem pro dimidia. h.d. Secunda ibi: quid si vnum. ☞Tertia ibi: nō ex. Quarta ibi: vt Iul. putat. ¶ †Primò not. quòd vbi in acquisitione hæreditatis non debet cōcurrere animus, cui acquiritur, non attēditur eius opinio: imo cōtra eius opinionē acquiritur hereditas, vt patet ibi: & si putet prægnantē &c. Secus in eo qui per opin. suam haberet acquirere hęreditatē: quia si putaret mulierē esse pręgnantē, non posset eam acquirere: vt patet in §. pe. ver. siue igitur. ¶ Secūdò not. in ver. quid si vnū. ꝙ in exēplificando hūc secūdum casum iurisconsultus presupponit vel succedit defuncto ab intestato, vel posthumum esse institutum, & hoc non sine ministerio: quia si esset exheredatus suus natus, esset hæres insolidū, non pro parte. Si autē posthumus esset præteritus, tunc natus suus non posset adire, ex quo posthumus est in ventre: & ideo hic tacite est casus contra glo. quę dicit oppo. inferius in glo. magna, quā communiter doc. reprehēdunt, vt ibi dicam. ¶ Tertiò no. in ver. non ex quarta. vt Iul. putat &c. iuncta gloss. ꝙ opinio Iul. videtur approbari, nec potest ex alia causa, nisi quia ponitur pro vltima: vt dicit gl. in l. qui filiū. §. Sabini. j. ad Treb. & est tex. quę ibi no. Barto. in l. bona fides. ff. deposi. Doct. tamē hic cōmuniter tenent op. quia ratio assignata hic per iuriscōsultū in cōtrariū bene cōcludit, vt dicemus in gl. Et hoc tenendo possumus limitare d. gl. in §. Sabini. vt dicamus illud esse verū, nisi opinio prius relata sit rationabilior: qđ semper tene mēti. ¶ In gl. in verbo, suum. ibi: sed certe verū est. Glo. soluit optimè istud contrarium: quia propriè ista differētia oritur ex his duabus qualitatibus. s. ꝙ aliquis sit suus vel extraneus: nā alia differētia, quā hic tāgit Paulus, nō oritur ex his duabus qualitatibus, sed ex æqualitate vel inæqualitate graduum: quia suus natus semper est in æquali gradu cum posthumo: sed extraneus non semper. Vnde si sit in æquali gradu, potest adire, & efficitur hæres insolidum vt suus, vacuo ventre. l. illud. ff. si pars hære. pe. Si verò sit in gradu inferiori, & putet ventrem esse prægnantem, licet non sit, non potest adire: vt in §. præce. ¶ In glo. super verbo, post certū tēpus. Aduerte, quia iuriscōsultus in isto respōso hic clarè sentit, quòd infra xj. dies, infra quos potest multiplicari conceptus, filius natus nō fit hæres pro dimidia, sed ꝑ quarta parte, quia non est certū in rerū natura, quot sint concipiendi vel generādi: & isto casu pōt esse vera sentētia Iuli. vt etiā hic clare ponit Bar. Sed dubitatur pro declaratione glossę de duobus. Primò, quia text. in l. antiquę. dicit, ꝙ reperitur editus esse partus post xl. dies, non in xl. vt dicit glo. Sed potest saluari secundùm Imo. vt intelligamus partum posse edi paucis diebus, post xl. diē, vt dictio, post, intelligatur incontinēti, vel cū paruo interuallo. l. quorū. §. fi. š. de hære. insti. & tāgit Bar. in l. fruct⁹. suprà, so. ma. Secūdò dicit hic Pau. de Cast. glo. intelligere, ꝙ intra diem xl. partus possit multiplicari conceptus ex noua generatione, siue ex nouo actu generandi: cùm em̄ posthumus secūdùm naturā possit stare in vētre certo tēpore, & nō vltra. l. intestato. §. ꝙ decē. j. de suis & leg. in aut. de resti. & ea quæ pa. §. vnde partus. qui nascitur post primo editum, de necessitate diuerso tēpore conceptus est, intellige licet doct. non dicant, quando fuit retentus in vtero vsqꝫ ad tēpus perfectū, quo retineri poterat. Sed d. Pau. dicit hunc intellectū glo. non esse bonū: quia text. præsupponit, ꝙ post partum conceptū testator mortuus est: quod si esset verum, esset admittendū. Sed non video, quomodo hoc exprimatur in tex. Ipse tamen dicit text. esse intelligendū, ꝙ ex isto conceptu intra xl. dies possunt successiue formari plures, & dicit recepisse à medicis, qui retulerunt sibi ꝙ masculus formetur vsqꝫ ad xl. fœmina vero vsqꝫ ad diem xl. Veruntamen aduerte: quia si sic esset, tex. in l. antiquæ. non debuit ponere terminū xl. dierū, vt ponunt ipsi: sed in masculo lx. diē, in fœmina vero xl. diē. Vnde plus placet expositio Io. & glos. ¶ In glo. super verbo, ex dimidia. ibi: quę ibi reprobatur. Glossator noster, & hic, & in alio verbo seq. dū dicit, & huic statur in effectu. vult, ꝙ quādo vēter est vacuus, suus natus nō fit hæres pro dimidia, sed pro quarta tm̄: & ita videt dicere iuriscōsultus in d. l. antiquæ. in fi. Sed cōtra istam opi. tenent cōmuniter hic doc. videlicet ꝙ reuera filius suus est hæres ꝑ dimidia, etiā ante posthumū natū. Et ad l. antiquę. respondent, ꝙ ille tex. non respicit essentiam hæredis, sed potius exercitiū agēdi in iudicio pro hęreditate: qđ patet, secūdùm Bar. hic, quia illa lex ponitur in tit. si pars hære. pet. vñ in dubio debet intelligi secūdùm subiectā materiā. l. si vno. ff. loca. l. impetratores. de in diē adi. cū si. Tex. autē noster, & opinio Pō. loquitur respectu ipsius existentiæ hæredis, quæ inuenitur etiā vera in dimidia, licet à quarta vsqꝫ ad dimidiā propter incertitudinem nō posset deduci in iudicio. Et licet ista solu. Bar. quæ approbatur communiter, sit multū colorata, & fundet etiā ratione, vt j. dicet in eadē glos. tamē ꝙ ista cōcord. inter Iul. & Pomp. fuerit de mente iurisconsulti, hoc non videtur esse verum. Moueor primò per tex. in l. si pater. ff. de sol. vbi iurisconsultus dicit, ꝙ filius natus egit insolidum, cùm esset incertum, vtrum venter esset plenus, vel non. & fuit lata sententia contra eū super totū: vnde quęrebatur, vtrū si postea reperiat venter vacuus, obstet exceptio rei iudicatæ filio in totum, vel in parte. & ibi dicitur, quòd obstat exceptio pro quarta parte, pro qua fuit hæres interim. Sed hoc esset falsum, si vacuo ventre interim filius esset hæres insolidū: quia ex quo deduxit ius, quod sibi competebat tēpore iudicij cœpti, licet vltra quartā partē posset repelli ratione incertitudinis, quia nō erat certū reliquū sibi deberi: ex quo tamē exceptio nō fuit opposita, cui dubiū, ꝙ etiā super illo iure deberet sibi obstare exceptio rei iudicatę: iuxta l. cùm quæritur. & l. cùm de hoc. ff. de excep. rei iudi. Et hoc est quod dicit ibi Iul. iurisconsultus, ꝙ nō obstat exceptio, quia non fuit heres, nisi pro quarta. Et sic patet manifestè, quòd scientia Iuliani fuit, siue venter sit prægnās, siue vacuus, ꝙ filius natus non est hæres interim, nisi pro quarta parte, licet glo. hic dixerit Iul. aliter sensisse, quando venter est vacuus, & non bene. Præterea si Iul. intellexit, ꝙ filius nō est hæres, nisi pro quarta, quo ad petitionē, non fuisset contrarius alteri iuriscōsulto. Cuius contrariū dicit hic in ver. non ex quarta. vt Iul. no. Dicamus ergo sol. Bar. esse veram in se, sed non esse de mente Iul. Et quòd dictum Pompo. sit verum, vt communiter tenent hic docto. probatur ratione manifesta: quia si filius est hæres insolidū, quādo venter est vacuus, vt fatētur omnes: & est casus in d. l. illud. & in l. intestato. §. vtiqꝫ. j. de su. & legi. eadem ratione quando venter non est vacu⁹, & habet vnū dūtaxat, debebit dici, ꝙ sit hęres pro dimidia: qa qua ratione per legē efficitur hæres insolidū ipso ignorāte: vt dicit in d. §. vtique. eadem ratione lex potest eum facere hæredē in dimidia. Nec est bona ratio diuersitatis, quam assignat hic gl. nostra. s. ꝙ facili⁹ possumus scire, an venter sit prægnans, vel non, quàm scire quot sint in ventre: nam ista differentia posset habere locū, secundùm doc. & bene, in scientia hominis: sed in sciētia legis, quæ semper est certa de eo quod est in rerū natura. l. sed & si restituat. §. fi. ff. de iu. ista differētia est inanis. Iuriscōsulti ergo, qui reprobant opi. Iul. quādo venter est vacuus, de necessitate, videntur eā reprobare, qñ vnus est in ventre, & agit de acquisitione dimidię. Sed cōtra sol. Bar. quæ approbatur ab oībus, videt tex. in l. j. in fi. ff. si pars hære. pe. vbi dicit expresse, ꝙ quādo propter nascituros heres nat⁹ reddit incertus, ex qua parte vocetur, potest petere partē hæreditatis incertam. & in fine generaliter hoc confirmat in omni casu, in quo causaretur incertitudo partis hæredis. Sed saluando dicta Bart. dicas, ꝙ aut hæres vult petere in confuso partē incertā, dicendo me declarari hæredem ex ea parte, de qua post natiuitatē posthumorū aparebit: & tunc procedit ista petitio, vt est casus in d. loco secūdùm veram lec. quæ ponitur ibi in glo. tertio loco. Aut hæres vult incertā partem petere tanquam certam: verbi gratia, qa agit pro dimidia, acsi vnus esset in vētre, vel ad solidū, acsi esset vacuus: & tunc nō procedit petitio, quia petit incertū tanqꝫ certum. Ita probat tex. expresse in l. sed si restituatur. §. fi. ff. de iud. quæ est optima lex, & isto modo intellige sol. Bar. Sed quærit pro pfecta declaratione materiæ, quid in hærede extraneo instituto pro parte, quādo vnus est in ventre dūtaxat. Super hoc gloss. in §. quod dicitur. variant, nam vna dicit, ꝙ admittit pro dimidia: alia ꝙ pro quarta tantum. Primā opinionē tenent Mo. hic, & etiā Pau. de Cast. diffusius, in §. quod dicit. in fi. commēti. Fundamentū eorū videtur esse, quia à quarta vsqꝫ ad dimidā, ex quo nō est in vētre, nisi vnus, accrescit sibi portio: inuito ergo & ignoranti. quòd accrescat inuito, sunt multa iura. l. si duo. l. si quis hæres. j. e. quòd ignorāti, probat per l. qui potest. ff. de reg. iur. Sed istud dictū habet dubitationē: quia portio à quarta vsqꝫ ad dimidiā nato vno posthumo, habito respectu ad volūtatem testatoris, non deferetur ex iure accrescēdi, sed potius ex expressā dispositione istius: nō em̄ fuit vocatus iste in portione deficientis, sed ad incertam petitionē, quæ declarabit ex numero liberorū nascentiū. Et videtur ista potius quędā cōditionalis institutio, vt videat institutus in dimidia, si nascetur vnus. Ergo videt, ꝙ pendēte conditione, quæ potest deficere, hæres nō admittat ad illam partē. l. j. §. sin autē. C. de cadu. tol. & videbis in l. cùm hæres. j. eo. Sed potest dici, ꝙ ista institutio non est conditionalis: quia si esset cōditionalis, impediret adire hęreditatē, cùm non sit delata. l. is qui hæres. š. eo. quod est cōtra l. illud. in fine. si pars hær. pe. Dicamus ergo, ꝙ ista portio defertur potius per ius accrescendi, sicut videt dicere tex. in l. antiquę. in fin. cū l. seq. ff. si pars hære. pe. videtur em̄ vocatus hęres ad dimidiam, non nascentibus pluribus, nisi vno. Et sic quodammodo accipit hanc partem per ius accrescendi. quod tamen non potest dici proprie per ius accrescendi, ex quo vocat ad hanc partem ex dispositione expressa testatoris: sed accipit ista dispositio naturam iuris accrescendi, quia eius loco subrogata est: & si non fuisset expressa dispositio testatoris, sed hæres expresse esset institutus in quarta, adhuc veniret iste per ius accrescendi, sed non ad totā dimidiā, quia concurreret secum posthumus. Vnde nō est mirum, si ex ista dispositione acquiritur ista dimidia hæredi ignorāti: quia in hoc sapit naturā iuris accrescendi: arg. eorū quæ habentur in l. qui patri. & in l. qui ex duabus. §. j. j. eo. & quod ibi dicetur. & aliquid tetigi in l. si quis extraneus. in fi. š. eo. Et aduerte diligenter vt modo dixi: quia à quarta vsque ad dimidiā non possumus dicere, ꝙ extraneus vocetur proprie per ius accrescendi: quia si vocaretur proprie per ius accrescendi, ista portio quæ est à quarta vsqꝫ ad dimidiam, posthumo adeunte pro dimidia non accresceret tota huic extraneo, sed posthumo, & sibi pro rata portionū suarum. l. j. §. his ita. C. de cad. tol. Ideo dixit, ꝙ ista portio capitur ex voluntate testatoris expressa, quæ assumit naturam iuris accrescendi. ¶ In ea. glo. ibi: cū emācipato &c. Declarando glos. tuam dicas, quòd hodie de

iure nouissimo, cùm emãcipat⁹ succedat ad simili tudinē suorū. l. meminim⁹. in fi. C. de legi. hære. in aut. de hęr. q̄ ab intest. §. nullā verò. emãcipat⁹ poterit adire de iure ciuili, si venit ab intestato pariter cū posthumo. Et aduerte diligēter, q̄a Bart. vult, ꝙ acquirat̄ sibi hæreditas tanquā suo, de iure nouissimo tenet hoc: sed dicit, ꝙ acquirit per aditionem, nihil tamē allegat. Sed de ista q. vtrū emancipatus habeat hodie ius suitatis, dicem⁹ vbi Bar. tangit in l. venter. j. eo. Secūdò debemus scire Pau. de Cast. ꝙ quia emãcipatus secūdùm ista iura nō poterat acqrere, nisi per bo. pos. nullo modo possit effici bo. pos. nisi pro quarta parte, quia iudex pro parte incerta nō decernet sibi bo. pos. Hodie autē cùm sufficiat sola agnitio corā iudice, bene acquiretur sibi vel totū, vel vsq; ad dimidiā, quia incertitudo nō impedit aditionē. l. si quis extraneus. §. fi. s. eo. ergo nec agnitionē, quæ est sibi similis. ¶ In ea gl. ibi: etiam si est grauida. Ista gl. reprehendit̄ communiter per omnes, & bene: quia licet ventre vacuo suus possit adire post humo prȩterito, vt in prin. §. nostri, si tamē venter non est vacuus, non potest adire, nec efficitur hæres suus. l. ventre. in prin. j. eo. & ibi dicemus. Nō obstat argumentum gl. quia si posthumus prȩteritus esset in ventre, & nasceret̄ ex testamento, suus natus nullo modo esset successurus, ideo interim impedit̄ eius aditio, licet ab intestato succederet vnà cum posthumo. Sed q̄n sumus in causa intestati, tūc suus qui est par in gradu posthumo, in oēm euentū est successurus, ex illo capite, ex quo vult adire posthumo adhuc non nato. Vn̄ ista nòn sunt similia.

Scientia. Sciētia filij instituti inspicitur, vt possit vel non possit adiri hæreditas: & certus ꝙ testamētum nō sit falsum, vel irritū, vel mixtū, potest adire, nō obstāte opi. in contrariū. h. d. vsq; in fi. ¶ In gl. super verbo, si contrà. ibi: l. si quis id quod. §. pen. & l. j. ff. de eo per quē fac. est. Gl. non soluit hoc cōtrarium: sed Dy. sol. quem sequit̄ Bar. & omnes, ꝙ hic factum substātiatur in p̄sona filij, vel serui, ideo inspicit̄ eius scientia. Sed in contrario inspicitur persona domini, qui mandauit aliquid illicitum: vnde ne maleficiū sit impunitum, attenditur ibi persona ipsius. Quæ sol. hic videt̄ inferre in effectu, quòd in cōtrario sit speciale, vt attendatur animus domino, licet delictū nō substantiet̄ in p̄sona sua. Sed potest dari sol. melior, quæ benè respōdebit ad id q̄d fuit dictum in primo casu. s. ꝙ hic factū substātiatur principaliter in persona filij, vel serui, vt ipsi dicūt. Sed in cōtrario ęque principaliter dicitur substantiari factū in persona mandātis, sicut facientis. Ideo non est mirū, si cuiusq; ipsorū animus inspicit̄ ad præiudicādum sibi: sicut videmus in pluribus delinquentibus. l. si in rixa. cum materia. ff. de sica. l. item mella. §. si plures. ff. ad l. Aquil. † Licet enim in maleficijs factum mandãtis accedat facto facientis, quia nō punit̄ mandãs pœna ordinaria[a] delicti, nisi sequat̄ factū, secundùm Bar. no. in l. nō solū. §. si mãdato. circa prin. de iniur. obligatio tamē nō accedit obligationi, imo vterq; eorum obligatur æque principaliter: vt subtiliter declarat Bar. i l. sed si vnus. §. seru⁹. in fi. ff. de iniur. & quia in d. l. agit̄ de pœna, & sic de effectu obligationis ad pœnā, vterq; dicit̄ principaliter delinquere. Debes em̄ scire, ꝙ aliquãdo reperitur casus, in quo solus dolus mãdantis non faceret eū puniri: & iste est, vbicūq; ad essentiam delicti requirit̄ dolus in faciente, vt in furto: tunc enim q̄a nō potest cōsiderari furtū, neq; falsum, vbi dolus non est in faciēte: impossibile est, ꝙ vel mandans vel præstans opem teneat̄, si faciēs non est in dolo, secūdùm Bar. in l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de fur. & in d. l. si quis id q̄d. Et q̄a Bart. hic & Mod. tangūt, vtrū sciētia tutoris sufficiat, vt hæreditas videat̄ delata pupillo. & cōcludunt ꝙ sic, per l. pupillus. s. e. ideo pro declaratione articuli dicas, ꝙ ista dicta possunt esse vera, quādo pupillus est proximus infantię: tunc em̄ inspicit̄ scientia tutoris, & non pupilli. Sed quando pupillus esset proximus pubertati, tūc videt̄ sufficere sola sciētia pupilli, & sola scientia tutoris, etiā si non seruauerit solēnia, quæ tenet̄ seruare, antequā administraret: ita dicit no. Bar. in l. qui duos. in prin. ff. de reb. du. Et licet loquat̄ ibi quo ad effectū transmittendi ius deliberãdi idem, tamē sine dubio est dicēdum, quo ad effectū, vt possit pupill⁹ adire autore tutore: q̄a illud posse adire non obligat pupillum aliquo modo, sed remouet impedimentū, & facit commoditatē pupillo, ꝙ possit id, quod prius non poterat: ergo pupillus solus est habilis ad hoc. §. sed neq;. Insti. de aut. tut. l. obligari. ff. de aut. tuto. vnde termini sunt omnino pares. Et aduerte: quia hanc distinctionem, quā facit Bar. in tutore, dicit similiter esse faciēdam in patre: quod est indubitanter verū, quādo ageremus de hæreditate aduētitia, in qua propter spem acquisitionis vsusfru. pater esset legitimus administrator: per Bar. in l. si infanti. C. de iure delib. tunc em̄ cùm habeat maiorē potestatem, quàm tutor, nō est mirū, si posset supplere scientiam pupilli. Sed quando hæreditas esset profectitia, quo casu non esset legitimus administrator, quia totū est sibi acquirendū, est maius dubiū, cùm nō repræsentet personam filij, sicut si esset legitimus administrator. Sed t\~n Mod. sentiunt, ꝙ idē est, & potest tolerari ista opinio: quia ex quo hæreditas non potest adiri sine eius iussu, videt̄ habere respectu illius hæreditatis quādam similitudinem legitimi administratoris.

HAeredi cum. Hęres extraneus institutus cū ventre ignorãs est hęres insolidum, si venter est vacuus. hoc dicit. Et aduerte propter ea quæ diximus in §. suum. quòd quando nullus est in ventre, hoc est valde rationabile, quòd acquiratur hęredi totum per ius accrescendi, ex quo nullus alius concurrit cum eo: sicut dicit Bal. in d. §. suum. vnde nō attenditur, ꝙ sit institutus in certa parte, ex quo in omnem euentum totum est habiturus, non existente posthumo in ventre: arg. l. cùm hæres. in fi. j. eo. Sed quando vnus esset in ventre, tunc est maior dubitatio: q̄a vsque ad dimidiam hæres non videtur vocari per ius accrescendi: nam si per illud ius vocaretur posthumus natus, concurrerent secum. Vnde dic super hoc vt diximus s. in d. §. suum &c. Areti.

SVMMARIVM.

1 Dictio, sed si, aduersatiua, etiam si sit posita sine copula, aduersat̄ quãdoque ad factum, & non ad ius.
2 Dictio, &, cùm ponit̄ inter duo incōpatibilia, resoluit̄ in alternatiuam.
3 Testis deponens de loco obscure vel incerte, vitiatur eius dictum.

HAeres institutus. Dubitans de vita testatoris, & ignorans an sit institutus purè, vel sub conditione, & incertus de conditione testatoris, non potest adire hæreditatem, nisi dubitatio non inducat impedimentùm actionis, in quocunq; extremorum, vel nisi possibilis sit aditio in quocunq; extremorum, de quo dubitatur. hoc dicit, vsque ad l. sed si de summa. ¶ † Primò nota. ibi: sed si sit &c. quòd aliquando dictio, sed si,[b] aduersatiua, etiam si sit posita sine copula, aduersat̄ ad factū, & non ad ius: nam hic ponitur diuersitas in facto, & idētitas in iure, quia vtroque casu non potest adiri hæreditas. regulariter tamen est contra, vt patet ex his quæ habentur in l. hoc amplius. §. de his. de dã. infec. & in l. sed si lege. in prin. de peti. hære. & per Bar. in l. qui vsufruc. de ver. ob. ¶ † Secundò no. ibi: & sub cōditione. quòd quando dictio, &, ponitur inter duo incompatibilia, resoluitur in alternatiuam: & hanc regulam ponit Bar. in l. si Titio vsusfru. ff. de vsufru. leg. per quem tex. dicit, ꝙ si constituo te procuratorem, & certum nuncium specialem, quia ista sunt simul incompatibilia, resoluitur copula in alternatiuā: de quo vide plenius per eum in l. si is qui ducēta. §. vtrū. ff. de reb. du. ¶ † Tertiò no. in l. quòd si dubitet. quòd ius adeundi est aliquid separatum ab hæreditate: nam competit ante aditam hæreditatem, & vocatur hic ius, licet aliqui dicant, quòd est mera facultas: de quo diximus in l. quandiu. s. e. ¶ † Vltimò Bar. hic per illū tex. determinat duas no. q. Prima est, quòd si nuncius refert citasse aliquem ad domum illum qui æqualiter habitabat, & æqualiter erat instructus in duabus domibus: quia in vna habitabat hyeme, in alia æstate: valet[c] citatio, nec dicitur relatio obscura, licet non dixerit ad quam domum citauerit: alleg. gloss. Ioan. And. in cle. causam. de elec. & alibi ipse dicit, quòd in terminis cle. Ioan. And. dicit verum: quia notificatio debet fieri ad domum, in qua cōsueuit habitare: vnde satis dicitur consuetus habitare in vtraque, ex quo aliquo tempore vnamquanque habitat. Sed citatio quæ fit de reo ad domum, debet fieri in reo vbi degit, id est habitat tempore citationis. Ideo videtur, quòd relatio esset obscura, si nō diceret ad domum, in qua nūc habitat. Ita refert ipse in l. e. iiij. §. prætor ait. ff. de dã. infec. Bal. simpliciter videt̄ tenere illam gl. in c. j. de mil. vas. qui cō. est. in vsi feu. vbi dicit, ꝙ est electio nuncij ad quam domum citet. Et hoc videtur placere domino meo hic, qui allegat Bal. in l. ab eo. C. quomodo & q̄n iu. mouet̄, quia nūcius referēdo se citasse ad domū, videtur intellexisse de domo, ad quā debebat citare, vt actus magis valeat, q̄ pereat. l. quoties. de reg. iur. cum si. & l. quoties. de reb.

a ¶ Pœna ordinaria. Adde Ang. in cōs. xiiij. inci. nos Carolus. &c. vbi dicit, ꝙ Assasin⁹ debet decapitari, etiam non secuto delicto, si peruenit ad actum proximum: tamen mandãs mitius punitur. i. in pecuniā punitur. Et adde, ꝙ mandãs tenetur etiam non secuto delicto, in casu cle. j. de pœnis. secundùm Car. post glo. ibi, & adde Flo. in l. liber homo. ad l. Aql. & Ang. Are. in trac. malefi. ver. mãdatorem. ꝙ extraordinarie si delictū est atrox, aliàs non.

b ¶ Sed si. Vide oīno Bar. in l. si pupilli. §. sed si nominis. ff. de nego. gest. & in l. sed si lege. in princ. de pe. hæ. & adde eundē Fran. Are. in l. j. §. illud. de acq. pos. & q̄d ibi dixi in apost.

c ¶ Valet citatio. Adde Bar. in fi. dubit. j. eod. in fi.

dereb.dub. Et iſta opinio eſt multũ æqua, ſed contra eã multum facit:
quia nũcius referendo eſt quodãmodo teſtis, vt habetur in l.j.§. qui ęs.
3 ff.de ſerũi.prę.vr.& c.cùm parati.de appel.†Sed quãdo teſtis deponit de
loco obſcurè vel incertè,dictũ eius vitiatur,ſecũdùm Bart.in loco alleg.
Vnde ſi dicat ſe audiuiſſe à maiori parte omniũ,nec adiungat huius ciui
tatis,vel locũ,eius dictũ eſt nullũ.Ergo videtur in caſu noſtro,& ſic vi-
detur vera opi.Bar.in d.§.prętor.ſuper quo ponemus tibi veritatem, in
lec.ſeq.Secũdò inducit iſtum text.ad q.ſi reperiẽ in actis, tali die fuit lis
cõteſta.vtrũ ſufficienter probetur litis cõteſt.nã cùm poſsit fieri per con
feſsionẽ,vel negationẽ.l.rẽ nouã.§.patroni.C.de iudi.& no.in c.dudum.
de elec.& in c.ex parte.de ver.ſigni.& in l.j.C.de litis cõteſt.iſta ſcriptu
ra videẽ eſſe obſcura,& ꝑ conſequẽs nõ probare litis cõte. Cõtrariũ dicit
ipſe hic,& in l.ſciendũ.in vlti.col.de ver. ob.maxime ꝑ iſtũ tex.quia ſi-
ue intelligam⁹,ꝙ ſit cõteſtata negãdo,ſiue cõfitendo,idẽ effect⁹ eſt,quo
ad valorẽ ſentẽtię:ergo nõ redditur ſcriptura incerta,vt hic,& l. Gallus.
§.ſi eius.cũ ibi no.in fi.ſ.de lib.& poſthu.Sed Bal. hic tenuit opp.dicens
ꝙ imo ex negatione & cõfeſsione poſſunt reſultare diuerſi effectus:quia
ex cõfeſsione condẽnabitur reus abſq; alia probatione.l.proinde.§.notã
dum.ff.ad leg. Aqui.Sed ex negatione nõ condẽnabitur niſi actor ꝓbet:
vt l.qui accuſare.C.de eden.Sed Io.de Imo. ſequitur Bart.& bene:quia
licet ex negatione & cõfeſsione oriãtur diuerſi effectus,quo ad modũ fe-
rẽdi ſententiã:nõ tamen oriuntur, quo ad validitatẽ ſententię : quia etiã
ſi iudex cõdẽnaret nulla probatione, valeret ſentẽtia, niſi error eſſet in
ea expreſſus:vt vidiſti in l.ſi is ad quẽ.ſ.eo. Et hãc opi.approbat hic do.
me.q. in l.q ſciendũ.in ſolẽni repe.remittit ſe ad ea q̃ hic ſcripſit Io.An.
in addi.Spec.in ti.de litis cõte.§.ij.verſi.quid autẽ.vbi Spec.tetigit q.di-
cit etiã ita ſeruari de facto.Hanc etiã approbat Hoſt. & ſequiẽ d.Ant.in
vltimis verbis in c.j.de litis cõteſt. Aduerte tñ,qa do.me.refert ſe vidiſſe
quandã apoſtillã Bal.ſuꝑ iſta l.qui aliter diſtinguit.Dicit enim,ꝙ aut li-
tis cõte.fuit facta corã iudice,& tũc ſemper valet ſentẽtia,quia iudex eſt
certus,qualiter fuit facta,ex quo facta fuit corã eo:ergo nõ debet ampli⁹
certificari:argu.c.eũ qui certus.de reg.iur.Sed hoc dictũ cũ reuerẽtia non
eſt verũ:quia licet iudex ſciret,ꝙ negãdo vel confitendo fuit facta litis
conte.nõ tamẽ crederẽ aſſertioni ſuę,nec antequã ferañ ſentẽtia,nec etiã
poſt,niſi tanq̃ vni teſti:vt clare per Bart.in l.ne in arbitris.§.j.C.de arbi.
& plene in c.cùm à nobis.extrà, de teſti. vnde niſi haberet poſt ſenten-
tiã aliũ conteſtẽ,iſta ſua aſſertio nõ eſſet ſufficiens. Aut lis fuit cõteſtata
corã alio: qđ potuit eſſe, vel qa ſtatutũ permittebat,vel quia ſucceſsit al
teri iudici in cognitione & inſtãtia:iuxta l.mortuo. & l. proponebatur.
ff.de iudi.& tũc aut lis fuit cõteſtata per confeſsionẽ,aut per negationẽ.
Primo caſu ſecundùm eũ,ex quo iudici non conſtitit de cõfeſsione,ſen-
tẽtia eſt nulla ipſo iure,quia conſtare debet,liquereq; prætori &c.l. hæc
autẽ.§.j.ff.qui.ex cau.in poſ.ea.tu vide text.quem ibi not.Bar.ad hoc in
l.ij.C.de eden.per quẽ dicit,ꝙ qñ iudex ſuccedit in cognitione, debet cõ
ſtare ꝙ acta ſint præſentata.Hoc dictũ in ſe eſt verum, ex quo per con-
feſsionẽ facta eſt litis cõteſtatio,quia nõ debet ignorare ea quæ ſunt ſub
ſtantialia iudiciorum,ſecũdùm Barto.qui hoc optime declarat in l.ij.§.
ſed & iudex.ff. de iudi.Si autem intellexit, quòd iudex viderit in actis
litem eſſe conteſtatam per ſcripturam notarij,non tamẽ ſciat vtrum per
confeſsionẽ vel negationẽ,hoc dictum non procederet,cũ reuerentia:qa
licet non conſtaret ſibi aliquid eſſe probatum cõtra reum,potuit tamen
valere ſententia,vt ſ.dixi,quæ eſt contra ius litigatoris.Sed tamẽ aduer-
te,antequã veniã ad tertiũ dictum : quia ipſe præſupponit, ꝙ ſaltẽ poſt
ſententiã latã poſsit conſtare, ꝙ lis fuit conteſtata per confeſsionẽ, aliàs
eſſet impoſsibile præſupponere vel intelligere,quomodo per confeſsio
nẽ ſit lis conteſtata.Sed ita intellexit. Aut conſtat,intellige,poſt ſenten-
tiam,ꝙ lis fuit cõteſtata per negationẽ,& valet ſententia ſecũdùm eum:
qa ex probationibus factis per actorẽ potuit cognoſcere de veritate cau
ſæ,& condemnare.& in hoc ſequitur opinionem communem. Tu autẽ
ſimpliciter ſequere dicta Bar.& Moder.& aduerte: quia Bar.licet aliquã
tulum obſcure in d.l.ſciendum. videtur ſentire,quòd ex actis ſequenti-
bus poſt illam ſcripturam poteſt declarari præſumptiuè,vtrum lis fue-
rit conteſtata ꝑ negationẽ vel cõfeſsionem: quia præcedentia declarant
ſequentia,& econtra.l.vtrum.de pe.hære.l.ſi ſeruus plurium.in fi.de le
ga.j.quid enim ſi reus in poſitionibus negauit id quod erat poſitum in
libello?Certe poſſumus ſatis præſumere,quòd eodem modo lis ſit con-
teſta.& idem forte eſſet,ſi actor petijſſet ſibi dari terminum ad proban-
dum,quòd non præſumeretur velle ſe onerare probationibus,ſi confeſ-
ſio fundaret intentionem ſuam,quæ eſt releuatio ab onere probandi.c.j.
de confeſſ.lib.vj. Et iſta ſufficiant , quo ad iſtam q. ¶Sed ad primam q.
quam ſ.tetigi,aduerte:nam licet Bar.in d.§.prætor.dicat quòd citatio iu
dicialis debet fieri ad domũ,vbi quis habitat tempore citationis:non ta-
men dicit,quid ſi fiat ſimpliciter,vt dixi,vtrum valeat,vel potius nõ va-
leat,quaſi obſcura.Hic tamen videtur ſentire,quòd ſi ad vtrãq; domum
non poſſet fieri citatio,non valeret.Mihi placet opinio domini mei,quã
ſ.retuli, quòd valeat.adduco principaliter ſingu.doc.Bald.qui hoc dicit
in l.ſcire oportet.la prima.de excu.tuto.vbi vult,ꝙ quia nuncius eſt pu-
blica ꝑſona, præſumitur ꝓ relatione ipſius. Vnde ſi referat ſe citaſſe ad
domum,valet citatio,quamuis nõ dicat ſe perquiſiuiſſe reum, & non in
ueniſſe. Similis quoq; in caſu noſtro , ſi dicat ſe citaſſe ad domum ſim-
pliciter,intelligemus ad domũ in qua habitat.Pro iſta concluſione bene
facit tex.in l.quæ conditio.§.fi.ff.de condi.& demõſtra. & quod no.idẽ
Bar.in l.liberorũ.in prin.ff.de accuſa.per illũ tex.vbi vult, ꝙ is qui dicit
maleficiũ eſſe commiſſum, nec ponit nomẽ ciuitatis vel caſtri,in dubio,
etiamſi ſint plura caſtra eiuſdem nominis,videtur intellexiſſe de caſtro
vł ciuitate ſubiecta iudici, corãquo accuſat,ne aliàs accuſatio nõ ꝓcedat.
Et licet in dicto teſtis priuati nõ ſubaudiatur locus,ſecũdùm Bart.in l.de
minore.§.tormenta.ff.de quæſtio. in nũcio tamen,in quo nõ præſumiẽ
negligentia,cùm ſit officialis publicus, iſtã opi.eſt æquior. facit optime
quod tradit Barto. in l.dãni.§.Sabini.ff.de dã.infec. ad materiã vide do.
An.in c.cauſam quę.de do.& cõtu.vbi ſequiẽ d.Bar.in d.§.ꝑtor ait.¶In
gl.in verbo,ſub cõditione.ibi:vere.& ſubaudi,cũ putet &c. Iſta lec.quã
tum ad literã noſtram,non eſt vera:quia vere tex.loquitur de dubitãte,
ſecundùm Bar.& oẽs,nec mutatur caſus in ver.ſub cõditione. ſed cõti-
nuatur thema ꝓpoſitum in prin. Sed quæritur, licet nõ cõueniat literę,
vtrũ dictum in ſe ſit verum vel falſum. Bart in ij.ſolu.huius cõtrarij di-
cit,ꝙ ſi aliquis putat ſe pure inſtitutũ,& verè eſt inſtitutus ſub conditio
ne,poteſt adire hæreditatẽ cõditione impleta;& ecõtra ſi aliquis eſt inſti
tutus purè,& putat ſe inſtitutũ ſub conditione,impleta cõditione ſimili
ter poteſt adire.Et hoc vltimũ eſt expreſſum in l. ſed ſi de ſua.§.fi.j.eo.
Sed primũ eſt valde dubium,& decidit expreſſe opi. Azo.hic,nec videẽ
eſſe eadem ratio in iſto caſu, quæ eſt in caſu conuerſo, qui ponitur in d.
l.ſed ſi de ſua.in fi.nam quando aliquis eſt inſtitutus purè,& putat ſe in
lius qui patri.de vulgari & pupilla.vbi tangitur de articulo per Baldum & Ang.Sed Mod.sustinent opi.Bart.eleganter,quia ista exceptio de beneficio abstinendi inest à principio,quo filius efficitur hæres de iure ciuili,& vbicunq; exceptio inest à principio ipsi actui ex natura actus, vnà cũ actu principali,tacitè videtur deduci in iudicio:vnde non est opus,ꝙ pars eam opponat,secundũ Bar.in l.cum qui ita.§.qui ita.ff.de verbo.obliga. Idem tenet in l.lecta.ff.si cer.pet.Et si tenes sententiam Bart.ꝙ hic hæres posit conueniri ipso iure,sed obstet exceptio, ista via est scrupulosior vt vides.Sed si teneres opi.Ange.in l.si filius qui patri.s.de vulga.& pup.ꝙ filius anteꝗ̃ se immisceat,nõ sit obligatus ipso iure:ista via esset expeditior,ex quo agens agit sine actione,& hoc constat ex actis,iudex põt repellere agentem ex officio:iuxta regulã l.vbi pactum.C.de transactio.Et hanc opinionẽ secutus est Bal.in l.j.in fin.C.communia de leg. vbi dicit,ꝙ ista exceptio,filius non immiscuit se,est exceptio intentionis. i.quæ præsupponit actionem ipso iure non cõpetere: iuxta ea quæ habentur in l.qui se debere.ff.de condi.ob causam.Sed sicut ista via est expeditior,ita est minus vera in casu nostro:quia cũ de iure ciuili filius esset obligatus,& efficaciter nõ potuit non ꝑ ꝑtorẽ induci, vt tolleretur effectus ipso iure,qui sequitur ex acquisitione hæreditatis facta ipso iure,sicut non põt auferre nomen hæredis quæsitũ de iure ciuili.l.si fine. §. sed quod Papi.& quod ibi not.ff.de mino.Tenendo ergo viam Bar.quæ est verior,& communior,respondendũ est ad secundũ arg.qd facit hic dom. Raph.Dicit enim,ꝙ cũ immiscere & abstinere procedant à pari,sicut adire & repudiare.l.is põt.s.eo.sicut aditio & immixtio nil operãtur,nisi deducanť ad actũ,vnde ius adeũdi nõ cõputať in bonis.l.pretia rerũ.ad leg. Fal.ita etiã abstensio nil operabiť,si non deducať in actũ. Do.me.dicit,ꝙ istud ar.est difficile,sed tñ ipse rñdet,ꝙ potestas adeundi in suo,vel se immiscẽdi,operatur aliquid,quia operatur transmissionem hæreditatis, vt videbis in l.ventre.j.e.itẽ & cõfirmationẽ tabularũ pupillariũ, & nõnulla alia:de quibus in d.l.si filius qui patri.ergo similiter & potẽtia abstinẽdi operabitur aliquid.Sed non est opus tot verbis in soluendo hoc arg.qa solutum est superius,dũ dixi,ꝙ verbum,abstinere,ex proprietate vocabuli significat se non immiscere,licet aliquis irreuocabiliter se non immisceat.Vnde verbum,abstinere,non dicit potentiam deducẽdã in actũ, sicut ipse credit,sed solũ non tangere hæreditatẽ.Et aduerte,quia do. m. hic reprehendit quosdam Mod. q ponũt exemplũ in q.hic posita per gl. qñ filius cõparuit in iudicio,& negauit narrata,prout narrãtur vera esse: tunc enim non procederet quæstio scd'm eũ,quia negando se hæredẽ videtur abstinere ab hęreditate.Nil allegat.sed fuit opi.Bald.in l.si qs suus. s.de iure delib.cuius contrarium tenet ibi Bal.qui vult,ꝙ per ista verba, non sum hæres,vel nego me hæredem,non inducatur abstensio vel repudiatio:de quo vide plenius per Bal.in l.qui se patris.C.vnde lib.& hoc exemplũ,quando filius negat se hęredem,ponit Bald.expresse in d.l.j.in fin.C.cõmunia de leg.Forte tamen posset dici alia rõne,ꝙ hoc exemplũ non esset bonũ:quia negando se hæredem,satis videtur proponere hanc exceptionem,ꝙ non debuit conueniri,quia se non immiscuit.sufficit em̃ proponere factũ in exceptiõe,ex quo resultat exceptio,scd'm Bart.in l.j. ff.de excep.Sed redeundo ad q.prin.opi.Bar.& Moder.multũ obst. tex. sing.in l.defendẽte.s.de auto.tut.vides enim ibi, ꝙ fuit lata sentẽtia,ante ꝗ̃ filius se immisceret efficaciter hæreditati,secundũ lect. Azo. & Pla. q̃ sunt verisimę.Et tñ sentẽtia lata cõtra filiũ, q se non immiscuit , valet: qđ patet,qa merebať executionẽ,nisi postea fili⁹ fuisset abstẽsus:nec Bar. improbat istas lect.sed dicit,ꝙ tertia lectu.Hugo.est tutior,quæ tñ mirabiliter destruit tex.Cùm enim iurisconsultus ibi dicat,ꝙ ex verbis curatoris inducta est abstensio,dicere ꝙ iudex dederit restitutionem minori causa cognita,& citatis partibus est cõtradicere textui.¶Sed contra istũ intellectum arguitur fortiter:quia si fuit lata sentẽtia,non videť ꝙ ista exceptio,non immiscuit se,potuerit opponi post sententiã,vt dicit Bal.expresse in l.j.in fi.C.cõia de leg. & probatur manifeste,quia ista est exceptio peremptoria,elidens obligationem,vt fatetur Barto.& omnes.ergo non potuit opponi post sñiam.l.peremptorias.cũ materia.C. senten.resc. nõ pos.Difficile cõtrariũ est,& pene hoc mane mutaui sñiam.Postea diligentius cõsiderans,& videns Bar.hoc tenere in d.l.defendẽte,ꝙ ista exceptio posit allegari in executione,respexi ad tex. Insti.de hære.qua.& dif.§.sed ꝑtor.vbi tex.dicit,ꝙ ꝑtor suis & necessarijs indulget bñficiũ abstinendi,vt bona patris & non bona sua à creditoribus possideanť: q̃ verba videnť respicere executionẽ, & moderari executionẽ potius,ꝗ̃ impugnare sñiam.Et regula est,qñ exceptio nõ impugnat sententiã,sed moderatur executionẽ,põt opponi post sentẽtiã,nisi prius fuerit opposita ante sñiam,& super ea discussum,scd'm Bar.in l.ex diuerso.§.si in iudicio. ff. sol.mat.Vnde qa nõ fuit opposita prius in d.l.defendente. opponeť tunc in executione.& est dictũ valde nouũ in ista materia,tanto notabilibus, quantũ Bar.hoc affirmat in d.l.defendẽte. Si volumus tenere cõem sententiã,q̃ est tenẽda pro posse,oportet dicere,ꝙ licet iudex posit supplere super exceptione notoria,nõ tñ teneť,si non vult,scd'm Angel.in l.si vnus.§.pactus ne peteret.in ver.in opponẽdo.ff.de pact.Et si vis saluare istã rñsionẽ,oportet dicere,ꝙ semp iudex,qñ exceptio est notoria,potest supplere ex officio:iuxta not.in locis s.alleg.nam si restringeres hoc dictum ad exceptionem notoriã,quæ competeret contra agentem,ne agẽs locupletaretur cũ aliena iactura,vt s.dixi: tunc nos non essemus in illo

casu,quia creditor nõ locupletatur, cũ consequať suũ:vt s.declaraui.Preterea si diceres,vt dicũt Moder.saluando dicta Bar.ꝙ ideo iudex supplet hic, quia exceptio inest ex natura rei.ista respõsio ad illam l.non procederet,quia Bar.expresse in locis alleg.vult,ꝙ quia agens videtur deducere ipsam exceptionem,iudex nõ solũ posit,sed debet supplere.Si tñ velles disputãdo eã tenere,cõtra cõem sñiam posses dicere, ꝙ nos nõ sumus ĩ casu Bart. in l.cum qui.§.qui ita. vt heri dixi in voce: quia ĩ casu suo exceptio suo oriebatur ex eadẽ dispositione.Vnde nõ est mirum,ꝙ qui deducit factum principale,videbatur illud deducere cum qualitatibus suis.Sed in casu nostro non est sic, quia ista exceptio non oritur ex eadem dispositiõe,sed obligatur filius de iure ciuili efficaciter,& de iure ꝑtorio releuatur.Sicut ergo is qui repudiat hæreditatem de iure ciuili non videtur habere respectũ ad ius prætoriũ, secundũ Bar.in l.nec is.§.j.s.eod. ita creditor qui dicit in libello filium esse obligatum tanꝗ̃ hæredẽ,cũ hoc non sit nisi de iure ciuili,ius prætorium nõ videtur deducere.Ex quo tñ potest saluari opi.cõis ab illa lege, sequemur eam respondendo:vt s.dixi.Et ad materiam vide Bal. a elegãter in c.j. circa medium.de capi.cor. vbi dicit approbando doctrinam doct.hic positam , ꝙ appellatione hæredis,quando assignatur terminus ad faciendum aliquid hęredi,non venit filius,qui se non immiscuit, vt per lapsum termini cadat à iure suo:nisi forte differat se immiscere fraudulenter.†Facit optime quod dicit Bal.in l.necessarios. in prin. ad tylle. quòd quantum ad incurrendam pœnam,nunꝗ̃ appellatio hæredis comprehẽdit hæredem suum ante immixtionem[a].Et ad intellectum hui⁹ l.vide quod scripsi subtiliter in l.Iul. in prin.s.eo.¶Quærit etiã hic Imo.nũquid si minor qui se immiscuit,petat restitutionem,& probet aliqua debita esse in hæreditate,non probando aliud debeat obtinere restitutionem: & refert Bal.tenere ꝙ sic,secũdũ Iac.But.in l.j. C.si vt se ab hære.ab.Mouetur,quia hoc ipso ꝙ apparet hæreditatem implicitam debitis, nisi probetur ꝙ hæreditas sit soluendo,præsumptiuè est probata læsio.Sed Imo.nõ credit hoc verum : quia ista probatio non concludit,neq; necessariè neq; præsumptiue:nã ista possunt esse simul vera,imo frequenter sunt,ꝙ hæreditas habeat debita, & tamen sit locuples,& soluendo:vnde non probat hoc esse & c.l.non ob hoc.C.vnde cogna.& in c.in præsentia.de proba.& ipsa opi.licet quia cũ minor aliter non sit læsus,nisi hæreditas non sit soluẽdo, ista negatiua est fundamentum intentionis suæ, cùm debeat probare se læsum.l.nam & postea.§.si mino.ff.de iureiur.& regula est ꝑ gl.& Bar.in l.si vero.§.qui pro rei.ff.qui satisd.cog.†ꝙ vbicunq; aliquẽ esse diuitẽ,vel non:esse soluendo, vel nõ: est fundamentum intentionis alicuius, ista negatiua debet probari per allegantẽ[b]: & ita tenet Bar. in l.ĩ duob⁹.§.vbi duo.ff.de duo.reis.& in l.si dubitet.ĩ prin.de fideiuss.Et licet do.m.hic sequať dicta Bal.ꝑ l.minoribus.ff.de mino.qui dicit, ꝙ etiã si hæreditas sit soluẽdo,interest minoris non implicari litib⁹ & expẽsis.Doc.d.lo.in suo casu est vera:si tñ probareť,ꝙ ex debitis q̃ essent in hæreditate verisilr minor vexareť litibus & expensis,ꝓcederet doc.d.me.nam ex sui natura ista stant simul,ꝙ credita multa sint in hæreditate, & tñ sint ita,quòd super eis non sit litigandum:nam etiam tutor nomine pupilli debet agnoscere bonam fidem.l.quoties.§.sicut.ff.de administ. tuto. Dicit tamen Imo.quòd si minor dicit tot bona esse in hæreditate,& probat quòd illa bona non sufficiũt ꝑsumptiue,probať læsio,nisi pars aduersa ꝓbet plura bona esse:allegat gl.no.ĩ l.cũ de lege.ff. de ꝓba.de qua meminit Bar.in materia excussionis in lib.x.de ver.ob.q̃ gl.vtrũ sit vera, ibi plene discussi post Mod.¶In gl.vl.ibi: de minoribus.l. ait ꝑtor.§.nõ solũ.gl.soluit optime cõtrariũ.Et ꝑ istã gl.& iura alleg.in ea, Bal.in l.ij.C.de bo. aut. iudi. pos. dicit,quod si ex forma statuti filius non

a ¶Ante ĩmixtionẽ. Adde idẽ tenentẽ do.Bar.Soci.in cõ. cxlvij.inci.visa.ver. & ꝓ fundamento. circa fin. in j.parte.

b ¶Per allegantem. Adde Pet.de Suz. in l. pe. C. quando fisc.vel priua.

potest repudiare hæreditatem paternam, poterit vti separatione bonorum suorum, intellige vt bona sua postea quæsita nõ dẽtur creditoribus paternis. Aliã cautelam no. ponit ipse in l. dotis tuæ. C. de iu. do. vbi dicit, ꝙ remedium est contra dictum statutum, quòd pater exhæredet filium: tunc enim non potest imputari filio, quòd repudiet hæreditatem, cùm non sit sibi delata, & videtur esse mens Baldi quòd exhæredatio facta ex ista causa valeat, per ea quę habentur, licet ipse nõ adducat in l. multi non notæ. s. de lib. & posth. & in l. filiis matrẽ. de inof. testa. Et de materia istius l. vide per Bal. in l. moræ. in princ. s. eo. & quia s. omisi vnũ in scriptis, qđ dãnaui in voce, supplendũ est. Dicebã enim, ꝙ l. pecuniã. ff. si cer. pet. non videbatur esse similis casui nostro, quia creditor ibi prohibetur agere pendente conditione: quia si conditio existeret, extinguebatur ius suũ, & acquirebatur alteri per nouationem: vnde fieret præiudicium tertio. hoc inducitur ibi, ꝙ interim non possit agere. Sed in casu nostro non fit præiudicium tertio, sed solũ ipsi debitori, cui potest imputari, cur non abstinet, si cõuenitur: vnde ista conditio resolutiua, per quã debitor eximitur ab obligatione, ipsa existente, est magis similis materię, quæ ponitur in l. si res. ff. de contrahẽ. emp. & in l. ij. ff. de in diem addic. in glo. vbi quæritur, vtrum obligatus pure sub conditione resolutiua, interim tanꝗ pure obligatus possit conueniri. Et distinguit̃ ibi & per Bar. in l. j. de condit. & demon. & in l. si cũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. ꝙ in contractibus cõditio resolutiua non facit interim dispositionem conditionalem, sed in vltimis voluntatibus suspendit eam sub contraria conditione. l. quibus diebus. §. quidam Titio. de conditio. & demon. Est ergo videndum, cui æquiparatur ista dispositio legalis, quæ resoluit obligationem ciuilem, si filius abstinuerit. Et quia fauorabilior est ista sententia, ꝙ interim filius si se non miscet, non possit conueniri: & hoc dicunt expresse iura præal. dicemus, ꝙ æquiparabitur dispositio ista prætoris vltimę voluntati: & sic interim filius non possit cõueniri. Facit optime tex. in l. si ita fuerit. §. fi. ff. de manu. test. & qđ ponit Bar. in l. centesimus. §. fi. ff. de ver. ob. & in l. translatio. in fi. ff. de adi. leg. Et si dicatur secũdũ hoc interim filius qui est obligatus sub conditione, si se non abstineat, nõ vr̃ posse conueniri ipso iure necesse obligat⁹: vt l. si sub conditione. j. si quis ob. cau. test. cuius contrarium expresse dicit hic Bartol. dicendũ est, ꝙ hoc est ideo, quia prætor obligationẽ inductam à iure ciuili potest quidẽ elicere ope exceptionis, sed non tollere ipso iure. Et licet isto modo doct. Bar. possit saluari, mihi tamen plus placet via Io. de Imo. quam ponit iuxta finẽ cõmenti: videlicet ꝙ p̃tor q indulget bñficiũ abstinẽdi, hoc ipso videat̃ illud conferre, ꝙ fili⁹ se non imisceat, qa hoc non ĩportat verbum, abstinere, & hoc satis clare est decisum in d. l. ei q. & ꝓbat̃ bene in l. cũ demũ in bonis. in fi. j. eod. vbi tex. dicit, ꝙ si filius se non immiscet hr̃ditati, dr̃ tenere cõsiliũ abstinendi. & sic patet, ꝙ hoc ipso ꝙ se nõ immiscet, dr̃ vti beneficio abstentionis. Bar. tamen hic tenet oppo. per l. si ita relictũ. §. illi si volet. j. de leg. ij. Sed potest respõderi, ꝙ tex. in §. sed his prætor. Insti. de hære. qua. & dif. dũ dicit, ꝙ volentib⁹ abstinere p̃tor permittit &c. nõ ob. qa satis dr̃ velle abstinere, hoc ipso ꝙ se non immiscet, licet non sit abstensio irreuocabilis: vt s. dixi, rñdendo dictis Raph. Vnde ex hoc sola voluntas sua cẽset̃ declarata. & ad istũ tex. in ver. si velim derelinquer̃. rñdet eo modo, qđ exponit̃. i. si se nõ immiscuit, scd̃m Imo. allegat gl. in regula, peccatũ. de re. iu. vt hic plenius p cũ. Fateor tñ, ꝙ aliqñ verbũ, abstinere, ex intentione legis, quæ colligit̃ ex verbis p̃cedẽtibus, vel sequẽtib⁹, vel alio modo, verbũ, abstinere, ponit̃ pro abstensione irreuocabili: vt patet ĩ l. seruũ. in §. si quis su⁹ inuito. & §. hæc verba. j. e. Et quia ꝓmisi me declaraturũ, vtrũ fili⁹ adoptiu⁹ de iure sit hæres necessarius, dico ꝙ si est arrogat⁹, ita ꝙ trãsit in p̃tãtem patris, vel adoptat⁹ ab auo, & simili⁹: de qbus in l. cũ ĩ adoptiuis. C. de adop. tũc sine dubio erit necessari⁹: tũ qa tex. in §. sui. nõ loq̃ magis de filio naturali, ꝗ̃ de adoptiuo, sed simplr̃: tũ qa necessitas causat̃ à p̃tãte, vt ibi dixi, & meli⁹ in l. cõditionib⁹ pupill⁹. ff. de cõd. & demõ. Si verò nõ sit in p̃tãte, sicut nõ est adoptatus ab extraneo, vt dr̃ in d. l. cũ ĩ adoptiuis. tũc nõ credo, ꝙ sit necessari⁹ ex quo necessitas causat̃ à p̃tãte, vt ibi dixi, & tñ est su⁹: vt dicit text. sing. in d. l. cũ in adoptiuis. quẽ no. ibi Bal. ad hoc, ostẽdẽs per illum tex. ꝙ suitas nõ causat̃ à necessitate, nec à p̃tãte necessaria: de quo dixi in l. si filius hæres. s. de libe. & posthu. Franc. Aretinus.

SVMMARIVM.

1 ☞Datio cohæredis extranei sicut non tollit suitatem, ita non tollit necessitatem.
2 Obligatio aliqua inter cohæredes oritur pro recuperanda parte sua.

EX parte hæres. Seruus institutus ex parte est hæres necessarius ipso iure, nisi sit institut⁹ sub cõditione, si ali⁹ testator hæres erit. h. d. Secũda est ibi: qa nõ apparet. Tertia ibi: nisi ita. ¶ †Not. primò scd̃m Mod. & bene, ꝙ datio cohæredis extranei nõ tollit necessitatẽ, sicut non tollit suitatẽ, vt vidisti in l. cũ hæreditate. s. eod. Vtrũ autẽ datio substituti vulgaris tollat necessitatẽ, dixi plenissime s. l. proxi. & tangit do. me vbi se remittit in l. Iul. s. e. ¶ Scd̃o no. signũ directæ institutionis scd̃m d. me. & bñ, qñ aliquis capit hr̃ditatem ex dispositione testatoris à seipso: vnde dicit Bar. in l. centurio. de val. & pup. ꝙ verba semp importãt institutionẽ directam, qñ ille q vocat̃, debet capere à seipso. Sup quo vide qđ ipse ponit in l. fundi Trebatiani. ĩ fi. ff. de vsufru. le. ¶ †Tertiò no. ex eo. ver. secũdũ quodã Mod. ar. ex isto text. ꝙ pro recipiẽda parte sua oritur obligatio aliqua inter cohæredes, quia vnusquisꝗ capit partem suam à seipso: ergo non habet aliũ obligatũ. Vnde male dixit glo. q̃ tenuit oppo. in l. si post diuisionẽ. C. de iu. & fac. igno. & eã reprehẽdit Bar. ibi, & Bal. in l. sed si in cõditione. §. fi. s. de hære. insti. de quo tangit plene in l. cũ quis. C. de iur. & fact. igno. Reperit̃ tñ, ꝙ hæres adeũdo obligat̃ ex quasi contractu innominato ipsi testatori: vt tenet gl. not. in l. is cõsequẽter. §. si monumẽtum. ff. fami. erci. & illã gl. adducit hic d. m. q̃ satis bene videt̃ ꝓbari in tex. ver. idẽ tractat. & do. Pau. etiã adducit eã, sed non ita formaliter ad hoc, sicut do. me. Et secundũ illã gl. erit dare contractum innominatum, ex quo orit̃ actio p̃scriptis verbis, & erit forma contractus, do vt facias, scd̃m illã glo. qđ est valde nouũ dictũ in materia cõtractuũ innominatorũ. ¶ Vltimò extra gl. oppo. cõtra istũ tex. in ver. nisi. vr̃ em̃ velle ista exceptio, ꝙ cũ seruus instituit̃ sub cõditione, si alter hæres erit adita hereditate per alium seruum, nõ sit necessarius, neꝗ capiat à seipso. Sed hoc vr̃ falsum, & contra text. in l. si ĩ testõ. cũ gl. sua. j. si quis ob cau. testa. quã adducit hic Ioã. de Imo. & probat̃ rõne, quia necessarius institutus sub cõditione, impleta cõditiõe remanet necessarius, vt pri⁹: vt l. cõditionibus pupillus. de cond. & demõ. Timore huius cõtrarij Io. de Imo. dicit, ꝙ ista dictio, nisi, nõ refert̃ ad oĩa p̃dicta, sed solũ ad id qđ dictũ est, ꝙ adita hæreditate per cohęredẽ iste statim est hæres, & necessarius. Sed ista dispositio multũ impropriat literã. Tu autẽ potes simpliciter intelligere tex. vt dicamus ꝙ non sit proprie necessarius, qm̃ nõ fuit institutus sub conditione, q̃ pendet à voluntate sua, vel alterius: quia dato ꝙ impleta conditione efficiat̃ ipso iure hæres & necessarius: vt in d. l. cõditiõibus pupill⁹. vbi casus: qa tñ ista sua necessitas habuit originẽ ab actu voluntario suo vel alterius, posset sustineri, ꝙ non diceretur proprie necessarius: per ea quæ habentur in l. si fideiussor. §. qui necessaria. ff. qui satis. cog. & per Barto. in l. de pupillo. §. qui remissionem. vel §. procuratori. ff. de no. ope. nuncia. Quia tamen tex. in l. conditionibus. simpliciter appellat eũ necessarium, tutius est tenere expositionem do. Io. Aretinus.

SVMMARIVM.

1 ☞Ius accrescendi præsupponit portionem, & est de portione.
2 Substitutionis spes regulariter non transit ad hæredem.
3 In legali scientia non est confidendum de memoria.

QVI patri. Ius accrescendi transit ad hæredem hæredis, & si sit coniũctum cum substitutione pupillari, habet locũ etiã adita hæreditate, & etiã extenditur ad bona pupilli, & hæc duo accipit à pupillari substitutione. Secunda est ibi: quod sic recipiẽdum est. Tertia ibi: nam & si ipse. ¶ Pro euidentia isti⁹ literæ, & eorum quæ sunt dicenda, præmittenda sunt quędam secundũ Ang. & Imo. Primum est, ꝙ ius accrescendi ex sui natura ☞trãsit ad hæredẽ. l. si ex pluribus. in prin. ff. de suis & le. ¶ †Secũdũ est, ꝙ inter eos qui non sunt coniuncti aliquo modo, regulariter habet locum ius accrescendi, prætercꝗ in hæreditatibus, in quibus hoc admittitur, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. j. §. his ita. & ibi not. C. de cadu. tol. & plene in l. re coniuncti. ff. de le. iij. ¶ †Tertiò est p̃mittendum, secundũ Ange. quòd ius accrescendi præsupponit portionẽ, & est de portione: vnde accrescit portio portioni ad similitudinem alluuionis: vt l. si Titio. §. j. de vsufru. Et idẽ secundùm eũ omnes leges, quæ faciunt mentionem de iure accrescendi, faciunt mentionem de iure accrescendi, faciunt mentionem de portione: vt l. si quis hæres. s. eod. & l. si tu ex parte. intellige in iure accrescendi propriè: nam in iure non decrescendi hoc non esset verum, quia vno repudiante alter vocatur tanꝗ inuitatus ad solidum. l. j. §. si verò non omnes. C. de cadu. tol. & l. si pluribus. & ibi plene. j. de lega. j. ¶ Quartò debes præmittere, quòd ius accrescendi causatur ex acquisitione impedita, vel resoluta proprietate. Primũ probatur in l. j. §. interdum. ff. de vsufru. accre. & in d. §. his ita. s. allegata. Scd̃m in l. si minor. j. eod. ¶ †Quintò debes præmittere, quòd regulariter spes substitutionis non transit ad hæredem: vt l. si ex pluribus. de suis & leg. & in aliis legibus hic allegatis in glo. magna, circa prin. ¶ In gloss. super verbo, extitit, ibi: vel forte nil confert. ista gl. scd̃m Bar. in fi. commenti huius l. habet hunc intellectũ, ꝙ quãtũ ad eum qui est substitutus pupillo, vt teneat̃ si adiuit ex paterno succedere ex pupillari, nulla est differentia, siue pupillus ipse adiuerit, siue repudiauerit hæreditatẽ paternã: nã in oĩ casu tenet̃ acceptare & succedere ex pupillari substitutiõe. & ita põt intelligi text. noster, q indistincte loquit̃. Sed gl. non intellexit scd̃m eum, ꝙ qñ filius repudiasset hr̃ditatẽ paternã, hęres substitut⁹ possit succedere in bonis pupilli ex substitutione pupillari. Et contrarium tenuit glo. expresse in l. toties. j. eo. & in l. j. §. sin autẽ sub cõditione. C. de cadu. tol. Et probatur ratione scd̃m Bar. quia hic hæres hæredis nõ succedit in bonis pupilli ex iure accrescendi, quia ius accrescẽdi est vnitum cum substitutione pupilli: nam respectu partis acquisitæ per pupillum erat ius accrescendi, & in ipsa eadem parte, ex quo erat vnita patrimonio pupilli: quæ ratio cessat, quãdo filius repudiat suã portionem, cũ etiã ius accrescendi & substitutio pupillaris respiciant diuersa: quia per ius accrescendi succedetur primo testatori, & in hæreditate ipsius: per substitutionẽ verò

verò pupillarem succedetur pupillo,& in hæreditate ipsius,manifeste pa tet,quod circa idem ista duo iura non sunt vnita. Et hanc opin.sequitur hic Ang.& latius in disputatione sua,quæ incipit,instituto Cæsaris consisto rio.vbi est omnino videndum.Sed Franc.de Rampo.quem refert hic Io. de Imo.& sequitur,tenet contrarium,& intelligit glo.nostram etiam in secundo casu huius l.videlicet in hærede substituti,quod etiam repudiata hę reditate paterna per pupillum,nihilominus hæres substituti succedet in bonis pupilli per ius accrescendi.Mouentur,quia in tex.nō apparet,vtrū pupillus repudiauerit hæreditatem,vel non. Præterea si tex. in prin.in per sona substituti habet locum,intelligitur etiam si hæreditas paterna sit re pudiata,vt fatetur Barto.Ergo idem est dicendum in secundo responso: quia iurisconsultus in ver.quod sic est recipiendum.extendit id quod di xerat in primo casu ad secundum casum, qui ponitur in litera: ergo vide tur repetita omnis qualitas primi casus,iuxta ea quæ habentur in l.præ tor.§.edictum.ff.vi bono.rapt.per Barto.vbi ponitur regula,quòd quicquid dicitur in l.interpretata,videtur repetitum in l.interpretante.Sed exten sio de casu ad casum est species interpretationis,secundùm gl.in l.j.§.qui operas.ff.ad Tertul.& in l.ij.in princ.ff.de ori.iuris.& plene per Bar.in l.omnes populi.circa princ.ergo quicquid continetur in prædicto,hic vi detur esse repetitum.¶†Confirmatur ista opi.secundū eos,& hanc subti lem rationem ipsi non tangunt:quia licet hæreditas patris & filij sint hę reditates diuersæ,nihilominus possunt considerari,vt vna hæreditas:vn de bona pupilli censētur quodammodo vt portio hæreditatis paternæ. & ideo hæres substitutus poterit īmediate venire ad illa bona per ius ac crescēdi,licet hæreditas paterna non sit vnita cū patrimonio pupilli. Sed pro hoc ipsi nihil allegant,& licet tex.noster loquatur indistinctè, tamē potest restringi per rationem positam in eo,videlicet quod ius accrescendi est vnitū cum substitutione.quæ ratio cessat in casu nostro:& per hunc modum potest responderi ad rationem s.per me allegatam:quia dico quod ex ratione expressa in litera apparet,quod iurisconsultus non voluit in secū do casu extendere primum dictum totaliter,sed solùm quatenus habet locum ratio assignata in tex.Nec ob. si adducas pro ista ratione text.in l. quidam elogio.C.de iure delib.in versi.partem ex substitutione.vbi videtur probari,quòd hæreditas pupilli sit portio hæreditatis paternæ: nā ibi loquitur quando pupillus adiuit hæreditatem: quo casu potest esse por tio primæ hæreditatis, quo ad hunc effectum,vt hæres hæredis admit tatur ad bona pupilli. Vnde ista eorum assertio remanet sine legibus,con tra quam adduco tibi tex. Insti.de pupil.sub.§.igitur.Cùm ergo illa lite ra dicat esse vnum testamentum,& duas hæreditates, qui vult probare quòd istæ duæ hęreditates aliquando capiantur pro vna, debet hoc osten dere,cū ibi ponatur regula in oppositum.†Et aduerte:quia qui confidūt memoriæ,sępius decipiuntur in ista maledicta scientia:vidi enim nudius tertius diligentissime istum text.& tamen vides,quod heri confisus de me moria aberraui,& fortiter. Preterea si istę duę hæreditates consideran tur vt vna ex fictione,sequitur,quod non videtur posse considerari vt vnū, nisi propter vnitatem testatoris testamenti. Sed ista consideratio non in ducit ius accrescendi in diuersis hęreditatibus ex tacita voluntate defun cti:vt l.si duobus.cum ibi not.s.de testamen.milit.quam allegat hic Bar. & declarat glo.in l.j.C.eod.ergo non videtur testator voluisse, quòd ista hęreditas caperetur pro parte hęreditatis suæ,quo ad ius accrescendi: & si hoc non voluit contra voluntatem testatoris,non debet habere locum ista fictio,quòd duę hęreditates censeantur vna,quia fictio fundatur su per ęquitate.l.ij.§.si vir.& quod ibi no.per Bar.de acquiren.pos. Sed nō est ęquum,quòd inducatur fictio contra voluntatem testatoris: quia te net primū locum in vltimis voluntatibus:vt l.in conditionibus.in prin. de cond.& demō. Ergo ista conclusio non videtur admittenda,maxime quia nihil allegant pro ista cōclusione,nisi quod iste tex.simpliciter loquitur. Sed pōt rñderi,quod restringitur à ratione.l.is qui.cum materia.ff. de acqui. pos.pręterea tex.in l.qui liberis.§. hęc verba.non loquitur magis quādo sunt instituti plures hęredes,quam quando est institutus vnus solus . Vnde restringere illum tex.ad vnum casum est diuinare,maxime quia rō assigna ta in tex.vr esse vniformis in vtroque casu:hęres enim hęredis ideo nō vo catur,quia non succedit ex iudicio defuncti. Vnde parcat mihi reueren tia istorum,opi.Bar.videtur magis conformis literę & rationi.Et hūc in tellectū Bar.approbat Bal.in l.quidā elogio.versus fin.C.de iure delib. quem adducit Pau.de Ca.Capiendo ergo literam proprie in l.nostra, id est vt verbum iure accrescendi stet proprie:tunc opi.Bar.videbitur verior, & tñ do.me.multis rationibus, quę non concludunt, vt videbis, nititur defendere hanc opi.Moder.quam etiam sequitur Rapha.¶Mouetur pri mo,quia vna ratio decidendi in ista litera in ij. responso est, ne pupillus decedat sine hęreditate.Sed ista ratio habet locum,siue hęreditas pater na sit adita per pupillum,siue nō:ergo debet habere locum dispositio hu ius legis.Quòd autē ista sit rō decidēdi,probat:quia si posset succedere alius in hęreditate,tūc nō habet locū prouisio istius legis:vt inquit glo. magna circa prin.& probatur in l.sed si plures.in princ.ff.de vulga.& pup.ergo datur intelligi,quòd qñ nullus alius potest esse hęres,ista dispositio inducitur ne pupillus decedat sine hęrede. Sed ista ratio non assignatur in tex.nec est vera,quia quando alius potest succedere,vt in casu d.l.sed si plures. ideo non habet locū prouisio huius legis:quia ille qui succedit de iure cōi,habet

potētius ius,quam ille qui succedit de iure spāli.l.eius militis.§.militia. ff.de testa.mil.& ideo quādo pōt quis succedere de iure cōi,non admittit hæ res hæredis de iure speciali,secūdū Bal.& Moder.hic, argu.in l.i causæ.in fin.ff.de mino.¶Secundò arguit ipse pro ista opi.quia vna alia ratio deci dendi in isto tex.est: quia quę possum facere mihi necessarium, possum facere & filio meo.l.sed si plures.§.quos possum.ff.de vulg.& pup.& no ta.in l.ij.§.apertura.ff.de hære.insti.Sed ista non habet locū ita in repu diante pupillo,sicut in adeunte:ergo & similiter dispositio legis.Et quòd ista sit ratio decidendi,alleg.Bart.hoc tenentē in l.si.circa med.j.eod.Sed Bart.non intellexit ibi hoc modo, vt clare patet ex verbis suis. illa enim ratio vadit ad primū substitutum,& formatur sic:sicut testator pot hęre dem adeuntem pro vna parte facere sibi necessarium in alijs partibus: vt l.j.& ij.s.co.ita pōt facere hęredem necessarium adeuntem filio suo,vt il le qui adiuit hęreditatem paternā teneatur acceptare ex substitutione hę reditatē pupilli,non aūt respicit casum nostrū in ij.rñso.s. quæ sit ratio, quare hæres hæredis admittitur contra regulas iuris.& hoc apparet ex ipse ibi ex verbis Bar.quia postquam assignauit hāc rōnem,ipse dicit, Aduerte tamen,quia quod dixi de hærede hæredis est intelligendum, vt declaraui in l.quod patri.s.e. Vnde de hoc secūdo non assignat ibi rationem,sed remit tit se ad hic not.¶Tertiò arguit pro ibi opi.quia rō decidēdi in ista litera est illa,quæ ponitur in tex.quod est,quod quia primus hæres adeundo obligauit se ad acceptādū hæreditatem,ista obligatio transit ad hæredem. Sed ista ratio habet locum in vtroque casu similiter,vt patet de se:ergo &c.Sed ad hanc rñdet hic Bar.in fin.cōmenti.vnde dic vt hic per eum.Potes tñ de clarare dicta sua vnico verbo,quod obligatio ista,qñ non est coniuncta cū iu re accrescendi, ideo est personalis,quia regulatur scd'm naturā causæ suę. causa autē sua est substitutio facta à testatore. Vnde sicut illa tanquam con ditionalis non trāsmittitur ad hæredē:vt l.quod plures.la j.s.de vul.& pupil.& in alijs suprà alleg.ita similiter ista obligatio non transmittetur ad hæredē, quia eā limitat naturā dispositionis:vt l.cū pater.§.dulcissimis.de leg. ij. bene facit tex.in l.itē illa.§.quod adijcitur.de cōsti.pecu.& in l.si eum. §. quod iniuriarum.si quis cau. Vnde ille qui adiuit, videtur se obligasse.si hæreditas sibi deferatur, antequam decedat. ¶Quartò arguit ipse: quia si ius accrescendi cōiunctū cū substitutione assumit eius naturam,sicut iūctū accesso riè ad suū prīcipale:iuxta ea quæ habentur in l. si cōuenerit.§.si nulla.ff.de pi. act.& in l.etiam.C.de iure dot.videtur,quod in hoc assumat naturā substōnis, vt sicut substō haberet locū, etiāsi esset facta filio exhæredato, vel si filius repudiauit hęreditatē paternā,ita etiā habeat locū ius accrescēdi.Sed illud est vnū argumentū chimericū,quia in pdictis duobus casibus manifeste apparet,quod ius accrescendi nō est,nec pōt esse vnitū cū substitutiōe,& ma xime in pupillo:si enim hæres est institutus insolidū,& pupillus in nul la parte,quia est exhæredatus,quō pōt considerari ius accrescendi respectu partis pupilli,quæ nulla est?In scdo etiā casu licet sit ius accrescendi, non potest esse vnitū cū pupillari substōne,cū respiciat diuersa:vt declarat hic Bart.¶Quintò arguit sic:qñ agitur de fauore pupilli,cui est facta substitu tio,tunc hæreditas pupilli cēsetur hęreditas paterna.l.Papi.§.sed nec impu beris.ff.de inoffi.testa.& not.in l.ij.§.prius.& l.patris & filij.ff.de vul.& pup.sed hic agitur de fauore filij, quia interest filij quod succedatur sibi ex substōne. l.Iuli.s.eo.& l.ex tribus.C.de inoffi.test.ergo ista hæreditas debet habe ri pro vna,vt sic succedatur in ea p ius accrescēdi, tanquam in portiōe hęredita tis paternę.Sed hic etiā est ęquiuocatio manifesta,quia illa iura non dicunt, quod aliquo casu hæreditas pupilli censeatur hęreditas testatoris, sed bene dicunt quod testamētū pupilli,vbi agitur de eius fauore, censetur testamentū paternū.Hæc aūt sunt diuersissima,quia ista stant simul,vt s.dixi,quod censea tur vnū testamētū,& inde sint diuersæ hæreditates:vt probat tex.in d.§. igitur. Vnde reiectis his rationibus,potes sequi sententiam Bar.quæ multū adhęret literę,propter verbum,iure accrescendi,quod non pōt considera ri in hęreditate pupillari,nisi paterna hæreditas sit sibi coniuncta. Et ex his quæ suprà diximus,circa intellectū Bart.& Ang.infert hic Ang.ad multa,quę retuli in voce,sed non sunt omnia ponenda in scriptis:sed di cam solùm,quibus est addendū aliquid.¶Adde ergo primò dictis eius, inquantum ipse dicit,quod si filius exhæredatus expugnat testamentū pro parte,filius institutus poterit sibi succedere ex pupillari:quia hic ex quo pars hæreditatis transit ad exhæredatum, reperitur cōiunctū ius accrescen di cū substōne pupillari.i.portio hæreditatis paternę, quæ si fuisset repu diata per exhæredatū,accrescebat filio instituto.Sed istud dictū non vide tur verū:quia inter eum qui succedit ab intestato virtute querelę,& hę redem scriptum,non est locus iuri accrescendi.Glo.est not.quæ hoc deci dit in l.mater decedens.ff.de inoffi.testa.& eam ibi approbat Ang.& idē tenet Ang.in si.q.in l.qui repudiantis.in princip.eo. titu. Vnde non pla cet mihi not.doct.Bald. quam posuit in authen.præterea.C.vnde vir & vxor.vbi dixit,quòd l.sed cum patrono.in principio.ff.de bon. poss. vo lens,quòd inter succedentes diuerso iure non sit locus iuri accrescēdi , nō habet locum inter succedentes diuerso iure de iure ciuili: per l. quidam elogio.C.de iure deli.nam hoc est contra glossullam præalleg.Nec videtur posse assignari bona ratio diuersitatis,cùm accepta bonorum possess. pro sua parte ita accrescat ipso iure alia portio,sicut in hæreditate: vnde li cet in acquirendo suam portionem sit differentia inter aditionem bon. pos.quantum tñ ad acquisitionē per ius accrescendi,nō videtur esse differen

tia. Secundò aduerte: quia licet iura dicant, ꝙ quando testamentū expugnat̃ ꝑ parte, durat substitutio pupillaris: vt l. Papi. §. sed nec ĩpuberis. cū si. de inof. te. forte tñ posset dici, ꝙ hoc nō haberet locū, qñ ille cui debet ex pupillari succedi, esset ipse qui expugnasset testm̄. Licet em̄ tūc ex capite rupturæ non rūperent tabulæ pupillares, viderentur tamen rumpi per ea quæ habent̃ in l. post legatū. §. qui principale. ff. de his quib. vt indi. vbi dr̃, ꝙ qui impugnat testamentū ꝑincipale, nō pōt cōsequi cōmodū ex tabulis pupillaribus, sed substitutio pupillaris respicit cōmodum pupilli, cui fit; vt l. ex quibus. de inof. test. & l. Iul. s̄. eod. & ibi per Bal. ergo videtur ꝙ debeat fraudari hoc cōmodum. Hoc tamen non auderem affirmare, qa est valde nouū. ¶ Secūdò principaliter adde, inquātum ipse vult hic, ꝙ institut⁹ in re certa, & substitut⁹ pupillariter hr̄di vniuersali, nō trasmittat spē substōnis, iuxta formā hui⁹ l. qa institut⁹ ex re certa nō transmittit ius accrescendi, sicut substitutus in quota, secundùm Barto. in l. quoties. in fine. C. de hæredib. instituen. ꝙ illa doctrina non facit ad propositum: quia sicut declarat idē Bartol. in l. ex facto. ff. eo. ius accrescendi non transmittitur ab instituto in re certa, anteꝗ̃ agnoscat, & acceptet rē in qua est institutus: quia cū ius accrescendi sit effectus hæreditarius, hæreditas non agnita non transmittitur: vnde si ponimus, ꝙ institutus in re certa acceptauerit institutionem, ista ratio nihil valet. Et melior est secūda ratio assignata per eum: quia ex quo habuit hæredem vniuersalem, ꝗ adiuit, non potest dici quòd sit loco hæredis, sed loco legatarij: ergo ista sua portio non habet ius accrescendi, nec teneretur ipse si viueret, quamuis acceptaret institutionem in re certa, acceptare ex substitutione pupillari. Vnde l. quidam eulogio. de iure delib. non habet locum in instituto in re certa, secundū eū: sed Bal. in l. quidā eulogio. tenet oppo. cuius dicta referunt hic Moder. & licet aliqualiter obscure loquatur, tamen intentio sua secundū d. m. videtur esse, ꝙ duplici respectu quando institutus in re certa est suus transmittat hanc spē substitutionis pupillaris ad hæredem. Primò quidem ex capite suitatis: nam sicut erat suus & necessarius testatori, ita etiā suus & necessarius filio testatori. l. sed si plures. §. quos possum. s̄. de vul. & pup. Vnde videtur, ꝙ ex capite suitatis transmittat hanc spem substitutionis. Sed cum reuerentia ista ratio non est vera, licet gl. eam tangat in l. nostra, in solutione secundi contrarij, dicit, vel hic su⁹, ibi extraneus. Primò, quia vt inquit hic Bartol. & bene, non ponderat nisi obligationem quæ resultat ex aditione. Secundò, quia ius conditionale non transmittitur ex capite suitatis, quoniam suitas per conditionem suspēditur, nec est delata hæreditas: vt patet ex his quæ habentur in l. iā dubitari. in fi. s̄. de hære. inst. & si nō est delata, nō pōt trāsmitti. Tenet cōsequētia per l. ventre. in prin. & q̄d ibi not. j. eo. Scd̄a ratio sua est, qa ex quo se obligauit acceptando rē sibi delatā ex institutione, habet locū rōistius l. vt teneatur etiam acceptare hæreditatem pupillarem: & hanc obligationem trāsmittit ad hæredem. Sed ista ratio non est bona, quia sicut diximus in præcedentibus, ista obligatio quæ fit per aditionē partis suę, venit accessorie ad substitutionem: ergo sortiet̃ naturā eius, vt intelligat̃ esse personalis, sicut est ipsa substitutio, quia obrō accessoria qualificatur scd̄m naturā principalis, bene tendit ad eundē effectum, sicut hic, quia vnus est effect⁹, vt succedat̃ pupillo ex pupillari: ita probat̃ in l. si vt ꝑ pponit. ff. de fideius. & per Bar. in l. si ita stipulat⁹. §. Chrysogon⁹. de ver. obl. optime facit tex. & q̄d ibi per Bar. in l. ꝗ duo. de serui rusti. præ. Præterea Ange. negat, ꝙ institutus in re certa cū habeat̃ loco legatarij i casu nostro, obliget̃ ad acceptādū pupillarē: vt s̄. dixi, ex quo habetur loco legatarij. Posset tñ dici, si velis tenere sniam Bal. quā approbat hic d. m. ꝙ satis est, vt dicat̃ cōiunctū ius accrescēdi cū pupillari substitutiōe, ꝙ vniuersali hærede repudiante potuerit habere locū ius accrescēdi: nā nec in casu legis nostræ, si pupillus adiuit, vt ipse tenet, ius accrescēdi nunꝗ̃ fuit ĩ actu: tuti⁹ tñ est seq cōem sniam. ¶ Tertiò principalr̃ adde inquātū Ang. vult hic, ꝙ si est facta substitutio pupillaris instituto in re certa, & illa res certa pereat, anteꝗ̃ pupillus moriat̃, nō possit transmitti spes substōnis ad hr̄dē substituti, qa nō reperitur ius accrescēdi cōiunctū cū aliqua re, in qua substitutus potuerit habere ius accrescēdi. Et licet cōmuniter Mod. approbēt istud dictū, nihilominus prima facie non vr̃ procedere. Primò quidē, quia aut dicis hanc rē certam, in qua filia est instituta, esse quotam hæreditatis: aut quotam bonorū. Si dicis esse quotam hæreditatis, tūc vr̃ ꝙ ista quota remaneat, licet res assignata pro quota perierit, quia hęreditas cōsiderat̃, etiāsi nihil sit in ea: vt l. hæreditas. in prin. ff. de peti. hæredi. Præterea aduerte ad vnum aliud: quia ipse præsupponit, ꝙ res quæ perijt, pereat periculo ipsius institutæ: sed hoc non est expeditum, qñ filia fuit instituta pro sua legitima: quia Bar. tenet, ꝙ qñcunꝗ̃ ista res pereat, intellige sine culpa filiæ, filia debet restaurari ab hærede: & scd̄m hoc reperiret aliqua portio hæreditatis in bonis ipsi⁹, scd̄m Bar. qui ita tenet in l. seruus quoꝗ̃. in princ. in vlt. col. ff. de hære. inst. Posset tamē defendi ab ista ratione, si teneres opi. Bal. quam ponit in l. scimus. in princ. C. de inof. test. vbi dicit, ꝙ quando res perijt post mortē testatoris, periculum pertinet ad filiā. q̄d non discutio nunc, qa nō est nostra materia. Scd̄ò, qa si est quota bonorum, ita ꝙ institutus in re certa est loco legatarij, ex quo hæres vniuersalis adiuit: tunc non est considerabile ius accrescēdi, quia si filia repudiasset hanc rē, redijsset ad hæredē vniuersalē, tanꝗ̃ legatum, q̄d est caducū, vel in causa caduci: vt patet in l. j. §. in nouissimo. & in alijs §. C. de cad. tol. Aduerte tñ, quia primū argumētum meum pōt repelli: licet em̄ remanserit penes filium quota hęreditatis, ex quo tñ non remansit res, quę est loco portionis, quia portio portioni accrescit: vt l. si Titio. §. fi. ff. de vsufruc. propter nudum nomē hæredis non haberet locum ius accrescēdi: vt videbis declaratū in l. si totam. j. c. & eleganter declarat idē Bar. in l. coniuncti. ver. v. principaliter quæro. ff. de leg. iij. Et ista opi. pōt defendi, & sua distinctio, tenēdo ꝙ in l. nostra hæreditas fuerit adita: nā si non requiritur aditio hæreditatis, nec ius accrescēdi coniunctum cum substitutione: vt dicunt Mod. & bene: clarum esset, ꝙ in omni casu succederet hæres filiæ ex pupillari. Et licet lect. Bar. de qua multa s̄. diximus, possit saluari, vt vidisti, ab impugnatione Mod. Cy. tamē hic in addi. Frā. de Rampo. & omnes alij Mod. sequuntur alium intellectum: & dicūt, ꝙ hic transmittitur ius succedendi ex institutione pupillari, nō autē succedatur ꝑ ius accrescēdi. Mouetur in effectu ipsi, & Bald. qui sequitur hanc partē in l. j. §. si autē sub conditione. C. de cad. tol. duabus vel tribus rōnibus. Prima ratio est, quā tangit hic Bal. quia non videtur, ꝙ substitutio possit dare robur & virtutem iuri accrescēdi: nā cū fuerit cōditionalis dispositio, & tanꝗ̃ impleretur conditio, fuerit extincta in persona substituti: vt Bar. fatetur, & hic, & in l. re coniuncti. in v. ꝗ. principali. ff. de le. iij. dispositio conditionalis, quæ adhuc nullum habebat robur, non potuit dare virtutē iuri accrescēdi: sicut dicimus scd̄m Bal. ꝙ pactum nudū non potest vestire aliud pactum, quod est nudum: vt l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. Et hāc rationē approbat hic Pau. de Ca. licet aliqui Moder. scd̄m Ang. ibi respondeant, vt j. dicemus. Scd̄a ratio eorū est ista: qa iurisconsultus hic non videtur considerare ad effectum trāsmissionis, nisi ꝙ substitutus ex aditione erat obligatus: quæ obligatio transmittitur ad hæredē: vt s̄. fuit declaratum. Vnde do. Pau. nō vult, ꝙ in effectu trāsmissionis cōsideretur aliquo modo ius accrescēdi, & hoc etiā videtur seq d. m. qui confirmat hanc rationē, & declarat optime. Dicit enim, ꝙ si pupillus fuisset mortuus viuo substituto, ipse non caperet hæreditatem pupilli iure accrescendi, sed iure substitutionis: vt dicit tex. expresse in d. l. ꝗdā eulogio. in fi. ergo similiter ex eodē capite debet obligari hæres suus, quia ex persona hæredis forma obligationis non debet iudicari. l. cui fundus. de condi. & demon. & in l. ij. §. ex his. de verb. obli. Sed ista ratio sola non videtur sufficiēs, vt s̄. dixi: quia obligatio ipsa videtur esse personalis, sicut & ipsa substitutio, vt s̄. declaraui. Vnde Io. de Imo. hic referens dicta Franc. de Rampo. dicit, ꝙ substitutio sit transmissibilis isto casu, qa est cōiuncta cum iure accrescœndi. Et inter istas opi. est multa differentia: quia sibi substō transmittitur ratione iuris accrescendi, tunc eadem dubitatio quæ fuit s̄. in iure accrescendi, secundū lect. Bar. videlicet vtrum ista lex habeat locum, quando hęreditas non fuit adita à pupillo, erit in isto casu. Sed si tenes viam do. Pau. tunc non erit ista dubitatio: vnde etiamsi filio exhæredato sit facta substitutio pupillaris, nihilominus transmittit̃ ad hæredem. Mihi placet opin. Imo. quia ratio do. Pau. non est firma, vt prædixi: pro qua arguo dupliciter. †Et primò considero: ꝙ substitutio cōditionalis, quæ de sui natura non est transmissibilis, cùm fuerit extincta in persona substituti ante conditionem impletam, non potuit cōicare virtutem suam iuri accrescēdi, vt inquit hic Bal. & licet non alleget bona iura, ego allego tibi ea quæ scripsit Bald. solēniter in l. lecta. ff. si cer. pet. in vlti. char. vbi dicit, ꝙ contractus conditionalis non potest vestire pactum appositum incontinēti vestimēto cohærentiæ: quia cū propter conditionē adhuc non sit productum in esse, non pōt dare alteri, q̄d non habet, secundū gl. no. in l. pacta conuēta. ff. de contrahen. emp. Sed ius accrescēdi econtra bene potest dare fomentum substitutioni, vt efficiatur transmissibile, quia hoc habet in se, etiam anteꝗ̃ sit deductum de potētia ad actū. Vnde sicut istud ius est transmissibile: vt l. si ex pluribus. sæpe allegata. ita hanc virtutē pōt cōicare substituto: & hoc est q̄d dixi i l. ꝗ ex duab⁹. in prin. s̄. eo. Confirmat̃ ista lect. quia si tenemus intellectum Bar. resultat multiplex specialitas circa idē. Prima, vt tangit Imo. qa ꝑ ius accrescēdi succeditur alteri, ꝗ̃ defuncto ĩmediate, cōtra l. si metus. §. Iul. ff. de leg. ij. Scd̄a, quia habet locum adita hæreditate. Tertia, quia extēditur ad bona pupilli: vnde nō vr̃ posse concurrere multiplex specialitas circa idē, & ex eadē causa, iuxta ea q̄ habentur in l. j. C. de do. promis. & plene per Bar. in l. sub conditione. ff. de solu. & in l. si is qui ꝑ emptore. de vsuca. & in l. vl. C. de sen. pas. In casu autem nostro scd̄m intellectum non est, nisi vna specialitas, videlicet ꝙ substitutio cōditionalis transmittitur: ergo iste sensus magis debet amplecti. Nam dato, ꝙ plures specialitates pñt cōcurrere, nihilominus etiam impropriando verba debemus in dubio interpretari dispositionem, siue legē, vt minus lędat ius commune, ꝗ̃ fieri pōt. quę. de rescript. optime facit q̄d c. cū dilectus. de consuetu. & in c. causam ponit glo. & doct. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. Et vt dicunt hic Moder. & bene, sicut Bart. dicit, ꝙ substitutio coniuncta cum iure accrescēdi dat robur ipsi iuri accrescendi: ita econtra possumus dicere, & multo melius, vt ex pręmissis patet, ꝙ substitutio accipiat proprietatem iuris accrescendi, quod probatur in l. si quis hæres. in princ. s̄. eod. vbi substitutio capit à iure accrescendi, ꝙ portio acquiratur ipso iure sine agnitiōe. Et licet ista conclusio secundùm istum intellectum sit vera in substitutiōe pupillari, non est tamen vera in vulgari, sicut modo, per l. quoties. j. eod. & per l. si ex pluribus. in fine. vbi patet, quòd licet cohæres sit substitutus cohæredi vul-

di vulgariter,& sic substitutio sit cõiuncta cum iure accrescē-
di,quia hæres agnouit partē suam,nihilominus spes substitu
tionis nõ transmittitur ad hæredē:& est ratio diuersitatis,se-
cũdũ Imo.& Bar.quia substitutio pupillaris trãsmittitur ex
eo,quia non haberet hæredē aliter pupillus,& sic testator de
cederet pro parte testatus,& pro parte intestatus: quæ ratio
cessat in substitutione vulgari. quoniã etsi substitutio extin-
guatur,succedit̃ in alia parte,per ius accrescēdi. Sed cõtra hoc
dictũ videt̃ tex.in l.qui ex duobus.in princi.§.eo.vbi videt̃ ꝓ
bari secundũ vtrãq; lect.sed maxime secundũ secundã,ꝙ etiã
vbi nõ esset istud inconueniēs,tamē institutio conditionalis,
coniuncta cum iure accrescēdi trãsmittitur ad hęredē.Et si re
tineres ibi lec.quã approbat Bar.& Azo,& Roge.etiã in pri
mo intellectu,contrarium nõ posset solui: vnde tenēda est ibi
prima lect.vt ibi dixi.Et secũdũ illã nõ esset dicēdũ, ꝙ succe-
datur per hæredē hæredis ex institutione,sed ex iure accrescē
di.Vnde quãdo tex.ibi dicit,ꝙ si extiterit cõditio,hæres hæ-
redis in hac quoq; parte hæres erit, ista verba nõ significãt, ꝙ
sit hæres ex institutione,sed hoc significant, ꝙ ibi datus erat
substitutus in defectum conditionis. Vnde tacitè innuit iuris
consultus:ꝙ vt hæres institutus possit succedere per ius ac-
crescendi,debet impleri conditio:quia si esset defecta,succede
ret substitutus.Et hic est verus intellectus illius lect.¶Quæ
rit etiã hic Imo.nũquid dispositio istius l.secundũ intellectũ
habeat locũ in mera pupillari, q̃ resultat ex expressa vulgari.
Et in effectu videtur tenere ꝙ sic,ex quo est eadē ratio, quæ
in expressa.& hoc approbat do.m.nisi mater esset in medio:
de quo dic vt hic per eum. Tu autem aduerte:quia licet istud
dictum sit nouum,& pulchrum in hac materia,videtur tamē
habere dubitationē duplici ratione.Primò quidē,quia huic ta
citę pupillari conceditur priuilegiũ speciale,q̃d sit transmis-
sibile propter ius accrescēdi:sed priuilegiũ transmissionis &
acquisitionis ipso iure non cõceditur dispositioni tacitæ, quæ
est de iure speciali:vt l.seruũ filij.§.fi.ff.de leg.j.& tangit Bar
to.in l.j.ff.eod.& bene facit q̃d ipse idem ponit in l.si rem ali
quam.de acqui.possess.Ergo sicut priuilegium concessum le-
gato expresso,vt acquirãtur dominium ipso iure, non habet
locum in tacito legato:ita priuilegium transmissionis conces
sum substitutioni pupillari,non habebit locũ in tacita substi
tutione.Confirmatur ista cõclusio per ea quę tradit sing.Bar.
in l.itē ꝙ Sabinus.ff.de hære.instituēdis.vbi vult,ꝙ tacita vo
luntas testatoris non operatur idem q̃d expressa ,ad inducen
dum ius accrescēdi.Sed prima ratio est magis adęquata,& ma
gis vrget.Quid autem in fideicommisso conditionali,q̃d est
coniunctum cum iure accrescendi,dic vt hic plene per Imo.

SVMMARIVM.

1 ☞Testamentum faciēs non præsumitur sanę mentis,nisi pro betur.

2 Actus inualidus incompatibilis inducit repudiationem,& au fert ius præcedens incompatibile:ꝙuis non valeat, nec fortia tur iuris effectum.

3 Effectus diuersos parere non potest vnus atq; idem actus.

4 Scire,vel scire debere,paria sunt.

Filium emancipatum. Institutus petēs bo.poss.ab inte.videt̃ repudiare hæreditatē ex testamēto:& ideo nõ põt videri per hũc actũ inducta aditio ex testamēto aliquo modo.h.d.Secũda est ibi:
1 hoc falsum.Tertia ibi:nec põt videri.¶†Not.ibi:si ꝓbaretur
sanę mētis &c.ꝙ in dubio qui fecit testm̃,nõ pręsumit̃ esse sa
a nę mētis,nisi probet̃.[a] q̃d põt intelligi dupliciter.Vno mõ,ꝙ
deberet ꝓbari mēs sana,quia pręsumptio erat in cõtrariũ,vel
quia aliàs fuerat furiosus, vel quia erãt ꝓbatę cõiecturę furo
ris:iuxta ea quę tradit Bar.in l.fin.ff.de bo.pos.infanti & c.&
cano.plene in c.ti.de suc.ab intesta. & iste intellectus minus
impropriat literam.Vel põt intelligi,vt dicit gl.ꝙ probat̃ cõ
trariũ in l.nec codicillos.C.de cod.Vtrũ aũt ꝓbato furore in
pręteritũ pręsumat̃ durare furor tēpore testamēti,quo tēpore
requirit̃,vt testm̃ nõ valeat;vt dicit̃ in tex.nostro,est elegans
q.sup qua vide q̃d scripsi plene in l.ij.§.de testa.& vide quod
no.fin.Bar.in l.si cũ dotē.§.si maritus.ff.so.ma.quę allegaui.
☞& in loco pręal.†Secũdo no.& tene mēti secũdũ Bal.& Mo.
ibi:eã ad substitutũ&c.ꝙ substõ ista,si hęres nõ erit,intelligit̃,
si hęres institutus hæres nõ erit ex testõ. vñ licet adeat ab in
testato,ex quo tñ nõ adijt tãꝗ institutus,est locus substitutio
ni.Simile dicit̃ in gl.no.& in tex.in l.si in testõ.in prin.j.si qs
ob.cau.test.vbi ista verba,instituo Titiũ si Sēpronius erit hæ-
2 res,intelligãt̃ si erit hæres ex testõ:vñ si adit ab intestato,&
incidit in edictũ,deficit cõditio,vt ibi absolute dicit̃.¶†Ter-
tiõ no.ꝙ actus inualidus incõpatibilis inducit repudiationē,
& aufert ius p̃cedēs incõpatibile,licet non valeat,neq; sortiat̃
iuris effectũ:nã hic cũ hęreditas esset delata substituto bo.pos
se.petitio ob intestato nõ valuit:imo nõ valuit,quia valebat
testm̃,vñ non poterat esse locus causę intestati:vt vidisti in l.
quãdiu.la prima.§.eo. & tñ ista petitio nulla operat̃, ꝙ videt̃
SI seruum. Seruũ redemptum ab hostibus pōt quis facere sibi hæredē necessariũ, dũ tamē soluatur æstimatio secũdo dño, & ex causa superuenięti pōt aliquis esse pro parte teporis necessarius, deinde fieri voluntarius. Secũda ibi: si quis &c. ¶ No. primò, ꝙ dñs reuocabiliter, sicut est ille qui redemit seruũ ab hostibus, regulariter nō cōtinet̃ appellatione dñi, nisi propter fauorē libertatis. Super quo vide bonum tex. in l. item Mela. §. fin. cũ l. seq. ff. ad l. Aquil. & de hoc dixi aliàs. ¶ 1 Secũdò not. ibi: hoc enim satis impiũ &c. ꝙ fictio postliminij non habet locũ, vbicũq; ex fictione seu quatenus ex fictione induceretur inquitas. & hoc est qđ dixit tex. in l. j. §. si vir. de acquirē. possess. ꝙ fictio fundatur super æquitate. ¶ Tertiò no. ibi: donec pretia soluat &c. quòd vbicunq; lex aufert dñium alicui rei suæ inuito seu præter eius volontatē, fit interpretatio cũ æquitate, ꝙ talis debeat recipere pretium suæ rei ab eo, in cuius fauorē fit illa dispositio, sicut hic pretiũ refundit̃ à seruo. concordat tex. in l. j. C. de cōmun. seruo manu. & similiter, qñ hoc fieret in fauorem fisci, fiscus haberet rescindere pretiũ: vt l. j. C. de his qui pro pre. lib. acce. &c. Primum aũt dictũ intellige, vbicũq; nō agitur de punitione maleficij: nā illo casu pretiũ qđ statuit̃, debet prius refici de bonis dñi. Secũdò de bonis eius, in cuius fauorem fit dispositio. Tertiò de bonis fisci. l. lege Cornel. in princip. & §. j. ff. ad Syl la. & bene facit text. secundũ diuersos intellectus in l. si quis in graui. §. si stipulatus. ff. e. ti. & ista litera facit, ꝙ si princeps ex causa aufert possessiones, & bona priuatorũ, debet pretiũ refundere: & hoc sentit Bal. in l. ij. s. alleg. & bene facit text. cũ glo. in l. Barbarius. s. de offi. præto. Alibi tamē videtur velle tex. ꝙ princeps debeat cōcedere aliquid, non tñ teneret̃ refundere totũ pretiũ rei: vt est casus in l. itē si verberatum. in ver. modico pretio. & hoc ibi tenet Bal. ff. de rei ven. & quia nisi refunderetur esset inhonestũ, vt ibi dicitur, forte princeps non posset hoc facere. ¶ 2 Quartò no. in ver. si quis hac lege. ꝙ ille qui semel fuit necessarius, ex postfacto pōt effici necessarius. Vnde no. secũdũ Inno. & Mod. ꝙ ille qui semel fuit hæres, nō posset desinere amplius esse hæres: vt l. ei qui soluēdo. s. de hære. insti. pōt tamē mutare qualitatem hæredis. Sed hoc nihil est dicere, quia per hoc ꝙ efficit̃ volũtarius, adducitur in statũ & conditionē extranei hæredis, cui hæreditas nō acquiritur, nisi acceptet: & ideo ex priori causa desinit esse hęres ipso iure: qđ procedit, si tenes opi. Ange. in l. si pater filio. de hæred. insti. ꝙ quando effectus voluntarius ipso iure, etiā quo ad nomen, nō sit hæres. Si autē tenes id qđ tenuit Ang. in §. qui fideicommissaria. & sequitur Im. post glo. in l. fina. §. vlti. ff. de vulg. & pup. ꝙ remaneat hæres nomine, tunc ista expositio d. Io. pōt procedere, pro qua multũ facit iste tex. qui dicit, ꝙ seruus pōt abstinere. & sic datur intelligi, quòd nō desinit esse hæres ipso iure, sicut videmus in filijs, qui habent beneficium abstinendi. De hoc tñ articulo dic vt dixi in d. §. fi. & in l. filius hæres. s. de liberis & posthumis. Collige etiā ex vltimo versicu. quòd de vltimis voluntatibus ad contractus potest argui, vbi est eadem ratio. ¶ In gloss. vlti. ibi: soluitur ius pignoris. Aduerte, quia hoc ius pignoris isto casu causatur etiam in homine libero: vt est casus in l. ab hostibus. & in l. si na. C. de cap. & in l. qui testamento. in prin. s. de test. Vtrum autem præter istum casum sit dare casum, in quo homo liber possit detineri[a] pro pignore: vide tex. & quod ibi no. in l. fin. & aut. ibi posita. C. de actio. & obliga. & est quædam glo. singu. in decreta. xxiij. q. viij. c. & pridē. quæ vult, quòd vbicunq; permittitur homo liber detineri: verbi gratia, quando dat̃ obses pro pace, nō causatur ius pignoris in homine libero, licet detur facultas retinendi. & illam glo. ego sum secutus in l. obsides. s. de testa. reprehendendo Bald. in l. ij. C. de pac. qui si. dis. qui videtur velle, ꝙ facultas retinendi hominem liberum possit causari indistinctè, dummodo non contrahatur pignus. Et tene menti ex illa gloss. est dare facultatem retinēdi, rem, quæ non sit ius pignoris vel hypothecæ: pro qua cōclusione vltra ea quæ allegaui tunc vide bonum tex. in l. si pupillorum. §. fina. s. de rebus eorum.

SVMMARIVM.

1 Verba, nolo retinere hæreditatem, non inducunt repudiationem hæreditatis.
2 Legis verba imponentis pœnam, quando scripta sunt in personam, tunc sub prædictis verbis non comprehenditur mandans, & fieri faciens.
3 Dictiones istæ, de, & ex, significant causam immediatam.
4 Rem de hæreditate amouere is dicitur, qui consumit eam, & in vsus suos conuertit.
5 Furtum non committitur ex sola occultatione rei, nisi res nō moueatur de loco ad locum.
6 Appellatione damni venit furtum.

PRætor ait. Seruus qui amouit aliquid de hæreditate, prius ꝙ̃ abstineret, perdit beneficiũ abstinēdi, si hoc fecit dolo se: secus si prius abstineat, & postea amoueat rē de hæreditate, h. d. vsq; ad finē l. Secunda ibi: si quis suus. Tertia ibi: ait prætor. Quarta ibi: amouere. Vltima ibi: hæc verba. ¶ 1 No. primò ibi: si quis &c. secundũ Pau. de Ca. & do. me. ꝙ ꝓpter ista verba, nolo retinere hęreditatē, nō inducit̃ repudiatio hæreditatis: qđ patet secundũ Pau. qa post ista verba sequatur est amotio, & tñ denegat̃ beneficiũ abstinendi. Sed cũ reuerentia hoc nō apparet ex tex. imo potius probat̃ cōtrariũ, qđ inducit̃ per ista verba, abstensio, & perdit̃ beneficiũ abstinēdi. Vnde abstensio nil operat̃, nō obstante text. in l. filij mater. §. j. ad Tertul. qa aliud est dicere, nolo adire hæreditatē, qđ pōt[b] esse mediũ inter adire & repudiare: & aliud est dicere, nolo retinere hæreditatē quæsitā: vident̃ enim ista verba importare abstēsionē ab hr̃ditate: secus si dixisset, nolo me imiscere hæreditati, quia hoc posset esse mediũ inter immiscere & abstinere: & hoc verè important ista verba in isto versic. De materia aũt dic vt habet̃ in l. si quis su⁹. s. de iure delib. & per Bal. in l. qui se patris. C. vñ liberi. ¶ 2 Scđò no. singu. istũ ver. non dixit prætor. ꝙ qñ verba legis imponētis pœnā sunt scripta in psonā, tunc sub pdictis verbis nō cōprehendit̃ mādans, & fieri faciens: secus si sint scripta in rem: & per istũ tex. & alia iura ita distinguit Bar. vbiq;, videlicet in l. aut qui aliter. §. fina. qđ vi aut clā. & in l. hęc verba. ff. de adul. & in l. sed si vnius. §. si seruus meus. ff. de iniur. Sed Bal. hic, & Ang. dicũt, ꝙ licet in verbis legis nō cōprehendat̃ mādans, cōprehendit̃ tñ ex mente legis & statuti, ne maleficia remaneãt impunita, qđ est absurdũ: vt l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Ratione aũt absurditatis vitandæ etiā in materia correctiua & exorbitāti fit extensio, secundũ Bar. in l. oēs populi. de iustit. & iur. Et ideo inferũt hic ꝑ fati doc. ꝙ si ex forma statuti homicida debet cōdēnare in pecunia, & istud statutũ habebit locũ, etiā ĩ mādāte, ne maleficiũ remaneat impunitũ[b]: licet Ioā. de Imo. dicit hoc esse verũ, qñ statuto caueret̃ expresse, ꝙ iudex nullā pœnā posset imponere, quæ nō esset imposita à statuto pro aliquo delicto: tũc em̃ bene sequeret̃ istud absurdũ. Sed qñ statutũ hoc nō disponeret, sed simplr̃ imponeret pœnā ꝓ homicidio, tũc nō sequeret̃ ista absurditas: qa mādans si nō cōprehēderet̃ sub verbis statuti, nihilominus puniret̃ de iure cōi, scđm regulā, ꝙ casus omissus remanet in dispōne iuris cōis. l. si cũ dotē. cũ materia, solu. matr. & sic patet, ꝙ in isto scđo casu sequit̃ opi. Bar. in locis ꝑallec. no. Cy. in l. si ꝑ aliũ. in prin. ff. ne qs eũ qui in ius. quē Bal. & Ang. ibi sequunt̃. Tu aũt sup ista materia vide qđ ponunt Bal. & Ang. & qđ ibi scripsi in l. Gallus. §. qđ si is. s. de lib. & posth. vnũ dũtaxat est declarandũ hic, qđ nō fuit ibi ita pfecte declaratũ. Nā vt vidisti, ipsi ponũt exemplũ hic, qñ statutũ ĩponit pœnā pecuniariā ꝓ homicidio, in quo casu q. videt̃ habere minus dubitationis: quoniam si rectè inspicias illud statutũ respectu iuris cōmunis, qđ imponit pœnā corporalē, cōtinet beneficiũ. Vnde est fauorabile, & nō odiosum: & ideo videtur, ꝙ facilius fiat extensio, quā si statutũ imponeret pœnā parē vel maiorē pœna iuris cōis. & hoc est qđ dixit no. Bald. ad propositũ proprie in his terminis in l. non eo minus. in pe. char. C. de accu. Vnde alibi dixit, ꝙ quia concessio pacis est beneficiũ, & res fauorabilis, ideo licet statutũ cōcedat pacē fieri cũ homicida, cōprehendet etiā mādantē, & fieri facientē: vt ipse no. elegāter in l. trāsigere. in vlt. col. C. de trāsac. posset tñ forte dici, ꝙ quia iste fauor est irrationabilis, quādo pœna pecuniaria imponit̃ pro homicidio, nō fiat extēsio attēta ista ratione: quia vt ait Bal. in l. j. C. de summa trinitate. fauor irrationabilis cēsetur vt odiũ. Posset etiā dici, quòd licet statutum in consequentia disponat ad fauorem homicidæ, nihilominus principaliter disponit ad odiũ ipsi⁹, & pœnā. Et ꝙ actus dicat̃ fauorabilis & odiosus, inspicit̃ pricipalis intētio legis: vt l. qui exceptionem. in princi. & qđ ibi no. ff. de condit. indeb. & sic

¶ Detineri. Pro quo dic & limita prout per Fel. in c. ex rescripto. in fi. j. colũ. de iur. iu.

¶ Impunitũ. Vide quæ habent̃ ad hoc per d. Vinc. Paleo. in cōs. incip. in noīe &c. visa quadā ĩstitutione, qđ est ante cōsi. liij. d. Alex. de Imol. in iiij. par.

remanet vera doct.do.Io.secundū distinctionē Bart. Ex his ēt infert hic Bal.no.ꝙ si ex forma statuti de quolibet crimine pōt fieri pax,præterquā de homicido, licet pax nō possit red di homicidę,poterit tamē reddi mandāti:& ita dicit fuisse Perusij practicatū. Sed ista doctri.videtur cōtradicere suo dicto præcedēti:nam ista denegatio pacis nō est aliud, ꝗ̄ pœna quędam. Sicut ergo in alijs pœnis ipse cōcedit, ꝙ statutū extēditur ad mandantē,secundū Cy.vt s.dixi,quare etiā in hoc casu nō sit idē dicendū ,non intelligo. Si aūt teneres distinctionē Bar.de qua s.dixi,tunc bene posset procedere ista decisio: posito tamē,quòd ista sua doctrina non esset vera,sequendo dicta Cy.posset esse vera in vno casu,videlicet quando statutū negaret reddi pacē condēnato de homicidio,vel ex homicidio:†cū enim istæ dictiones de,& ex,significent causam immediatā[a],l.j.§.ex incendio.ff.de incen.rui.& naufra.& l.j.§. nūc videamus.& ibi per Bar.de coniug.cum emā.lib.nō extēderet ad mandantē,quia ipse nō est causa immediata homicidij,secundū Bal.qui ita eleganter decidit in l.ex hoc iure gentium,circa mediū cōmenti.ff.de iust.& iur. Licet autē statutū,qđ loquitur permissiue,ꝙ possit reddi pax homicidę,habeat locum in mandāte,secundū Bald.in d.l.transigere.istud est verū,nisi verba statuti sint expresse personalia:verbi gratia,si statutū dicit,ꝙ ei possit reddi pax,qui personaliter vel proprijs manibus commiserit homicidium:tunc em̄ non extenderetur ad mandantē,quia intentio statuti videtur esse expressa. Ita tenuit Iac.de Bel.disputando,& refert & sequitur Bald.in c.j.§.homicidiū.de pac.iur.fir. Vtrum autem si imponitur pœna mādanti extēdatur ad mandatariū facienti : vide qđ scripsi in d.l.qđ si is.vbi allegaui glo.in c.statuit enim. de elect.in vj.& Bal.in c.j.qui.mo.feu.amit.el j.¶†Tertiò not. in ver.amouisse.ibi:aut consumpserit.ꝙ ille dicitur amouere rem de hæreditate,qui cōsumit eā,& conuertit in vsus suos. & ex hoc arguit hic Bal.& Ang.& Moder.ꝙ sicut sequestratio potest fieri in causa appellationis,quando quis est suspectus de barratione, vel dilapidatione fructuum.l. Imperatores.ff.de appel.ita videtur posse fieri sequestrum,quando est suspitio,ne quis conuertat fructus in vsus suos.& hoc tenuit Archi.xj.q.j.c.quia res.& Inno.in c.fi.de seque.pos.& fruct. quē allegat hic do.me.hoc etiā tenuit Bal.in l.si fideiussor.§. fi.s.qui satisd.cog.& in c.j.§.sancimus.quo tēpore miles inuestitur.quæ dicta etiam adducit hic do.me. Tu vide Angel. qui ponit hanc eandē doctri.in l.diuus.in prin.ff. de peti.hæ. vbi idem tenet in effectu. Et licet do.me.hic nitatur reprehendere ista dicta,quasi ille qui consumit in vsus suos non sit in dolo,non est multum curandum de dictis eius:quia imo est in dolo,si pendēte lite cōsumit fructus,quos debebat reseruare vsq; in euentū litis. Dicit tamē,ꝙ quando ille qui conuenitur, non posset aliunde viuere,tunc etiam pendente sequestro potest diminuere de fructibus: intellige,quando prius erat in possessione rei,sicut loquitur text.quē ipse allegat.& qđ ibi ponit Bal.in l.fina.in fin.C.de ordin.cogni.¶†Quartò not. ibi:siue autem vna siue plures &c.ꝙ ista dictio posita in tex. qui amouerit.verificatur in vna re duntaxat,& ita exponitur in l.j.§.j.de no.ope.nuncia.secundùm Barto.etiam si sit parua & minima, secundùm Angel. & Mod. Et ex hoc arguit Angel.hic, quòd si ex forma statuti imponitur pœna etiam capitalis officiali retinenti pecuniam communis, istud statutum habebit locum,etiam si retineat vnum denarium, dummodo dolose faciat. Et vt refert hic dominus meus, cùm ista qō fuisset de facto Perusij,excusabant se officiales,quòd thesaurarius non erat præsens tunc,cui debebant consignari pecuniã. Sed iste respondebat, quòd debent assignari thesaurario prouinciæ vicinæ,per tex.singula.quem not.ibi Bartol.in l.prim.C.de cano.largi.titul.libro x. Refert etiam se defendisse quendam collateralem in ciuitate illa , qui de pecunijs quæ prouenerant ad manus suas ex multis facit adaptari cameram suam:nam modicam pecuniam potest potestas conuertere in vsum & vtilitatem publicam,quando peruenit ad eius manus,ex condemnationibus factis per eum:alle. Bar.in l.diuus.ff.de bo.dam. Tu vide text.& quod ibi ponit Bart.in l.pen.§.j.C.de cano.largi.titu.lib.x. Sed ad primum dictum principale attēde:quia contra istam doc. Ang.videtur text.in l.ij.in fi.ff.qđ cū eo.vbi probatur,ꝙ verba legis loquētia de hærede instituto non cōprehendūt hæredē institutū ex minima parte,quia cessāt ratio l.ibi posita. Similiter ergo videt̃ dicendū in casu nostro,quòd si qualitas personæ,quæ gerit officium,est honesta & grauis,in dubio non præsumatur retinuisse pecuniam modicę quātitatis ex dolo:sicut dicit text. in simili in c.si quæstiones.extrà,de simo.vbi aūt nō esset talis cōditionis,posset procedere ista doc.quia in his quæ sunt sui natura prohibita,in dubio præsumit̃ dolus:vt l.j. C. de sic.cum ibi no.& per Bar.in l.nō solū.§.morte.in materia protestationis prohibitorię.de no.ope.nū. Pro ista cōclusione quę debet limitari modo prędicto,adduco tibi tex.no.in l.quæuis.& qđ ibi per Bart.de condi.& demon.vbi probat̃,ꝙ si libertus qui debet reddere rationē omittit aliquid dolosè,deficit cōditio, & nō cōsequit̃ libertatē,ꝗ̄uis illud sit modicū:secus si omitteret per errorē. Et ideo dicit ibi Bar.ꝙ officialis qui debet cōdēnari pro pecunia cōis retenta,nō cōdemnatur,si retinuit eā per errorē:pro quo bene facit iste tex.inferius, quē Mod.etiā inducūt ad q.vt ibi dicet̃. Ad idē adduco tibi tex.no. in l.senatus.§. Marcellus.secundū cōmunē intellectū.j.de le.j.vbi patet,ꝙ prohibitio facta de domibus destruendis in ciuitate, habet locū etiā in qualibet parua domūcula. Vnde dicit gl. no. xij.q.ij.c.terrulas.ꝙ licet res ecclesiæ sit minima,nō tamē pōt alienari sine causa legitima: pōt tñ subsistēte causa alienari sine solēnitate requisita.& hoc est,quia non requiritur tāta diligētia,vbi agit̃ de modico præiudicio. Vnde ex illo tex. con iūcta gloss.sua,tu habes capere hāc distinctionē,ꝙ dispositio l.quę loquitur de aliqua re,seu ꝗ̄titate,habet locū etiā in minima re seu quātitate,vbicunq; ratio vel mens legis nō esset omnino.¶†Quintò not.in versic.amouisse præcedēti.vnum, quod omisi ex inaduertentia in verbo,celauerit. Probat em̄ ista litera singul.ꝙ ꝗ̄uis ex solo occultatione rei nō cōmittat̃ furtum,nisi res nō moueatur de loco ad locū:vt tradit̃ in l.ij. §.si rem.de acquir.pos.& in l.Pōpo.in fin.de acqui.rer.do. tñ in alia dispōne legis,vel in alio delicto, præterꝗ̄ furto, celare & occultare rem,capitur pro amouere:cū tamē istud verbū de ꝓprio significatu videat̃ sonare cōtrectationem.¶ Sextò no. ibi:amouere em̄ videt̃ &c.& ex verbo præcedēti immediate duo.†Primum est,ꝙ res quæ nō sunt in dñio vel possessione defuncti,nō dicūtur esse ex hæreditate,sed prinere ad hæreditatem:quod facit ad eam qōnem,quā ponit Ang.& ibi scripsi in l.si de eo.§.j.s.de acquirē.poss. videlicet vtrū res cōmodatæ & depositę debeant deponi in inuentario. Secūdò not.ex eisdem versicu.ꝙ lex quæ priuat filium beneficio abstinēdi,non intelligitur imponere hanc pœnā nisi doloso:vt patet ibi. qui nō callido animo &c.super quo declarabit̃ aliquid in glos. Et ex isto tex.arguunt hic Moder.post Ang.ꝙ si mulier mortuo marito vadit induta vestibus suis,quibus antea vtebatur,non præsumitur in dolo,& ideo nō cadit in pœnā legis vel statuti. ¶†Septimò not.ibi:nec vt hæredati damnū det, rem abstulerit.ꝙ ille qui furatur rem,dicit̃ dare dānū patrimonio alteri⁹, & sic appellatione damni venit furtū. In contrariū videt̃ tex. in l.j.circa princ.ff.de alea.vbi ista ponūtur tanꝗ̄ diuersa. Sup quo vide alium tex.in l.nec vllā.§.fin.cū l.seq.ff.de peti.hær. vnde verbū,dānū,capitur hic largo modo. Et ideo d. Bald.ꝙ in materia statuti vbi verba capiūtur stricte, appellatione dāni dati nō venit furtum;vt ipse not.eleganter in l.ait prætor. in princ.ff.de iureiurā.& in l.si seruus.§.si oliuā.ff.ad l.Aquil. & in l.nauta.§.j.ff.nau.cau.stab.¶ Vltimò nota.in §. hæc verba.ꝙ qualitas seu delictum per quod amittitur priuilegiū, debet adesse tēpore,quo priuilegiū refertur. Vnde si quis vtatur priuilegio prius,& postea illa qualitas superueniat,non tollit̃ effectus inductus ex priuilegio. Super quo vide qđ scripsi post do.me.& do.Rapha.in l.hęres per seruū.s.eo. Hoc tamē est limitandū elegāter,nisi qualitas ꝓpter quā aufertur priuilegiū respiciat executionē actus,seu priuilegij habentis cām successiuam:tunc enim satis est,qualitatē quæ inhabilitat superuenire post officiū adeptū in tēpore executionis officij,scdm Io. And.not.in c.auaritiæ.de elect.lib.vj.in nouel. Et hæc debes intelligere,qñ actus qui ꝓcedit inhabilitatē est perfectus totaliter,sicut abstensio ab hæreditate:nā si nō esset totaliter perfectus,delictū superueniēs irritaret actū:vt l.j.§.exigit.& qđ ibi no.per glo.ff.de bo.poss.scdm tabu.& fuit aliquid tactum in l. Antistius.in fin.s.eod.¶ In glo.sup verbo, curauerit. ibi: etiā si nō amouerit.glo.reprehēdit istam expositionem, ꝑ aliquas ll.q̄ dicunt,ꝙ delictū attentatū nō punit̃ vt perfectū:sed ista iura nō loquunt̃ in casu nostro,qa ibi punit̃ factū vel non factū. Vnde qñ factū nō est perfectū,nō imponit̃ regulariter pœna l.vt habet̃ in l.si quis nō dicā capere.C.de episc.& cler. preterꝗ̄ in certis casibus ibi no. Sed lex nostra loquit̃,vel not. nō factū,sed voluntatē faciendi,& tractatum,cùm dicit,si quis curauerit fieri:& ideo alia rōne vtendū est ad ꝓbandum hunc intellectum.& ꝗ̄tum prinet ad casum legis nostrę,satis patet ex mente legis,ꝙ intellexit, si quis curauerit.l.si quis mādauerit.id qđ secutū est:vt patet expresse in expositione versic. nō dixit prætor.ibi:si verò amouit ipse &c. Sed vbi nō esset intentio l.manifesta,habemus dicere,quòd licet ista verba significent simplicē tractatū, & voluntatē,nihilominus redigur-

tur

a ¶ Immediatā. Adde eundē d.Francis. Aret.in l.qui liberis.§.hæc verba. & in l.causa cognita. de vul.& pu.vbi de dictione, ex, vide Bal.in l.j.§.de iust. & iu.in §.ius naturale.in vlt. colū. ibi ver.v.circa alimēta, & qđ ibi dixi in apostil.

tur ad intellectũ iuris.glo.est no.de iure ciuili,quã ibi approbat Bar.in l.fi.in prin.ff.de rerũ diuisio.& de iure cano.habes glo.no.in cle.j.in verbo,mãdauerit.de pœnis.quæ reducunt ista verba ad intellectũ iuris cõmunis,scilicet si delictũ habuit effectũ,vel fuerit secutũ.Posset etiã dici, ꝙ quia pœna imponit̃ hic ipso iure,delictũ attentatũ nõ punietur vt perfectum, vbi aľs puniret̃:sed Io.And.in c.perpetuæ.de elect.lib.vj.& in regula,infamibus.de reg.iu.in mercu.de quo vide per Bal. in d.l.si quis nõ dicam rapere.& in l.si quis seruo.C.de furtis. ¶In glo.super verbo,nõ videtur.ibi:de legibus & senatuscõ. l.j.Bar.hic soluit contrariũ melius, ꝙ̃ Dy.& vult in effectu,ꝙ si aliquis auferret rẽ per culpam,& nõ per dolũ,punietur qui dẽ,sed non tanta.Et sic patet,vt feci te notare in tex.ꝙ in hoc casu lata culpa nõ æquiparatur dolo ad hanc pœnam imponendã.Sed hoc videtur falsum:quia vbicunq; pœna imponit̃ ipso iure,sicut est in casu nostro,lata culpa æquiparatur dolo, secundũ glo.no.quã ibi approbat Bar.in l.liberorũ.§.j.ff. de his qui no.infa.licet glo.sentiat oppo.in l.fi.ff.qđ quisq; iuris.& forte verius:quia qñ pœna imponitur ipso iure, proceditur magis strictè,ꝙ̃ vbi imponit̃ per sententiã: vt vidisti in glo.præcedẽti:& ideo nos per istũ tex. notabilem possumus dicere,ꝙ illa glo.est falsa.Vel si vis tenere eã, dicas, ꝙ in casu nostro hic est,quia istud delictũ est simile furto:& ideo sicut in furto requirit̃ dolus:vt l.si is q.§.si tu Titiũ.ff.de fur.ita in hoc delicto:sicut dicimus in alia materia,ꝙ cõtractus innoĩatꝰ,sapit naturã cõtractꝰ nominati, cui est similis cõtra naturã propriã:vt l.Titiꝰ.& ibi no.ff.de pſcriptis verbis. & bñ facit tex.in l.j.§.si qs seruũ.ff.deposi.Et per istã gl.& iura allegata in ea arguit hic d.m.ad no.q. si testator reliqt vxorẽ vsufructuariam aliquarũ rerum,& mandat hæredi ꝙ non molestet eam,& si molestauerit,priuat eũ hęreditate,nunquid si hęres molestat eã iuste:verbi gratia,quia nõ vult,ꝙ vtatur & fruatur non præstita prius idonea cautione:iuxta l.j.cũ materia. C.de vsufru.nõ videtur,ꝙ isto casu incidat in pœnã: quia qđ bono animo fit,non meretur pœnã,secũdũ gl.nostrã.Pro ista cõclusione adducit ipse multa iura,per quæ dicit probari verbũ,molestare,vel non molestare,significat non molestare de facto:alle.glo.in l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Treb.& multa iura,quę faciũt mentionẽ de hoc verbo,maxime,tex. in l. j.C.de nũdi.quẽ ibi no.Bal.ad hoc.Sed licet ista iura probẽt, ꝙ prohibitus non molestare intelligatur prohibitus nõ molestare de facto,nõ tamẽ negãt,quin videatur prohibitus molestare de iure.i.agere in iudicio.Casus quẽ ibi no.An.in auť. de san.epi.§.si verò episcopus.& ita etiã intelligit Bar. in verbo,cõtrouersia.in d.§.hæredes.Sed do.me. accipit molestare de facto pro quacunq; molestia iniustè illata,siue in iudicio,siue extra.Cõmuniter tamẽ doct.in locis alleg.& in l.amplius non peti.ff.rem ra.ha. intelligũt molestare de facto,vel controuersiam quæ infertur extra iudicium, impediẽdo de facto aliquẽ vti iure suo.Molestiam aũt de iure vel controuersiam intelligũt,quãdo agitur in iudicio,licet iniustè.Iura autem allegata per eũ nõ probãt,ꝙ ista promissio de non molestãdo, vel præceptũ testatoris restringatur ad eũ, qui molestat iniustè.Ipse tamẽ dicit hãc esse doct.Bal.in l.j.C.de his quę pœ. no.sed in tit.eo nõ est:licet enim Bal.ibi ponat q.de hærede, qui prohibet̃ molestare vxorẽ:hoc tamen quærit ad videndum,si hæres molestat,cui applicetur hæreditas: non tñ declarat quid ista verba importãt,nec etiã in auť. cui relictũ. C. de indi.vidui.vbi plenius tractat q.nec etiã Bar.in l. vxorẽ.§. hæres.de leg.iij.¶Potest ergo dici,ꝙ ista determinatio est vera per meliora iura:nã habemus ꝙ ista clausula,† contradictores[a] per censurã ecclesiasticã cõpescendo &c.restringit ad contradicẽtes iniustè,secundũ Inno.& Io.And.in c.j.de concess. præbẽ.in vj.& tenẽt doct.cõmuniter in c.pro illorũ.de præben.in anti.Pro ista conclusione est tex.de iure ciuili cũ glos. in l.at si quis.in prin.de reli.& sum.fu.vbi dispositio legis,quę mandat prætori interponere partes suas ad repellendũ eũ qui prohibet mortuum sepeliri,restringitur ad prohibitionẽ,quę fit iniustè:sicut videmus,ꝙ ille qui ꝓmittit nõ offendere,quẽ intelligitur,nisi ex iusta causa offendat:vt l.qui seruum.& ibi per Barto.de verb.oblig.& l.quæro.§.inter locatorem.& ibi per Bar.ff.loca.vide Dy.& Bar.in l.si quis in graui.¶In glo. posita super verbo,abstinet.Glo.ista nõ vult, ꝙ minor per restitutionẽ in integrũ,quę cõceditur à prætore viuo,possit petere se restitui aduersus hæreditatẽ, à qua propter delictum suum nõ potuit abstinere ipso iure.Sed hoc dictum reprehendit Ros.hic:vt refert dominus meus,quia aduersus dolum verũ minor nõ restituitur.l.j.C.si aduersus delictum.in princ.l. auxiliũ.ff.de mi.sed hic vere dolum cõmisit,curando vel occultãdo rẽ maliciosè:ergo per restitutionẽ nõ liberabit̃ à pœna.Sed glo.nostra põt saluari,ꝙ p restitutionẽ liberabit̃ à pœna,vt possit abstinere ipso iure:quia ista est pœna,quæ imponitur per hoc delictũ.Sed per restitutionẽ impetrandã à prætore viuo bene poterit abstinere ab hæreditate:quia cũ pœnę sint odiosæ,si est imposita vna pœna,ꝙ nõ possit habere beneficiũ abstinẽdi ipso iure:satis est,ne extẽdemus text. nostrum ad aliã pœnã,vt auferatur,etiã si beneficiũ prętoris viui.Et ad hoc fin.notabis istã glo.per regulã positam in regula, in pœnis.de re.iu.Et ad aliã quæstionẽ,quã s.tetigi,qñ statutũ prohibet hæredi pacẽ homicidæ,vel qñ remittit pœnam , si pax fiat,vtrum illa statuta extẽdantur ad mandantẽ:vide Bal.qui vtrũq; decidit in l.oẽs populi.in pe.char.de iust.& iur.& Pe. de Anch.referentẽ dicta eius in c.j.de cõst.char.xliij.& ad materiã quã posui in §.quod si is.vide qđ ponit Bar.in l.hoc iudicio.ff.de seruo corru. Are.

SVMMARIVM.

1 ☞Testamentum potest hæredi præfinire tempus, intra qđ adeat hæreditatem.
2 Testatoris dilatio cessat,cessãte causa dilationis assignatæ.
3 Dictio,tunc,dicitur significare extremitatem temporis.

SI quis hæres. Cessante causa dilatiõis cessat dilatio.hoc d. Vel sic:Substitutus ei qui debebat adire infra certum[a] tempus,potest incõtinenti succedere,licet dilatio non sit finita.hoc dicit.Secunda ibi:nemo dubitat.¶†Nota,ꝙ testamẽtum potest præfinire tempus hæredi,intra quod adeat hæreditatem.& ita dicit Angi.respondisse de facto Florentiæ per istam l.& bene facit tex.in l.sed in conditione.in prin cip.s.de hæred.instit.vbi testator potest apponere tempus ad implendam conditionem potestatiuam. Sed cõtra hoc arguit Pau.de Ca.de his quæ habentur in l.nemo potest.in text. & glo.ff.de lega.j.vbi si testator prohibet legatario,quòd vltra certum tempus non possit petere legatum:ista prohibitio nõ habet effectum ipso iure,sed ope exceptionis.Super quo vide quod tradit Barto.in l.eum qui ita.§.qui ita.el j.ff.de verb.obliga.Sed ad hoc ipse respõdet,quòd iura loquunt̃ post obligationem & actionem quæsitam,quã nõ potest ipso iure extinguere testator vel cõtrahens. Nos autẽ loquimur in facultate & iure adeundi,à qua videtur facilius posse excludi aliquis ꝑ terminũ assignatum à testatore.& hoc tenebis menti ad no.in l.nemo potest.& bene facit qđ scribit Barto.in fim.qõ.in l.cũ in fin.ff.de fideiuss.¶†Secundò not.quòd etiã dilatio testatoris cessat,quãdo cessat causa dilationis assignatæ, & idem est in dilatione legali:vt l.j.§.si intra.j.de succes.edi.per ista iura decidit hic Barto.& in l.à filia.§.fina.ff.ad Trebel.quòd si est assignata dilatio reo ad respõdendum positionibus,vel libello,& ipse respõdet in prima die termini,iudex põt ꝓcedere ad vlteriora,[b] quia dilatio censetur extincta.& idem tradit Bald. in l.fina.ff.de fe.in pen.char.ꝙ habet locũ etiam in dilatione legali,secundũ glo.in c.fin.de cõsuet.lib.vj.nisi forte terminꝰ sit assignatus per dictionem significantẽ extremitatẽ tẽporis: tunc enim licet cesset causa pro qua est assignata dilatio, non tñ cogeretur ille cui est assignata vlterius ꝓcedere,durãte termino:vt dicit glo.tua hic in simili ad solutionẽ l.iiij.in fi.de cõdit.& demon.& est glo.no.de iure cano.in c.cupientes.in prĩ. in ver.cõmode.de elec.lib.vj.Vnde dicebat Bal.in l.fi.C. qui admitti.ꝙ si est statutus terminus actori,deinde reo ad faciendũ aliquid,& actor renunciet dilationi suæ,statim curret dilatio reo:vt est casus in d.l.fin.secundũ vnũ intellectũ, & ꝓbat̃ melius Instit.de bon.poss.§.pen.& illa duo iura alle.Io.An. ad hoc in addit.Specu.in rub.de cõcess.ꝓbend.de qua additiõe dixi in l.ꝙ̃diu.s.eo.Sed est casus lõge melior,qui ꝓprie loquitur in termino legali,in l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adult. vbi dicit,ꝙ si maritus infra xl.dies protestat̃,ꝙ nõ vult accusare incõtinenti,cedit tẽpus extraneo ad accusandũ,quod nõ cederet nisi elapsis xl.diebus.Et aduerte diligẽter,quia aliud est quærere,vtrum dilatio nõ impediat procedi ad vlteriora, qñ cessat causa dilationis:& aliud quærere, vtrum ille qui debet aliquid facere sub pœna in certo termino statuta ab homine, vel à l.possit conueniri ad pœnam ante lapsum termini, licet certum sit,quòd id quod erat faciendum infra terminum nõ possit impleri:& de hoc dicetur in glos.remissiue. In materia autem nostra dixit singulariter Ioã.And.in tit.de dilat.§.j.in versi.probatoria,ꝙ quãdo cessat causa dilationis assignata per iudicem ex eo,quia certũ est ꝙ non potest fieri infra terminũ id qđ fieri debebat:tunc non cessat dilatio ipso iure,sed iudex põt eam reuocare, ex quo deficit causa,propter quã fuit assignata.Sed cũ sit eadẽ ratio,ex quocunq; capite,cũ dilatio cesset,melius est dicere, ꝙ censeat̃ reuocata ipso iure,quo ad hoc

[a] ¶Cõtradictores.De qua clausula vide omnino Fel.in c.su per eo.de off.dele. post me.j.col.

[b] ¶Ad vlteriora.Adde d.Abb.in c.potuit.de loca.qui dicit verũ,si sit satisfactũ dilationi, aliàs non. Sed si certum est non posse infra dilationẽ, & quòd pars nimium se artauit, iudex non debet expectare vlterius: glo.est or.in ver.,decẽ diebus. in c.vbi periculum.in princ.de elec.in vj. & vide ĩ c.cõmissa. eod.titul.

vt possit procedi ad vlteriora. ¶ In glo. vnica, ibi: at ibi est legatū qđ ex die &c. Ista solutio est etiā bona, & precedēs etiā potest tolerari, q̄uis nō sequeretur incōueniens, qđ ponitur in secunda solutione, vt dixi tibi in notabilibus. Et ad illas ll. allegatas in glo. responde vt hic per docto. ꝙ in dictis legibus nō cessabat omnino causa dilationis assignatæ, quia intererat debitoris non conueniri statim, sed post terminum. Vnde dicemus, ꝙ in dubio dilatio videtur assignata in contractu, vel in vltima voluntate fauore debitoris: vt plene declarat Bart. in l. qui Romæ. in prin. de ver. obli. & in l. cum qui. aliās incipit, iubemus. ff. de annu. leg. Sed hic cessabat penitus causa dilationis. Et de materia illarum ll. & quādo terminus statuitur à lege, vt aliquis incurrat pœnā post terminū, vide plene per Bar. & Imo. in l. cū stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. obl. & ibi plene scripsi super hoc. ¶ † Extra gl. pro cōplemēto materiæ tangit hic Pau. de Cast. no. quæstionē, videlicet si testator relinquit vsumfructū prędij vxori donec dixerit, & vitam vidualē, & honestam seruauerit, & post mortem vxoris substituit in pœna in proprietate fundi quēdam alium, vtrū si mulier transit ad secūda vota, & sic excluditur à legato, incontinēti substitutus possit admitti ante mortē vxoris, an verò debeat expectare mortē? Quę q. fuit olim disputata ꝑ Philippum de Formaglinis, generū domini Ioan. And. & in effectu determinauit disputās, & sequitur Io. And. in addi. Spe. super rubr. de secun. nup. ꝙ substitutus admittitur, quia dies mortis vxoris nō fuit inserta propter aliud, nisi quia volebat testator, ꝙ durāte vita vxoris vsusfructus pertineret ad eam, quā sperabat verisimiliter nō esset nupturā. Vñ cessante ista causa, quia mulier priuatur vsufructu in vita, videtur ꝙ cesset dies incerta mortis, quæ facit conditionē. l. quibus diebus. §. quidā Titio. & l. hæres meus. in fi. de condi. & demon. Et pro ista cōclusione adduxit disputās duo iura, quę bene faciunt, videlicet tex. in l. mulier. in prin. ff. ad Treb. & l. si ita. ff. quādo dies le. ce. & hanc opi. sequitur hic Pau. de Cast. dicēs aliās vidisse consultū oppositū, & male. Sed d. m. qui etiā ponit istā q. dicit, ꝙ cōtra istam decisionē videt̃ tex. valde no. in l. si vxori. la ij. ff. de vsufru. lega. vbi si relinquit̃ vsusfructus vxori in quinquēniū, & post illud proprietas fundi liberis testatoris, licet vxor moriat̃ intra quinquēniū, & cesset causa dilationis, nō tñ cessat dilatio, nec vocat̃ substitutus, nisi post quinquenniū. Et illā l. fin. adducit Bal. in terminis l. vxori. in l. ambiguitatē. C. de vsuf. quē etiā adducit hic do. m. Nō ob. tex. secūdū eū in l. mulier. quia ibi cessat dies incerta apposita in testō: q̄m testatrix ibi ęstimabat verisimiliter, ꝙ filij nō possent fieri sui iuris, nisi post mortē patris; nō em̄ credebat patrē eos esse manumissurū. Sed in terminis nostris nō est sic, quia testator potuit probabiliter ęstimare ꝙ deficeret cōditio legati facti vxori, etiā in vita ipsius, cū frequēter vxores, & maxime iuuenes trāseant ad secūda vota. Imputet ergo sibi, qui non prouidit expresse in isto casu, sicut dicitur in simili in l. iij. C. de inof. testa. & in l. tractabat̃. ff. de testa. mi. Et per ista ipse tenet cōtra Io. And. in ista q. Tu aduerte, quia ad l. vxori. potest respōderi duobus modis: vel ꝙ ibi terminus nō cessat, † qa fuit apposita dictio, tūc, quæ significat extremitatē tēporis: [a] quo casu licet cesset causa dilationis, nō cessat dilatio: vt l. iiij. in fin. de cōdi. & demō. & tenet glo. hic in pe. solu. in c. audientes. allegata s̃. in not. & hāc sol. sequit̃ Bar. ad illū tex. in d. l. vxori. Vel potes dicere, ꝙ qñ est apposita dies certa, semper cessante causa dilationis cessat dilatio: sed quando apponitur dies incerta, ista dies facit conditionē: vt in ll. s̃. alle. in qua aliud est dicendū, vt statim dicā. Itē aduerte: quia licet ita probabiliter possit sperare testator, ꝙ mulier non nubat: sicut poterat sperare, ꝙ filij non essent manumittēdi: adhuc tamē si subtiliter inspicias, cessat causa dilationis, quia testator non reliquit fideicōmissum post mortē, nisi vt vxor si vitā vidualē seruaret, posset habere vsumfructū vsq; ad mortem. Deficiente ergo cōditione viduitatis, cū vxor priuetur vsufructu, statim videtur, ꝙ cesset causa propter quam fuit apposita conditio mortis; & sic decisio Io. And. videt̃ vera, saltem per istā l. & similes, quæ dicunt ꝙ cessante causa dilationis cessat dilatio, etiā si sit assignata à testatore. Vnde aliter considerando in ista materia, est assumenda doctr. & distinctio Bar. quā ipse ponit in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de libe. & posthu. quā etiā tangit paucis verbis in d. l. vxori. dicit em̄ in d. §. & quid si tm̄. ꝙ qñ conditio apponitur de necessitate, vel quia requiritur ad essentiam dispositionis, vel saltē requiritur de necessitate, quo ad effectum ipsius, quem intendebat testator, tūc cōditio pōt impleri per ęquipollēs: & ita loquit̃ tex. in l. mulier. in princ. præal. Sed quādo conditio apponitur volūtarie, quia testator aliter poterat legare, si volebat, non apposita illa conditione, tunc habet locū l. mulier. præalle. sed debet impleri conditio nō prout est expressa: vt l. qui hæredi. & l. Meuius. de condi. & demon. Et sic dies mortis incerta, quæ facit conditionem, non verificaret̃, nisi vxore moriēte. Tex. tamē in l. mulier. in princ. videtur magis se fundare in causa cessante ex mēte testatoris, q̄ quia conditio esset necessaria, vt hæreditas acquireretur filijs. Vnde ista quæstio relinquitur valde dubia, eligā in lect. seque. quid sit tenendum. ¶ Secundò quærit hic Paul. de Castr. si statuto cauetur, quòd condemnatus habeat x. dies ad appellandum: & post dictos dies habeat lx. dies ad prosequendam appellationem, vtrum si quis appellauit prima vel secunda die x. dierum, currit statim terminus datus ad prosequendū? In quo dicit vidisse consultum ꝙ non, propter verba statuti, quæ videtur satis clara: sed ipse dicit consuluisse cōtrarium, quia statutū intelligitur, quādo vltima die esset appellatum: si enim prius appellaret cessante causa dilationis, cessat dilatio: ideo currit terminus statim. Mihi videtur, ꝙ ista q. sit determinata per text. & glo. in clem. sicut appellationē. de appel. dicit enim ibi glo. ꝙ x. dies dati ad appellandum nō cōfundūtur cum fatali dato ad prosequendum, nec currit fatale, nisi demum post x. dies. Et illam gloss. approbat Bal. in l. ij. in princip. C. de tempo. appella. & tamen si appellatio fuit interposita intra decem dies, à die interpositæ appellationis currit terminus prosequenti. vt in dicta clem. sicut. & disputabatur olim in capitulo, ex ratione. de appellat. vnde credo dictā clemen. esse veram.

SVMMARIVM.

1 Vasallus tenetur dominum suum alere in casu inopiæ & egestatis.

SI quis non quasi. Non induciť immixtio per actū factū à filio vt filio. hoc dicit. ¶ Not. primò ibi: nō quasi hæres. nam ipsum tex. ꝓbat à cōtrario sensu, & tenet hic glo. expressè, quod si hunc actum fecisset quasi hæres patris, videretur adiuisse hæreditatē. Cuius cōtrariū tenet Barto. in l. pro hærede. §. seruus. s̃. cod. sed supple ad istū text. maxime, nam aliās vrgeret multum: quia hic filius faciebat actum tanq̄ hæres, qui nō potest pertinere ad extraneū, sed ad filium tantū. Et tene menti glo. quæ impugnat opinio. Barto. in dicto loco. ¶ † Secundò not. & semper tene menti, ꝙ sicut patronus potest petere se ali à liberto, quādo non potest aliter viuere: vt l. fin. & ibi not. s̃. de liber. agnosc. Ita & filius patroni. ¶ † Et ex isto tex. arguit hic d. me. quòd vasallus tenetur alere dominum suum in casu inopiæ & egestatis. Contrarium tamē tenet Ioā. And. referendo quosdam antiquos in addit. Specu. in titu. qui fi. sint legit. §. j. dicens nō reperiri hoc aliquo modo iure cautum. Et hanc autoritatem adducit etiam hic do. me. sed Bald. quē ipse nō vidit in l. j. §. sed sancimus. C. de Lat. lib. tol. dicit, quòd vasallus teneť alere dominū, & ecōtra dñs vasallum de redditibus feudi, & nō vltra: alleg. text. in c. vnico. an mutus vel ali. imperfect. in vsi. feu. vbi ꝓbatur secundū vnū intellectū, ꝙ ipse vasallus si efficiat̃ mutus, vel aliter imperfectus, & sic debet perdere feudū, dñs teneť eum alere ex illo feudo, si nō habet vnde se alat. & hunc intellectū attingit etiā Bald. in cap. j. §. mutus epm̄ vel abba. in vsib. feud. Qua ergo rōne dñs tenetur alere vasallū ex feudo ad se reuersō, eadē ratione à fortiori vasallus tenetur alere dominū, à quo habet beneficium: vt in c. j. de feu. cogni. Est em̄ in dñm quædam obligatio ad antidora: vnde multofortius dispositio illi⁹ tex. videtur habere locum in casu econuerso. Et vtrum dominus teneat̃ curare vasallum, si fuerit vulneratus in prælio pro ipō, vel restituere sibi equū & arma animosa. vide qđ ponūt Cyn. & Bald. in l. q̄m multa facinora. C. ad l. Iulia. de vi. Et ex ista litera arguunt hic Ang. & Moder. ꝙ licet filius exigat iuramentū fidelitatis à vasallis paternis, nō videt̃ adire hæreditatem: qa feudū nō capit̃ iure hæreditario, vt plene declarat̃ per Bald. in c. j. de succes. feud. & per Dyn. & Bar. in l. si patroni. in princ. ff. ad Trebel. Sed Ioā. de Imol. hic dicit, ꝙ istud dictum nō videtur verū: quia licet feudum deferatur iure sanguinis, et nō iure hæreditario, nihilominus non pōt acceptari, nisi adeat̃ hæreditas ipsius patris: vt in c. j. an agna. vel fi. vnde ille qui exigit iuramentū fidelitatis à vasallis suis pro feudo qđ habebat à dño, videtur fecisse actum, qui non potuit fieri validè, præter nomē & ius hæredis: ergo videtur adijsse hæreditatē. Do. me. hic, & sentit etiā Pau. de Ca. cōcordant opi. nam dicunt, ꝙ aliquando feudum recipitur simpliciter, vel pro se, & hæredibus: & tunc potest procedere opinio domini Ioannis, vt filius non admittatur ad feudum, nisi sit hæres. Aliquando accipitur feudum pro se, & filijs, & descendentibus: & tunc procedat opin. Ang. & aliorum, quia isto casu filius

a ¶ Tēporis. Adde eūdem d. Fran. Aret. in l. in substitutione. de vulg. & pup. & quod ibi dixi in apostil.

lius repudiata hæreditate paterna potest acceptare feudū. & hoc tenet Bal. in c. j. an agna. vel filius. pręal. Super quo dubio scripsi ego plenissime in l. pro herede. §. si quid tamē. s. eo. & tenui contra illā distinctionē Bal. cōtra quē tenēt Barto. & Ioan. Andr. vt ibi dixi. Vnde dic vt ibi fuit dictū. Et adde, ꝙ etiāsi pater repudiat feudū, nihilominus filius non pōt illud habere, nisi habeat hæreditatē paternā, secūdū Bald. no. in l. si quis se patris. C. vnde libe. Et quia gloss. nostra tangit de dictione, quasi, & de dictione, tanq̃: debes scire, ꝙ dictio, quasi[a], ex sui natura significat impproprietatē & similitudinem. l. ij. de vsufru. ea. re. quæ vsu cōsumūtur. & in l. j. in princ. ff. de eo qui pro. tu. neg. gest. Aliquādo tamē significat expressionē veritatis: vt hic, & traditur per glo. in l. ossa. §. j. ff. de reli. & sum. fu. & vide Arch. qui bene loquitur de ista dictione. l. di. c. quia te. Et tene mēti quandā glo. sing. in l. j. ff. de cond. fur. ꝙ appellatione domini venit quasi dominus in dispositione legis, & si lex loquatur per dictionē taxatiuam: quia dictio taxatiua nō excludit casum similē. l. ob æs. de præ di. mino. & per Bar. in l. si constante. in prin. so. ma. Aretinus.

QVi putat. Qui soluit plus q̃ debeat, videtur implere conditionē: secus in eo qui minus soluit q̃ fuerit iussus. h. d. Partes sunt per se patētes. ¶ †No. ꝙ etiā in cōditionibus quæ debent impleri in forma specifica, in maiori summa inest minor: qđ est valde no. ad materiā l. j. §. si stipula. de verbo. obli. Vñ dicit Cy. & Bal. not. post eum in l. j. C. de lit. cōte. ꝙ si est petita maior summa, & probatū est de minori, pōt ferri cōdēnatoria super minori summa: quia etiā super ipsa videt̃ lis cōtestata, licet litis cōtestatio sit actus solēnis, qui requirit̃ ꝓ forma substātiali, vt fiat litis cōtestatio sup eo qđ est petitū. Et licet gl. teneat aliter in l. j. C. de plus peti. Pe. tamē ibi & Bal. tenēt hoc qđ dixi per l. qui solidū. in prin. ff. de leg. ij. Et ideo posset inferri per tex. nostrū, ꝙ si ex forma statuti reus nō debet audiri, nisi prius pręstita satisdatione super quātitate petita, satis videbitur satisfactū formæ, si cautio per errorē est interposita vltra quātitatē petitā per istū tex. qui est valde no. in materia. ¶ Secundò no. & semper tene menti, ꝙ in his quę sunt indiuidua pręstatione seu executione, portio soluta etiā ex volūtate creditoris nō liberat soluentē: secus esset in obligatione diuidua, qñ creditor particularē solutionem acceptaret: vt not. in l. quidā ęstimauerūt. ff. si cer. pe. Operat̃ tñ effectum notabilē solutionis particularis in casu isto: quia si post ea loquatur solutio residui, reconciliabitur solutio partis prius factę. Vñ no. ꝙ si aliqđ est indiuiduū præstatione, pōt fieri solutio ꝑ partes ex interuallo, intellige volēte creditore, non tñ cōtinget liberatio, nisi soluto toto: vt hic, & in l. si nō sortē. §. si decē. ff. de cōdi. indebi. ¶ In glo. ij. ibi: quia hoc nō facto. Hæc glo. nō firmat id qđ dixerā in no. videlicet ꝙ ille qui soluit maiorē summā ex intētione sua, videtur soluere quālibet partē cōtētā in ipsa summa. Vñ pōt dici formaliter satisfecisse dispositioni, quæ requirebat minorē summā. Vtrū aūt actiue & passiue in implemēto cōditiōis habeat locū ius accrescēdi, vide per Bal. elegāter in l. j. C. qñ nō pet. par. in ver. viij. quæro. vbi alle. duo optima iura. vide ēt tex. & qđ ibi no. in l. pe. in prin. ff. de cond. & demon. Aretinus.

QVi bona fide. Non valet aditio hæreditatis facta ab homine libero, qui se existimat seruū iussu dñi putatiui: sed sine iussu valet, dūmodo intētio adeūtis sit, ꝙ in oēm euentū velit sibi acquirere. h. d. Scđa ibi: similis est. Tertia ibi: de eo. ¶ †No. primò, ꝙ ille q̃ equiuocat statū & cōditionē suā, quia cū sit liber, existimat se seruū, nō pōt adire hæreditatē ex iussu eius, quē reputat dñm. & assignat̃ duplex ratio hic ꝑ gl. & doc. Vnā tāgit gl. sup vers. nō obligat̃. ꝙ hoc est iō, quia adeūdo ex iussu dñi putatiui nō habet volūtatē liberā, sed ex necessitate iussus videtur adire: vñ nō valet aditio: vt l. qui in aliena. §. Celsus. s. eod. ¶ Ex qua glos. notabis duo, & perpetuo. Primum est, quòd ille qui facit aliquid ad iussum sui superioris, in dubio præsumitur facere coactus, & non voluntariè. & hoc probat tex. no. in l. homo liber. in fin. ff. de acquir. re. do. etiam si post iussum non sequantur minę, nec verba, nec aliquid simile. Et ex hoc deciditur illa notabilis q. quam posuit Barto. in l. creditor. ff. de solu. & magis formalis Bald. in lege, falsus. C. de furtis. vbi quærit, nunquid debitor expulsi de ciuitate, qui soluit ad simplex mandatum iudicis, sit liberatus, quasi coactè soluerit: an verò debeat expectare coactionem. & videntur probare ista iura, quòd sola iussio superioris inducat necessitatem & coactionē. ¶ Secundò notat ex ista glossa, quòd sicut metus qui caderet in constātē virū, reddit aditionē nullā ipso iure: ita & pręceptū eius qui posset inferre metū, si vellet, intellige iuste, vt pōt dominus seruo. facit optime text. & qđ ibi per Cy. & Bal. in l. nouissime. §. qđ si cōpulsus. qđ fal. tu. au. Si autem nō posset inferre vim iustè, tunc distinguit̃, an esset cōsuetus nō parētibus inferre vim, vel nō: vt plene declarat Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui ope. nū. Aliā rationē quā tangūt hic doc. dicemus tibi in explanatione gloss. Tertiò not. in ver. vel hæreditatē aditam. ꝙ legatū libertatis non competit ab adita hæreditate, licet ī alijs legatis dies cedat à die mortis testatoris, in l. j. §. in nouissimo. & quod ibi not. de caducis tollen. Areti.

EX semisse. Institutus ex maiori parte adiēs ex minori, vel bo. poss. petēs, nihil agit, si nō fecit errās. h. d. Secūda ibi: rñdi. Tertia ibi: quēadmodū. ¶ †No. ibi: per errorē. ꝙ errans sicut nihil agit agendo extra iudiciū, ita nihil agit agendo hoc in iudicio. Simile videmus in l. sicut. C. de repu. hæ. vel in l. iij. ꝙ sicut actus extraiudicialis non valet vt valere pōt, si nō valet vt agitur: ita etiā est in iudicio. Vnde præsentia iudicis nō ampliat intentionē partis, licet faciat præsumi cessare dolum: vt l. j. C. de prædi. cur. lib. x. ¶ †Secundò not. quòd vbi nō[a] potest assignari rō differentiæ, vel potius vbi est idētitas rationis, licite arguitur de iure ciuili ad ius prætorium. Vides enim hic, quòd ad instar aditionis quæ est de iure ciuili, annullatur bon. pos. In gl. super verbo, adijt. ibi: arg. cōtra. s. eo. si quis extraneus. §. si testamentum. dic vt ibi plene scripsi post Bart. & Moder. Verūtamen si vis defendere opin. Barto. ab impugnatione[b], quam feci in isto tex. in d. l. si quis extraneus. §. fi. posses dicere, ꝙ quādo ille qui erat institutus ex maiori parte, adiēs ex minori nō habebat animum adeundi hæreditatem pro maiori parte: tunc procedit æquiparatio de bon. poss. ad aditionē hæreditatis. Sed quādo adiens ex minori haberet animū manifestum, vel præsumptum acquirendi quācunq; partem, tūc nō procederet æquiparatio, quia facilius extenderetur acquisitio, quæ fit per aditionem hereditatis, q̃ illa quæ fit per dationem bo. pos. & quoniā decretū est stricti iuris, vt ibi dixi. Quia tamē ista solutio diuinat ad textū nostrum, nō placuit mihi in dicto §. fin. sed sum secutus solutionē vltimam gloss. quā sequit̃ ibi etiam Pau. de Cast. Et ad l. si quis mihi bona. §. quod si ex parte. quæ videtur fortiter esse contra istum tex. responde vt ibi dixi.

¶ Quasi. De qua dictione vide eundē Francisc. Aret. in l. si id qđ. §. autē. de acquiren. possess. & qđ ibi dixi ī apos.

¶ Gerundiū. Vide quę habent̃ ad hæc per Felyn. in c. j. de mu. peti. & in c. exceptionē. de excep. ante me. iij. col.

SVMMARIVM.

1 Gerundium quando cum verbo, vel participio futuri temporis coniungitur, facit conditionem: secus autē si coniungit̃ cum verbo præteriti vel futuri temporis, tunc enim qualificat seu modificat dispositionem.

2 Portio partis, seu pars partis, significat idem quod dimidia partis.

SI tu ex parte. Quocunque iure adeat̃ vna portio, alia quę potest acquiri sine noua aditione, acquiritur, & qui repudiat partem ex institutione, potest in alia parte ex institutione succedere: & de parte repudiata habebit partem iure accrescendi. h. d. Et diuiditur in tres partes principales. Quia primò mouetur vna qō. cui iurisconsultus expressè nō respondet. Secundò respondet vni qō. ex qua sequitur sol. qō. prius propositæ. ¶ †Not. primò ibi: nil interest &c. quòd si cut ille qui primò adiuit ex institutione, tenetur postea etiam inuitus acceptare partem prouenietem ex substitutione: vt l. si quis hæres. s. eo. ita econtra si prius acquiritur portio ex institutiōe ipso iure, sine noua acquisitione, acquiritur portio ex institutione. & sic ampliatur l. si quis hæres. suprà eodem.

1 b ¶ †Secundò not. tex. cum glo. sua ibi: adeundo &c. qui exponitur, id est, si adieris. quòd quando gerundium[b] coniungitur cum verbo vel particcpio futuri temporis, sicut hic cōiungit̃ cū participio, habiturus, facit cōditionem: secus si cōiungitur cum verbo præteriti vel futuri temporis, tunc enim qualificat seu modificat dispositionem: vt lege, vim facit. in princ. ff. de vi & vi. Vnde dicit Bal. in lege, id quod pauperibus. de episco. & cler. quòd iste libellus procedit, dico quòd fecisti mihi iniuriam, dicendo verba contumeliosa. declaratur enim per gerundium hic qualitas iniuriæ: significat autem gerundium communiter iunctum cum præpositione de actu, ex quo resultat effectus, vbi nomen significat effectum ipsius actus: vnde cùm dico, de edendo, dico actum editionis, dum fit: cùm dico, de editione, dico de effectu qui sequitur ex actu, secundùm Bartolum qui ita de-

men aduerte, qa iste text. nõ probat hanc cõclusionẽ: hic enim ideo non valet repudiatio, quia iam acceptauerat vnã partem: vt patet in ratione decidẽdi, dum dicit ꝙ & hic adeundo vnã portionẽ &c. ¶ 2 † Secũdò no. sing. secundùm omnes hic, ꝙ per dationẽ substituti vulgaris non tollitur necessitas primi hæredis, qui necessario cogebatur adire. Vnde nõ videtur data licẽtia instituto acceptãdi vnam partẽ, & reliquã nõ, licet in ea haberet substitutũ. Cur autẽ hoc sit inductũ, variant Mod. nã Imo. hic dicit, ꝙ licet per dationẽ substituti vulgaris in tota hæreditate tollat̃ necessitas. l. j. §. si proponitur. ff. si quis ob. cau. testa. nõ tamẽ idẽ est, quãdo substituitur aliquis in parte, sicut est in casu nostro: & est sin. limitatio ad no. in l. si filius q patri. s̃. de vulg. & pup. Et potest esse ratio decidẽdi, vt tangit Bar. hic, ne si posset repudiari pars quæ habet substitutũ, dispositio testatoris staret in pendẽti, vtrũ succederet ei ex primo vel secũdo gradu: cõtra l. fi. ff. cõmunia prędio. Vel potest dici, secũdùm eum in l. Iul. ff. si quis ob. cau. testa. ꝙ hoc est in casu isto, quia testator in dubio nõ videtur velle ꝓhibere ius accrescendi, nisi manifeste appareat. l. quotięs. §. si duo. s̃. de hęre. insti. Sed istæ duæ rationes sunt dubiæ: quia si testator substituit aliquem vulgariter ei qui erat grauatus restituere per fideicommissum, nõ obstante substitutione vulgari potest cogi primus hæres adire, pręterq; in vno casu. s. fauore substituti, quãdo fideicõmissum nõ erat repetitũ à substituto. l. facta. §. Iul. ff. ad Treb. & plene per Bartol. in l. j. de vulga. & pup. Quinimo dixit glo. sing. quã ibi põderat Ang. de qua multũ miratur Imo. in l. debitor. ff. ad Trebel. ꝙ etiam si hæres sit institutus sub conditione, si volet, licet sub istis verbis, si volet, nihilominus nõ videtur sibi remissa necessitas adeundi, licet possit eam remittere si vult. Pręterea licet suo & necessario videatur data licẽtia abstinẽdi à testatore per dationẽ substituti vulgaris, necessario tamẽ nõ videtur data ista licentia. Glo. est no. Insti. de vulg. substi. in prin. quã cõmendat Bal. in l. potest. de vulg. & pup. & Imo. in pe. col. in l. si filius qui patri. s̃. eo. Præterea nõ est verũ, secũdùm Bar. in l. Iul. ff. si quis ob. cau. te. per dationẽ substituti vulgaris tollat̃ necessitas in extraneo, sed in suo sic, vt ibi probatur secundùm eũ. Et quæ sit ratio differẽtiæ, dic vt ibi ꝑ eũ. Quinimo requirit̃, ꝙ in necessario tñ qui nõ est suus aliquãdo ꝑ substitutionẽ vulgarẽ tollatur necessitas, vt postea dicã: regulariter tamẽ nõ tollit̃, vt s̃. dixi. Pręterea aduerte ad duas rationes, quę assignant̃ partim hic, & partim in d. l. Iul. per Bar. nã prima ratio quæ dicit, ꝙ hoc inducitur hic, ne vltima volũtas stet in suspenso, si posset repudiari, alia pars haberet etiam locũ, quãdo necessarius hæres esset institutus insolidum, quia si posset repudiare hæreditatẽ, vt fatetur Imol. adhuc dispositio testatoris staret in suspenso, quousq; institutus deliberaret, vtrũ vellet adire vel non. Et sic ratio quæ in parte est, habet etiã locũ in toto: & tamẽ quãdo est facta substitutio in toto, ipse cõcedit ꝙ efficitur de necessario volũtarius, & sic non videt̃ bona ratio differẽtię. Quòd autẽ aliquo casu substitutio facta necessario in totũ faciat eũ voluntariũ, licet sit necessarius tm̃, & nõ suus, probat̃ sing. secũdùm intellectũ Bar. in l. cũ seruus. in prin. ff. de condi. insti. Et ego plene declaraui in l. necessarijs. post dome. s̃. eo. Sed attẽde ad secundã rationẽ, quã tangit Bar. in d. l. Iul. dicit enim, ꝙ ideo accrescit portio inuito, non obstante datione substituti, quia testator in dubio nõ videtur ꝓhibere ius accrescẽdi. nisi hoc manifeste appareat. l. quoties. §. si duo. de hęre. insti. Nã ista ratio haberet locũ in casu, in quo loquit̃ ille tex. videlicet quãdo ex illa ꝓhibitione testator remaneret pro parte testatus, & pro parte intestatus. Sed in casu nr̃o ista ratio cessat, ex quo est institutus, vel cohæres. Et ista fuit ratio dubitandi in ista l. vt patet in gl. vnde dicit Bar. sing. nec inuenitur alibi in l. neminem. de leg. ij. in sua distinctione, ꝙ si vna & eadem res acquiratur vni ꝑ partes, legatari⁹ põt vnã partẽ acceptare, & alterã repudiare, quia nõ imminet periculum, ꝙ quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestat⁹. Vnde d. Pau. assignat hic tertiã rationẽ, videlicet ꝙ aut cõsideras tẽpus ante acceptationem alicuius partis, & tunc hęres nõ potest hæreditatem diuidere, cuius non est dominus: aut considera tẽpus post acceptationem partis, & tunc alia non põt repudiari, quia iam fuit quæsita. Sed ista ratio concluderet, ꝙ quãdo legatarius acceptauit partẽ suã, non posset partem sibi accrescentem repudiare, quia etiã in legatis ius accrescendi accrescit alteri portioni ipso iure, & tamẽ põt repudiari. l. j. §. vbi autem. C. de cadu. tol. Et cur secus sit in hęreditate, apparet, in quo hoc inducitur, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & ne repręsentet personam defuncti in parte, quam testator voluit repræsentari insolidum. Dicamus ergo, vt dicit Barto. in prima sol. d. l. Iul. à contrario l. nostrę, ꝙ hæc datio substituti vulgaris fuit facta extraneo: extraneum aũt intelligo hic quẽlibet non suũ, vt s̃. dixi: quo casu regulariter nõ tollit̃ necessitas, nisi forte esset facta substitutio expressè per istud verbũ, si hæres esse noluerit, vt declaraui in l. in necessarijs. s̃. eod. sequẽdo dicta Imo. in l. si fili⁹ qui patri. de vul. & pup. in vlti. char. Et licet ista so. sit sustentabilis, durũ tñ videtur, vt dicit glo. ꝙ ex quo cessat ratio, ꝓpter quã inducitur ista necessitas, in l. nostra, videlicet ne qs decedat pro parte testatus & c. nõ cessat ista necessitas inducta. Vel põt dici vltra eos, & est clarior solu. ꝙ substitutio in casu nostro põt verificari secundùm naturã suam, & tñ non tolletur necessitas, de qua hic in tex. quia videbit̃ facta, si primus hæres esse noluerit, intellige in totũ: nam testator instituendo eũ in pluribus partib⁹ simul, videtur hoc voluisse, ꝙ vnam partẽ non habeat sine alia: & ideo si acceptat vnã partem, totum acquirit̃ sibi, quia in hũc casum nõ vocatur substitutus. Et secundũ hoc ampliabitur singulariter l. j. & ij. s̃. eo. & qđ ibi not. vt dicamus, ꝙ vna portio non põt acceptari, & alia repudiari, non solũ si res deducatur ad causam intestati, sed etiã si ex præsumpta volũtate defuncti videret̃ induci, vt voluerit hæredem vocatũ ad plures partes non habere vnam sine alia: & ita põt solui istud cõtrarium difficile. Sicut videmus in simili, ꝙ qñ testator substituit vulgariter pluribus simul, aliqñ substitutio nõ resoluitur in singularitatẽ. l. quãuis. C. de impub. & alijs substi. In legato aũt non ita de facili oriretur ista præsumptio, quia tantum interest testatoris legatum scindi, in quo non ita proprie repræsentatur persona sua, sicut hæreditatem in totum vni deferri. ¶ In glo. in ver. delato. ibi: de hęredi. institu. l. liber homo. §. fin. Bar. & communiter Modern. dicunt, ꝙ ista opinio formatur hic, & soluitur in vlti. glo. huius l. Sed cum reuerentia hoc non est verum: qa licet opponatur de eadem lege ad vtranq; glo. inducitur tamen duplex opi. ad diuersos effectus: nam in glo. nostra ille tex. inducitur pro cõtrario, inquãtum ibi dicit, ꝙ deliberante socio vtrũ velit acceptare portionem suam, vel nõ, ex testamento Titij primi testatoris: iste Sei⁹ qui succedit cohæredi suo in tertia parte, qui adiuit hæreditatem pro parte sua, erit hæres pro dimidia: qđ non videtur verũ, quia donec ipse deliberat, vtrũ adeat, vel repudiet, ista portio in totũ vel in parte non vr̃ delata: ergo non potuit acquiri, iuxta regulã s̃. traditam. Ad qđ est rñdẽdum, ꝙ illa dimidia tertia, quæ accrescit portioni Titij, & Seio, ex ꝑsona ipsius Titij dicitur delata, nec expectatur ꝙ Seius repudiet portionẽ suã, vt videat̃ delata. & hoc est, quia ista portio in omnem euentũ debebat ꝑtinere ad Seium: nã si repudiaret, accresceret portioni tertij sibi quæsitæ: si aũt adiret, acquiritur sibi vnà cũ maiori summa. i. cũ quatuor vncijs, in quibus erat institutus: & est similis casus, vnde iste ductus est, in l. si ita scriptum. eadem lege. ¶ In vl. aũt glo. tex. in §. si Titius. inducitur cõtra secundũ responsum istius l. inquantũ hic dicitur, ꝙ in portione quę defertur mihi ex persona alterius, nõ habet locũ regula dicta in prin. ꝙ alia portio accrescat sine noua agnitione: de quo dicemus in illa glo. ¶ In ea. glo. ibi: cõtra de l. si tu ex parte. Doc. in locis prædictis, & hic soluũt ista duo cõtraria hoc modo. & primò ad l. si tu ex parte. dicunt ꝙ hic institutus ex pluribus incœperat ab aditione vnius, & ideo non põt aliam repudiare, ex quocũq; gradu & capite sibi ꝑueniat. Sed in l. si tu ex parte. nõ incœperat ab aditione vnius partis, sed à repudiatione partis sibi delatę: quo casu distinguitur ꝑ doc. vtrũ alia portio deferat̃ ex eodẽ gradu, & non repudiatio in aliquo, secundùm glo. in l. ij. & in l. j. s̃. eod. aut defert̃ ex diuerso gradu, & tunc valet, vt ibi plenius dixi post Bar. ad l. cũ hæreditate. rñdetur secundũ oẽs hic, ꝙ ibi loquit̃ in portione, quæ defert̃ à lege, quam hæres non tenet̃ acceptare: secus in portione, quę defertur à testatore. ¶ In glos. in verbo, item si serui. ibi: aliàs non expectaretur. glo. ista vult, ꝙ si in casu §. nostri nõ fuisset datus cohæres, institutio facta sub conditione haberetur pro pura. Et pro ista opi. multũ faciunt verba tex. Primò inquantũ facit mentionẽ de cohærede. 3 † Secundò ex dictione, scilicet, [a] quæ de sui natura est limitatiua, secundũ Bar. in l. q situm. §. si qs fundũ. ff. de fun. instru. Vnde intẽtio haberetur pro pura, & sic totũ acquireret̃ dño. Sed cõtra istã opi. tenet Ang. hic, & cõmuniter Mod. & vtunt̃ tali rõne: qa etiã si seruus esset institutus sine cohærede, adhuc institutio non deberet haberi pro pura, ex quo dñs in aliquẽ euentũ posset nõ acquirere hæreditatẽ manumisso. s. seruo, vt hic dicit̃. Et sic vr̃ eadẽ ratio quæ est, cũ datus est cohæres. Præterea d. Paul. de Cast. & subtiliter, si diceremus ꝙ cõditio reijceret̃ in totũ, cñ seruus est solus institutus, necessario haberemus dicere, ꝙ qñ habet cohæredẽ, ista conditio reijceret̃ pro parte: qa etiam si deficeret

[a] ¶ Scilicet. De qua dictione vide etiam eundem domi. Frã. Aret. in l. si seruus. de acqui. possess.

deficeret talis cōditio, dimidia istius partis acquireretur dño per ius ac-
crescendi.l.liber homo.§.si ita scriptum.š.de hære.instit. Sed hoc videt
contra illum tex.vbi dicitur,ꝙ seruo manumisso impleta cōditione to
tum sibi acquirit:ergo est dicendū,ꝙ etiā si solus esset institutus, ista cō
ditio non reijciat,ita ꝙ dispositio habeat pro pura.Sed cōtra hanc opi.
multum obstat lectura nostra:tū quia tex.facit mentionē de cohęrede,
tū etiam qa ponit dictio.s.quæ est limitatiua & declaratiua:vt dicit Bar.
in l.idē ostendit.ff.de fun.instru.Vnde nō est credendū, ꝙ sine ministe
rio iurisconsultus fecerit mentionē de cohærede.Et licet rationes repro
bantium glo.fin.sunt multū coloratæ,pōt tñ ipsis rñderi , non eo modo
quo dicebā heri in voce,sed subtilius & verius. Vñ dico, ꝙ qñ esset da-
tus cohęres,ideo institutio haberet pro pura reiecta conditione:qa verū
est,ꝙ in omnem euentū hæres institutus est habitur⁹ hęreditatem.Pro
cuius intellectu cōsidera,ꝙ qñ acquisitio hæreditatis fit dño per seruū,
ipse seruus est ille,q acquirit,& ex cuius acquisitione trāsit dominiū,&
ius hæreditatis in dñm.vt plene declaraui reprehendēdo dicta Raph.in
l.j.j.de leg.j.& est communis opi.Vnde siue seruus duraret in seruitute
vsq; ad implementū conditionis,siue manumitteretur actus acquirendi
hæreditatem.i.ipsa aditio resideret in psona serui,& qa aditio est facti:
vt plene declaraui in l.pro hærede.in prin.š.eod. qm̄ voluntas & ani-
mus sunt facti.l.bonæ fidei.de acqui.re.do. & ita declarat Bar.solenni-
ter in l.cum filio.de leg.j.Vnde siue hęreditas p seruū acquiratur dño,si
ue ipso manumisso acquirat sibi p aditionem,verū est ꝙ ipsa acquisitio
in omnē casum debebat fieri p hæredē,id est per seruum institutū:& sic
conditio reijcitur,ex quo semp institutus est acquisiturus hęreditatē,&
per cōsequens dispositio remanet pura,& sic acquiret tota portio dela-
ta dño.Non obstat secundū argumentū d.Pau.qa dico,si bene inspicias,
qm̄ est datus cohæres,nō est acquirenda dimidia portionis cōditionalis
in omnem euentū per mediū ipsius serui instituti:qm̄ si conditio defice
ret,nihil acquireretur per eum , sed acquireret illa media portio per ius
accrescendi ipsi portioni quæsitæ prius dño, qa portio accrescit portio-
ni,non personæ.l.si totā.j.eod.& secus esset in casu præcedenti, quan-
do nullus esset datus cohæres, qa tunc tota hæreditas acquireret titulo
institutionis,facta aditione pro vna parte.l.si quis ita scripserit.š.de hę-
re.insti.l.cùm hæres.in fi.j.eod.& isto modo nō destruis tex.Et quia in
secundo casu,quando est datus cohęres per ipsum seruū in omnē casum
non fieret acquisitio,vt dixi: ideo conditio suspēditur,nec habetur in-
stitutio pro pura.Fatendùm est tamen,ꝙ difficultas est scrupulosa,quia
ex vna parte ob.tex.& altera obstant rationes,quę sunt difficiles.¶Sed
quæritur hic per Bar.& Moder.quid si seruus est institutus ex pluribus
partibus purè, vtrum adeūdo vnā partem acqrat alias partes. Et respon
det Bar.ꝙ sic:qa ex quo omnes partes sunt purę, non pōt vnam partē
acceptare,& aliam repudiare.l.j.& ij.š.eo. Et licet ista ratio sit ex mēte
iuris,non tñ necessario concludit:quia ego possem dicere, ꝙ quia acce
ptauit vnam,cogitur etiā acceptare aliā per officium iudicis.l.si duo.š.e.
non tñ sequitur,ꝙ alia portio videatur acquisita ipso iure. Vnde Imo.
hic inclinat in aliā partem.Primò,quia in fi.istius l. simpliciter ponit re
gula,& indistinctè,ꝙ acquirēs ex persona alterius vnā partē,non acqui
rit aliā ipso iure.Secūdò,& fortius,quia purificata cōditione hæres cen-
setur retro fuisse pure institutus.l.qđ dicit.š.de testa.mi.& plene in l.si
is qui pro emptore.in prin.ff.de vsucap.p Bar.Sicut ergo in eo qui fictè
censetur pure institut⁹,requirit noua agnitio:ita & in eo qui vere est pu
re institutus.Vnde alibi dicit Ang.sing.in l.fi.§.si Titius.ff. de vulg.&
pup.ꝙ si ex forma statuti instrumentū purum habet executionem para
tam,idē erit in instrumento cōditionali purificato: super quo vide quæ
ibi plene scripsi post Mod.Sed huic rationi pōt rñderi,ꝙ fictio, cū fun-
detur sup æquitate.l.j.§.si vir.& ibi per Bar.ff.de acqui.pos. non exten
ditur,vbi desinit æquitas,& præsumpta mens faciētis actū.In casu autē
nostro inter ista duo mēbra est diuersitas rationis nō parua:quia qñ plu
res partes deferunt pure,& voluntas iubētis,& voluntas adeuntis,præ
sumitur esse, vt qui vult vnā partē, videatur etiam velle partē maiorē.
l.si quis mihi bona.§.si corā Titio.in secūdo rñso.š.eod. Vnde si volo di
midiā,multofortius videor velle dimidiā & tertiam,quia ista duo simul
iuncta sunt plus,quàm vna pars sola. Et idē videtur velle hæres adiens
hæreditatem ratione præmissa, & etiā quia præsumitur se velle cōfor
mare voluntati iubentis, cū prætextu iussionis videatur adire.l.qui in
aliena.§.si liber homo.& ibi per Bar.š.eod.Sed qñ vna portio est dela-
ta purè,& altera sub cōditione,adminus tempore aditionis primæ par-
tis non pōt dici,ꝙ videatur adita alia pars relicta sub conditione aliquo
modo,nō pendente conditione:quia cùm hęreditas non esset delata, nō
potuit adiri,l.ventre.in prin.š.eo.& l.delata.š.de verbo.signi.nec etiam
videt fuisse adita sub conditione,si vel postquam conditio fuerit purifi
cata:quia hæreditas sub conditione adiri nō pōt.l.cū qui.§.fi.š.eod. Cū
ergo voluntas adeuntis partē purā illo tēpore nullo modo ad partē con
ditionalem potuerit referri,licet in primo casu reperiatur agnita,in hoc
non pōt videri agnita.& ideo est opus noua agnitione.Præterea etiam
ille qui iubet adiri partē puram, nō videtur iussisse adiri cōditionalem,
quæ nō poterat adiri,vt dixi:quia in generali sermone nō venit actus,
qui specialiter cōmitti non posset,seu nō posset fieri.l.obligatione gña
li.de pig.¶In glo.in verbo,non cū per aliū.glo.oppo.de l. liber homo.
§.si à Titio.nec soluit aliter.Tu ergo dicas,& breuiter, ꝙ ille per quem
mihi deferebatur hæreditas in d.§.si à Titio.erat talis naturæ & condi
tionis,quòd acceptata portione sua portio alterius repudiantis accreuis
set sibi ipso iure,& quia hæres succedit in ius defuncti,ideo sicut accre-
uisset illi,ita accrescit mihi ex persona ipsius.Sed in casu nostro etiā ser-
uus donec est in seruitute,& in potestate domini, acquirēdo vnam par
tem non potest videri acquisiuisse aliam:quia voluntas sua in acquiren
do non est libera,non enim potest adire nisi præcedente iussu . Et ideo
quia iussio fuit facta super vna parte,non potuit videri acquisiuisse to-
tam:& hanc differentiam tangit hic gloss.in vltima parte, quæ est ex-
pedita per præmissa. Aretinus.

TOties. Spes substitutionis vulgaris non transmittitur
ad hæredem,etiam si sit coniuncta cum iure ac
crescendi.hoc dicit.Secunda ibi:nam & si mortuus.¶Primò
not.ibi:etiam in causam substitutionis.quòd quando ius ac-
crescendi,& causa substitutionis,concurrunt in eadem persona,non po
test quis succedere ex iure accrescendi,sed debet succedere ex substitu-
tione,id est,per eum modum,per quem testator eum vocauit, vt obser
uetur plenè voluntas testatoris. cōcordat tex.& ibi fuit dictum in lege,
☞si quis hæres.š.eod.¶†Secundò not.quòd spes substitutionis vulgaris
non transit ad hæredes, quia cùm sit conditionalis institutio, moriens
interim non potest transmittere.l.j.§.sinautem sub conditione.C.de ca
du.tollen.& l.liber homo.§.si ita scriptum.de hære.instituen.probatur
in l.si ex pluribus.ff.de suis & legi. Aretinus.

SVMMARIVM.

1 ☞Aequitas scripta est præferenda rigori contrariarum legum.
2 Filius spurius institui non potest etiam de iure Digestorum.
3 Filius naturalis etiam de iure Digestorum institui non poterat vltra vnam vnciam.
4 In actibus inter viuos,impossibilitas vitiat actum.
5 In foro conscientiæ semper cessante inhabilitate actus conualescit.

SI seruus. Quando seruus est institutus sui contem-
platione,non domini,non attenditur inca-
pacitas domini sui,siue sit incapax ex parte,siue in totū. hoc
dicit,secundùm intellectum Barto.Secunda ibi : sed si partē.
1 ¶†In glo.j.gloss.ista & sua solutio communiter reprobatur:quia cùm
ista æquitas sit hic scripta, secundùm Moder. semper deberet præferri
rigori contrariarum legum.l.placuit.cum materia.C.de iudic. & sic ni-
hil esset aliud dicere,quàm quòd illæ leges sunt correctæ : quæ corre-
ctio vt scis est euitanda.Et ideo doct.hic ponunt duas notabiles lectur.
vna fuit Iac.de Are.qui dixit,quòd iste tex.non intelligitur in penitus
incapace,sed in eo qui poterat institui, & adire : debebat tamen auferri
hæreditas ab eo,vt ab indigno:vnde non pōt dici,quòd seruus aliquo tē
pore ex persona ei⁹ fuerit incapax,imo semper fuit capax.Et quia ipso
alienato & manumisso est sibi acquirenda hæreditas,vel alteri , in quo
cessat causa auferendi hæreditatem:ideo pōt adire,nec aufertur sibi hæ-
reditas:sicut dicitur in simili in l.post legatum.§.si pater.& §.si filius.ff.
de his qui.vt indig.Et ista lect.multum applaudit literæ,nec est verum
quòd aliqualiter diuinet ad tex.quia verbum,capere,in princi. signatū
vt etiam fatentur hic omnes,intelligitur de eo qui pōt capere cum effe-
ctu.l.aliud est capere.ff.de verbo.sign.Vnde proprie verificatur ista lo-
cutio,quòd ille dicatur nō posse capere,qui hæreditatem aliam nō pōt
retinere:& pro ipsa multum facit tex.nihil subaudiendo in versicu. &
antequā.vbi videtur præsupponi,quòd hæreditas posit adiri , & quòd
domin⁹ posit iubere aditionem,absq; eo quòd subaudiamus, maxime,
sicut facit Imo.¶Sed contra istam lec.arguo fortiter:nam si hæreditas
adita debebat applicari fisco propter debitū iam cōtractum, ille qui ex
facto suo transtulit eum in alium , videtur hoc fecisse in fraudē:& ideo
etiam nō adita debet applicari fisco:ita declarat not.Bart.in l. si sequēs.
in prin.ff.ad Sylla.& probatur in l.cum fisco.& in l.recusare.§.si fisco.
ff.eod.titu.ad Trebel.vbi hoc etiā tangit: ergo videtur,quòd in dubio
præsumatur fraus,quòd hæreditas non debeat remanere penes seruum,
cuius contrarium innuit ista lect.Doct.non tangunt istam difficultatē.
sed pōt dici,ꝙ ista lect.est restringenda,vt sit vera,sicut restringit eam
Bart.in intellectu suo,quòd seruus fuit institutus contemplatione sua.
Et si quæris,quare tūc ille qui facit vt hęreditas perueniat ad alium,nō
videtur cōmittere fraudem?Respōdeo,quòd hoc est,qa exequitur volū
tatem testatoris:quo casu non videtur dolū cōmittere, nec facere aliqd
prohibitum.l.si sponsus.§.si maritus.ff.de do.inter vir.& vxo. & pro-
pter quam causam etiā excusat negligentia,secundū glo.in l.illud.in fi.
& in l.seq.j.de cōtratabu.quā adduxi tibi in l.vētre.j.eo.& est ista sing.
limitatio,& noua,quā adde ad Bar.in d.l.si sequens.& ita forte pōt in-
telligi tex.qui videt esse cōtra doct.suam in l.eius qui debitorem.§.fin.
de iure fisci.Secunda lect.principalis fuit Dyn.& Bar.qui exemplificat
istam l.in secundo & primo rñso,in eo qui est penit⁹ incapax, & ponūt
exēplum in primo rñso, in filio spurio: in secundo in filio naturali, qui
non pōt capere nisi vnam vnciam.Et secundū istam lectu.habes notare
2 plura.¶†Primò,ꝙ etiam de iure Digestorum filius spurius non pōt in

stitui: quod alibi nõ memini esse expressum, nisi in l. is qui, s. de vulg. & pu. quẽ tex. ibi intelligunt doc. ¶ † Secũdò, q etiã de iure Digestorũ filius naturalis nõ poterat institui vltra vnã vnciã: quod vltimũ nõ est expeditũ, sed vide qđ ponit Ang. in l. generaliter. §. cùm autẽ. C. de insti. & substi. & tex. & gl. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & qđ ego plene scripsi sup hoc in d. l. si is q. ¶ † Tertiò ex ista lect. habes notare, q qñ filius spurius instituit ipse, vel seruus eius, cõtemplatione filij institutio quę à principio fuit nulla nõ cõualidat superueniẽte habilitate ante tẽpus aditionis, p ll. allegatas in gl. Sed hoc dictũ alibi reuocat in dubiũ, tam in successione testati, quàm in successione intestati: qa glo. in l. fi. de regula Cato. in prima lec. tenet q habilitas supueniens filio naturali, q fuit institutus vltra vnã vnciã, cõualidat institutionẽ pure factã. et hãc sequit Bal. ĩ l. certũ. C. vñ cogna. & in l. seruus. C. de leg. Sed Bar. in d. l. fi. rephendit illã glo. qa licet regula Catoniana non habeat locũ in isto casu, habet tñ locũ alia regula, de quibus in l. si alienũ. §. in extraneis. j. de hęre. insti. videlicet q ad hoc vt testamẽtũ valeat, debent attẽdi tria tẽpora, vt ibi dicit, & in §. in extraneis. Insti. eo. Bal. etiã mentẽ oppo. in l. cã quã. C. de fideicõ. in pc. char. Et ista videt esse cõmunis opi. p regulas positas in ll. alleg. in gl. Amplius dixit Bal. in d. l. cã quã. q etiã si filius sit institutus sub cõditione, cùm poterit succedere, nihilominus nõ valet institutio. Sed hoc dictũ ego nõ sum secut9 in l. si filius. s. de testa. vñ dic vt ibi plene dictũ fuit sup isto vltimo. Aduerte tñ, quia illa doc. q habilitas supueniẽs nõ faciat cõualescere institutionẽ spurij, limitat sing. p intellectũ Bar. in ista l. vt dicamus, q nõ procedat, qñ seruus eius fuit institutus contẽplatione ipsius serui. Et hoc ideo tũc valuit à principio, institutio & incapacitas filij nõ cõsideratur ex incapacitate dñi. ¶ Ad hãc aũt lectu. Bar. addĩ, q Ang. eã vt hic multipliciter ĩpugnat. Et primò arguit fortiter iũcto principio, & fine istius literæ: nã in fi. dicitur, q idẽ est in eo qui est inhabilis pro parte, & in eo qui est inhabilis pro toto. Sed ille qui est habilis p parte, nunq̃ est habilis pro reliquo ipso iure: vnde põt capere ad cõmodũ alterius. l. cogi. §. hi qui solidũ. j. ad Trebel. Ergo similiter est intelligendũ principiũ in eo q est quidẽ capax ipso iure, sed hæreditas debet auferri vt ab indigno. Sed solutio huius articuli depẽdet ab his quæ dixi in l. vẽtre. j. eo. ad intellectũ l. filius. in fi. ff. de bo. liber. Et ibi fuit declaratũ, q quãuis ille qui põt capere pro parte, posset etiã capere insolidũ ad cõmodum alterius, qui vocatur ex volũtate defuncti: nõ tñ sequit ex hoc, q si non est rogatus reliquũ restituere alteri, ipse succedat ipso iure in totã hęreditatem: allegaui ea quæ habentur in l. si quis solidum. s. de hære. insti. & ideo arg. non obstat. ¶ Secũdò arguit Ang. inquãtum Barto. dicit, q si restitutio fuisset facta contẽplatione dñi, tunc manumissio vel alienatio videretur facta in fraudem: nam hoc non potest dici secundùm eum: quia cùm fuerit relictũ palam incapaci. l. non intelligitur. §. palam. ff. de iure fis. Sed ista est æquiuocatio manifesta, vt dicit Imo. & bene, quia hic non agitur de fraude testis, sed de fraude hæredis alienãtis, quasi ex quo non potest capere hæreditatẽ, velit quòd ali9 suo ministerio capiat. Potest etiam intelligi, & meli9, q fraus psumitur in hoc, videlicet q si non capitur alienet per seruũ, vel manumittat, vt prima facie hæreditas perueniat ad eum, & tacite ipse paciscatur vel totam hæreditatem, vel partem sibi restitui. Pro intellectu tamẽ d. §. palam. vide singu. limitationẽ, quam posuit Bal. in l. eam quam. C. de fideicõ. p l. si stipulante. in fi. ff. ad Trebel. q̃ vtrũ sit vera, nõ distiguo nũc. ¶ Tertiò impugnat Ang. lec. Barto. quia videtur diuinare ad text. ex quo non dicit, q petitio fuerit facta contemplatione serui. Sed ad hoc respondet hic Imo. & recte, qđ satis innuitur ex isto tex. hic, inquãtũ dicitur, quòd in dubio non præsumitur fraus in isto casu, qđ qualis sit dixi in lect. Iac. de Are. quia istud nõ haberet locũ, vt ibi declaraui, qñ institutio esset facta contemplatione dñi. ¶ Quartò ostenditur ex isto tex. q non loquit in penitus incapace, qa dicit q si seruus manumittit, antequam dño iubente adeat, acquirit hæreditatem: ergo datur intelligi, q ipse dñs poterat iubere, vt adiretur hęreditas, & etiam seruus ex iussu adiret, & sic institutio valebat. Sed ad hoc respondet Imo. q hic est subaudiendum, maxime: vel põt dici secundũ eum, q quia potestas dñi in seruum est de iure gentium. l. ex hoc iure. de iust. & iur. ideo licet ipso iure non valeret institutio, dominus poterat iubere inspecto iure gentium. Sed vtraq; solutio displicet: nã subaudire, maxime, non pertinet ad eum qui nõ habet autoritatem legis condẽdę, vbi nõ cogimur aliqua ratione vel lege. Sed cũ primus intellectus Iaco. de Are. sit verissim9, non est necesse subaudire, maxime. Et ista solutio est refugium miserorum. Secũda solutio est peior: qa si institutio est nulla, & sic hæreditas non erat delata, quomodo poterat iubere vnum impossibile, q hæreditas non delata acquireret? † Certe illud est mirabile, & in actibus inter viuos, vt scis, impossibilitas vitiat actum. l. non solum. de actio. & obli. l. impossibilis. cum materia. de verb. oblig. Præterea, licet iubere seruo in genere sit de iure gentium, quia tñ in iussu reqsito ad adeundam hæreditatẽ datur certa forma, de iure ciuili debeat præcedere. l. si quis mihi bona. §. iussum. s. eod. Hoc iussum dicetur de iure ciuili, ex quo addit certam formã. l. ius ciuile. de iusti. & iur. & bene facit tex. in l. j. §. sed cum adire. ff. de ver. obli. vnde ista inductio Ang. videtur bona, & per consequẽs approbarẽ lect. Iac. de Aret. ¶ Quintò arguit Ang. cõtra Bar. de l. si deportati serui. in prin. ff. de leg. ij. vbi probatur secundùm eũ, q etiam si seruus sit institutus cõtemplatione dñi incapacis, nihilominus institutio non est nulla ipso iure, sicut nec in legato qđ acqritur seruo, & aufertur à filio. Sed ad illũ text. põt dupliciter rñderi, vel q ibi seruus vocabatur ad legatum contemplatione sua, & nõ domini: vt dicit Bart. hic. vel prout dicit ipse Bart. in d. l. si deportati seruo. & in l. j. C. de hær. insti. ibi dominus erat omnino incapax, quia deportatus: & ideo tunc capacitas serui nõ inspicit ex persona dñi, & secundũ hãc sol. de qua meminit hic Ang. attribuens eum sibi exẽplum positum in ista l. per Bart. in filio spurio instituto optime defenditur ab illo contrario, secundum qđ ipse infert in deportato in ista l. non esset verum. Ego tñ aliàs considerabam, q ista lex põt habere aliũ intellectũ, videlicet q siue seruus sit institutus cõtemplatione dñi, siue sui, incapacitas dñi nõ cõsideratur eo casu quo hæreditas non esset applicanda sibi. Moueor, quia ex quo cessat cã propter quã incapacitas serui debet considerari ex persona dñi, ne per indirectum dñs cõsequatur, qđ per se consequi nõ põt: cõtra l. Antistius. §. fi. & quod ibi scripsi. s. e. & cõtra l. pupillus. de iniur. videt etiam phibere cã prohibitionis: vt dicamus, q qñ est acquirẽda alteri hæreditas, vel legatũ, in hunc casum incapacitas dñi non noceat seruo. Et ita intelligitur tex. in l. si deportati seruo. in princ. ff. de leg. ij. nã ibi si legatũ valet ad cõmodũ deportati, & simul fisci. Sed cõtra hãc lect. facit, quia similiter hic qñ aliquis esset incapax in totũ, ipso iure posset institui, vt totum restitueret alteri, contra ea quæ scribit glo. & doct. in l. eam quam. C. de fideicõmis. & in l. cogi. §. hi qui solidum. j. ad Trebel. Sed ad hoc põt rñderi, q fortior est inhabilitas eius, q est inhabilis ex psona sua, quàm eius qui efficitur inhabilis ex persona alterius: sicut ecõtra fortius est ius qđ quis habet ex psona sua, quàm qđ quis habet ex persona alterius. l. qđ si minor. §. Scęuola. ff. de minor. & l. qđ principi. & l. Augusta. ff. de legat. ij. ¶ Secundò obstat huic lect. quia si institutio est facta contẽplatione dñi, ipse manumittẽdo vel alienãdo videtur cõmittere fraudẽ: iuxta ea quæ suprà dixi in l. si seqũes. & qđ ibi nota. ff. ad Sylla. Sed põt rñderi, q iste tex. non loquitur de fraude, de qua in l. si sequens. quasi quis videatur transtulisse hæreditatẽ in alterum in præiudicium venientium ab intestato, sed loquitur de fraude, quia põt præsumi, q ista alienatio vel manumissio esset simulata, vel faltẽ fraudulenta in hoc, quia dña pepigisset cum seruo, vel cũ dño ipsius occulte, q redderet sibi hæreditatem in totum, vel in partem: & ista fraus nõ præsumitur, nisi probetur legitimis cõiecturis, quia potuit manumittere vel alienare bona fide, vt testator haberet hæredem, vel vt valeat legatum factum à testatore. Et ad materiam istam vide qđ singulariter ponit Bal. in l. j. C. qui ad liber. perue. non pos. vbi dixit, q etiam ille qui est inhabilis, tẽporaliter faciendo testamentũ nulliter non facit, vt cessante inhabilitate conualescat testamentum. Contrarium tñ, & forte melius tenuit in fi. q. de excõmunicato. in l. eam quã. C. de fideicom. Vide etiam alium casum, in quo actus nullus cessante impedimento conualescit: quem no. Bar. in l. si arrogator. ff. de adop. † Dixit etiam singulariter Inno. & Hosti. quòd in foro conscientiæ semper cessante inhabilitate act9 conualescit: ita not. ipse in c. innotuit. de electio. quæ dicta tanquã pulchra allegaui in c. omnipotens. de accusa. vbi videndum. amplius dixit Bald. in l. seruus. in fin. C. de lega. quòd inhabilitas surgens ex crimine ecclesiastico, semper facit, vt cessante inhabilitate recõualescat actus & testamentum. Quod dictum vtrum sit verum, nõ distinguo nunc. Tangit etiam hic Imo. diffuse, vtrũ deportatus sit incapax ipso iure ex testamento, an verò possit capere, sed nõ cũ effectu. Et est pmittendũ, q in successione ab intestato sine dubio deportatus est capax ipso iure. l. j. §. capitis. ff. ad Tertul. sicut & in successione extra testamẽtũ. l. j. in fin. de bon.

¶ Institui. Adde Bal. in l. testamẽta. C. de testa. omnino Ant. Ro. in arbo. cõsan. viij. colum.

de bon.poſ.cõtrata.Remanet ergo dubitatio in cã teſtati,in qua ipſe tenet cõtra cõmunem opi.quæ habet,ꝙ deportatus ſit incapax ipſo iure. Cuius dictis adde,ꝙ illa regula,ꝙ deportatus habetur pro mortuo,& ꝙ non ſuccedat ipſo iure,ꝓbatur expreſſe in l.Gallus.§. quid ſi tantũ. de liber.& poſthu.ibi enim filius fuerat inſtitutus,vt p̃ſuppono in §. in omnibus.in eadem l.& tñ dicitur,ꝙ ſi eſt deportatus viuẽte teſtatore nepos efficitur ſuus hæres auo. Ergo datur intelligi,ꝙ deportatus eſt incapax ipſo iure,etiã quando vocatur ex voluntate defuncti,licet ſi ſuccederet, bona ſibi quęſita applicarentur fiſco,quia ſunt quęſita acquiſitione ciuili:vt patet in d.l.ſi deportati ſeruo.& tñ ibi dicitur oppoſitum,ꝙ habeť pro mortuo,& ꝙ nepos ſuccedit tãquam ſuus, & ſic excludit fiſcum. Vnde iſta ſua differentia punctualiter eſt contra text.in d.§. quid ſi tantum. Confirmatur iſta ſua opin.per l.edictum.§.rei capitalis.ff. de bono.poſ.vbi dicitur,ꝙ deportato non cõpetit bo.poſ. ex edicto prætoris,& ſic non põt cõpetere ſecundùm tab. quæ nõ dať,niſi vocato ex teſtamento. Et ſi æquitas p̃toris non admittit eũ ad ſecundũ tabu:multominus admittiť ad adeundũ de iure ciuili,quia ex æquitate p̃toria facilius conſeruatur teſtamentũ,quàm de iure ciuili.l.poſthumus.in prin. & l.idẽ.circa fi.de iniu.teſt.& ita arguit Bald.inducendo iſtã l.ad hoc in l.eam quã.C.de fideicom. Confirmatur iſta concluſio per d.l. neq; eñ. §.deportati.ff.de teſta.mili.iuncta gloſſ.ſuper verbo,fere. dicitur enim ibi,ꝙ miles deportatus,& ij qui capere nõ poſſunt,fere omnes poſſunt inſtituere:qđ verbum,fere,dicit glo.ibi eſſe poſitum, propter eum qui eſt factus ſeruus pœnæ,ac ſi diceret,excepto eo qui eſt ſeruus pœnę. Exceptio enim,vt ſcis,debet eſſe de regula.l.j.de re.iur.cum ſimi. ergo patet,vt exceptio procedat,ꝙ illi qui nominantur ibi, ſunt incapaces ipſo iure. Bene facit tex.in l.legatum.ff.de capi.dimi.vbi dicitur,ꝙ legatum alimentorum factũ deportato nõ intercidit,quia habet plus facti,quàm iuris. Et ſic datur intelligi,quòd alia legata interciderint.i. extinguerentur ipſo iure.l.intercidit.ff.de cond.& demon.nec obſtant reſponſiones ſuæ ad d.l.j.de hære.inſtit.dum dicit,ꝙ ibi verbum,pro nõ ſcripto, capitur impropric. Licet enim capiatur aliquando pro eo qđ eſt caducũ,vel in cauſa caduci.l.ciuitatibus.§.Lucius.ff.de leg.j.nunquam tamen inuenies,ꝙ capiatur pro eo qđ nõ deſinit,vel nõ extinguitur ipſo iure: ſicut erat in §.Lucius.quia per repudiationem ipſo iure hęres habebatur pro non ſcripto. Pręterea ſi illa clauſula ponitur declaratoria ad primum dictum,tunc Imperator debuiſſet vti verbis clarioribus,q̃ eſſent in principio dicta: nam minus clarũ declaratur per magis clarũ.l.vtrum.ff. de peti.hær.l.qui filiabus.in prin.de leg.j.Sed ex ꝓprietate ſermonis iſtud verbum,pro non ſcripto,minus ſignificat eũ qui põt capere ipſo iure, licet non cũ effectu,quàm verbũ,capere non poſſum,poſitũ in prin.quia illud põt intelligi de eo qui põt capere,licet non cũ effectu.l.aliud eſt capere.de verbo.ſigni.ergo non fuiſſet congruè poſita illa clauſula pro declaratione. Non obſtat tex.in l.ſi in metallum.de his qui pro non ſcrip. habentur.quẽ inducit à contrario ſenſu,videlicet ꝙ ſi ſeruus pœnæ eſt capax ipſo iure,& legatum nõ applicatur fiſco, ergo ille qui non eſt ſeruus,non eſt inhabilis ipſo iure. Nam ad hoc põt dici vnico verbo, ꝙ ibi non eſt ſumendũ argumentum à cõtrario ſenſu,contra l. expreſſam. & etiã cõtra rationem,quia deportatus perdat ea,quæ ſunt iuris ciuilis,nõ põt adire hæreditatem,quæ deferť de iure ciuili. Vnde iſta ſunt ſomnia vigilantium,vt vere dicam per ſententiam. Nã tex.in l. Claudius.ff.de his qui.vt indi.circa quem ſe tantum inuoluit,nihil facit ad ꝓpoſitum: quia vt dicit ibi do.me.elegãter & bene,& ego prius perpẽderã,ex ipſo text.apparet,ꝙ nõ erat illata pœna deportationis:qm̃ ibi diciť,ꝙ ſi ipſe dãnat⁹ de adulterio inſtituit adulteram, aufertur hæreditas ab ea vt indigna,& ſic teſtamentũ valet ipſo iure.l.ex facto.§.dubius.ff. de vul. & pupil. Sed hoc eſſet falſum, ſi fuiſſet deportatus:quia deportatus non põt facere teſtamẽtum actiue.l.eius q.§.j.ſ.de teſt.ergo patet,ꝙ illa lex nihil ad rubrũ. Et iſta ſunt vera quæ tenet cõmunis opi.quando aliquis erat deportatus tẽpore teſtamenti,vel poſt teſtamentũ ante mortẽ defuncti. Quid aũt eſſet,ſi fuiſſet deportatus poſt mortẽ defuncti delata hęreditate,vtrũ illud ius adeundi trãsferret in fiſcum,vel potius extingueretur illud ius,& deferretur hæreditas alteri ex teſtamẽto,vel ab inteſtato,eſt difficillima quæ.& diſputabilis,quam ego poſui pleniſsime poſt Cyn.& Bald.in l.ſi quis mihi bona.§.ſi ſeruus.ſ.eod.& in l.ex facto.§.Iul.ſ.de vulga.& pupil. Et põt conſiderari iſta quæ.dupliciter, vt ibi dixi,ſiue iſta hæreditas deferatur ex teſtamento,ſiue ab inteſtato. Et ad ea quæ ibi ſcripſi, adde quòd Bald.in l.iij.C.de priuile. fiſ. tenet expreſſè,quòd illud ius adeundi extinguatur. Et illam opi. ego ſum ſecutus,licet Bald.& Cyn.ibi teneant aliter,intellige in §.ſi ſeruus. & iſtud dictum non allegaui in loco allega. Et adde ad intellectum quem ſuprà dedi,vltra docto.quòd iſte intellectus non videtur procedere ex eadem ratione,quam ſuprà adduxit Ange.contra Bartol.quia tex. videtur præſupponere,quòd dominus nõ erat ipſo iure incapax,cùm eo iubente ſeruus poſſet adire. Vnde magis placet lectu. Iaco.de Aret.quæ eſt conformis literæ:maxime,quia ſecundùm lect.meam vltima volũtas ſtaret in pendenti,& penderet ex euentu:quia ſi tẽpore aditæ hæreditatis ſeruus eſſet in poteſtate domini,nõ poſſet adire hæreditatem,& inſtitutio eſſet nulla:ſed ſi ſeruus manumitteretur,vel alienaretur, tũc declararetur reſtitutio fuiſſe valida. Vltima autem voluntas de ſui natura non debet ſtare in pendenti.l.fi.ff.cõmunia prædi. Hæc tamen ratio poſſet euitari:quia ſicut aliàs ſuſpendiť ex euẽtu vltima voluntas.l.ventre.j.eo.& l.Gallus.§.videndum.de lib. & poſthu.ita tolerabiliter poſſet ſuſpendi,ne vna pſona grauaretur ex delicto,& odio alterius:qđ nõ eſt conueniens,vt in regula,nõ debet aliquis.ff. de regu.iur. Tangit hic do.me.multas q.de monacho translato ad aliud monaſterium,cui acquiratur hæreditas,vtrũ monaſterio ad qđ eſt trãſlatus tẽpore aditionis hæreditatis,vel priori monaſterio,apud qđ erat, cùm hæreditas fuit delata. Quã q.ego tractaui plene in l.ſi quis mihi bona.§.ſi ſeruus.ſ.eod.poſt Bald.cui eſt addendum vnũ dũtaxat,videlicet quia ſecundũ do.me.Bar. in l.æquiſsimum.§.fi.ff.de bo.poſ.ſecundũ tab. tenet,ꝙ quãdo monachus fuiſſet inſtitutus contemplatione prioris monaſterij, bona ſint reſtituenda,licet adeatur hęreditas,poſtquã eſt trãſlatus ad ſecundũ monaſterium. Sed cũ reuerẽtia, ſi bene inſpicias verba Bart.ipſe dicit oppo.nã in ſeruo reprehendẽdo gl.ibi poſitam ſecundũ vnũ intellectum, ipſe tenet, quòd hæreditas non eſt reſtituẽda[a] primo domino,quia imputet ſibi qui eum manumiſit. Forte tamen poſſet ſaluari hoc dictum in monacho,quãdo tranſiret ad aliud monaſterium ſine licentia Abb. quod quando poſſit fieri,declaratur in cap.licet.extrà,de regu.iur. Alias q.annectit hic,quas ego tractaui in diuerſis locis,& ideo non proſequor eas vlterius.

SI totam. Portio accreſcit portioni,non perſonæ, quæ non habet portionem.h.d. ¶ In glo.in verbo, reſtituere.in fin.ibi: & hoc prout dicere partẽ, ſed non prout dicere totam. Iſta glo.loquitur ſatis obſcure,ſicut etiã facit in princi. ſed illam obſcuritatem declarat hic Bart.ſufficienter:hãc aũt non declarant doc. Moder.communiter exponũt ſenſum gloſ.ad hunc, videlicet quòd quãdo tex.dicit,ſi totam hæreditatem,nõ ſignificet ꝙ vnus fuerit in totũ inſtitutus:quia ſi ſic eſſet,nõ portio de qua eſſet tractandum vtrũ accreſceret,vel non,& cui accreſceret. Vnde ſi ſenſus eſt,quòd aliquis fuerit inſtitutus in parte,& totam ſuam partem ſit rogatus reſtituere tacitè interpoſita fide. Secundũ autẽ reſpõſum debet intelligi, quòd aliquis fuit inſtitutus in parte,& non fuit rogatus reſtituere totam partem,ſed partem ſuæ partis. Sed iſta expoſitio videtur contra text.dum dicit, quòd nihil poterit accreſcere huic priuato tanquam indigno. Nam in ſecundo caſu,ex quo nõ priuatur totaliter parte ſua pro rata,quæ remanet apud eum, haberet locum ius accreſcendi, & ſic non verificareť iſta dictio nil accreſcendi. Sed põt reſponderi, ꝙ iſta verba dicantur reſpectu conditionis ablatæ, ac ſi clarius diceret, pro portione ſibi adẽpta nil ſibi accreſcit. Põt etiam dari alius intellectus ad iſtã gloſſ.quòd in princi.ponatur de eo qui fuit inſtitutus inſolidũ,ad oſtendẽdum ꝙ ſiue in tota hęreditate vel in parte ſit adhibita fraus,priuať hęres hæreditate. Quod tamen dicitur de iure accreſcendi,refertur ad ſecundum verſum duntaxat:& tenet Barto.hic, & communiter Moder. quòd quia iſta portio deferť ad fiſcum, alia portio repudiata accreſcet fiſco, licet non ſit proprie hæres,ſecundùm Barto.& Iaco. de Aret.in l.ſi conſtante.§.final.ſoluto matrimonio. Super quo vide quod plene ſcripſi in lege,ſi quis mihi bona.§.ſi ſeruus.ſuprà eodem. Sed contra hoc facit, quia fiſcus ſuccedit diuerſo iure cum hærede, qui repudiauit partem ſuam, ſed inter ſuccedentes diuerſo iure non eſt locus iuri accreſcẽdi, etiam in hæreditate.lege, ſed cum paterno.in princi.ff.de bono. poſſeſ.ergo videtur, quòd nõ poſsit ſibi accreſcere portio. Sed poteſt dici, & eſt not. limitatio ad illa iura,quòd illud eſt verũ, niſi ille qui ſuccedit ex diuerſo iure,ſubrogetur in locum ſuccedentis ex eodem iure: quia tunc propter virtutem ſubrogationis admittetur ad

[a] ¶ Reſtituenda. Et hoc idẽ tenet Flo. in l.ſed & ſi quis.§.ſi operas. in fin.de vſufru. ſed vide eũ aliter loquẽtem in l.ſi ſerui.de vſuf.de quo vide plene per d.Alexã.Angel.& Paul.de Caſtr.in l.cui fundus.§.j.in fi.ſ.ſi cer.peta.

ius accrescendi, vbi aliàs non admitteretur. & est nouum dictum in ista materia. Aretinus.

SVMMARIVM.

1 Posthumus vbicunque speratur nasci, qui possit rumpere testamentũ, hæreditas non defertur hæredi instituto.
2 Transmissio fit ex capite suitatis ad hæredes quoscunque ipso iure.
3 Filius etiam suus non est hæres ipso iure, nec transmittit hæreditatem, si venter est vere prægnans.
4 Testamentum in quo filius est præteritus, est nullum, tam de iure ciuili, quàm pretorio.
5 Instituti non expectant præteritos, nisi vsque ad annum.
6 Institutus in re certa non est proprie hæres, vbi est alius vniuersalis.
7 Prohibitus alienare, non videtur prohibitus instituere hæredem.
8 Acquisitione seu alienatione prohibita, in cõsequentiam, prohibitus videtur contractus.
9 Masculus quando excludit fœminam ex forma statuti, an transmittat ex capite suitatis portionem sibi delatam à statuto.
10 Filius emancipatus quo ad succedendi modum differt à suo.

neficium reuocandæ abstensionis non transmittitur ad hæredem: filius autē petendo sibi assignari terminū à iudice tacite videtur velle non posse vlterius adire, seu se immiscere, quia natura termini est excludere post lapsum termini: vt in d. l. cum antiquioribus. l. facta. §. si quis bonorū. ff. ad Treb. Vnde bene potest defendi opi. Bar. maxime quia ꝓuisio hominis tollit in dubio prouisionē legis inductam de iure speciali: sicut est hoc, ꝙ hæreditas trāsmittat̄ ex capite suitatis. l. fi. C. de pact. cōuen. & plene per Bar. in l. j. §. qn̄ quærit̄. ff. de pub. ¶ Sequitur v. fal. à regula in qua est quærendū secūdùm Ang. & Mod. hic de iiij. q. † Prima est, nunqd beneficiū illius legis operet̄, vt fiat trāsmissio ad liberos nō legitimos, qui nō possunt succedere trāsmittēti: iuxta ea quæ habent̄ in l. si qua illustris. C. ad Orfi. & de ista dic vt hic per Ang. & Mod. qui cōcludūt, ꝙ fit trāsmissio. Secunda est, nunqd ista trāsmissio fiat à succedēte ab intestato, sicut fit à succedēte ex testamēto: in quo gl. licet in d. l. j. & cōmuniter doc. in ista materia, ꝙ habet locū etiam in successione intestati: quia ratio scripta in l. est eadem in vtroq; casu. Sed Im. hic multū ꝑplexe dubitat, vtrū sit verū. Mouet̄ in effectu per tex. in l. j. §. & cū lex. C. de cad. tol. vbi priuilegiū l. Papię, qđ cōcedebat̄ descēdētibus vsq; ad certū gradū, nō extēditur ad vlteriores. Sed illud potest esse, quia forte lex Papia expresse negabat priuilegiū vlteriorībꝰ: vt satis colligit̄ ex verbis illius l. Secūdò mouet̄: quia si voluisset facultatē trāsmittēdi cōpetere alijs vltra ꝓnepotē, dixisset sicut facit de illis, in quos fiebat trāsmissio. Cùm ergo illos vocauerit sub nomine liberorū: & quod est expressius in quocūque gradu, per hoc dat̄ intelligi, ꝙ si voluisset trāsmittētes habere priuilegiū in infinitum, similiter dixisset de eis: arg. l. j. §. sin autē ad deficiētis. C. de cadu. tol. Et ita respōdet ad l. cui eorum. in fin. ff. de postu. & ad ea quæ habētur in l. Gallus. §. si quis instituens. ff. de lib. & posthu. in quibus ꝓbat̄, ꝙ dispositio facta de vno gradu trahit̄ ad aliū: & idē probat̄ in l. quinque. §. parentes. ff. de in ius voc. Finaliter tn̄ residet cū opi. cōi. Mouet̄, quia in l. j. C. de his qui ante aper. tab. quando est solꝰ institutus, adhuc transmittit ex illa saltē de æquitate in opi. cōmuni, quia videt̄ esse eadem ratio in cæteris descendētibus. Pro opi. sua multū facit tex. in l. j. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. vbi in priuilegio quod cōcedit̄ de iure speciali, iurisconsultus ita dicit, ꝙ ideo istud priuilegiū trālit ad liberos in infinitū, quia prætor generaliter facit mētionem de liberis, & non enumerauit aliquos gradus: & sic dat̄ intelligi, ꝙ si enumerasset, priuilegiū illud vltra nō extēderet̄: & hoc quia agit̄ de præiudicio alterius, licet priuilegium sit fauorabile. Sed tamen potest defendi cōis opi. ab vtraq; impugnatione. Et primò ad rationē do. Ioā. de Imo. respōdeo, ꝙ ideo respectu trāsmissionis nō curauit generaliter ꝓferre sermonē, sicut respectu eorum, in quos fit transmissio: quia etsi alij nō essent expressi in verbis legis, vident̄ tamen expressi in l. propter rationem scriptā in lege, quæ est cōmunis omnibus transmittētibus, quibus prouidetur principaliter: vt patet in versi. per absurdum. Illud autē dicitur expressum in lege, quod est ex mēte legis, licet non dicatur expressum in verbis legis. l. prætor. §. hoc interdictū. & ibi per Bar. ff. de no. ope. nun. l. iij. in prin. & ibi etiā Bar. ff. de leg. tuto. quæ ratio non habet locum respectu eorū, in quos fit transmissio, cùm in eorum fauorem principaliter non emanet illa lex, & ratio decidendi. Ad tex. in l. j. §. generaliter. respondeo, quòd dinumeratio certorum graduum faceret, vt sequētes gradus nō comprehenderentur ex proprietate verborum, comprehenderentur tamen ex mēte saltem, si ratio esset scripta in lege. Pro ista conclusione alleg. tex. no. in l. si quis filium. iuncta l. seruus. §. illud. C. de inof. testa. Dicitur enim in l. si quis filiū. quòd filius suus transmittit beneficium querelæ ad nepotem: & tamen text. in l. scimus. §. illud. interpretatur quòd fiat trāsmissio ad posterioritatem: & sic vides, quòd expressio secundi gradus non restringit ibi mentem legis. ¶ Circa tertiam quæstionem, quam ego per errorem posui pro secunda, videlicet vtrū l. j. prælle. habeat locū in causa intestati, licet do. Imo. multum se inuoluat: hæc tamen dubitatio sua consistit in hoc, quia dispositio facta in causa intestati, ideo non videbat̄ habere locū ab intestato, quia non erat opus prouidere sequenti in gradu per remedium trāsmissionis, cùm omnino etiāsi non trāsmitteret̄ hæreditas sequens in gradu esset successurus per successoriū edictū. Sed pro opi. gl. & doc. qui cōmuniter tenēt oppositum, facit secundùm eum: quia tex. in l. j. loquitur in filio, qui solus erat institutus: sed illo casu si filius non transmitteret, sequeret̄ idem qđ in successione ab intestato, quia filio nō adeunte, & sic annullato testamēto, sequēs ī gradu post filiū succederet ab intestato. Vn̄ ista rōne attenta, tandem ipse residet in sentētia communi, & dicit ꝙ sequens in gradu habebit electionem, velit succedere ex persona transmittentis, vel ex ꝑsona sua, sicut dicit glo. in simili casu in l. si quis filiū. §. fi. s. eo. Tu autem aduerte, quia inter istos casus posset assignari aliqua differentia: nā quando filius est solus institutus, ideo est inuentum ius transmittendi, vt conseruetur testamentum, & fiat aditio ex testamēto. Sed in sequēti casu, quādo hereditas defertur ab intestato, nullā vtilitatem videtur afferre ista prouisio, nisi quādo moriens haberet aliquos pares in gradu: quia tunc si nō transmitteret ad heredē suum, sequens in gradu nō succederet, sed accresceret portio his qui sunt paris gradus. l. ij. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertul. prout etiā fatetur hic Imo. Tu autē dicas absolute secūdùm communē opi. ꝙ fiat transmissio ab intestato: potest resultare duplex vtilitas. Vna, & principaliter respectu transmittētis: alia respectu eius, in quē fit trāsmissio. Respectu quidē transmittētis: qa cùm intersit nostra hr̄e hæreditatē. l. Iuli. §. j. s. eo. posset cōtingere, ꝙ si nō fieret transmissio sequens in gradu, nō adiret hæreditatē ꝑcedentis, tanq; forte dānosam: & tamē si fieret trāsmissio, adiret eā propter hæreditatē transmissam, quæ esset locuples, & suppleret dānū alterius hæreditatis. Vnde apparet manifesta vtilitas respectu transmittentis: respectu autem eius, in quem fit transmissio, posset esse vtilis, etiā si forte sequens in gradu nō fuisset conceptus tēpore mortis defuncti, de cuius hereditate agitur. nam iste non posset dici agnatus defuncto, nec sibi succederet ex edicto successorio. l. item prætor. ff. de suis & legi. plene per glo. reprehendentē dicta Placē. in l. qui se patris. C. vnde libe. & tamē ad eū si filius vel alius descēdēs decederet, fieret trāsmissio, per d. l. j. ita tenet Cy. & Bald. post eū ibi, & idem d. Bal. in l. si quis filiū. in prin. C. de inof. testa. & in l. si in personā. C. de fideicō. Et regulariter pro cōmuni opi. facit, ꝙ sicut dispositio facta in causa intestati trahitur ad causam testati, vbi est eadē ratio. l. Iulianus. ff. si quis omis. causa testa. l. causa cognita. ff. de vulg. & pu. ita ecōtra ꝙ esset eadē ratio, debet fieri extēsio, & sic habes expeditā tertiā q. † Quarta & vltima q. est, vtrū beneficiū d. l. habeat locū in ascēdentibus: vt sicut ad descēdentes transmittit̄ hæreditas, ita & ad ascendentes: super quo fuerunt opi. quę prolixè refert Imo. & ego tibi retuli in voce, quorū dictis breuiter adde, ꝙ opi. cōis Barto. & Cy. qui tenēt ꝙ nō fiat trāsmissio [a] in l. ij. C. ad Orficia. videt̄ verior in omni casu: quia nō est eadē ratio in transmittēdo ad ascēdētes. Licet enim legitima pariformiter debeat relinqui ascēdenti, sicut descēdenti, quia debet relinqui pietatis causa, id est, vt neq; filijs neq; ascendētibus desint alimēta, quorū loco succedit legitima, secūdùm Bar. in l. Titio centū. §. Titio genero. ff. de cōdi. & demon. & satis patet ex verbo, pia, qđ ponitur in d. l. nā & si parētibus. nō tamē tota hæreditas ita debet̄ parētibus, sicut filijs, & descendentibus: vt patet in princi. d. l. melius & clarius. in l. scripto. versi. no. sic. ff. vnde lib. Vnde qa nō est eadē ratio, fit extensio. l. lege Iuli. §. hoc caput. cū simili. ff. de ri. nuptia. Pro ista cōclusione adduco tibi text. no. in l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. in verbo, solis liberis. C. de testa. iūcto §. si quis autē. eo. ti. qbus iūctis probatur, ꝙ priuilegium quod conceditur solis liberis, vt valeat testamentum minus solēne, non extenditur ad parentes: quia tex. in §. si qs autē. simpliciter dicit, ꝙ si sunt instituti veniētes ab intestato in testamēto minus solēni, licet aliqn̄ reuocet̄ primū solēne ꝑ istud secundū, nunq; tamē succeditur ex testamēto, sed ab intestato. Et cùm loquat̄ simpliciter de veniētibus ab intestato, nec excipiat ex quo gradu veniāt ex proprietate verborū, cōꝑhendit etiā ascēdentē: & hāc inductionē facit Bal. in illa materia in l. fi. C. fa. ercis. vbi hoc tenet. Et licet ista inductio possit cauillari, restringēdo tex. in d. §. si quis autem. ad venientes ex latere, nō ad ascendentes: hoc tamen est violare literā, quæ non est violāda, maxime quia vt dixi nō est eadē ratio, & etiā est apposita dictio taxātiua, vt in casu nostro: de qua licet inueniamus, ꝙ fiat extēsio ad casum similē, non obstāte illa dictione taxatiua in materia fauorabili, secūdùm Bar. in l. si cōstāte. in prin. ff. so. ma. non tamen inueniamus, ꝙ fiat extēsio de persona ad personā, quæ difficilius fit: plene ꝑ Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. so. ma. Et tamē cōcesso ꝙ etiā nō excludat̄ persona similis, vt videt̄ velle glo. no. quā sic intelligit Bal. in l. eū qui. §. si petēti. ff. de pub. hic nō est eadē ratio, vt ꝑdixi. Vnde plꝰ placet opi. Bar. in d. l. ij. q; opi. cōtraria, quā Bar. videt̄ secutus in l. j. ff. de vul. & pup. Pro ista conclusione adduco tibi doct. Ang. in l. nā is. ff. de inof. testa. vbi voluit, ꝙ trāsmissio querelæ, quæ fit ad liberos, per l. si quis filiū. C. de inof. test. non habet locum in ascendentibus, vt etiā ipsi transmittant, sicut faciunt descendentes. Sed illa doc. loquitur in remedio odioso, vnde non est similis casui nostro. Et ad materiā vide quod ne. ponit Bart.

[a] ¶ Transmissio. Vide Pau. de Cast. in consi. xxj. & in consil. cxvj.

ponit Bar.in l.si auia.C.de iure delibe.vbi dixit,ꝙ qñ ille qui trāsmittit,nō est de descendētibus,licet ille in quē fit trāsmissio sit de descēdētibus,nihilominus nō fit trāsmissio ex capite l.vnicæ.Vnde si auia instituit hęredē generū suū,qui habet filiū,licet filius sit descēdēs respectu auiæ,quia tñ gener nō est descēdēs,nō trāsmittet:& satis colligit̃ ex d.l.j.q̃ nō dat priuilegium transmittēdi,nisi descēdētibus, & ista sufficiant in ista q.Vnū dūtaxat nō est omittēdum:qđ qñ Bal. dicit l.si infanti.esse correctā p l.j.pal.& p l.j.§.in nouissimo.C.de cadu.tol. hoc nō pōt dici aliquo mō:qa l.pal.& tex.ĩ §.ĩ nouissimo.nō loquit̃ expresse de trāsmissione ad ascēdētes, sed colligit̃ hoc ex mēte legis,nō ex verbis:sed p subauditionē & tacitos intellectus non debet fieri legū correctio,nec induci aliquid exorbitans scđm gl.in c.cupiētes.§.si p xx.de ele.lib. vj. ergo per hanc subauditionem nō corrigeť l.si infanti.Sed tñ ad illā pōt responderi aliter,ꝙ intētio l.si infanti. est simpliciter,vt patet ex §.si infantē.relinquere dispositiōi iuris cōis,scđm quā regulariter hæreditas nō adita nō trāsmittit̃,sed nō intēdit derogare priuilegio principaliter inducto,per d.l.j.quia ĩ generali legis dispositiōe nūꝙ vr̃ derogatū priuilegio,& maxime incluso in corpore iuris.l.j.§.& si qua.& ibi p Bal.in prima consti. C.& text.& ibi Bar.ĩ l.decurionib⁹.C.ad Syl.li.vj.¶ Circa vj. fal.videlicet de trāsmissione,q̃ fit ab infante ad patrē ex dispositiōe.l.si infanti.[a]addē inquātū Bar.hic dicit,ꝙ si morietē infante superexistāt pr̃,& mater,& frater, hr̃ditas ꝑtinet ęqualiter ad oēs,ita ꝙ ex bñficio patris ad quē fit transmissio,alij ad mittent̃:nā Pau.de Ca.hic tenet cōtrariū,& est subtilis q.Mouet̃,quia l.si infanti.loquit̃ etiam in filio emācipato,item & in infante,cui est delata hæreditas materna.& in his duobus casib⁹ pater succedit infanti tanꝙ hæres. De filio emācipato non est dubiū,vt l.j.& per totū.j.si quis à pa. fue.manu.De filio in ꝑtāte,quo ad hr̃ditatē maternā,est hodie casus ĩ l.fi.C.ad Tertul.Si ergo l.si infanti.loquit̃,qñ pater succedit filio,vt hęres, & vocat eū insolidū:ergo patet, ꝙ opi.Bar.nō est vera,nec vr̃ ꝙ pater ex priuilegio suo cōicet hęreditatē alteri.& ita dicit se cōsuluisse cōtra opi.Bar.Mihi vr̃,ꝙ opi.Bar.sit verior:quia si cut ipse dicit,& bene,priuilegiū istud cōpetit patri non ipso iure,sed p mediū fictę acqsitionis,seu aditionis. Vñ qa aditio est actus indiuidu⁹.l.j.& ij.§.e.ideo effect⁹ eius cōicat̃ etiā nō priuilegiato.Glo.est no.q̃ hoc decidit ĩ simili q.in l.iij.C.de inof. test.quā ibi approbāt cōiter doct.Dicit em̃ ibi,ꝙ ex ficta institutione,de qua ibi in tex.testm̃ cōualidat̃,si sint instituti filij: secus si extranei sint instituti.Querit ibi gl.qđ si sunt instituti filij & extranei.Et rñdet,ꝙ confirmat̃ testm̃ etiā quo ad extraneos:qa nō pōt cōsiderari aliquis quo ad qđ fingi institut⁹, & quo ad qđ nō,cū istitutio sit actus indiuidu⁹. & ita est dicēdū in casu nostro,qa fingit̃ adita hr̃ditas,cuius aditio similiter est actus indiuidu⁹:vt s̃.dixi.Vbi aūt priuilegiū cōcederet̃ à lege, nō p mediū alicuius act⁹ indiuidui,sed ipso iure à lege ĩmediate,tūc nō cōicaret̃ priuilegiū nō priuilegiato. l. hac cōsultissima.§.ex ĩperfecto.C.de test.bene facit qđ no.Bar.ĩ l.Titia. §. fi.ff.de leg.ij.& qđ hr̃ ĩ l.j.C.si in cōi eadēꝗ cā.Hoc tñ vltimū est limitādū, nisi priuilegiat⁹ & nō priuilegiat⁹ succedat loco vni⁹ ꝑsonæ:qa tūc ꝓpter vnitatē reprȩsentatę ꝑsonę isti duo videtur vn⁹,& vnus cōicat priuilegiū alteri.casus est not. quē ibi no.Bal.ad hoc in l.j.§.si filius.ff.de coiū.cū emā.lib.¶ Vltimò adde vnū casum in materia,quē ponit Bar.con.suo clxvij. vbi dixit,ꝙ cū hodie p auč.bona dānatorū.C.de bo.dā.deferatur hęreditas dānatorū cōsanguineis,talis hęreditas irregulariter trāsmittit̃ ad hęredes,licet nō agnita:alleg.tex.in l.edicto. §.ad hæredes.ff.de iure fisci.& alia iura q̃ ibi poteris videre p eū.¶ Vltimò aduerte ad primum cōtrariū,qđ feci in ista l. qđ est valde difficile:nā d.Paul.de Cast.hic isti cōtrario dat nouā sol.Dicit enim,ꝙ in casu l.illud.§.fi.tex.dū innuit à contrario sensu,ꝙ filius posset hæres esse de iure ciuili, est intelligēdus, ꝙ poterit esse hęres in vno casu ab intestato, etiā nondū nato posthumo:nā si filius institutus nō habeat cohęredem,vel substitutū,tunc in extraneo mortis articulo apparebit, ꝙ hæreditas nō potest adiri ex testamēto,& sic rupto testō,quia nō pōt adiri hæreditas,ipse erit suus hæres ab intestato: allegat text. in l.si filius hæres.in secundo responso.s̃.de lib.& posthu.qui tex.prima facie hoc vr̃ probare.Sed ipse nō perpēdit, ꝙ quando suus haberet substitutū,vel cohęredē,in j.respon.illius l.dicitur ꝙ substitutus admittitur ad hęreditatē mortuo filio: qđ est contra dictum suum hic,quia ipse vult,ꝙ vbi superest substitutus,& filius impeditur adire propter natiuitatem futurā posthumi,transmittat cōtratab.& secundū tab,ad suum hæredē,nō ex capite suitatis:quiā si non transmitteret emancipat⁹, sed propter impedimētum iustum,vt hic dicitur in fi. Si ergo transmittit contrata,& scđm tabu.& secundū contingentiam casuum,vt declaratur in l.sequē.post l.illud.quomodo potest succedere substitutus?contra l.ꝗdiu.s̃.eo.presertim quia etiā si non posset adiri hæreditas de iure ciuili, dūtamen ex primo gradu posset peti bo.pos.secundū tab.nō succedit substitut⁹: vt plene declarat Bar.in l.j.ff.de vul.& pup.Vnde ad illam l. in vltimo responso dicas,ꝙ ibi nō impediebat̃ aditio ex pendētia natiuitatis posthumi,sed quia filius erat institutus sub cōditione potestatiua,quę non poterat impleri vltimo vitæ spiritu, secundū glo.& Bar.ibi:vnde non est mirum,si res deducitur ad causam intestati:quia vt dixi tibi s̃.quando aliquis est impeditus adire,quia vocatur à testatore sub conditione, non transmittit,quia hoc nō est impedimētū extrinsecum,præter voluntatem testatoris.In casu autem nostro,quia subest tale impedimentū,licet certū esset in extremo mortis articulo, ꝙ hæreditas per filiū institutum non poterat adiri, nō tamē res reducitur ad causam intestati,sed fauore testamenti & eius filij transmittitur ius acquirendi hæreditatem ex testamento, vbi poterit habere locum,scilicet posthumo non nato, & interim bono.poss.contratabu.quando non potest peti bo. pos.secundū tab.[b]Dic ergo vt dixi in solutione primi cōtrarij.Et si tu dicas,licet filius sit hæres suus ipso iure, nihilominus quia ista suitas est ligata, neꝗ operatur aliquem effectum, non minus videtur necessarium remedium bo.pos.suo,ꝗ emancipato.Ad hoc potest dici,ꝙ iurisconsultus habuit respectum ad tempus,quod est post natiuitatem posthumi, vel postꝗ erit certum posthumum non posse nasci:quo casu si posthum⁹ nō posset nasci,vterꝗ & suus & emancipatus possent vocari de iure ciuili,quia reperiuntur instituti:sed si posthumus nasceretur emancipatus,non haberet remediū p bono.pos. sed su⁹ esset hæres ipso iure ab intestato, & resolueretur suitas, quæ erat prius ligata,& absꝗ alia bono.pos.petita posset transmittere ex capite suitatis,etiam hæreditatē non agnitam ad quoscunꝗ.Ista tamen solut.non satisfacit ad plenum:quia posset dici,quòd propter hæc satis erat post natiuitatem posthumi filiū institutum effici suum,absꝗ eo ꝙ esset suus ante natiuitatem.Sed ad hoc potest dici,quòd hoc facit natura status præsentis,vt quia illo inspecto nullus alius est hæres, neꝗ præteritus,ipso iure efficitur suus. Aretinus.

[a] ¶L. si infanti.Vide ibidem omnino do Alexā.de Imo. & Paul.de Cast.in l.fina.C.vnde legi. contra Saly.ibi.

[b] ¶Bono. pos.secundùm tabu. Et adde Dyn. in consi. lj.ꝙ bono.pos.secundū tabu.non conceditur ex eo testamento,ĩ quo filius præteritur.

SI metus. Coactus metu adire, potest abstinere autoritate prætoris.hoc dicit.Concordat l.si mulier.§.si .ff.quod met. causa. Alium casum, in quo quis autoritate prætoris potest abstinere,vide in l.non solùm.ff.de integ.resti.Alium in quo quis abstinet de iure ciuili,vide in l.cum hæreditate.s̃.e. & quod ibi not.Bar.& de materia dic vt dictum fuit in l. qui in aliena.§.Celsus.s̃.eodem.vbi aditio fuit nulla ipso iure facta per metum,quia præcesserat protestatio,per quam in ipsa aditione deficiebat voluntas. Aretinus.

SVMMARIVM.

1. Procurator accipitur quandoꝗ pro eo qui gerit negocium alterius sine mandato.
2. Ius aliquod qui ex persona alterius consequitur, debet in libello hanc exprimere qualitatem,quòd habet illud ius ex persona talis.
3. Hæreditatem impeditus adire ex causa iusta,quæ ex facto testatoris non prouenit,non conseruatur illæsus ipso iure, sed opus est ꝙ petat restitutionem in integrum.
4. Remedia duo extraordinaria possunt regulariter concurrere adinuicem.
5. Condemnatus an de crimine læsæ maiestatis possit appellare.& in nu.6.& 7.
8. Negatiua coarctata loco & tempore,cadere potest in scientia testis.
9. Crimen dicitur esse notorium ex confessione.

PAntonius. Impeditus ex absentia necessaria,probabili,vel voluntaria,non culpabili,moriens relinquit hæredi beneficium restitutionis in integ. hoc dicit. Secunda est ibi:quæ stricto iure.Tertia ibi:diuum tamen Pium &c. vsꝗ ad §.rei perduellionis.†Not.primò ibi:quia bo.pos. &c. quòd ratificatio actus facti per negociorum gestorem non potest fieri per hæredem eius,cuius nomine fuit factus, quando ius quod erat quærendum ex ratificatione, non transibat ad hæredem.ratio est,quia cū ratificatio sit quædam fictio trāslatiua de tempore ad tempus,quia retro fingim⁹,oportet quòd extremum à quo sit habile,sicut in qualibet fictione translatiua:& idem probatur in l.bonorum.ff.rem rat.haberi.¶ †Secundò not.in versicu, quàm procurator eius &c. secundùm

communem expositionem, ꝙ verbum, procurator, aliquando significat non verum procuratorem, sed eum qui gerit negocium alterius sine mandato: simile in l. si ego. ff. de neg. gest. & in l. j. §. per procuratorem. ff. de acqui. pos. Sed scdm alios pōt hic significari procurator generalis, qui etiamsi habeat liberā non potest agnoscere bono. pos. imo requirit specialissimum mandatum: sicut tenet Vgo. quem refert gl. in l. iij. §. acquirere. ff. de acquir. pos. nam de procuratore generali, qui non haberet liberam, non est dubium, ꝙ non posset dominum obligare. l. mandato generali. ff. de ꝓcurat. l. item matri. cum seq. iuncta glo. sua. ff. de pact. Sed ego intellexi, ꝙ requiratur mandatum specialissimum: quem glo. non sequitur in §. acquirere. mouetur, quia licet iussus in adeunda hæreditate debeat esse specialis. l. si quis mihi bona. §. iussum. s. eo. tamen non est idem in bono. pos. quia iussus differt etiam in alio, quoniam debet præcedere, nec potest subsequi, sicut in bono. poss. Sed ista ratio cum reuerentia non destruit opinionē Vgo. quę videtur probari in ista litera: quia dato ꝙ sit differentia inter iussum, & petitionem bono. pos. quo ad id quod dictum est, non sequitur: ergo etiam quo ad alia est differentia. Vnde Moder. hic inclinant magis in opinionem Vgo. quia ratio, quare iussus debet esse specialis in adeunda hæreditate, est propter magnum præiudiciū, quod posset inde euenire, si hæreditas esset non soluendo, secundùm Barto. in l. filius. §. j. ff. de donatio. Et quia idem præiudicium posset resultare, si agnosceretur bono. possess. ideo probabilius est dicere, quòd requiratur specialissimum mandatum, sicut & in casu matrimonij: vt in capit. fina. de procurato. lib. vj. & in generali. in princip. de ritu nuptiarum. Si tamen velles respondere ad istum textum, posses dicere, quòd hic loquitur in procuratore generali, quia non habet liberam, nec potest dominum obligare: vt s. dixi. Illa tamen opinio Vgo. multum placet propter rationem decidēdi, q̃ est in §. iussum. ¶ †No. tertiò ibi: ex persona defuncti &c. ꝙ ille qui cōsequit aliquod ius ex ꝑsona alterius, seu ꝑ mediū alteri⁹ in libello debet exprimere hāc qualitatē, ꝙ habet illud ius ex persona talis, quod videtur contra ea quæ tangit Bart. in l. si quis filium. §. fina. s. cod. & in l. paterfami. s. de vulgari & pupilla. Baldus in l. fina. C. de hæredi. instituen. vbi dicunt, quòd ille qui est hæres ex persona alterius, satis est quòd dicat se hæredem Titij, licet non exprimat quòd ex persona Sempronij. Sed potest dici, quòd hic narratur factum agentis, non tamen deciditur quòd ita sit necesse. ¶ †Not. quartò in verbo, diuum. ibi: & in filio &c. quòd impeditus adire hæreditatē ex iusta causa, quæ non prouenit ex facto testatoris, non conseruatur illæsus ipso iure, sed est opus, ꝙ petat restitutionem in integrum, etiam si in omnem euentū sciat se futurum hæredē: sicut videmus in exemplo de filio, q in omnem euentū est successur⁹ in hrditate materna: nā alia exempla hic posita non faciūt, qa qui ignorabat se posse adire, non sciebat se in omnē euētū esse successurum. Vnde dicit hic esse casum cōtra opi. Bart. in l. vētre. s. cod. Tu autē potes respondere, ꝙ hic filius ignorabat hrditatem sibi delatam, qa nesciebat matrē esse mortuā: & sic non erat verum, ꝙ in omnē euētum sciret se futurum hæredē: qa si mater viuebat, vt inquit Ioā. de Imo. in l. ventre. rñdēdo ad l. j. C. de his qui ante aper. ta. filius non poterat esse hæres. ¶ In gl. in verbo, obijsset. ibi: ex persona auiti &c. Gl. videt intelligere tex. nostrum, ꝙ ex æquitate det restitutio in tota hac l. nec aliquo casu de stricto iure: & ꝙ restitutio ista petat ex persona defuncti. Barto. hic referēdo doc. in l. quo tpe. C. de testa. mi. dicit, ꝙ in absente causa reipu. pōt peti restitutio ex persona defuncti, & etiā ex ꝑsona ipsius hrdis: & si petit restō ex ꝑsona defuncti, petit ex ęquitate, qa verè defunct⁹ nō fuit læsus, sed lex habet eū pro læso. si verò petit ex ꝑsona ipsius hrdis, quasi sit læsus ex absentia defuncti, iūcta cū morte, & ꝑ hoc nō potuerit acqrere hrditatē, tunc peteī scdm regulas iuris ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa &c. nō ex æquitate speciali huius l. In vltimo autē casu, qñ fili⁹ erat absens volūtariè, dicit ꝙ petit tūc restitutio solū de stricto iure ex ꝑsona ipsi⁹ heredis. Et hāc opin, sequunt cōiter Mod. ꝑter dñm Pau. de Cast. q dicit, ꝙ non videt quare si competit restō ex persona hæredis de stricto iure, fuerit inducta ex ꝑsona defuncti ex æquitate: nā ex quo pōt obtineri restō scdm regulas iuris, nō subest ęquitas, cur debeat concedi ex ęquitate de iure spāli. Sed ꝓ opi. Bar. facit: qa si ex ista morte & absentia vterq; vr læsus, ergo potuit cōpetere heredi & ex ꝑsona sua restō ī inte. nec est hoc incōueniēs. Casus est in l. interdū. ff. de mino. & not. plene in l. ea q̃. C. de temp. in integ. rest. †Preterea duo remedia extraordinaria regulariter possunt cōcurrere [a] adinuicē. l. de pecoribus. C. ad l. Aquil. & plene per Bar. in l. in prouinciali. ff. de no. ope. nunci. Et probabiliter posset defendi ista positio, nisi contradiceret text. dicitur enim in versi. diuus. quòd diuus Pius constituit cōtra id quod dictum est in proximo versi. vbi erat dictum, ꝙ de stricto iure restitutio non competebat: si enim versic. & in filio. loquit solùm de restitutione quæ competit hæredi ex persona sua, in quo diuus Pius constituit contra prius dictum: ergo patet, ꝙ hæredi non competit ex persona sua de stricto iure restitutio in integrum: aliàs si ver. præcedens loqueretur de restitutione quæ petitur ex persona defuncti, diuus Pius non constituisset contrarium, sed aliquid diuersum: quia vbi s. negatur, quòd ex persona defuncti non competit restitutio in verbo, & in filio, diceretur quòd competit ex persona hæredis. quæ sunt duo diuersa, non contraria. Vnde tenenda est opi. do. Paul. simpliciter, quòd hic non petatur restitutio aliquo casu de stricto iure, sed ex æquitate. Sed ipse non declarat ex cuius persona petatur ex æquitate, habita tamen relatione ad primum versi. ad quem videntur continuari sequentes, probabilius est dicere, ꝙ in omni casu restitutio cōpetat ex persona defuncti, & etiam ratio dictat: quia tempore mortis, quo fuit extinctum ius adeundi, vel agnoscendi, hæres non potest dici læsus, cū adhuc hæreditas non esset sibi delata: sed bene potest dici læsus defunctus, quia per ignorantiā & mortem impeditus est acquirere hæreditatem, quam si quæsisset, potuit trāsmittere ad suos hæredes: & hoc interesse consideratur in persona transmittentis: vt patet in l. illud. §. fin. ff. de contratab. & in l. j. in fin. C. de his qui ante aper. tab. Sed oppo. contra istū tex. fortiter secundùm Paul. de Cast. & videtur, ꝙ ex persona defuncti competat restitutio in integrū hæredi de stricto iure, non de æquitate: quod probat, quia in extremo mortis articulo hæres nō potest adire hæreditatem. l. fi. quando dies lega. ce. declarat Bart. in l. miles. §. pro parte. de leg. ij. ergo in ipso extremo mortis articulo prius q̃ moriatur, est læsus ex impedimento, quia nō potest adire: Ergo cōiuncta absentia datur sibi restitutio, quā transmittit ad heredem suum de stricto iure: quia læso ex impedimento & iusta causa conceditur restitutio. l. j. & l. quo tē pore. C. de testa. mil. & hanc opi. dicit Pau. de Cast. esse nouā, & non bene posse solui. Sed non est noua: quia eam facit Bal. in l. non solū. ff. de in integrum resti. Io. de Imo. qui attribuit eam sibi in l. qui duas. ff. de vulga. & pupil. cui obiectioni pōt optime responderi. & quia prima solu. est generalior, incipiemus ab ipsa. Dico ergo, quòd licet hæreditas non possit adiri in extremo mortis articulo, bonorū tñ poss. potest peti in extremo mortis articulo: quoniā cū possit acquiri per alium. l. secunda. §. acquirere. l. seruus. in princip. ff. de bon. posse. dicitur esse talis actus, qui potest impleri per aliū in extremo mortis articulo. l. fi. de condi. instit. & in l. suus quoq;. §. sed filio. ff. de hære. insti. & ideo in amissione hæreditatis non potest dici lęsus hæres, ex quo pōt eam aliquo modo acquirere, donec viuit, etiā in extremo mortis articu. Et secundū istū modū intelligendi habes hic casum notabilem, approbantem dictum Angel. & Moder. in l. ventre. s. eod. vbi dicunt, quòd si in casu illius l. potuisset peti bono. poss. secundùm tabul. non transmitteretur propter impedimentum hæreditatis de iure speciali, quia esset imputandum sibi, ex quo ex aliquo capite potuit acquirere: licet autem non consulatur illi, qui ex vno capite potest acquirere, q̃uis non ex alio, consulitur tamē impedito ex iusta causa, qui non potest ipse agere, licet alius possit agere nomine suo. Glo. est not. in l. rectè. in verbo, castrensi. ff. ex qui. cau. ma. vbi concludit, quòd si filius est impeditus agere ꝓ peculio aduentitio, hodie succurritur sibi, licet dicitur, qui erat legitimus administrator possit agere. Vel potest dici, sicut ego dixi in quodam consilio, qđ feci in ista materia, ꝙ licet in extremo mortis articulo hæres filius lædatur: nihilominus quia hæreditas momento erat remansura penes ipsum, ista acquisitio momentanea non causat interesse, quod sit considerabile. Casus est no. in l. fi. §. fi. C. de bo. quę libe. per quā Bald. nota. dicit in l. fi. ff. de cōd. insti. ꝙ acquisitio momētanea, q̃ fit per filiū, nō acquirit iussu patris. Præterea regula est, ꝙ pro lęui læsionē nō datur restitutio. l. scio. de in integrum rest. Et ista solō pōt procedere, tenēdo opi. Bart. ꝙ possit intētari restitutio ab hærede, tanq̃ ipse sit læsus ex ꝑsona propria. Sed si tenes opi. quā tenuit sequendo Paul. de Cast. ꝙ non possit intentari restitutio, nisi ex persona hæredis defuncti, tunc constitutus in extremo mortis articulo habet interesse probabile, qđ posset considerari, quia interesset sua acquirere, vt ius acquisitum posit transmittere ad hæredem suum. l. illud. in fin. de contra tab. l. j. in fi. C. de his qui ante aper. tab. quas leges s. allegaueram: ideo tenenda est prima solu. ¶ Extra glo. tangit hic Pau. de Cast. aliqua not. dicta, Et primò, inquatum dictū fuit s. in j. gl. ꝙ tēpore petēdi bo. pos. sunt vtilia: vt patet in l. ij. in prin c. ff. quis

[a] ¶ Concurrere. Ad de Pau. de Ca. in cō sil. cxxxij. inci. circa ea quæ superi⁹. ī ij. col. qđ etiam fuit al legatū in l. ventre. s. e. per ea quæ habentur ibi per eū. Fran. Aret.

ff.quis ordo in bon.po.seruet.dico q̃ d.Paul.ex ista regula refert Bald.in rubri.C.qui admit.dicentem,q̃ si per spatium xxx.annorum præscriptũ est iuri adeundi contra ignorantē:iuxta l.licet.C.de iu.delibe.remedium bo.pos.poterit competere excluso à iure adeundi,ex quo terminus bo. pos.tanq̃ vtilis non currit ignoranti.& est verissima conclusio,quam re petijt Bal.in l.licet.C.eo.¶ Secundò arguit hic præfatus doc.ex ista l. & l.bonorum.ff.rem rat.habe.q̃ licet pater ratificando mutuum factũ filio, dum filius est in potestate,tollat exceptionem Macedoniani.l.fina.C.ad Macedo.secus tamen est,si ratificat mutuum factum filio post emancipa tionem ipsius: quia ratificatio videtur tunc fieri tempore incongruo, id est tēpore quo consensus patris nihil operabatur, nec debebat attendi. & hoc dicit tenere Dy.in regula,rati.de reg.iur.Sed Bal.dicens idē quod iste doct.refert Dy.hoc dixisse in ista l.ita refert & sequitur ipse in l.obseruare.§.fina.& in ij.cha.de officio proconsu.& leg. Amplius dixit Bar. post Dy.in l.si vxor.in fi.ff.de adul.quòd ad hoc vt ratificatio possit fieri,omnia debent esse integra, & in eo statu quo erant tempore contractus.Vnde infert ibi no.q̃ si aliquis fecit pacem pro se & adhærentibus suis,quã ipsi adhærentes debent ratificare infra terminũ, & vnus de adhærentibus ante ratificationem offenditur, & postea vult ratificare,vt forte offendens incidat in pœnam contractus,nõ admittitur ratificatio. Quod dictum credo esse verissimum:quia etiam quando ratificatio pōt fieri post terminum,non potest fieri ad præiudicium tertij:vt plene declarat Bar.in l.bonorum.ff.rem rat.habe.bene facit tex.& quod ibi per Barto.in l.j.in fin.ff.de bono.poss.contra tab.& quod. ipse ponit plenius in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthumis Sed contra primũ dictum fortiter facit:quia quando actus factus ab aliquo valet ipso iure in persona facientis,tunc ratificatio talis actus,quã vult facere aliquis ad aliquem effectum,potest fieri post terminum.Casus est singul.secundũ lect.Bu.quam Bar.ibi approbat in l.j.C.qui admit.Sed mutuum factũ filio valebat ipso iure:ergo videtur,q̃ ad tollendam exceptionem suffi ciat ratificatio facta tempore inhabili.Sed ad hoc potest dupliciter respōderi.Et primò, q̃ illa doct.est valde dubia,per ea quæ ponit glo.in c.vt circa.alioquin in versi.adhærentes.de elect.lib.vj.vbi vult,q̃ si est interposita appellatio valida per vnũ, ille qui vult adhærere appellationi, & ratificare,debet hoc facere infra tempus,quo potuit appellare, & tamen actus ibi factus in persona principalis valebat. & illam gl.approbat Bal. expresse in auć.hodie.in fi.C.de app.Vel potest dici,dato q̃ illa doc. Bar to.esset vera,q̃ in casu nostro actus in effectu non valebat,quia poterat elidi exceptione.l.si dari.in fi. cũ cōcordan.ibi positis.ff.de verbo.oblig. Sed fortius obstat huic opi.quia quando inhabilitas sequitur ex facto hominis,& non ex l.dispositione,ratificatio videtur posse fieri postq̃ super uenit inhabilitas.l.cùm mihi x.in prin.ff.de solu.quando fit ad præiudicium eius qui gessit actum.Sed hic inhabilitas superuenit in patre propter factum ipsius,quia emancipauit filium:ergo videtur,q̃ in præiudicium ipsius filij possit fieri ratificatio,vt auferatur sibi exceptio, sicut in d.l.cũ mihi x.aufertur actus.Et istud contrarium est difficile,quia est regula,quam ponit Bar.in l.bonorum.ff.rem rat.hab.Sed forte posset dici, q̃ ibi loquitur de facto hominis,quod erat directo præordinatum ad causandam inhabilitatem.In casu autem nostro non est sic,quia emancipatio non præordinatur ad annullandum consensum patris, sed principaliter,vt filius effectus sui iuris possit agere omnia sicut paterfa.¶ Vltimò inquantum do.Pau.hic tangit cautelam,quam posuit Bal. in rubri. C.qui admit.aduerte diligenter:quia ipse vult secundũ Bal.q̃ iudex possit discernere instantibus amicis vel consanguineis infanti bono.pos.& supplendo defectum tutoris ex actu suo,illam bono.pos.acquirere infanti.& sic dabitur remedium contra l.si infanti.quæ vult,q̃ hæreditas non quæsita nõ transmittat.Pro ista cōclusione adducit Bal.in arg.in l.bonorum.C. qui admit. sed illa non loquitur in infante,neq̃ quando bo.pos. decernitur impuberi absenti:sed quãdo maior infante petit sine tutore, quia eum non habet:quo casu non est dubium, q̃ iudex potest supplere defectum tutoris.l.si infanti.in fine.C.de iure deliberã.quinimo supplet defectum curatoris adulti.l.si curatorem habens.& ibi Bar.C.de in integrum restitu.mino.Sed quando ipse pupillus est absens,possit iudex supplere vices tutoris,ita q̃ sicut tutor posset petere bo.pos. & acquirere pupillo irreuocabiliter.l.tutor.de bo.pos.ita posset iudex, hoc non dicunt illa iura.Ipse tamen domi.Pau.de Cast.alleg.tex.valde sing.in l.pe.ff.de bono.pos.vbi hoc videtur probari in impubere.& per istam l.ista cōclusio est vera,q̃ ipso iure potest acquiri bono.pos.ipsi impuberi.Sed dubiũ remanet,nũquid ista bono.poss.acquiratur impuberi irreuocabiliter:an verò reuocabiliter. & si iudex supplet defectũ tutoris,in isto casu videt̃ dicendum,q̃ sicut tutor acquirit etiam infanti irreuocabiliter,secundũ Bal.in l.j.de bono.poss.infanti & furioso:ita & iudex,qui subrogatur loco ipsius:& hoc sentit Bartolus ibi clare,& in l. seruus.ff. eodem.dum dicit,quòd non requiritur ratificatio.Sed hoc videtur valde extraneum,q̃ iudex possit obligare impuberem,& maxime infantem, qui est absens hæreditati irreuocabiliter: & etiam in infante videtur contra d. l. si infanti.præal.nam si iudex posset supplere defectum infantis,sicut hoc remedium dedit Imperator in eo qui est maior infante, & præsens petijt bono.poss.ita dedisset etiam infanti in versicũ.præceden.& similiter pupillo absenti,qui est maior infante,sicut dedit pſenti.Vnde Bald.multũ sing.in l.non aliter.ff.de adop.dicit,quòd si ex forma statuti pax debet obtineri admittenda infra certum tempus,licet notarius recipiat pacem[a] p̄ homicida absente,& sic acquirat sibi obligationem,absens tamen nō vtitur commodo huius iuris acquisiti,nisi ratificet infra terminum.& hoc est multum rationabile.Et si equipares absentem furioso,tunc decisio Bal.est expedita,quia furioso acquiritur hæreditas reuocabiliter.l.fina.§.si tali. C.de curato.furio. & quòd æquiparetur absens furioso[b],no.in l.j.§.item acquirimus.ff.de acqui. pos.Quia tamē simpliciter dicit,q̃ acquiritur ista bono.pos.ex facto iudicis,tutius est tenere, quòd non requiratur ratificatio:& si sic,est ibi casus cōtra Bal.in d.l.non aliter.¶ †Posuit etiam hic Bar. difficilem quæstionem:Nunquid infanti vel minori,qui est maior infante, cōpetat restitutio, ita quòd transmittat eam ad hæredē suum, si morte præuentus non adiuit hæreditatem.Super qua q. non referendo omnia à gemino ouo,sed addendo attēde:quia Bal.varie sensit in ea.Nam hic sequitur opi.Barto.qui voluit,q̃ cōpeteret restitutio[c] in inte.in l.si infanti.C.de iure deliberan.in persona infantis tenet oppositum in l.j.§.ĩ nouissimo. C.de cad.tol.distinxit aliter,vt ibi per eum.Et q̃a precipua dubitatio est in infante,incipiendum est ab ea.Et inquantum Iaco.de Bel. Ange.& tenentes hanc partem dicunt,q̃ in l.si infanti. probatur restitutio in integ.non cōpeteret hæredi:attende diligenter,q̃ licet tex.ibi dicat,q̃ hæreditas habetur pro non delata,item quòd debet deueniri ad alios:per hæc tamen verba non videtur tolli restitutio in integ.Nam & alibi dicitur, quòd quando hæreditas fuit repudiata,habetur pro non delata.l.fina.§.sin autem.C.de curato.fur.Quinimo quōcunq̃ extinguatur ius adeundi, text.dicit, q̃ hereditas habetur pro non scripta: ergo pro non delata.l.ciuitatibus.§.Lucius.ff.de leg.j.& tamen restitutio in integrum competit repudiata hæreditate,& beneficio minoris ætatis. l.finali. C. de repudia.hæredita.& lege,quod si minor. §. Scæuola.ff.de minorib.Et ideo dicebat domi. Franc. de Rampo.in disputatione publica, quem refert Imo.hic,& in l.ventrē.s.eodem. quòd illa verba fuerunt ibi prolata habito respectu ad ius commune,ad quod lex in dubio videtur respicere.l.iiij.§. j.de fideicommiſ.liber.per glossam.& habetur in l.quandiu.s.eodem.Tu dic,& melius ad propositum, quòd quantūcunque verba sint vniuersalia & præcisa,nunquam tñ excludunt restitutionē, quæ competit ex beneficio speciali. glos.est ordi. in capitu.felicis.extrà,de restitutio.in integ. quæ optime probatur in l.sicut.& lege, omnes.iuncta glo.C.de præscript.xxx.anno.Licet tamen in lege,omnes. concedatur plenissima securitas præscribenti,contra quamcunq̃ personam:tamen excluditur minor à petitione restitutionis, secundũ glossam in dicta lege,sicut.& tenet Bartol.& cōmuniter omnes in l.finali.C.in quib.cau.in inte. restitutio non est neces.Confirmatur ista conclusio ex regula not.quæ ponitur in lege,decurio.C. de fil.lib.xij.& ibi per Bartolum.quòd nulla dispositio quātũcũq̃ generalis,videtur tollere priuilegium speciali iure concessum:quem text.semper alleg.Bald.ad hoc,videlicet in lege,non plures.C.de sacrosanctis eccle.& in capitu. j. in fine. quo tempore miles inuest.super quo vide Barto. plenius in extrauagan.ad reprimen.in glo. in verbo,non obstantibus.Et ita apparet, quòd ista ratio, quæ videbatur fortior,est bene soluta.Secunda ratio istorum est talis,quia si daretur restitutio in casu l.si infanti.sequeretur, quòd illa lex esset imposita verbis,nec disponeret cum effectu contra legem ij.C communia de le.& l.j.in fine.cum simili.ff.quod quisque iu.ex quo posset p̄ restitutionem hæres infantis consequi hæreditatem, à qua erat exclusus.Sed ista ratio nihil valet, quia est contra textum in dicta l.sicut. & in lege,omnes.præallega.cum glo.sua,& contra glossam ordinariam,quam ibi approbant docto.in l.j. C.si

a ¶ Pacem. Adde eũdem do.Fran.Are. in l.p̄ hærede.§.si sepulchri.in vlt.co. s.co.tit.

b ¶ Furioso. Adde Bar.in l.j.§.dari aute.de p̄cu.& Bald. in l.furiosum.in fi. C.qui testa.fa.pos.

c ¶ Restitutio. Pro cuius articuli decisione vide do. Bar. Soc.in cōsi.ccvij. in ci.ĩ causa d. Annæ. ver.v.& vl.loco.cũ vers. sequē.vsq̃ ad versi.j.ex capite.in j.parte.

de Imol. sequendo dicta Bartol. hic in quæstione principali, dicat quòd ille tex. potest intelligi, quãdo illa verba fuerũt prolata deliberate, hoc est diuinare ad literã. Vnde tenẽdum est, qđ s̃. dixi, & concludendũ, ꝙ siue hęres dicat, nolo repudiare, siue volo adire: ista verba idem important, & in dubio inducũt aditionem, maxime rationibus supradictis. Sed posita opinio. 4 Bar. pro vera addenda sunt tria. †Primum ponit Bald. no. in l. j. in vlti. col. C. de fal. causa adiect. lega. vbi dixit, ꝙ ille qui respondendo positionibus in iudicio negat se esse hæredem, dicendo, non sum hæres, in dubio videtur repudiare hæreditatem[a], ne alioquin responsio facta in iudicio tanꝗ̃ obscura nil operetur. Et idem dixit Bald. de actu iudicis: quia si iudex dixit, non admitto tales exceptiões, videt̃ eas reijcere: & ista verba videantur importare medium inter admittere & reijcere: vt dicit Bar. in d. l. suus quoq;, ita determinat ipse no. per tex. in l. j. C. de neg. gest. ¶ Tertiò est addendum, ꝙ licet præcedat interrogatio, & sequatur responsio, non sequitur per hoc, si respõdetur incontinenti, ꝙ responsio videatur deliberata. Casus est notabilis, quem ibi ponderat Ioan. de Imo. ad hoc in lege, quia poterat. ff. ad Trebell. de cuius intellectu dicã tibi in lectione sequenti circa intellectum d. l. si qua erunt dicẽda. Sed illa lex potest intelligi, vt dicit ibi Ioã. de Imol. quando nulla præcessit interrogatio: est tamen diuinare ad illũ text. vt ipse dicit. Et aduerte, quia secundũ Bar. videtur ibi casus, ꝙ per verbum, nolo adire, non inducitur repudiatio[b]: iuncta l. ita tamẽ. §. si patronus. ff. eo. Sed Ioan. de Imol. ibi respondet, & bene: quòd quãtumcũq; repudiauerit hæreditatem, potest cogi adire. l. nam quod. §. j. ff. eo. ¶ † Item adde inquantũ tangit hic Bart. & in præalleg. l. si quis seruus. ꝙ ista verba, volo repudiare, vel nolo adire post lapsum triũ mensiũ, inducunt repudiationem[c], vel aditionem, per l. fin. §. similiꝗ̃ modo. C. de iu. delib. Nam ille tex. nullo modo probat cõclusionem hãc. Primò, quia in prin. literę dicitur, ꝙ si animo indubitato repudiauerit: vnde patet, ꝙ ibi deliberate repudiauerit, non indeliberate. Secũdò, quia ille tex. vt habeat locum, repudiatio nõ requirit ꝙ currãt sex menses, sed dicitur ꝙ si repudiatio sit facta infra tres menses, valet, & tenet. Sed ista verba possunt verificari immediate post principium triũ mensium. l. j. §. si intra. ff. de succes. edict. ergo non expectatur lapsus trium mensium. Et si dicat̃, ergo secundũ hoc repudiatio nõ poterit fieri post tres mẽses. intelligendo vt tu intelligis, respondeo, & dico, ꝙ ibi fit mentio trium mensium, non quia post illũ terminum non possit fieri repudiatio, sed propter illud qđ sequitur in §. seq. videlicet ꝙ ad faciendum inuentarium datur terminus trium mensium, ac si diceret, si aliquis vult expectare tres menses, antequam adeat, vel repudiet, vtilius est sibi adire & conficere inuentariũ infra illo tres menses, ꝗ̃ absolute repudiare vel adire sine beneficio inuentarij. Vnde relinquitur conclusio supradicta esse vera, maxime ꝑ tex. in d. l. filij mater. §. j. quẽ adducit Bart. pro se, & ex declarationibus alleg. ¶ Item adde, inquantum ipse vult, ꝙ ista verba non inducunt aditionem, cũ dicitur, ista hæreditas non displicet mihi. Nam contrarium videtur probari in simili in l. ne in arbitris. in fin. C. de arbit. quẽ tex. not. ibi Barto. ad hoc, quòd si aliquis dicit, non contradico, videtur per hoc approbare crimẽ. Similiter si aliquis dicit, non nego, videtur affirmare: ita videtur probari in c. per tuas. & ibi not. Anton. de But. & extrà, de condi. appo. bene facit text. in lege secunda. ff. si ex nox. causa aga. & in lege prima. in fin. ff. quemadmo. testam. aper. Barto. tamen videtur intelligere, quòd ista verba, non nego, non contradico, important approbationẽ, vbi sola scientia & patientia induceret approbationem actus: secus si requireret̃ consensus expressus, sicut in casu nostro. Et est vera indubitanter ista doctrina, quando ista verba scriberentur vel dicerentur de tertio: verbi gratia, si notarius dicat, præsente tali, & non contradicente. Si verò ꝓbaretur, quòd pars ipsa dicit hoc modo, videlicet præsente tali, & dicente se non contradicere, sicut est in quęstione nostra: istud dictum est satis dubium per prædicta iura, & etiam quia communis consuetudo loquendi interpretatur, vt scimus omnes. hæc tamen, quia est facti, esset probanda. ¶ Item adde, inquantum Bartol. tangit hic, vtrum verba enunciatiua inducent aditionem, quãdo sunt per se principaliter prolata. quod eodem modo distinguit Bal. in l. sicut. C. de repu. hæred. Vbi autem verba enunciatiua sunt prolata propter aliud, siue per modum causæ, siue demonstratiue: adde duo iura notabilia, quæ ipse non allegat. Primò text. nota. quem ibi ponderat Bald. ad hoc in lege, si proponas. §. primo. ff. de inofficioso testamento. vbi probatur, quòd ille qui contrahit cum aliquo, tanquã cum hęrede, hoc ipso videtur fateri eũ esse hęredem, & præiudicat sibi ista confessio. ¶ Secundò adde tex. val de singu. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. quem ibi not. Bar. ad hoc, vbi probatur secundũ eum, quòd quando quis prouidet alicui per stipulationem, tanꝗ̃ hæredi suo futuro, hoc ipso videtur eum instituere hæredem, dummodo sit talis persona, q̃ possit institui seruata sola solennitate iurisgentium. Item aduerte, quia Bar. hic, & in l. j. C. de summa trini. & in l. serui electione. de leg. j. vario modo respondet, defendendo positionẽ suam ad l. Pamphilo. §. propositam. ff. de leg. iij. nam hic dicit, ꝙ ibi voluntas probatur fuisse deliberata ex eo, qa conuocauerat amicos. Licet ista ratio non placet Ange. quia in qualibet vltima voluntate debent conuocari testes, siue sit deliberata, siue non: ergo conuocatio testium non est signum maioris deliberationis. Sed Ioan. de Imo. respondet, & bene, ꝙ imo in casu §. proposito, vbi testator faciebat codicillos, non est necesse conuocare testes. l. fin. in fine. C. de codi. Vnde ipse dicit, ꝙ vltra conuocationem, de qua meminit Bartol. concurrit ibi alia coniectura, quia præcessit interrogatio legatarij, quæ facit 5 etiam p̃sumi deliberationem. †Dominus me⁹ addit duo alia, videlicet ꝙ ille tex. loquitur in militia, vt patet in verbo, contubernali suo. iuncta glo. in quo est speciale, ꝙ verba enunciatiua emissa propter aliud disponunt[d]. l. ex his verbis. C. de testamen. mili. Item interuenit assertio geminata, quæ multum operatur, videlicet vt verba enunciatiua emissa propter aliud disponãt. l. cũ scimus. C. de agri. & censi. lib. x. sicut etiam confessio geminata operatur, vt non possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ[e], secundũ gloss. in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non numerata pecu. & in l. fi. C. de do. cau. nõ numera. Sed ista dicta possent esse vera, qñ assertio vel confessio esset geminata ex interuallo: vbi autem esset repetita incõtinenti, nõ præsumet̃ magis, vel minus deliberatè, sc̃dm Bal. qui ita no. in p̃fatione C. in ru. alleg. gl. quæ optime facit in l. si cõuenerit. in prin. ff. de pig. ac. & bene facit tex. in l. doli. versi. diuersum. ff. de noua. Et licet respõsio Bar. & Mod. ad illã l. possit tolerari: nihilominus si bene respicias ibi ad fin. literæ, mẽs iurisconsulti non est ista, quia dicit non esse dubitandũ, ꝙ legatum videtur esse factum. Sed si proprietas verborum hoc nõ importaret, quia arbitrari, quæ signa faciunt præsumi volũtatẽ deliberatam, non est leue, neꝗ̃ notoriũ: nõ diceret iuriscõsultus casum esse indubitabilem. Et pro ista cõclusione est casus in l. qm̃ indignum. C. de testa. vbi tex. dicit, ꝙ per verbum, volo, inducitur hæredis institutio: qđ Bart. intelligit in d. l. j. de sum. tri. qñ est cõiunctũ cũ verbo, esse. Sed idẽ esset, si coniunctũ esset cũ verbo, instituere, tũ qa ita potest ĩtelligi in vno sicut in alio, tum quia inter, volo te esse hæredẽ, & volo te instituere, nõ põt assignari bona differẽtia: vt s̃. dixi, sequẽdo Moder. Et aduerte, quia text. ĩ l. quoniam indignũ. in verbo, hæres erit. manifeste ostendit, ꝙ nulla est differentia, siue testator vtatur verbo futuri tẽporis, siue præsentis. Et vide Bal. in l. triticũ. ff. de verb. ob. vbi clare tenet, ꝙ cõfessio geminata nõ plus operet̃, ꝗ̃ confessio simplex: sed põt intelligi cũ distinctione, quã s̃. dixi. Et quia suprà allegaui Bald. in l. j. in fi. C. de fal. cau. adiec. lega. vbi dicit, ꝙ qui respondendo positionibus dicit, non sum hæres: videtur repudiare hæreditatem, limitando ea q̃ dicit in l. qui se patris. C. vnde lib. Aduerte diligenter: quia si aliqs poneret vnũ principaliter, & ꝑ verba enũciatiua assereret cõuentũ esse hr̃dem: rñdens simpl̃r, credo, non vr̃ cõfiteri, nisi ea q̃ sunt deducta principaliter in positionib⁹: vñ nõ vr̃ fateri se esse hæredẽ. Ita dicit sin. Spe. in ti. de positionibus. §. vij. ver. xj. cõsiderãdo. quẽ refert & sequit̃ Ang. cõ. ccxxviij. Pro qua cõclusione vide tex. fin. quẽ ipsi nõ allegãt, sed Bart. no. ibi eũ ad hoc in l. creditor. §. inter cætera. ff. de lib. leg. sup quo etiã vide Bal. in l. j. C. de confes. ¶ Circa secundũ articulũ principalẽ, vbi agit̃ de ꝓbãdo aditionẽ ꝑ scripturã, adde ĩquãtũ dicit, ꝙ ꝑ scripturã min⁹ solẽnẽ ꝓbat̃ voluntas aditionis: qđ ꝓ ista cõclusione est casus, quẽ ibi not. Bar. in l. si ita stipulat⁹. §. Chrysogonus. ff. de ver. obl. & sicut inutilis dispositio probat volũtatẽ redactã ĩ scriptis, ita q̃libet alia dispõ ĩutilis, licet nõ ꝓbaret̃ ꝑ scripturam, ꝓbat aditionẽ. Casus est not. sc̃dm Bal. in l. impuberẽ. C. de iu. deli. vbi inutilis petitio bo. pos. inducit aditionẽ, & idẽ ꝓbat̃ in l. si qs mihi bona. §. sed si mãdauit. sc̃dm intellectũ gl. s̃. eod. Vtrũ aũt ꝑ petitionẽ bo. pos. legitimè validè factã, & obtentã inducat̃ etiã aditio hęreditatis, est longa q. de qua dic vt dixi in d. §. sed si mandauit. Repudiatio tñ hr̃ditatis inutilis nõ facit, vt hæres videat̃ cõfiteri se nõ esse hæredẽ, vel esse, sc̃dm Bal. in l. sicut. C. de repu. hære. ꝑ illũ tex. ¶ Circa tertiũ articulũ principalẽ, inquãtum Bart. ĩ primo membro dicit, ꝙ ille q facit scribi libellum in petitione hęreditatis, videtur adire hæreditatem per l. quemamodum. ff. de inofficio. testamen. vbi etiam idem dicit. Adde quòd gloss. in l. j. C. quorũ bonorũ. videt̃ determinare cõtrarium: sed Moder

a ¶ Hæreditatẽ. Vide Bal. in l. q se patris. C. vnde lib. & in l. potuit. vj. q. C. de iu. delibe.

b ¶ Repudiatio. Vide Bar. ĩ l. ij. C. de iuris & fact. ignorã. & Ang. in l. q se patris. C. vnde lib.

c ¶ Repudiationem. Pau. de Cast. in d. l. fi. C. de repu. hæ.

d ¶ Disponũt. Et an & qñ dicãtur remissa ꝓpter aliud, viđ do. Bar. So. in cõsi. ccxxviij. inci. in cã gabelli. contra ser. ver. in primis em̃ dico, & ver. resultatat secũdo, quia posito. in ij. parte.

e ¶ Pecuniæ. Adde eundẽ in l. si ita stipulat. §. Chrysogonus. in fi. vj. col. de verb. obl. & quod ibi dixi in apost,

der.tenet hic doc.Barto.quia qui vult cõsequens,videtur velle antecedẽs.l.illud.in fin.cũ simi.s.eo.Pro ista cõclusione est casus cum glo.quę ibi no.Bald.ad hoc in l.suus hæres.C.de re pu.hær.vbi probaẽ secundũ lect. gl.ꝙ agens in petitione hęreditatis videtur adire.Idem probatur,& ibi hoc tradit Bart. in l.si filius.ff.de tutel.& licet Bald.aliter alleget illam l.in l. potuit.C.de iure delibe.& dom.me.hic,referens dicta Bald.nihilominus melius probat cõclusionem prædictã, prout Bart. ibi declarat.Circa eundem articulum in secundo mẽbro principali,adde inquãtum Barto.dicit,ꝙ qñ aliquid põt fieri modo licito & illicito,in dubio videẽ fieri modo licito, per l.merita. ff.pro socio.& hoc idem probatur in l.ij.& ibi per Bartol.C. de pet.hæred.vbi declaratur, ꝙ id quod factũ fuit,ꝓsumitur factũ tẽpore licito,nõ tẽpore illicito,si vtroq; tempore fieri potuit.Super quo vide quod scribit Bart.in l.nõ solum.§.sed vt probari.ff.de no.oper.nun.¶Secundò adde inquantum Bart. dicit,ꝙ qñ aliquid põt fieri vtroq; modo licite,tunc si actus illegeritur cũ alio,in dubio videtur fieri tanq̃ à dño,non tanq̃ ab habente rem obligatam,ne cõtrahens decipiaẽ.Nam sentit expresse,ꝙ si venditio vel locatio fieret scienti me habere ius pignoris in re,tunc nõ induceret aditio per istos actus. Super quo vide quod eleganter ponit Bald.in rub.C.de cõtrahenda empt.ad intellectũ l.qui tabernas.ff.de cõtrahẽ.empt.Verũtamẽ in casu nostro,ex quo erat in ptãte hæredis vendẽtis,vel locantis,statim acquirere rẽ iure dñij,videẽ ꝙ ille qui cõtrahit cũ eo,si sciret hæreditatẽ esse delatã,& sic rẽ posse vendi,tanq̃ à dño,videaẽ potius cõtrahere spe dñij,tanq̃ cũ dño,exquo ille adeundo poterat fieri dñs:arg.l.si quis hæres instituaẽ.in princ.& quod ibi per Barto.ff.de hære.insti.& qđ not.Bald. post Guil.in l.j.§.qui sub cõditione.j.si quis omis.cau.testa.in quibus locis cõcludiẽ,ꝙ terminus hominis,& terminus ꝑscriptionis leg̃alis currit instituto sub cõditione ptãtiua: qa est in ptãte sua acquirere ius.Et vere istud esset æquius.Sed tñ Bar. sentit oppositũ,& est singulare verbũ ad materiã iuriũ prędictorum.¶Item adde,inquantũ Bar.vult,ꝙ aliquis habitando domũ sibi obligatã,vel ponẽdo custodẽ,si quæriẽ,vtrũ videaẽ adire,in hoc stetur declarationi ipsius,& in dubio videaẽ adita,vel nõ adita hæreditas,ꝓut magis expediret illi qui debet adire:arg.l.j.in fin.cũ l.seq.ff.de solu.Nam aduerte:qa licet ratio bñ se explicet,videẽ tñ ĩ fine verborũ suorũ sentire, ꝙ etiã si habitãs domũ nõ haberet eã obligatam,nõ videreẽ in dubio adire. Et cõtrariũ tenet j.in alio mẽbro, qđ statim sequiẽ, vbi diciẽ,ꝙ p habitationẽ domus quis videẽ adire, per l.j.C.de repet.hæred.Io.de Imo.hic perpẽdens de hac varietate,videẽ velle,ꝙ primũ dictũ Barto.intelligaẽ,ꝙ quis habitauit domũ solus,nõ cũ familia:secꝰ si trãstulisset familiã et supellectilẽ ad talem domũ:quę differentia sibi nõ placet,qa tex.in l.j.simpliciter vult,ꝙ per habitationem ĩ dubio ꝑsumatur aditio:& ita transit.Tu vide glo.ordinariã,quæ hoc tenet expresse,& hoc sequiẽ ibi Bald.in l.j.C.si vt se ab hæredi.absti.Et hoc verum, maxime qa habitare domũ est percipere fructus ipsius domꝰ. Sicut ergo ex perceptiõe fructuũ inducit aditio,vt j.videbis, ita ex habitatione.Ego tñ nõ credo in hoc secũdo mẽbro istã fuisse intentionẽ Barto.sed dico dictũ eius esse intelligendum secundũ titulũ qõnis ꝓpositæ,videlicet qñ habitans haberet ius in re.& ita formaẽ q.¶Itẽ adde inquantũ ipse dicit, ꝙ ille qui possidet rẽ hæreditariã ꝓ sua legitima,videẽ adiuisse totam hæreditatẽ,saltẽ hodie,cũ legitima debeat iure instõnis: vt in auẽ.nouissima.C.de inoffic.testa.Adde ꝙ ista sua ratio nõ videẽ bona simpr̃ intellecta:qa si filius esset institutus in sola legitima,legitima nõ diceret esse de iure nouissimo quota hæreditatis,sed esset quota bonorũ.[a] sicut declarat Bart. in l.ex facto.la grãde.s.de hæred.institu.& satis probaẽ in l.non amplius.§.cũ bo.de lega.j.per Bald.in l.quoties.de hæred.institu.& in l.cùm à matre.C.de rei ven.Sed qñ filius esset institutus in tota hæreditate,vel in quota hæreditatis vltra legitimam:tunc verũ est,ꝙ legitima est quota hæreditatis, quia nõ debeẽ sola,sed cum alia hæreditate:& ideo nõ posset separari à filio,si diceret se velle solam legitimã sine reliquo:& ita declarat idem Barto.in l.qa poterat.j.ad Treb.& in l.j.ff.de vul. & pupil.vbi plene scripsi post eũ,& per Bald.post Cy.in l.hæres institutus.C.de impub.& alijs sub.& hãc puto fuisse mẽtẽ suam hic propter l.quã allegat,quę ꝓprie loquitur in isto casu.¶Item adde inquantũ ipse dicit,ꝙ si expensa necessaria fiat de bonis testatoris ab hęrede,per hanc expensam nõ inducitur aditio,sicut est expensa,quæ fit in funerali : nam hoc dictum nõ videtur verũ.Licet enim ille qui expendit de suo in dubio nõ videaẽ adire,sed velle donare sumptũ siue expẽsam, l.at si quis.§.plerię;.ff.de relig.& sump.func.hoc est,quia ipse nihil administrat vel disponit de patrimonio testatoris.Sed in casu nostro nõ est sic:qa præsupponiẽ,ꝙ expendit de pecunia testatoris,in qua est regula in oppositum, ꝙ ille qui soluit de pecunia testatoris,in dubio videẽ adire.l.tutores.ff.de cõdi. in debit.Et si dicatur, hoc dictũ est intelligendũ, qñ cõcurrit cã pietatis,vt permittaẽ hæredi capere de bonis defuncti in expẽsam piam,absq; hoc ꝙ videaẽ adire,dico ꝙ nõ reperiẽ iure cautum.& in contrariũ est casus per locũ à spãli in auẽ.si captiui. & in corpore vnde sumiẽ.C.de episco.& cler.super quo vide quod scripsi post Barto.& Mod.in l.iiij.§.Cato.ff.de verb.obliga.ad intellectũ l.si ꝓcuratoris.§.si ignorantes.ff.mãd.Preterea non põt negari,ꝙ ille qui expendit de bonis testatoris,dicitur administrare hæreditatẽ:ergo induciẽ aditio,qa per quẽlibet actum administrationis induciẽ in dubio aditio.l.Iulianus. §.j.s.eo.scđm intellectũ Barto.quę ibi not.ad hoc. Vnde ista cõclusio est satis dubia,inquantũ etiã ipse dicit,ꝙ ille qui colligit fructus ex re,& facit eos reponi in dubio,nõ videẽ adire, sed statur declarationi suę,vt hic per eum:nam hoc nõ placet hic Ioã.de Imol.quia si per habitationẽ præsumitur aditio,vt dictum est, ergo & per perceptionem fructuum : quia habitare nil aliud est, quàm fructus percipere vtendo. Pro ista conclusione adduco tibi textum optimum vltra eos Instit. de hære.qual. & differentia.§.pro hærede.vbi probaẽ, ꝙ per culturã agri inducitur aditio:ergo fortius per perceptionẽ fructuum,per quos in dubio probatur possessio rei. l.Titia. cum ibi not.ff.de solu.Sed contra quædam dicta Barto.superius relata,inquantũ in duobus locis ipse dicit,ꝙ statur declarationi habitantis domũ, vel colligentis fructus,quo animo ipse fecerit,id est,ex qua causa fecerit illum actum : nam ista sua doctrina videtur esse cõtra tex.valde not.in l.duobus.§. ergo.ff. de iureiu.per quẽ tex.Barto.ibi limitans l.si quis intẽtione.de iudic.dicit,ꝙ qñ obscuritas nasciẽ ex prolatione verborũ,tunc fit interpretatio per ꝓferentem:vt l.si quis intentione ambigua.s.de iud.Sed quãdo obscuritas nascitur ex multiplicatiõe causarũ,tunc nõ admittiẽ interpretatio proferẽtis, vt dicat,ex qua causa hoc dixit vel fecit.& hic videẽ casus noster. Vnde nisi teneas aliam lect.quã ponit Barto.quæ tamen diuinat ad text.male posset respõderi,& defendi sua opin. Adde etiã inquantũ Barto.hic dixit,ꝙ ille qui possidet rẽ hæreditariã,videtur adire:qđ etiã posuit cõsilio suo ccvij.nã Bald.in l.nõ ob. hoc.C.vnde cogna.dicit hoc esse verũ,nisi ille qui possedit,neget se voluisse adire hæreditatẽ.Sed plus placet opin.Bart. qa ex quo possedit rem,non potest negari,quin administrauerit res hæreditarias,& ex administratione inducitur aditio:vt suprà dixi.Præterea si colere agrum,quod est signum possessionis acquisite,vt ꝓbatur in l.arboribus.§.de illo.& ibi per Bar. ff.de vsufr.& in l.iij.C.fini.regũ.vt etiã ponit Bal.in dubio facit hr̃ditatẽ videri aditã:vt est text.quẽ s.allegaui Insti.de hęred. qua. & diff.§.pro hærede.multofortius ipsa possessio,de qua constat indubitanter.Et sicut possidendo rem hæreditariam quis videtur adire,ita possidẽdo rem,quæ nõ põt haberi sine hæreditate,sicut est feudũ,licet feudũ nõ sit res hæreditaria.l. itẽ videndũ.in fi.ff.de pet.hære.vbi per Barto,& Ange. post glo.& per eundẽ in l.si patroni.in princ.ff.ad Treb.ita decidit Bald.in c.j.an agna.vel filius.in vsib.feud.Ex quibus dictis põt determinari qõ.super qua scripsi post Ang.& Moder. in l.si quis nõ quasi hæres.s.eo.nunquid ille qui præstat iuramentũ fidelitatis ꝓ feudo,videaẽ adire hæreditatẽ.Super quo ibi plene scripsi.Et quia suprà diximus circa principiũ secundi articuli,ꝙ sunt aliqui actus,qui nõ possunt fieri ꝑter nomẽ & ius hæredis,videndũ esset hic nunquid per tales actus inducaẽ aditio,si pcedit in cõtrarium ꝓtestatio.Super quo scripsi plene post Barto.in l.qui in aliena.§.Celsus.s.eo.Sed nõ allegaui glo.no.quæ indistincte dicit,ꝙ impeditur aditio,quã ibi approbat Bald.in l.vt debitum.C.de hæred.act.Nõ tñ recedo ab his quæ dixi in d.§.Celsus.Et ad materiam l.nostræ vide tex. in l.ij.de iure deliberã.Tangit etiam hic Barto.in quarto mẽbro principali, nunquid per non factum inducatur aditio. Et certum est, quòd in aliquo casu inducitur, & similiter repudiatio,vt patet ex nota.in l.recusare.infrà eodem.& in l.quãdiu,la ij.suprà eodem. quod est, quando ipsi esset assignatus terminus ad adeundum, vel ad petitionem creditorum,vel ad petitionem substituti.Sed relinquitur magna dubitatio, nunquid non hæres, cui defertur hæreditas, est debitor in diem, elapso termino solutionis faciendæ, videatur adire hæreditatem. Et vt ponamus vnum exemplum, quod frequentius contingit, quæritur si mortua vxore pater infantis non restituit dotem infra annum, videatur adire hæreditatẽ pro infante.'Quam qõ. tangit Barto.hic,& plenius in disputatione,quæ incipit,debitor in diẽ.& aliquid etiã in l.ex annuo.ff. de dona.inter virum & vxo.& vbiq; cõcludit, ꝙ videẽ adire.

[a] ¶Bonorum. Adde eundẽ do.Fran.Areti.in l.ventre. in vij. col.s.eod.titul.

Mouetur potissime duobus medijs. Primò, quia si diceremus ꝙ non videtur adire, ergo per lapsum diei constitueret in mora, non restituendo hæreditatem his, ad quos perueniret, si esset repudiata. Sed mora est delictum: vt l. quod te. ff. si cer. pe. per l. si plures. & ibi per Bart. ff. de admi. tut. ergo ne videatur delinquere in dubio, videtur adijsse hæreditatem per regulā s. traditam in articulo principali. Secundò mouetur, quia sicut sola voluntate aditur hæreditas, ita sola voluntate domini peculium adimitur seruo. l. non enim. ff. de pecu. Sed dominus non soluēdo debitū peculiare videt ex hoc solo reuocare peculiū. l. si peculiū. §. sicut. ff. de pecul. ergo eodem modo pater nō soluendo videtur adire pro filio. Sed Bal. in diuersis locis impugnat istam opi. videlicet in l. non ob hoc. C. vnde cog. l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & in l. si certis annis. C. de pact. & in l. in his. §. j. solut. matri. mouetur duabus rationibus, quæ sunt satis faciles. ¶ Prima est, quia hæreditas aditur animo, & dicto vel facto, vt s. dixi. ergo per non factum non inducitur aditio. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ non factum hic consideratur vt factum: sicut videmus, ꝙ qualibet promissio non faciendi dicitur continere factū: vt not. in l. stipulatio ista. §. j. & in l. si stipulatus fuerim per te non fieri. ff. de verb. obli. & ꝙ per non factum inducatur aditio, est probatum supra in exemplis Barto. p l. recusari. j. & per l. quādiu. la ij. s. e. ¶ Secundò arguit ipse: quia tacere & non adire, videtur esse medium inter adire & repudiare, sicut est medium inter approbare. l. j. §. scientiam. de tributo. Et hoc concedit Bart. in l. si quis suus. s. iur. delib. si est medium, ergo non est aditio neq; repudiatio. Sed ad hoc respondetur, ꝙ quāuis de sui natura hoc sit mediū, aliquando tamē ex præsumptione iuris applicatur ad vnū extremorum: vt patet ex not. in l. quæ dotis. solu. matri. & in regula, qui tacet. de regu. iur. Vnde si non essent aliæ rationes q̃ suę opin. Bart. facile posset defendi. Sed contra Bart. facit quædam ratio difficilis, quam ipse tangit in disputatione illa s. allegata, & non soluit: quia elapso termino soluendi, si hæreditas non videretur adiri duplici ratione, non sequeretur ꝙ incontinenti debitor esset in mora. Primò quidem, quia licet sit elapsus terminus soluendi, & hæreditas non videatur adita: non tamen videtur repudiata, quoniam terminus non est statutus ad adeundum, sed ad soluendū debitum, si non est repudiata: ergo non est delata sequenti in gradu adhuc, & nō potest per eum adiri. l. quandiu. s. eod. quomodo ergo est debitor in mora, non soluendo his qui succederent, repudiāte infante, seu patre infantis, cū adhuc nō sint, neq; esse possint hæredes. Sed fortasse dicet aliquis, quòd elapso termino debitor esset in mora, quia non soluit hæreditati iacenti. Nam ad hoc respondetur dupliciter. Et primò, ꝙ licet ille qui nō soluit in termino, sit debitor de præsenti, antequam adeat: quia tamen si in futurum adiret, extingueretur obligatio sua. l. debitoris. cū materia. C. de pact. per hoc interim non potest conueniri, etiam si esset datus curator hæreditati iacenti: quia quādo oblatio pura speratur extingui aliquo modo per euentum conditionis futurę, interim suspenditur executio, neque potest agi cōtra debitorem. l. pecuniam. ff. si cer. pet. per quā l. ita determinat Bartol. eleganter in fin. q. quæ habet terminos omnino pares cū ista in l. necessarijs. s. eod. vbi dicit, ꝙ q̃uis filius qui se non immiscuit, sit hæres ipso iure, inspecto præsenti statu, priusq̃ abstineat: quia tñ ista obligatio speratur posse extingui, si postea abstinuerit, interim non potest conueniri per d. l. pecuniā. præalleg. Simile ergo dicendū in casu nostro: ex quo enim si hæres adeat in futurum, speratur extingui oblatio præsens p l. debitoris. palle. ergo interim non poterit conueniri nomine etiam hæreditatis iacentis. & sic patet, ꝙ etiam si non adeatur hæreditas, iste debitor non est in mora. Vel potest dici, seu responderi alio modo, videlicet ꝙ ex quo tempore termini elapsi non reperiebatur hæreditas adita, quia necessario inter potentiam adeundi, quæ fuit creata incontinenti post terminū, & ipsum actum aditionis, oportuerit interuenire aliquod tempus, debitor non potest dici constitutus in mora sine noua interpellatione, ex quo impedimentum soluendi erat in persona creditoris illo tempore, in l. si cum dies. §. fin. & l. seq. ff. de actio. & obliga. & probatur in l. pecuniæ. in fin. ff. de vsufruc. & sic videtur ꝙ nullo modo mora possit incurri post lapsum termini. Sed cū consulerem in ista materia diffusius, fuit oppositum, ꝙ imo debitor qui non soluebat in termino, incurrebat morā ex eo: quia licet non esset cui solueretur, vt euitaret moram, debuit protestari se esse paratum soluere, si esset qui reciperet, & consignaret, & deponeret pecuniam: ad hoc allegabatur doct. Pau. in dicta l. ad diem. ff. de verbo. obli. & in l. si reus paratus. ff. de procura. & text. quem allegauit Paul. in l. final. ff. de leg. commiss. Et propter hanc obiectionem oportuit

a ¶ Implicatiua. Ad de eundem in l. cōtinuꝰ. §. illud. in iij. col. de verb. oblig. & quod ibi dixi in apost.

me facere longam additionem ad consilium meū: & quia multa ibi dixi, quæ nunc non faciunt ad articulum nostrum, vnde pro nunc satis est respondere ad obiecta. Vnde dico, quòd qñ impedimentum superuenit in persona creditoris, quo ad hoc vt debitor ipse non incurrat moram, & sic conseruet se in suo pristino iure, non est necessaria protestatio, nec consignatio, aut depositio, sed sufficit simplex impedimentum, quòd possit probari, ꝙ nō sit necessaria ꝓtestatio. adduxi tex. qui optime probat in l. si pupillo. §. cū quidam. ff. de vsur. vbi dicitur quòd debitor non est in mora, si non soluit pupillo non habēti tutorem, quia etiam si vellet soluere, non posset. † Vnde dictio, etiam, quæ est implicatiua[a], apparet quòd licet nulla pręcedat declaratio voluntatis soluendi, nihilominus debitor nō est in mora. Quòd autem non requiratur consignatio & depositio, patet ex l. pecuniæ. s. alleg. vbi dicitur, quòd post impedimentum superueniens in persona creditoris non debentur vsurę maiores, quæ currerent ex mora, sed bene debentur minores, quæ erant deductæ in stipulatione. Sed hoc esset falsū, si fuisset facta consignatio & depositio: & contra tex. in l. ait prætor. §. j. ff. de minor. ergo patet, quòd non est opus ad euitandum moram cōsignatione, & depositione. Non obstat tex. in l. final. de leg. commiss. quia ibi non ostendit necessitatem iuris, sed accidentiam facti: sicut dicit Barto. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbo. obli. quòd vbicunq; reperitur denūciatio, vel interpellatio pluries facta in iure, illud significat accidentiam facti, non necessitatē. Quòd autem hoc sit verū ad intellectū d. l. probatur ex l. si fundus. §. fi. ff. eod. titu. vbi text. simpliciter dicit, quòd ille qui debeat soluere infra biennium, ne resolueretur contractus, si non est cui soluat, est securus. Pro ista cōclusione adduxit glo. singula. in l. ait prætor. §. j. præallegat. & bonum tex. in l. arbiter calen. ff. de arbit. & quod not. Bart. in l. ij. in fin. ff. si quis in ius vocatus non ier. & in l. fina. §. si stipulor. ff. de eo per quē factum erit. Et ista opinio habet ęquitatem: qa ex quo non erat qui reciperet hāc pecuniā, nihil interfuit creditoris non solui ad terminum. ergo mora vel pœna non debuit committi. Vbi autem ex lapsu termini aliquis vellet consequi aliquod ius de nouo, propter impedimentum qđ est in persona creditoris, tunc esset necessaria consignatio, depositio, & protestatio. Et ita distinguit glo. in loco præallegato, quæ est singularis in materia. Et licet Bart. in l. item illa. ff. de consti. pecu. qui tunc allegabatur in oppositum, dicat, ꝙ ad probandum impedimentum sufficit protestari coram testibus, ꝙ debitor accedit ad locum, & non inuenit creditorem: concedēdo ꝙ iste esset vnus modus probandi impedimentū: & propterea protestationes sunt vtiles in huiusmodi casibus, & similibus, secundum Innocen. & Abba. & Moder. in c. ex transmissa. de præscrip. non tamen sunt semper necessaria, & maxime in casu nostro. Non ob. tex. in quo se fundat Bart. in l. peculium. §. sicut. ff. de pecul. lega. quia vel potest responderi, vt dicit Bal. in vno ex prædictis locis præallegat. quòd ibi agebatur de actu mere fauorabili ipsi domino, videlicet de nō soluendo debitum, & de acquisitione peculij, quæ non comitatur seruum, si videtur ei ademptum. Sed in casu nostro non sic: quia si videretur adita hæreditas, posset generari adeunti grande præiudicium, si hæreditas esset damnosa, vel multum intricata litibus & molestijs. Vel dic, & verius, quòd hic non probatur peculium ex non solutione videri ademptum, imo potius probatur oppositum, inquantum ibi dicitur, quòd licet à domino non possit exigi tale debitum: potest tamen deduci in cōpensatione à seruo, si dominus petat aliqd, vel eius hęres. Et ex hoc datur intelligi, quòd peculium non est ademptum seruo. Et si quæris, quare ergo non potest peti debitum à domino? Respondeo quòd hoc est, quia dominus accipiendo pecuniam de peculio, quæ reuera erat sua, non videtur habuisse animum consentiendi se debitorem peculij, seu reddendi dictam pecuniam: quod patet, quia si dominus erat solitus pecuniam illam de peculio assumptam reddere, & restituere seruo: tunc illa pecunia posset peti ab hæredibus eius. Casus est in l. dominus. §. testator. ff. eodem titulo. & ita dixi in illo cōsilio, licet diffusus. Vtrum autem ille qui est impeditus impedimēto contingente in persona sua, teneatur protestari, vt non currat sibi tempus, est difficilis quæstio, de qua vide, vt habetur per Io. An. in merc. sua, in c. in generali. de re iud. in vj. & per gl. & doct. in c. sin autē. & in c. plerunq;. de ꝑscript. & qđ ponit dom. Abb. in dicto c. ex transmissa. & Bartol. in lege secūda. §. quod diximus. ff. si quis cau. ¶ † Circa quintam quæstionem principalem, qua quæritur quādo quis adijt nomine alieno, vtrum valeat aditio: format hic Barto. not. quæstionē, nunquid ille ad quē est trāsmissa hęreditas ex ꝑsona alterius, si dubitat vtrū autor suus adiuerit, vel nō possit adiri, hoc mō, adeo hæredi

hæreditatē ad me transmissam de iure deliberandi, si ille qui ad me transmittit prius nō adiuit. Et cōcludit in effectu ꝙ valet aditio. & ex eius dictis ꝑcipue habeo notare duo. ¶ Primò, quia singul. limitat l. is qui putat. §. eod. videlicet ꝙ non habet locum in eo qui à princi. fuit volūtarius, licet ex postfacto sit factus necessarius mediāte voluntate sua: sicut in exemplo qō. nostræ: nam per hoc quòd acquisiuerit voluntarie hæreditatem sibi immediatè delatam, necessario etiā acquisiuit hæreditatem primi, quæ reperit in hæreditate secundi si fuit adita. l. si quis filium. in prin. §. eo. ¶ † Secūdò habes not. ꝙ conditio de præterito apposita in aditione hæreditatis, licet sit cōditio extrinseca, nō vitiat aditionem, quādo ex incertitudine cōditionis appositæ nō suspenditur aliquo modo acquisitio, imo siue vera siue falsa sit cōditio, acquiritur hæreditas. Facit optīe quod habetur in l. huiusmodi. ff. quādo dies leg. ced. & in l. Iulianum verum debitorē. ff. de cōdit. indeb. Secus esset, si in omnē euentū nō acquireretur hæreditas, sed altero casu tantū. & ita loquatur tex. in l. cum qui. §. fi. §. e. Sed Bald. impugnat istam doct. in l. potuit. C. de iure delib. duabus rationibus, quę tanguntur hic per Barto. qui bene respondet. Vnde dic vt hic per eum. Imo. autē dubitat alia ratione de hac doct. quia licet ista necessitas, de qua in quæstio. nostra, habeat originem ab actu voluntario: per hoc tamē nō sequit, ꝙ inspecto tempore aditiōis, ille qui adit, nō putet se necessarium: & sic plus est in opinio. quàm in veritate: ergo nō debet valere aditio, sicut in eo qui semper putauit se necessarium: quia ratio prædicta quę allegatur in l. is qui putat. videtur esse eadē in casu nostro. Vnde doctr. Barto. videtur potius ponere differentiā casuum, ꝙ rationem: & ideo ipe cōsuluit, quòd hæres nō adeat expresse, sed administret hæreditatem, & gerat pro hærede: quo casu, licet putet hæreditatem esse sibi quæsitam, iste animus continuandi acquisitionē operatur acquisitionem de nouo: ar. ea quæ habentur in l. qđ vulgo. & l. si seruus. ff. pro empt. & plene per Barto. in l. iij. in princ. de acquirē. poss. Ego autē in l. is qui putat. §. eo. sum secutus hanc differentiam, allegādo Bart. hic, quę Moder. ibi non allegant. non tñ aperte declaraui rationem differentiæ, quā tamē credo esse satis probabilem, saluo iure melius cogitandi. Et est talis: quia ille qui nunc est necessarius, aliquādo voluit acquirere istam hæreditatem voluntariam, videlicet qñ adiuit hæreditatē tutoris sui immediate. Vnde quia aliquādo voluit acquirere hanc hæreditatē, ideo in virtute huius voluntariæ acquisitionis animus qui de præsenti vult cōtinuare talem acquisitionem, operatur etiā acquisitionē de nouo: quia ea rōne alias voluit de nouo acquirere, nanq; esset sibi quæsita: eadem rōne præsumit, ꝙ nunc vellet acquirere, si crederet eam nō esse quæsitā, quia mutatio voluntatis nō præsumit[a]. l. cū hic status. in princ. & ibi per Bar. ff. de don. inter vi. & vxo. c. maiore. de bapt. Quæ ratio cessat, qñ semper à princi. quis putauit se necessarium. Et hanc differentiā ego sum secutus, assignādo hanc rōnem in l. iij. in prin. ff. de acquirē. poss. Aduerte tamē, quia ibi inaduertēter posui vnum verbū, quod nō est verum. Dixi enim, ꝙ in qōne Bart. hic posita actus dicebatur à princ. voluntarius, siue acquisitio, quia hæreditas erat acquisita primo hæredi ex voluntaria aditione sua, & ista voluntas primi hæredis videbatur esse volūtas hæredis. nō enim sic intelligit hic Barto. sed dicit quòd acquisitio fuit à principio volūtaria: quia secundus hæres poterat adire hæreditatē primi, & per cōsequens nō acquirere hæreditatem, quæ erat in hæreditate primi. Vnde quia adeundo hæreditatē primi hæredis voluntarie etiam acquirit aliam, ꝑ tanto dicitur, ꝙ ista necessitas habuit principium voluntariū: nam dicere, ꝙ voluntas defuncti censetur esse voluntas hæredis, nō est iuri consonum, & cōtra tex. in l. iiij. ff. locati. Et per ista bene est expeditus iste articulus. ¶ † Vtrum autem valeat ista aditio, adeo si de iure possum, tetigit Bald. in l. potuit. C. de iure delibe. & ibi cōcludit, quòd sic, quia ista cōditio tacite inest, etiā si nō exprimatur: ergo nō facit aditionē cōditionalem, sed videt esse facta pure. l. muto. §. si sub cōditione. ff. de iure delib. & per Bar. in l. extat. ff. qđ met. cau. & doc. Inn. in c. prudentiā. in princ. de offic. delec. refert Bald. & approbat in l. pręscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. Sed contra hoc facit: quia ille qui sic adiit, videtur declarare, ꝙ est incertus, vtrū possit adire, licet reuera hęreditas sit sibi delata: ergo impedit aditio. l. cūm quidā. §. quod dicitur. & l. ventre. in secūdo responso. §. eo. Cōditio enim de præsenti, vel de præterito, licet nō suspendat actum, causat incertitudinē, scđm Archi. & Io. And. in c. ij. de leg. in vj. & licet ipsi loquant in cōditione extrinseca, eadem tamē ratio videt esse in ista, ex quo apparet ꝙ animus adeuntis non est certus, Sed potest seruari ista opin. ꝙ ista verba nō significent incertitudinē facti, sed incertitudinē iuris: quia nescit, an possit adire, vł credit se nō posse adire de iure ciuili, quæ incertitudo nō vitiat aditionem, vt in pręcedenti q. dixit Barto. ¶ Item vltimò adde, inquantū Barto. hic circa fin. repetitio. vult, ꝙ si pupillus gerit se ꝑ hærede: verbi gratia, intrando rem hęreditariā vnà cùm tutore, animo possidēdi eam: ista aditio nō valet, qa ī interpositione autoritatis requirunt verba secundū cōmunem sñiam. l. j. in fin. & l. seq. de autori. tut. quæ cōclusio clare ꝓbatur in l. j. in fin. in prin. & melius in ij. rñso. ff. de tutel. Vnde quia ibi nō interuenerūt verba tutoris, nō videtur autoritas legitimè interposita, & sic non valet aditio scđm eum. Sed Bald in d. l. potuit. in vlt. qō. dicit, quòd qñ voluntas habet declarari facto, sicut in eo qui gerit se pro hærede, etiā autoritas tutoris pōt facto interponi sine verbis, & idem affirmat in l. si patruus. in pen. col. C. com. vtriusq; iudic. Sed ista differētia nō probat iure: nam tex. in l. si fistulas. §. fundum. ff. de cōtrahen. empt. nō loquitur de actu faciēdo per pupillum, in quo requireretur autoritas, sed de executione prioris cōtractus facti cum patre pupilli, quem tutor potest exequi, etiā ad cōmodum suum. super quo vide quod not. idē Bal. in l. cùm ipse. C. de cōtrahen. empt. Vnde quicquid ipse dicat, tenēda est opin. Barto. quinimo videtur velle text. singul. in l. nō aliter. ff. de adopt. quòd quādo autoritas vel decretum iudicis interponitur cùm causæ cognitiōe, debeat interuenire scriptura, sicut in sentētia. l. iij. C. de sent. ex peri. reci. & in capit. sicut. de re iudic. & tamē si bene memini, dom. me. tenet oppositum, allegādo decisi. dominorum de Rota in l. v. in princip. de verbo. oblig. de quo dic vt ibi dixi. Et quia §. in j. quæs. princip. alleg. in tex. in l. ei qui. §. eo. ad probādum, ꝙ per ista verba, nolo adire, inducitur repudiatio, fuit error. Nam ille tex. facit fortiter in cōtrarium: & ita ego notaueram in meo memoriali. Nam in princi. illius l. dicitur, ꝙ qui se nō immiscuit, non potest cōueniri, licet nō repudiauerit. Et ad probādum hoc dictum iuriscōsul. adducit rescriptum principis, in quo cōtinet, quòd restitutio in integrum prætoris viui nō est necessaria hęredi illius, qui constituit nō agnoscere hæreditatem. Et vt exemplum probat dictum principale, necesse est intelligere, ꝙ etiam in isto exemplo hæc verba nō inducunt repudiationē: sed potest respōderi, quòd ex verbis sequentibus & præcedētibus in principio declaratur, quòd ille qui erat hęres, nō protulit hæc verba, nolo agnoscere: sed simpliciter neq; verbo neq; facto declarauit se esse hæredem. Et quia suprà reprehendēdo Angel. dixi, quòd hæres adeundo æque principaliter videtur velle se obligare, sicut adire, licet posset sustineri. melius est dicere, sicut dicit Ang. & etiā Barto. hic in qō. princ. posita in v. mēbro, videlicet ꝙ principaliter intendit acquirere. Quod patet[a]: quia propter hoc hæreditas appellatur titulus lucratiuus. l. si duo. §. eo. nō tamē sequitur ex hoc, ꝙ quo ad acquirendam hæreditatē, sufficiat animus in mente retentus: tum quia iura requirunt vtrunq;, maxime tex. in d. §. pro herede. & in l. potuit. tum quia nō valet ista cōsequentia, dominiū acquiritur aliquādo ignorāti, sicut in legato: ergo potest acquiri solo animo in mente retento, quia regulariter dñium nō acquiritur ignorāti[b], nec sine causa, quæ cōfirmaret traditionē. l. nunquam nuda. ff. de acquiren. re. domi. Causa autem & titulus de sui natura dicuntur voluntatis declaratoria. Vnde ista sua opinio non est vera.

[a] ¶ Non ꝑsumit. Ad de eundē do. Fran. in l. j. circa fi. xj. col. de acqui. pos. & qđ ibi dixi in apostil.

[b] ¶ §. ex incendio. Et ibidē vide do. Alex. de Imol. vbi ponit differētiā inter ex, & propter.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dictio, ex, licet ex sui proprietate significet causam immediatam, exponitur tamen nonunquā pro propter, nec significat causam immediatam.

SI pupillus. Si pupillus restituit aduersus aditionem, cōpetit exceptio etiam fideiussoribus. h. d. ¶ † Primò not. ibi: ex hæredatio cōtractu. quòd licet dictio, ex, significet ex sui ꝓprietate causam immediatā. l. j. §. ex incendio[b]. ff. de incē. rui. nau. aliqñ tamē exponit, ꝓpter, nec significat cām immediatā: nam hic fideiussor nō cōueniebat immediate ex obligatione hæreditaria, sed ex ꝓmissione per se facta propter cām hæreditariā. Et pro intellectu istius l. & glo. vide glo. or. & ibi scribit Barto. in l. minor. ff. de mino. vbi concludit & sequunt cōiter doct. ibi, & in l. ij. C. de fideicō. mino. ꝙ qñ minor restituit ex sui fragilitate, aut creditor cōtra quē restituit, habet regressum cōtra alium, & tunc nō prodest restitutio fideiussori. Ita intellige tex. in d. l. ij. & in l. in causæ. la prima. ff. de mino. Nam in l. si pupillus. ff. de arbit. quæ hic allegatur in glos. ideo fideiussor nō restituit, quia pupillus solùm erat naturaliter obligatus: pro qua obligatione non competebat sibi restitutio, & ideo non potest communicari fideiussori, secundū glos. in d. l.

minor. Sed relinquitur dubium, quod tangit hic Paul. de Castro solus, quid si in casu in quo creditor habet regressum contra alium, debitor contra quem habet regressum est non soluendo: verbi gratia in casu legis nostræ, si hæreditas esset nõ soluendo, & nullus vellet eam acceptare, ipse inclinat, ꝙ hoc casu quia cessat ratio suprà allega. non competeret exceptio fideiussori, seu ius petendi restitutionem. Et est nouum dictum in ista materia, quod non vidi tactum per alium. Et pro decisione sua vide text. in simili in l. plane. la secunda. §. primo. ff. de leg. primo. & quod habetur in l. fina. ff. de eo per quẽ fact. erit &c. Et pro distinctione communi est bonus tex. in lege, si mulier. §. si ab eo. ff. ad Velleia. Aduerte tamen ad id q̃d dicitur, ꝙ quando creditor non habet regressum contra alium, nõ succurritur fideiussori, etiã si fideiussor ipse habeat regressum contra minorem, potest esse fundamentum tali ratione: quia si fideiussor ageret contra minorem, etiam ipse minor aduersus eum poterit restitui: vt in lege secunda. ff. de fideiussor. minor. Sed quando essemus in casu in quo ipsi principali non posset competere restitutio vel exceptio contra fideiussorem, tunc ne per indirectum auferatur sibi beneficium concessum à iure, exceptio competens sibi proderit fideiussori. Casus est notabi. qui multum limitat istam materiam, quem isti non allegant in lege, si pater. §. non solum. circa medium. ff. ad Macedo. Aretinus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Priuilegium quando conceditur rebus propter personam, mutatione personæ extinguitur priuilegium.

2 Aditio fieri non potest per procuratorem.

sumeretur posse contrahere mrimoniũ, si nõ hrẽt dotem: vt in aut. de æqualitate dotiũ. §. j. & sic impediret procreatio liberorũ: qđ est contra vtilitatem publicam. l. si. §. j. ff. de bo. damna. & ita no. in l. j. s. solu. ma. φ fauor dotis est fauor publicus: sed iuramentũ præstitum contra publicam vtilitatẽ non valet: vt in c. ad nrãm. de iureiuran. & ĩ c. si diligenti. de fo. cõpe. ergo videtur, φ hic iuramentum tũc non obligaret. Præterea quando mulier renũciat sine vlla dote, apparet euidenter de enormi læsione, quæ quidẽ vocatur dolus re ipsa: vt l. si quis cũ aliter. & ibi no. ff. de verb. oblig. Sed in c. q̃uis. mãdat obseruari iuramentum, nisi sit dolo pręstitũ: ergo si sit aliqua spes doli, non valebit renunciatio. Sed Io. de Imo. multum ꝓlixe, quem refert & sequit d. Domi. tenet contrarium. Primò ꝑ rationẽ quã tetigit hic: qa ratio assignata ꝑ tex. in d. c. quãuis. vniformiter respicit quamcunq; renunciationem: videlicet φ iuramentum debet seruari, qñ non vergit in dispendiũ salutis æternæ: & ideo licet illa decretalis sit correctiua, quia tamẽ ratio est scripta in l. fit extẽsio de casu ad casum, in quo militat illa ratio: allegat gl. in cle. j. de ele. Sed illa gl. loquit, salua reuerentia sua, qñ vnus casus potest comprehendi sub alio, vel vna persona saltem ex larga significatione vocabuli: secus si nullo modo possit cõprehendi: & ita distinguit ipse si bene memini, in l. si vero. §. de viro. ff. solu matri. cõcordãs glossas cõtrarias: quarũ vna est in d. cle. j. & alia in cle. auctor. de rescrip. Sup quo vide qđ scribit Bal. in l. qđ vero. ff. de legibus. Vnde do. Dominicus forte videns, φ ista responsio non erat tuta: respondet aliter, dicens, φ illa decretalis non cõtinet ius correctiuũ: quoniam leges dicentes, quòd nõ potest renunciari ciuili successioni viuentis, loquũtur in simplici renũtiatione, non in renuntiatione iurata. Tex. aũt in c. q̃uis. loquitur, quando interuenit iuramentũ, & sic casus sunt diuersi, non autẽ sic, sicut dicitur in simili, in c. cum apostolica. de his quæ fi. à præla. Sed ista so. non placet: quia licet non corrigat formaliter illa iura, corrigunt tñ leges, quæ dicũt φ iuramentum interpolitum sup actu prohibito fieri nõ valet. l. si qs inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. & l. non dubiũ. C. de leg. Do. me. hic tradit aliã responsionem, quã etiam tãgit Io. de Imo. in d. c. q̃uis. dicit enim, φ licet filia simpliciter renunciauerit hæreditati paternę cum iuramento, nõ tñ prohibetur petere se dotari: qa nõ solùm poterit hoc petere filia viuente patre, per l. fina. C. de do. promis. vt tangit Ioan. de Imo. in loco præallegato: sed etiam si pater moritur, anteq̃ puella nubat, poterit petere se dotari ab hæredibus paternis, secũdũ Barto. in l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. matrimo. Nec obstat renũciatio facta ꝑ filiam: quia per illã generalẽ renũtiationẽ, sicut filia nõ excluderet à petitione legitimæ[a] l. si quãdo. §. & generaliter. C. de inoffi. testa. & ibi per Bal. & per eundem post Guil. de Cu. in l. de his. ff. de transactioni. ita non excluderet à petitione dotis: †qa dos[b] succedit loco legitimę, datur enim propter alimẽta vxoris. l. assiduis. §. oportebat. qui po. in pig. ha. sicut legitima datur pro alimẽtis filiorum. l. si quis. ꝗ. ad l. Iul. maie. Sed quo ad euitandũ incõueniens, de quo j. dicã, & de quo s. dictũ est, sufficeret φ per istã renũtiationẽ generalẽ filia nõ excluderet à legitima, qa ex ea posset se dotare. Sed ista ratio nõ est vẽs in omni casu: qa pone, sicut dr in d. c. q̃uis. φ filia renuntiaret cũ iuramẽto, tpe quo tradit nuptui, & nulla esset data vel ꝓmissa dos per patrẽ, certe tũc non solũ ab hrẽdibus patris, sed ab ipso patre, si mulier ipsa nõ promisisset dotẽ, nõ posset petere se dotari, secundũ Bar. in l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obli. quẽ secutus est cõsulẽdo, & in lec. do. Abb. Moder. ĩ c. j. extrà. de despõ. impube. Et in isto casu, si tenes opi. Bar. in d. §. lege. respõsio dñi Io. de. Imo. & dñi mei nõ esset sufficiẽs. Bal. tñ tenet oppositũ in auten. res q. C. cõmunia de lega. vbi dixit, φ etiã qñ nulla dos fuit ꝓmissa ab heredibus prñis, mulier põt petere se dotari. Sed qa ista q. est dubia, nec est determinata, ꝓ nũc dicamus, vt modo dicebã, φ etiã isto casu satis videret satisfactũ mulieri, ex quo põt petere suã legitimã, nõ obstãte renũtiatione. Pro his facit optime qđ ponit Bal. in l. fi. C. de dotis promis. vbi dicit, φ si ex forma statuti filia extantibus agnatis nõ põt succedere, nihilominus põt petere se dotari. Pro ista opi. adducit Io. de Imo. subtilẽ q. in d. c. q̃uis. Dicit enĩ, φ de necessitate ille tex. debet intelligi, qñ dos est minus legitima: qa si dos cõpleret legitimã, valet renũtiatio sine iuramẽto. l. si qñ. §. illud. C. de inof. test. & ita intelligit ibi gl. & etiã Bal. & satis innuitur in d. §. & generaliter. sequẽti. Vnde vt iuramẽtum aliquid operet, oportet dicere, φ et si dos sit minus q̃ legitima, nihilominus iuramentũ cõfirmet renũtiationẽ. Sicut ergo, qñ dos est minus q̃ legitima, renũtiatio firmatur iuramẽto: ita videtur, φ qñ nulla dos est cõstituta. Sed ad istud argumentum põt rñderi dupliciter. Et primò, φ dos posset esse minus, q̃ legitima: tamen esset sufficiens, & congrua, attento arbitrio boni viri, iuxta l. si filiæ. ff. de le. iij. Vel potest dici, & melius, φ l. si qñ. §. illud. non loquitur in eo qui renunciat hæreditati viuentis, sed solùm petitioni legitimæ. Vnde filia ibi si pater decederet ab intestato, posset ei succedere sine dubio. †Est enim legitima non quota hæreditatis, sed quota bonorũ: vt tetigi post Bar. in l. gerit[c]. s. eo. Vnde licet illo casu ꝑmittatur renũciatio, qa ꝑ pactũ põt renũtiari de futuro. l. j. cũ materia. C. de pac. & in l. in plurium. s. eo. nõ tñ permittit renũtiatio hæreditatis viuentis: vt probatur hic iuncta d. l. ĩ pluriũ. est enim quædã specialis prohibitio, quasi de hæreditate viuentis pacisci sit absurdum. Vnde tene responsionẽ, quam dedi, videlicet φ omnis absurditas soluitur, ex quo filia potest petere legitimã. Potest etiam dicere, φ licet simus in materia correctiua, fauore tamẽ animę & religionis fit extensio, secundũ Bar. in auten. sacramẽta puberũ. C. si aduer. vẽdi. Nõ obstat argumentũ do. Petri, inquantũ dicit, φ mulierẽ esse dotatã respicit vtilitatem publicam. Nam ad hoc est responsum s. φ non remanebit indotata, ex quo potest petere dotem, vt s. dixi, vel saltem legitimã. Pręterea iura dicentia, φ iuramentum non valet cõtra vtilitatẽ publicã, intelliguntur de vtilitate publica principaliter: sed fauor dotis nõ est publica vtilitas principaliter, sed secundario: ergo huic fauori potest renuntiari: iuxta l. ius publicum. ff. de pac. Super quo vide Bart. in l. j. vel in rubri. ff. sol. ma. ¶ Circa secũdã fal. dicendũ est, φ indubitanter est vera: quia si diceremus, φ filia non posset vocari ex testamento paterno, auferetur libera testamenti factio patri: qđ fieri nõ potest[d]. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. & ista ratione vtit Bal. ĩ l. pactũ qđ dotali. C. de col. & in l. fi. C. de pac. Præterea repudiatio ista non extenditur ad ius superueniẽs de nouo virtute testi. c. cũ prin. extrà. de renũ. sicut nec liberatio facta à defuncto extẽdit ad ius postea creatum. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libe. leg. Bene facit tex. in l. si patronus nõ aluerit. ff. de bo. liber. Sed ista secunda ratio non concluderet, qñ pater fecisset prius testamẽtum, & instituisset filiam: nec etiã prima, quòd licet videretur renunciari successione ex testamento præterito, non tamen auferret libera testamẽti factio, quia pater posset iterũ testari si vellet. Sed tñ credo, φ etiã si pr̃ decederet cũ primo testõ, filia nõ excluderetur: quia ex quo post renũciationem permansit in eadem voluntate, nec mutauit testamentum, satis creditur tacite voluisse decedere cum prima volũtate: arg. l. iij. C. de inoffi. testa. & quod habetur in l. tractabatur. C. de test. mili. Hunc tamen casum non attingunt doc. Sed dubitatur, nunquid virtute talis renuntiationis mulier prohibeatur succedere ab intestato: & hoc tangunt solùm domini de Rota in decisionibus antiquis, decisione cccLxxix. quæ incipit, vtrum filia. & ibi referunt quendam doc. antiquum, qui tenet φ possit succedere ab intestato. Mouentur, φ qui vocantur ab intestato, succedunt ex tacita voluntate defuncti. l. conficiuntur. in prin. & in l. si quis cùm nullum. §. j. de iure codicil. Sicut ergo si filia expresse vocaretur à testatore, posset succedere, vt dictum est: ita videtur, si tacite vocatur ab intestato, quia regulariter tacita dispositio & expressa sunt eiusdẽ effectus. l. item quia. ff. de pac. & l. cùm quid. ff. si cer. pe. Nec est verisimile secundũ eos, φ testator, seu ille qui fecit renuntiare filiã, noluerit eam vocari ex voluntate sua: sed solũ noluit eã vocari, qñ ipse eam præteriret, vocaret aliũ: ita tenent ipsi ĩ d. cõclusione. Dicitur tamen ibi, φ aliqui ex dictis dominis de Rota contradixerunt: & ad argumenta rñdebant, φ ex quo pater fecit filiã renuntiare, non præsumitur eam tacite vocare ab intestato, quia non præsumitur mutatio voluntatis: vt in c. maiores. de baptis. Nec est verum, quòd renuntiatio simplex debeat limitari ad casum, in quo filia succederet contra voluntatem defuncti: quia cùm sit simplex & indefinita, põt referri ad oĩa: et ita videtur residere d. Dom. in d. c. quamuis. quę cõclusio placet, & est de mẽte omniũ doc. iuris ciuilis, qui ponũt exẽplũ ĩ q. de qua j. dicet, in cã intestati: & semp præsupponunt, φ filia excluditur, qa renuntiauit. Et φ ista conclusio sit vera, probatur: qa ego video, φ qñ pater emãcipat filium, quia ex facto suo excludit eum à succedendo de iure ciuili, si filius succedit de iure prætorio ab intestato, non dicitur succedere ex tacita mente defuncti, secundùm glos. no. in l. j. in §. vel maxima. ff. de colla. bono. quam refert & approbat Bal. in rubrica. C. qui admitti. in vlti. q. & in l. si emancipati. C. de colla. Et hoc non est alia ratione, nisi qa emancipando filium ex facto voluntate sua remouit eum ab hrẽditate sua: qđ patet, quia quando filius in potestate succederet de iure prętorio, q põt succedere de iure ciuili, etiã succedẽdo tali mõ succederet ex tacita volũtate defuncti ab intestato, secũdũ Bal. in

[a] ¶ Legitimę. Adde Pau. de Ca. in consil. cxxxij. inci. licet ista dña Lysa. & in consi. ccxxxvij. vbi idem qđ in cõsil. cxxxij. & in consil. cxxij. ici. dicta Cornelia. & in cõsi. ccxxix. inci. sup primo dubio.

[b] ¶ Quia dos. Adde idem ꝑ d. Bar. Soci. in cõsi. ccvij. incip. in cã d. Arme. ver. q̃nimo et ꝓbata. in iij. parte.

[c] ¶ In l. gerit. Et ibi vide q̃ ego dixi in apostil.

[d] ¶ Non põt. Adde Dy. in consil. vij. in ver. pterea factio.

d.rub.& allegat gl.no.in l.sed cum patrono.§.j.ff.de bo.pos. Præterea si succedens ab intestato ex secũdo gradu non dicit succedere ex tacita voluntate, quia defunctus nõ vr cogitasse eum esse successurũ, secundũ Bal.qui ita declarat in l.nõ iustã. C.ad Treb.& satis colligitur ex his quę no.Bar.in l.cùm pater.§.cũ existimarẽ.ff.de leg.ij.multo fortius dicemus, ꝙ non vr cogitasse de filia, quam fecit simpliciter renũtiare hæreditatem.renuntiatio em̃ generalis refertur ad omne ius, qđ renũtians habent.l.pluribus.ff.de accep. Videtur autem fuisse ista renũtiatio generalis, ex quo est tacita renũtiatio hæreditati: ita dicit no.Barto.in l.nec is.§.hæres.s̃.eo.¶ Circa tertiã limitationem aduerte: qa licet Saly.& Ricar.dicant simpliciter, ꝙ si renuntiatio est facta contẽplatione masculorum, & illi postea moriantur viuente patre: ista renuntiatio non habet locum, quia limitatur à causa sua, per l.iubemus.C.ad Velleia. Hoc tamen fuit dictum Bal.per prius in d.l.pactum.in ver. tertiò quæro.per eandem l.quod confirmat dominus meus hic per l.si actionem.C.de pac.& qđ ibi not.Bal.quã l.adducit Bal.in vij.q.in d.l.pactum. Sed cõtra hoc facit, qđ ponit ipse idem Bal.in ea.l.ver.viij.quæro.vbi referens dicta Guil. in l.auus.ff.de pactis.qui voluit, ꝙ si soror renuntiat fratri hęreditatem maternam, & frater postea repudiat dictã hæreditatem, ꝙ renuntiatio non habeat locum, quia videtur facta cõtemplatione fratris: ipse sentit oppositum, dicens esse inspiciendam formam verborũ: quia sæpe actus fit cõtemplatione vnius, & acquiritur actio alteri.l.si pro te.C.de dotis promis. & l.cum te.C.de iure dot. Sed ista non sunt similia ad casum nostrũ: quia illę leges loquuntur in iure acquirẽdo alteri ex contractu, in quo quia est impossibile, ꝙ alteri p alterũ quæratur, ideo inducitur, ꝙ acquiratur ius contrahenti: licet alterius contẽplatione sit contractũ. Sed in casu nostro poterat ex renuntiatione facta per filiã acqri ius simpliciter cuicũq;, maxime interueniente iuramẽto: vnde videtur, ꝙ persona cuius contemplatione fit renũtiatio, limitet sicut causa dispositionum seu renunciationũ: quia causæ expressio ampliat & restringit dispositionem.l.cùm pater.§.dulcissimis.de lega.j. et l.cancellauerat.ff.de his quæ ĩ testamẽto delen. Sed fortius facit contra præmissam conclusionem id quod heri dicebam in voce: quia Ioan.An.in additio.Specu.super rubrica, de obligatio.& solu.referendo dicta quorundã antiquorũ videt tenere, ꝙ in l.iubemus.C.ad Velleia.speciale fit fauore dotis, quòd renuntiatio limitetur ad personam, cuius causa fuit facta: vnde si primus creditor cõsentit debitori obliganti rem tertio creditori, ipse vult, quòd videatur remitti & renuntiari per primum, non solùm quo ad illum tertium, sed quo ad omnes, reprobata glossa, quæ dicit cõtrarium ĩ l.Paulus.§.Sempronius.ff.quibus mo.pign.vel hypotheca soluit. Et vere ille textus optime inducitur contra gloss.per eum. Dicitur enim ibi, quòd si prius creditor consentit debitori, quòd obligaret rem tertio creditori: iste tertius creditor non succedit in ius primi, & effecta est melior conditio secundi creditoris. Sed si quo ad eum non videtur facta remissio hypothecæ, in nullo esset effecta melior conditio secundi creditoris, per renuntiationem factam à primo, quia posset auocari res ab eo per primum creditorem, & ipse posset agere contra tertium, etiam si primus non renuntiasset suæ hypothecæ. Sed posset dici, sequendo communem opinionem, quę deseruit menti filiæ renuntiantis, quòd in illo tex.ideo renuntiatio habet effectum generalem, quia fuit facta ipsi debitori, non præsentia creditoris tertij, seu ipsi creditori, quo casu semper renuntiatio operatur effectum vniuersalem, secundùm glo. in l. etiam.C. ad Velleia. Sed ista responsio, quo ad casum nostrum, non bene quadrat: quia & hic filia videtur renuntiasse hæreditati in manibus patris, cui debebat succedere, qui tenet potius similitudinem creditoris, quàm tertij. Vnde oportet dicere, quòd ex tacita voluntate renuntiantis & recipientis eam, ista renuntiatio restringitur in casu nostro, ne aliàs pater videatur præferre extraneos posteritati suæ: argumento l.cùm acutissimi.cum materia.C. de fideicommiss. & quod habetur in l.Lucius.ff.de hære.insti. Et ista ratio placet, vt sicut fauor dotis hoc inducit in l.iubemus.ita & præsumptio fauorabilis in casu nostro, de qua suprà diximus.¶ Est quarta fal. quam tãgit hic Fulgo. Imo.in l.pactum.de col.& refert hic do.me.videlicet quòd c.quamuis.non habet locum, quando renuntiatio fieret non in manibus eius, de cuius hęreditate agitur, sed in manibus tertij: verbi gratia, si soror renuntiat cum iuramẽto in manibus fratris, vel hæreditati maternæ in manibus patris: dicit enim se consuluisse ĩ causa ardua, quòd prædictum c.non habet locum.& non valet renuntiatio: non assignat aliquã rationem in lectura, & contrariũ non extat. Vnde do. meus hic inclinat in cõtrariam partẽ, allegat Bal.in oppositum in auten.sacrã.C.si aduersus vendi. & Fede. de Senis in consilijs suis, vt hic per eũ. Mouetur ratione: qa si valet renũtiatio facta in manibus pris, quæ videbat non valere ꝑpter metũ reuerẽtialẽ, quę habet filia ad patrẽ.l.j.§.quę onerãdę. ff.quarũ rerũ actio nõ da.l.si.§.si fœnerator.ff.qđ met.cau.ergo multofortius videt valere in psona fratris. Qđ argumẽtũ est satis friuolũ: qa etiã in parte non ꝑsumit talis metus, nisi ꝑcedãt minæ, & similia, secundũ Bald.in loco allegat. Et si verè ꝑcederet iste metus, nõ valeret renuntiatio in casu nostro, secũdũ Bar. in l.iuris gentiũ.§.si ante.in vltimis verbis.ff.de pac. Sed ipse nõ vidit rationẽ, cur secus est in pre, & ĩ tertio, quã adducit Pet.de Ancha.qui cõsuluit pro ista parte, & seqtur Imo.in d.c.quamuis.qa quando filia renuntiat patri, non inducitur votum captãdę mortis in aliquo: & ideo facilius cõfirmat renũtiatio iuramẽto, secũdũ Bart.in l.si.C.de pac. Sed quando ista renũtiatio fit tertio, qui sperat se successurũ, vel filios suos: tunc reperit votum captãdæ mortis, non quidem in renuntiante, sed in eo cui fit renuntiatio: & ideo non valet pactum, qa est contra bonos mores: vt l.si.C.de pac. Et ista ratio bñ concludit, potissime qñ renũtiatio fit in manibus fratris. Reperitur & alius casus secundùm d.m.in quo ex pacto filius põt excludi à successione: qđ est, qñ legitimat cũ pacto, quod nõ succedat in bonis paternis, secundũ Bar.in quibusdam lec.vt refert do.me.in l.quæsitum.ff.de adop. Tu autẽ vide Io.And.qui ponit hanc cautelam, quã vidi practicari in ciuitate Mediolani in tit.de successio.ab intestato.§.j.ver.sed ex facto.vbi dicit, pater põt petere filium legitimari, ita tñ, ꝙ non succedat æqualiter cum filijs legitimis, sed in certa quota minori: & hoc valet non in virtute pacti, sed in virtute superioris limitantis effectum legitimationis.¶ Vtrum autem per iuramentum possit renuntiari per filium vel filiam petitioni alimentorum: vide per Spe.in ti. qui filij sint legiti. §.j. ver.sed pone.& per Io.An.in d.c.quamuis.de quibus nõ meminit Bal.ponẽs istã q.in l.pactum. ĩ vlti.q.C. de colla. Et ad ea quæ dixi in prima fal. inquantum allegaui doc.Bal.in l. de his.ff.de transac.volens ꝙ filia renũtians hæreditati paternæ non videtur renuntiare iuri petẽdi legitimam: adde ꝙ qa hic interuenit iuramentum, posset dici, ꝙ perinde videtur renuntiatum legitimę, ac si de ea fuisset facta expressa mentio, per ea quæ singulr tradit Bal.in l.j.C.cõmo.vbi dixi, ꝙ si requiritur renuntiatio spãlis in aliquo casu, & interponitur iuramentũ, sufficit renũtiatio facta in genere, [4] † qa iuramẽtum habet vim clausulæ:[a] vt si nõ valet qđ ago vt ago, valeat vt valere põt.l.cùm pater.§.filius matrẽ.ff.de leg.ij. Sed hoc dictum non tenet ibi Cyn.nec etiã ipse Bal.in l.sed & si quis.§. quæsitum.ff.si quis cau. Non ob.tex.in d.§.filijs matrẽ. quia concedo, ꝙ virtute iuramẽti id quod est expressum in dispõne, si nõ valet vt agitur, valeat vt valere põt. Sed per hoc non sequitur, ꝙ habeat hanc virtutẽ, vt id qđ debet exprimi spãliter habeat pro expresso, prętertim in casu nostro, in quo ex præsumpta voluntate renũtiantis surgit, ꝙ nõ videatur renũtiatum legitimę: vñ deficit consensus ex præsumptione iuris, & ideo iuramentum generale ad hunc casum nõ extenditur. glo.est no.quã approbant ibi doc.in aut.sacramenta puberũ. C.si aduer.vendi. Adde etiã ad prædictã limitationẽ, ꝙ Bald. in c.j.§.item sacramenta.de pace iur.fir.videtur id quod dixit Pe.de Ancha.ꝙ quando filia renuntiat hæreditatem cum iuramento in dubio, enormiter videatur lædi, & sic præsumatur dolus, & per consequens iuramentum non liget. Sed ista dicta non sunt vera: quia secũdũ hoc, qñ minor donat cũ iuramento, nunꝗ obligaretur, saltẽ qñ donaret in magna quãtitate, ex quo enormiter lęderet, & per cõsequens pręsumeretur dolus; quod est contra tex.& gl. quã sequunt oẽs doc.in aut. sacramenta. Vnde Io.Imo.respondendo ad hoc dictum in d. c.quuis.dicit, quòd nisi mulier renũtians deciperetur, qa forte esset sibi persuasum, ꝙ hæreditas esset modici valoris, ipse nõ videt, vnde causetur lęsio enormis: & dato ꝙ causaretur in cõtractu, qui fit à patre, sola enormis læsio nõ arguit dolum ex animo, sed re ipsa, ex quo dolo non rescinditur contractus, si est iuratus: vt plene traditur in l.ij.C.de rescin.vendi.& per eum plenissime in c.cùm contingat.extrà, de iureiu. Pro primo dicto, licet ipse non alleget, vide Bar.qui not.hoc declarat in consilio suo lix.in ordine.vbi dicit, quòd enormis læsio in renuntiatione, q̃ fit simpliciter, non respectiuè ad aliquid datum, vel remissum, non potest causari in renuntiante, nisi forte sit deceptus: vt s̃.dixi. qui enim scit sibi præiudicare donando in magna quantitate, non põt dici deceptus re ipsa. l. quisquis.cum ibi no.C.de rescin.vendi. Vbi autem filia renũtiaret pro dote, vel alia quantitate sibi collata: tunc posset cõsiderari

[a] ¶ Clausulę. Adde Fely.in c.cùm sup. ꝟ prin.ij.col.ĩ ver. nota etiam.de offi. dele.

siderari enormis læsio. & habet locum illa dubitatio, quæ tāgit in c. cùm cōtingat. per do. Ant. & per alios in d. q̄uis. Ad secundam limitationem, quam dedi, adde quòd Ang. consi. lxv. tenuit idem: dicit enim, ꝙ ubi descendentes moriuntur, non habet locum repudiatio facta cum iuramento. Amplius dixi in notabilibus in l. auus. ff. de pact. quòd si pater qui recipit hanc renuntiationem, instituit in testō filios & extraneos respectu institutionis extraneorum, renuntiatio non habet effectum: alleg. Ray. de For. hoc tenentem. Vtrum autem hoc sit verum, non determino nunc. Et vtrum in renūtiatione ista veniant bona paterna feudalia: vide quod no. ponit Bald. in auten. in successione. in fi. C. de suis, & legitimis. ¶ †Tangit etiam extra glo. Barto. hic, nunquid nepotes ex filia, quæ renuntiauit cum iuramēto, possint venire ad hæreditatē aui sui. quam q. tetigit Bald. in d. l. pactum. & ī l. fi. C. de pac. etiā refert hic do. Pau. & quia Moder. melius declarant articulū, videlicet Imo. & Pau. de Ca. & eorum dicta placent, vt dixi in voce: distingue vt hic per eos, & eorum dictis adde. Et primò, inquantum dicunt, sicut dicit Bal. vbiqꝫ, ꝙ si filia moritur viuente patre, indubitanter nepotes ex filia admittunt: quia in hunc casum non videtur mulier repudiasse, sed solùm quando post mortem hæreditas esset sibi delata: ꝙ etiam si videretur repudiasse in hunc casum filia, vt tolleret spē, q̄ sibi cōpetebat in hæreditate paterna: iuxta ea quæ scribit Bal. ī l. is potest. §. eo. nihilominus adhuc esset idem: quia ex quo filij succedunt in locum parentum beneficio legis, hoc beneficiū non potuit eis auferri. l. si arrogator. ff. de adop. Facit optime qd̄ ponit idem Bart. in l. liberorum. ff. de ver. sig. quē etiā adducit hic do. Imo. Tu autem dic, & melius, ꝙ idem est dicēdū fortiori ratione: quia licet filius mortuo patre viuēte auo succedat in locum patris, hoc non debet intelligi, ꝙ succedat ex psona patris, sed ꝙ succedat in gradu paterno, ex persona tū sua: & ideo priuilegium patris sibi non prodest, & multominus non debet ei nocere factum patris. Casus est in l. j. §. si sit nepos. ff. de colla. do. & ita declarat not. Bar. ita etiam tenet Bal. in l. si auus. C. de lib. præte. Vnde patet, ꝙ ista opi. est vera, quomodocunqꝫ dicas: licet Saly. aliř dixerit in l. pactū qd̄ dotali. ¶ Secundò adde, inquantū Bal. in l. fin. C. de pac. dicit ꝙ quādo filia moriř post patrē, ideo nepotes nō pñt succedere. quia cùm ista repudiatio sit facta, vt hæreditas deueniat ad masculos: isti masculi videntur habere hanc hæreditatem à filia, sicut successores habentes causam ab ea. qd̄ est falsum, quia secundùm hoc repudiatio facta contemplatione vnius induceret effectum aditionis: cōtra tex. expresse in l. fuit quęstionis. §. eo. Vnde ipse alibi melius dixit, videlicet in l. illud. C. de sac. san. eccle. vbi voluit, quòd quando filia renuntiat cū iuramento, vt §. ista renuntiatio nō debeat insinuari, quia nō aufert ius quæsitum à filia, sed impēdit quærendum: vnde sequere rationem, quam assignant Moder. videlicet ꝙ q̄n filia moriř post patrē, nepotes non pñt succedere in locū eius, ex quo filia extabat tpe mortis, quæ videtur repudiasse hęreditatem tunc, vt dixi. Casus est in l. si quis filio exhæredato. in prin. ff. de iniusto testa. in l. si quis posthumos. §. si filius. de libe. & posthu. vbi patet, quòd nepotes non intrant gradum paternum, si filius extabat tempore mortis, licet filius postea repudiauerit. Et ideo inferūt hic præfati docto. et bene, quòd nepotes non potuerūt succedere, si extant fratres matris suæ: quia cùm sint inferiores auunculi ex vno gradu, quousqꝫ est aliquis de primo gradu, non vocatur sequens, sed hæreditas pertinet ad superstitem ex iure accrescendi. leg. prima. C. quādo non peten. par. & per gloss. in l. prima. §. videndum. ff. de success. edic. Vbi autem non extarent fratres matris, sed filij eorum: hic est differentia aliqua inter istos doctores: nam Imol. dicit, quòd nepotes ex filia admittuntur, quia succedunt cum nepotibus masculorum ex pari gradu. Sed Paulus dicit oppositum: et vult, quòd etiam cum nepotibus ex filijs masculis non succedant filiæ fœminæ: & vterqꝫ potest dicere verum aliquo casu. Nam si fratres sunt mortui viuo patre, & fœminæ post mortem patris, filij fratrum successerunt in gradum paternum. Et ideo cùm vocentur in primo gradu, excludent filios fœminæ, q nō possunt venire ex primo gradu, vt dictū est. Si autem fratres fuissent mortui post mortē patris, & essent emancipati, vel abstinuissent ab hæreditate paterna: tunc quia non transmitterent hæreditatem paternam ad posteros, filij eorum similiter succederent ex secundo gradu: et verum diceret Imo. Quod tamen dixit de emancipato, est corrigendum, quia saltem transmitterent ad liberos, ex capite legis j. C. de his qui ante aper. tabul. vbi autem filij mortui post mortem patris transmitterent hæreditatem ad suos, hic esset distinguendum, ex quo capite vellent venire: quia ex iure transmissionis excluderent nepotes ex filia, si ex psona sua non excluderent, quia succederent ex secundo gradu. ¶ In ea. gloss. ibi: et not. eundem venire &c. Imo. hic ponit longam distinctionem Ioan. Calde. quam ipse posuit in c. si quis presbyterorum. de rebus eccle. non alienan. super ista materia brocordica, de qua dicendum est, vt plenius & melius distinguit Barto. in l. post mortem. ff. de adop. & Angel. in l. post fundum. ff. de serui. rusti. prædi. Et quia longum esset, & superfluū omnia sequi, adde tria duntaxat. Et primò, quòd ille qui fecit contractum nullū nomine alieno, potest venire cōtrà, etiam si iurauit nō cōtrauenire. & similiter qui fecit contractū validū, contra quē potest peti restitutio. Primū tenent cōiter doc. reprobātes dicta Host. in c. cū venissēt. extrà, de insti. & est glo. no. in c. j. de restitu. in integ. quæ loquitur de secundo. ¶ †Secundò principaliter adde, inquantū Imo. hic dicit, ꝙ ille qui contraxit nulliter, & vult venire cōtra factum propriū, ad cōmodū suum, non pōt[a], nisi in tribus casibus: videlicet fauore publico, fauore animæ, & fauore libertatis: nā istud dictū sic simpliciter intellectum est contra īfinita iura. Nam maritus pōt dicere donationē factā vxori ad commodū suū esse nullam. l. si mulier. §. j. & p totū titulū. ff. de dona. inter vir. & vxo. Sicut & deceptus p dolū ī cōtractu bonæ fidei pōt dicere contractum nullū. l. eleganter. in prin. ff. de dolo. & plene in l. si quis cùm aliter. ff. de ver. oblig. Vnde Ange. aliter dicit, vt statim dicam, & melius. Sed incipendum est à dictis Barto. qui dixit, & bene, ꝙ quando contractus annullatur in fauorem alicuius contrahentium, ille semper pōt allegare contractū nullum: vt in toto titu. de prędi. mi. Sed quando contractus annullaretur in fauorē tertij, tunc bene dicit Bar. ꝙ illa nullitas non potest allegari ab eo qui cōtraxit. Sed hoc dictū est nimis generale: quia p viam exceptionis, vel replicationis, quando contractus est funditus nullus, nisi approbetur expresse, potest allegari ista nullitas à tertio, licet non sit inducta in fauorem eius. Casus est in l. j. ff. de excep. rei iudi. & ita declarat Bar. plene in l. ij. ff. eo. Vt ergo non possit allegari à contrahente, dūmodo aliud non obstet, non est aliqua ratio. Vnde Ang. dixit melius in d. l. per fundum. videlicet ꝙ nullitas contractus semper potest allegari, nisi ille qui allegat alleget turpitudinem suam, quia tunc nō admittitur: ita loquitur tex. in l. si creditoribus. C. de seruo pign. da. & ma. & in l. cùm profitearis. C. de reuo. do. & hæc est veritas. 6 †Non tamen repellitur allegans turpitudinē suā, sed est distinguēdū:[b] vt perfecte per Bar. in l. iusiurandū quod ex cōuentione. §. fi. ff. de iureiur. secundū quā distinctionem ego als cōsului, declarando ea quæ ipse scripsit in cōtrariū in l. post contractū. ff. de dona. ¶ Tertiò principaliter adde, ꝙ q̄n contractus redditur nullus in fauorem vnius ex partibus, illa pars sola potest allegare de nullitate: ita vř probari in tex. & glo. in l. eleganter. in prin. ff. de dolo. & vide cautelā Barto. super hoc in l. Iulianus. §. si à pupillo. ff. de actio. emp. Et est istud verū, nō solùm si contractus annulletur in fauorē vnius propter dolū partis aduersæ: sed etiā si annulletur propter solennitatem omissam. secundùm Bar. consi. clix. Et ad prędicta vide bonum tex. xij. q. ij. c. si qua de rebus. & glo. in t. j. ne sede vac. Cætera dic vt hic per Imo. & do. in locis allegatis. ¶ Extra glo. tetigit hic Bar. in quibusdam lec. Nūquid q̄n mulier iurat super alienatione rei dotalis, consentiendo viro alienanti iuxta formam ca. cùm contingat. de iureiur. firmetur contractus iuramento: an verò solùm ipsa obligetur seruare iuramentum: & tenet quòd contractus non firmetur. Et ex hoc sequitur, contractus est nullus, & ex eo non transfertur dominium. Vnde infertur secundùm eum, quòd licet mulier nō possit venire contra suum iuramentum: hæres tamen eius poterit venire, quia iuramentum est personale ex parte iurantis, secūdū Inno. in c. veritas. extrà, de iureiur. & Io. And. in additio. in tit. de iudi. §. sequitur. quem adducit hic do. me. in alia quæstio. Sed Ang hic reprehendit ista dicta: quia iuramentum habet duplex vinculum. Vnum, quo quis obligat deo: & hoc est personale, quia hęres qui nō iurat, nō constringitur reatu periurij. Aliud, quo quis obligatur parti: vt patet in c. ij. de sponsa. & istud transit ad hæredem. allegat tex. in auten. de iur. à mo. præ. §. j. Sed ille tex. parum facit, nō enim loquitur de iuramento promissorio, sed de iuramento probatorio. Et inter ista est magna differentia. quia iuramentum probatorium præiudicat hęredi, eò quia non est conueniens quòd faciat testatorem periurum, si non vult stare eius sacramento. l. cū quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. iij. Sed in iuramento promissorio non est illud inconueniens: quia dato quòd hæres nolit illud seruare, per hoc non detegitur periurium defuncti, qui non fuit periurus, ex quo ipse non con-

[a] ¶ Non potest. In q̄bus autem casibus possint, & in quibus non: vide Firmanum in suo aureo reptorio ī ver. si contrahens. vers. xxxviij. & seq.

[b] ¶ Distinguēdum. Vnde Fe. in c. scis-citatus. in ver. non seq. de rescrip. & plenius in c. iij. loco. de p̄sump. in c. lator. q̄ re iu. & do. Ias. May. in d. l. iusiurandum.

tra facit. Vnde ipsemet Ang. in d. §. j. refert opinio. Imo. & eam sequitur in iuramento promissorio. Vnde Imo. hic, & in c. cũ contingat. in iiȷ̃. & v. char. de iureiu. dicit ꝙ iuramentum hic firmat contractũ: & qa oritur actio ex contractu cõfirmato, nõ est dubium, ꝙ obligatio cõtractus transeat ad hæredes actiue & passiue: allegat Bar. hoc tenẽtem in l. si quis pro eo. in prin. j. de fideiuss. & hæc est communis opinio, per tex. in c. quamuis, de pac. in vj. vbi dicitur, ꝙ pactum iuratum est seruandum: ergo per iuramentũ confirmatᷓ pactũ, quod aliàs est nullum, & eadem ratione quilibet alius cõtractus: & ista est communis opinio, Quia tamen d. Anto. & multi aliȷ̃ tenuerũt oppositũ, vidẽdũ est, posito † ꝙ cõtractus nõ firmaretur iuramento, vtrum vinculum iuramenti transiret ad hæredem:[a] sicut dicit Ang. & tenet Bal. expresse in auten. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Sed iste articulus tangitur plenius p Anto. de Bu. & Io. de Ligna. in d. c. cũ contingat. & in d. c. veritatis. & ibi dicit do. Ant. ꝙ quamuis contractus non confirmaretur, vinculum tñ iuramenti astringeret hæredem, qa tenetᷓ exonerare animam defuncti à peccato, per ea quæ habẽtur in c. fi. de sepul. & in c. in literis. extrà, de rap. Sed ista ratio ad propositum nõ videtur sufficiens: qa in iuribus allegatis per eum, testator qui abstulerat alienum, erat mortuus ĩ peccato, & ideo hæres tenebatur releuare animam ipsius. Sed in casu nostro non est sic: qa ex quo iuramentũ est personale, quinimo etiam si sit reale, iurans q non contrauenit, non est mortuus in peccato: vnde non põt agi de releuatione peccati ab anima defuncti: quærenda est ergo alia via, vt intelligamus istam quæstionem. Et præmitto, ꝙ si ex iuramento de iure canonico non oriretur actio, sed solũ officium iudicis, ad fugiendum reatum periuriȷ̃, hæres nullo modo teneretur seruare iuramẽtum. & ꝙ ex iuramento non oriatur actio de iure canonico, tenuit Inno. in c. nouit. de iudi. Bal. in l. iȷ̃. C. de operis liber. & in c. j. §. item sacramenta. in penul. col. de pa. iura. firman. Sed cõmunis opi. est in oppositũ, de qua plene in c. cũ cõtingat. & in d. c. cũ venissent. de inst. & p Bar. in l. si quis p eo. in prin. ff. de fideiuss. & allegatᷓ tex. p' ista parte, quẽ adducit do. Abb. valde bonũ in c. per tuas. extrà, de arbi. hoc p̃supposito, ꝙ ex iuramẽto de iure canonico oriatur actio & obligatio, facile est probare, quòd iuramentum, de quo in d. c. cũ contingat. transeat ad hæredem: quia sicut stipulatio regulatur à natura rei, super qua interponitur: vt l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verborum obliga. ita & iuramentum similiter debet regulari, sed factum negatiuum deductum in pactum vel stipulationem regulariter transit ad hæredem. l. iurisgentium. §. pactorũ. ff. de pac. & plene per Bart. in l. si sic stipulatus fuerim. ff. de verbo. oblig. ergo idem erit dicendum in iuramento, & fortius, quia etiam si pactum simpliciter negatiuum transit ad hæredem: multofortius quando est roboratum iuramento: quia iuramentum præstitum parti habet in se pactum. Si tamen concederemus, vt tenet cõmunis opi. ꝙ contractus confirmaretur iuramento, non crederem ꝙ vltra actionem, quæ oritur ex cõtractu, etiam de iure canonico, orietur noua actio ex iuramẽto. hoc sentit clare d. Abb. in c. cũ venissent. ĩ prin. magnæ dist. præalle. hoc tenet Bar. in l. si quis societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Ipse tamen non fundat se ratione j. dicenda: sed quia ex iuramento non oritur actio, quod non est verum de iure canonico, vt s̃. dixi. Dictum tñ credo esse verissimum: quia si iuramentum vr̃ adhibitum ad confirmandũ contractum, vt dicit communis opi. ex hoc sequitur, ꝙ non inducit actionem de nouo: quia dispõ. confirmans actum ex intentione confirmantis, non videtur velle inducere nouã dispositionS legis ex his verbis. l. donationes. C. de dona. inter virum & vxo. & tenet Bar. in l. si quando. in fi. ff. de leg. j.

[a] ¶ Ad hæredẽ. Vid Car. in cle. j. §. nos. iȷ̃. q. de iureiu. & ĩ §. fi. q. vj. & vȷ̃. & Pau. de Ca. in cõsi. lxv. & in cõsil. cccvȷ̃. & in cõsi. lxiȷ̃. & adde do. Alexa. de Imo. in consi. xxxviȷ̃. iȷ̃. parte.

REcusari. Hæreditas renunciatur nõ solũ verbo, sed etiam facto, & quolibet iudicio. h. d. De facto pone exemplum in l. vt debitum. C. de hære actio. De nutu, pone exemplum in l. pater. in fine. s̃. eod. ¶ In glo. j. ibi: præsumo talem volũtatem &c. Ex hac glo. iuncto tex. arguũt hic Cy. & Bal. ꝙ si in libello narratur, ꝙ matrimoniũ fuit contractum p verba de præsenti: iste libellus potest sustineri, qa exponitur hoc modo. i. per consensum declaratum ex verbis: sicut hic exponitur tex. noster. Vnde quamuis matrimonium contrahatur consensu: vt l. nuptias. ff. de reg. iur. & in c. ex parte. & in c. cũ locum. de sponsa. per verba tamen libelli nihil aliud videtur deductum aliàs relictum exponendo: vt s̃. dixi. ¶ In glossa ĩ verbo, re. ibi: rem à se obiȷ̃ciendo &c. manifestũ est, quòd vel verbo potest repudiari hæreditas, sicut & adiri: vt hic, & Instit. de hæred. qualita. & differen. §. fi. Sed quæritur, vtrum per non factum aliqñ inducatᷓ præsumpta repudiatio: & dicit Ia. de Are. ꝙ sic. vnde si aliqs patiatᷓ hæreditariã rem perire, vr̃ repudiare hæreditatẽ: argu. l. iȷ̃. C. de infan. expo. & bene facit tex. in l. j. §. sed sãcimus. C. de Lat. lib. tol. Sed illa iura loquũtur, quòd res videtur haberi pro derelicto, quæ verisimiliter ita exponitur, vt debeat perire, licet adhuc non perierit: similiter dicit tex. in l. falsus. §. si actũ. ff. de fur. & traditur p gloss. in simili materia in l. qua ratione. §. fi. ff. de acquiren. re. do. & istud posset concedi, quòd istis casibus ista res videatur haberi pro derelicta. Sed ꝙ propter vnam rem, quam patior perire, ego videar velle repudiare totam hæreditatem, hoc non p batur iure, & potest esse casus, in quo hoc non est aliquo modo dicendum: verbi gratia, si res quam patior perire, sit modici pretiȷ̃. potest enim esse, quòd nõ curaui de modica iactura, siue damno: vnde videmus, quòd in his quæ sunt leuis præiudiciȷ̃, facilius præsumitur tacita volũtas, q̃ in his quæ sunt maioris. l. quam Tuberonis. §. sunt quidam. ff. de pec. Et ideo ista cõsequentia nõ videtᷓ bona, ꝙ si patior rẽ modici valoris pire, eadẽ ratione velle videar præiudicare mihi in tota hereditate: vbi em̃ patior rẽ perire, quæ sit notabilis: tũc forte posset sustineri ista opi. qa qua ratione permitto rẽ istã perire, eadem videtur ꝙ nolim reliquã hæreditatem. Et debes intelligere dicta istorum, quando res periret funditus seu penitus: secus si pateretur notabile detrimentum, ita ꝙ posset dici quasi perire: tunc enim speciale est in prædiȷ̃s, ꝙ perditur dominium post biennium, quãdo res occuparetur ab altero. l. qui agros. C. de omni agro deser. lib. xj. Sed in aliȷ̃s rebus notabilis negligentia, per quam multum deterioratur res, non induceret amissionem dominiȷ̃, sed possessionis tantum: vt per Barto. in l. si de eo. in princi. de acqui. posses. Qua ergo ratione nõ amitteretur dominium, in illa re, etiam non videretur amissa facultas acquirendi illam rem per aditionem hæreditatis: & tamẽ etiam quando res totaliter periret, durũ videtur dicere, ꝙ patiendo perdi vnam rem, tota hæreditas videatur perdita, seu repudiata, in qua non est ista qualitas perditionis. Et cõtra istã opi. multum facit tex. in l. quod meo. §. fi. in vlti. respõso. de acqui. poss. vbi patet, ꝙ licet sit occupata pars vnius rei, ita & taliter, quòd ĩ illa parte ille qui prius possidebat, videatur deponere animum possidẽdi, nihilominus iste animus non vr̃ depositus respectu partis nõ occupatæ. Et ita possumꝰ dicere ĩ casu nostro, ꝙ respectu aliarum rerum quæ nõ sunt perditæ, ego non videar deposuisse aĩum acquirendi, q præsumeretur, si nõ esset secuta ista perditio, secundũ gloss. in l. j. C. de testamili. & Bar. in l. vẽtre. s̃. eo. Sed possumus rñdere ad illam l. ꝙ ideo nõ videtur deponi animus in parte non occupata, quia forte potuit credere prior possessor, ꝙ ille qui occupauit vnã partem, nõ sit aliam occupaturus: quæ rõ nõ habet locũ in casu nostro, vnde potest teneri ista opi. licet sit valde dura. Secũdò refert hic Ang. Bar. dixisse, licet cõiter nõ habeatur in lecturis, arg. istius doctrinæ Iac. de Are. ꝙ si filia quæ habebat cõem hæreditatẽ cũ fratribus, stetit diu, ꝙ non petiȷ̃t portionẽ suã, & sæpius petiȷ̃t aliquid à fratribus pro necessitatibus suis: quòd ex his tribus simul iunctis videtur repudiara hæreditas: videlicet consanguinitate, diuturnitate tpis, & frequenti petitione prædicta. Non est enim verisimile, quòd si voluisset portionem hæreditatis suæ, toties petiȷ̃sset à fratribus, quòd ipsa posset consequi ex sua portione: ad hoc adducit text. in l. Procula. de proba. vbi præsumitur remissio fideicommissi ex coniunctione sanguinis, & ex frequenti remissione rationum, in quibus summa debita non fuit computata ex diuturnitate temporis: & bene facit illa lex. Sed domi. meus non credit ista dicta esse vera: dicit enim quòd mulier patiendo fratres possidere, potius videtur eis dedisse mandatum administrandi dicta bona, & tanquam à suis procuratoribus petiȷ̃sse aliquid: per l. si remunerandi. §. si passus. ff. manda. & per l. qui patitur. & l. si fideiussor. eo. tit. Sed illa iura loquuntur in alio casu, videlicet vbi agitᷓ de mero commodo, vel fauore patientis: mandatum autem de administrando posset afferre præiudicium mandanti: vnde melius debes allegare tex. in l. quam Tuberonis. §. sunt quidam. præalle. per quem Bar. dicit in l. quæ dotis. in fi. solu. ma. quòd quia committere administrationem simplicem, est modici præiudiciȷ̃: ita patientia operatur tacitum mandatum. Sed hoc non potest dici in casu nostro, duplici ratione. Prima & potissima est, quia præsupponitur, quòd fratres possidebant totam hæreditatem nomine proprio, vel saltem non nomine sororis, & conuertebãt fructus in vsus suos: vnde quia non gerebant negocium nomine sororis, non potest dici, quòd soror videatur mandasse ex patientia, sicut dicit Ang. in l. si procu. in q. de eo qui patitur agi causam suam in iudicio. quinimo facienti actum nomine suo, etiam si dominus rei consentiat, expresse, non

presse non videtur dari mandatum, secundũ Bar. qui ita no. in l. si fundũ per fideicommissum. in prin. in vl. q. ff. de leg. j. Secũda ratio est, quia si mulier videretur dedisse mandatũ fratribus, ex hoc videretur adire hæreditatem. l. Paulus. s. eo. & est glo. no. l. q̃d multæ. ff. si pars hære. pe. Sed ꝙ induceretur aditio, esset magni præiudicij: ergo ex sola patientia non induceretur hic, vt colligitur ex his q̃ tradit Bart. in d. l. q̃ dotis. in fine. Sed si velles defendere opi. dñi mei, posses dicere, ꝙ licet ex sola patientia non induceretur mandatum rationibus præmisis: induceretur tñ ex patientia, & aliis cõcurrentibus, videlicet ex diuturnitate t͞pis, & frequenti petitione eorũ, quibus mulier indigeret. Et forte hoc est verius: qa vbicũq; põt haberi alia coniectura, sicut non præsumit̃ donatio. l. si id q̃d aurum. ff. de so. ita non præsumetur repudiatio, per regulam positam in l. cum de indebito. in prin. ff. de proba. qa nemo p̃sumitur iactare suũ. Et hoc maxime vr̃ dicendum, si mulier negaret se repudiasse cum iuramento, vel si hæreditas esset locuples: sicut dicit Bar. in simili in l. gerit. ff. de acqui. hære. in illo articulo, quando quis possidet rem, quã potest possidere ex pluribus causis, vtrum præsumatur aditio, vel non.

SVMMARIVM.

1 ☞ Adire se posse aliquo modo qui scit, licet non adeat eo modo quo credat posse se adire, non dicitur in eo deficere voluntas adeundi.

2 Ad excusationem delicti attenditur veritas, & non opinio.

Qui se pupillum. Qui existimat se non posse adire efficaciter, adit, si vere adest potentia adeundi. h. d. ¶ †No. primo, ꝙ ille qui scit se posse adire aliquo modo, licet non adeat eo modo, quo credat posse se adire, non dr̃ in eo deficere voluntas adeundi: neq; dr̃ dubitare, vtrum possit adire, vel non. simile probatur in l. filiofamilias. §. sed si de sua. s. eo. Et per istũ tex. arguit hic Cy. & Bar. ꝙ si aliqs desponsat aliquã per verba de p̃nti, quam credit esse alteri nuptam, & ĩ veritate est soluta, valet matrimonium, licet ille credat se nihil agere. Dñs meus dicit idẽ, & allegat Archi. sed in meo deficit quota, vbi dicit hoc: vnde oportet videre alium librum, qui habeat quotam. sed conclusio est vera in se. †Secundò arguũt præfati doc. ꝙ si ego percutio laicum, credens eum esse clericũ, ꝑ hoc nõ incurritur sententia excõmunicationis:[a] qa attendit̃ veritas, & nõ opinio: & hoc tenuit gl. in c. si verò. el. ij. de sen. excõ. & sequitur latius Fede. consi. suo xj. quẽ adducũt ibi Mod. & d. m. hic. Et hoc in sentẽtia excõmunicationis põt admitti: qa in istis spiritualibus pœnis multum attẽdit̃ animus facientis. Sed dubium est, q̃d de pœnis temporalibus: verbi gratia, imponit̃ pœna committẽti adulteriũ à lege, vel à statuto: nunquid ille q̃ cognoscit aliquam, quã credit esse cõiunctam, quæ vere sit soluta, puniat̃ pœna adulterij. Et fuit q. ista disputata Bononiæ ꝑ quendã fratrẽ Vbertum, q̃ determinauit ꝙ talis punit̃ pœna iuris cõmunis, quæ imponit̃ pro adulterio, sed non pœna statuti, in quo procedit̃ strictius. Mouetur: quia ille qui cognouit solutã velut cõiunctã, omnino dedit operam rei illicitæ: vnde cõmisit dolum in genere, qui vr̃ sufficere ad puniendum eum de adulterio: & hanc decisionem sequitur Io. And. referens hanc disputationẽ in regula, cùm qs. de reg. iur. in mercu. Sed ista determinatio cũ reuerentia est contra tex. in l. fi. de cri. expil. hære. vbi ille qui furatur rem tanq̃ alterius, & sic credit se cõmittere furtum, nõ tenet̃ de furto, si in veritate res non erat alicuius, sed in hæreditate iacente: & ꝑ illã l. dat regulam Bar. vniuersaliter in l. genero. circa prin. ff. de his qui no. infa. & in l. inter omnes. §. recte. in fi. ff. de fur. † ꝙ ad excusationem delicti attenditur veritas: & nõ opinio,[b] nõ distinguendo, sicut facit disputans, vtrũ id q̃d est in veritate, sit omnino licitũ, vel illicitũ, licet sit minꝰ delictũ, cuius distinctio cõfundit̃ per d. l. fi. Sed quærit̃, q̃d ecõtra, nunquid ille qui percutit clericũ, quẽ credit esse laicũ, excuset̃ à pœna. & de pœna excõmunicationis, nõ est dubiũ: sicut probatur in c. si vero. el. ij. præallegat. & hoc fatetur Bar. in loco j. allegando, & Mod. hic. Sed de pœna t͞pali est valde dubiũ, & variauit Bart. sup hoc: nã in l. diuus. ff. de fica. ipse tenuit, ꝙ q̃ñ aliquis dabat operam rei licitæ secundũ opiñ. suam: tunc excusatur, si verè erat illicitum: ita intelligit tex. in l. item apud. §. si quis virginẽ. ff. de iniu. Vnde alibi infert, ꝙ qui occidit aliquem, quem credit esse bãnitum, excusat̃ à pœna homicidij, si iusta ratione hoc credebat: vt ipse ponit in l. fi. ff. de adul. & in d. §. recte. Sed q̃ñ aliquis daret operam rei illicitę: verbi gratia, si percuterem aliquem, credens eum non esse clericum, & tamen est clericus: & sic committitur crimen sacrilegij, quod grauius punitur: tũc ipse dicit, quòd attenditur veritas, & non opinio. alle. tex. in l. eum qui nocetem. §. penul. ff. de iniũ. Sed ille tex. facile põt euitari: quia ibi non quæritur de qualitate iniuriæ, vtrum augeatur pœna propter eã: sed solũ an iniuria sit commissa. Vnde ipse idem Bar. in d. l. genero. in prin. ponẽs exemplum in eo qui credit se cognoscere solutam, & cognoscit coniugem alterius: tenet ꝙ non puniatur de adulterio, & tamen ibi dabat operam rei illicitę: & hanc partem tenet Io. And. in præallega. regula, cũ quis in ius. & ita etiam tenuit disputans, quẽ ibi refert. Opi. tamen Bart. ĩ l. diuus. videtur verior. Pro qua conclusione arguo sic: si delictũ q̃d committitur in rebus, habet hoc, vt attendatur potius veritas, q̃ opinio ad puniendũ acrius delictum. l. vulgaris. §. si ęs. ff. de fur. multofortius quãdo delictum committitur in persona, idem est dicendum: quia quęlibet afflictio personalis est maior quocunq; damno vel detrimento pecũiario. l. si in seruorum. in fi. ff. de pœnis. Et adde ad pręmissa: q̃a contra opi. Bar. in d. l. diuus. videtur casus in l. si seruus. §. amouere. s. eo. de quo perpendit ibi Bart. & allegat ĩ oppositum l. eum qui. §. pe. præalleg. & nititur respondere, ꝙ in §. amouere. non dabat operam secundũ suam opinionem alicui rei illicitæ. quæ responsio non potest tolerari aliquo modo. nam ibi ponuntur duo casus diuersi. Vnus est, quando res fuit amota bona fide, & sine dolo. Alius, quãdo aliquis amouit rẽ cũ dolo, sed non credidit eam esse hęreditariam: & hoc probat manifestę verbum, abstulit, positum in textu, quod proprie significat illicitam obligationem. Pręterea in ver. nec is quidem. iurisconsultus vult ponere nouum casum à pręcedenti, cùm in primo casu fuerit dictũ de eo, qui non amouit sine dolo. Vnde Dynus respondet ibi aliter, videlicet quòd ibi attenditur opinio potius quàm veritas: quia imponitur pœna super his, quę cõsistunt in animo: id est, quòd videatur se immiscuisse hęreditati, in quibus multum attenditur opinio. l. is qui putat. & ibi fuit dictum. s. eodem. Sed ista solutio posset tolerari, si lex pręsumeret immixtionem esse factam: sed hoc non est, quia fingitur immixtio esse facta in pœnam ex dispositione legis, cũ auferatur beneficium abstinendi. vnde nos possumus dicere, limitando dicta Bartoli, quòd vera sint regulariter. Fallit vbicunq; pœna imponeret̃ ipso iure: quia tunc cũ in impositione talium pœnarum lex procedat strictius, quod patet: quia in ipsis delictum attentatum non habetur pro perfecto, secũdũ Ioan. And. in regula, in pœnis. de regu. iur. et plene ꝑ Bartol. in lege, si quis nõ dicat. C. de episcop. & cleri. & in l. si quis seruo. C. de furt. erit speciale in huiusmodi genere pœnarum, ꝙ ad imponendam pœnam non inspicietur veritas, sed opinio: & est nouum dictum in ista materia. Aretinus.

[a] ¶ Sẽtentia excõmunicatiõis. Sed quid si pcutit clericum, non tonsuratũ, & ĩ habitu nõ icedẽtẽ, quem crediderit laicũ? dic idem secũdũ gl. in c. si qs suadente. xvij. q. iiij. & d. c. si vero. alle. hic ꝑ Are. & gl. in l. si qs ignorans. ff. loca. & in d. l. item apud Labeo. §. si quis virginẽ. de iniu. vbi per Bar. & Fel. in d. c. si vero. ad fi.

[b] ¶ Et non opinio. Adde eundem Frã. Are. in l. 15 q. circa prin. j. col. s. eo. ti. et q̃d ibi dixi ĩ apost.

[c] ¶ Prius. Vide Dy. in consti. li.

SVMMARIVM.

1 ☞ Per testamentum secundũ inualidũ nõ tollitur prius legitimum.

2 Intestatus mori dicitur is cuius testamentum destruitur post mortem non adita hæreditate.

3 Iuri renunciare nemo videtur quod ignorat.

OBsides. In gl. ibi: etiã facta tenenda. Bald. hic impugnat istam gloss. quia ex quo erat facta pax, populus Romanus non habebat amplius hostem in illa gẽte: ergo obses nõ potest effici seruus, quasi detentus ab hostib⁹. Sed Ang. saluat, & bene, ꝙ licet fuerit facta pax, vt nõ esset amplius bellum, tamen populus non habebat amplius hospitiũ, vel amicitiã cũ illa gente: & ideo quãquam retinẽt illi de pertinẽtibus ad rationes, efficiť iuris eorũ: vt l. postlim. §. in pace. ff. de cap. Et hãc solu. approbat Io. And. idẽ dicens in tit. de instru. edi. cõpendiose. ver. xv. & de ista materia multa vide per Ange. in dis. sua solẽni, quæ incipit, renouata guerra. ¶ † Sed quęriť ꝓ declaratione materię, nunqd sicut isti obsides dabanť à populo Roma. hostibus, & ecõtra, ita possint hodie dari inter ciuitates ꝓ obseruatiõe pacis, an possint aliquo mõ dari ĩter priuatos ꝓ obseruatione pactorũ, vel cõtractus? Sup quo est gl. xxiĳ. q. viĳ. c. pridẽ. & in c. ex resc. de iu. & iu. ꝙ ꝓ pacis obseruatione isti obsides p̄nt dari ĩter ciuitates, et subiectas ĩperio; licet tñ in bello, qđ fit inter eas, nõ est ius captiuitatis: vt l. si quis

a ¶ Cognitione. Adde Bald. in addit. ad Spec. in tit. de cõpe. iudi. adi. versi. malefactor. & Car. in cl. ĳ. §. denique. in fin. de re iudica.

b ¶ Relaxetur. Vide Fel. in c. ꝑlatorũ. circa fin. v. co. de accu. & qđ ibi dixi in apostil.

c ¶ Pro alio. Vide Felyn. in c. contingit. de sentent. excõ. & qđ ibi dixi in apos.

l.si quis ingenuã.§.si.ff.de capti.ideo non põt dici, ꝙ isti obsides mutẽt statum: nec etiã dicemus, ꝙ sint obligati iure pignoris: sed solũ cõpetit his qbus est data facultas quędã retinẽdi sine iure pignorum: sicut dicimus in l.j.C.etiã ob chiro.pec.& no.in l.j.C.cõmo.ꝙ creditor qui accepit rem pignori pro vna obligatione, in effectu põt illam eãdem rẽ retinere pro alia obligatione, pro qua nõ erat pignorata:[a] vnde secundùm glo.in d.c.pridem.licet homo liber nõ possit pignor.vt l. qui filios. C. quæ res pigno.obli.pos.& l.fin.& aut.ibi posita.C.de actio.& obli. poterit tamen pro bono pacis constitui in homine libero ius retẽtionis: & hanc conclu.approbant cõmuniter cano.in c.ex rescripto.& sic intelligitur in c.exposita.de arbi.& ita etiam tenent Moder.hic.¶†No, tamẽ singu.illam glo.in c.& pridem.quæ cõmuniter approbatur, ꝙ pro obseruatione cõtractus facti inter priuatos, non põt causari in homine libero etiam illud ius retentionis: & hoc tenent cõmuniter docto.nisi forte ex cõsuetudine, etiam inter priuatos, tales obsides possent dari, secundùm Ioan.de Imo.hic.Et ex illa gl.colligitur talis regula nõtabilis, quòd in illis casibus, in quibus prohibetur res pignorari regulariter, prohibetur etiam causari ius retentionis.i.facultas retinendi.Fallit fauore pacis ob seruandæ inter ciuitates, vt dictum est.Bald.autem in l.ij.C.de pac. qui fi.distra. simpliciter videtur dicere, quòd etiam in contractibus priuatis possit induci ista facultas retentionis, licet non possit causari ius pignoris.Cõtra quã cõclusionem adduco tibi tex.in cor.in aut. vt nulli iudic. §.quia aũt.vbi tex.in fin.dicit, ꝙ pro debito priuato non põt pign.liber homo, aut locari, aut retineri.Ergo patet; quòd etiam nõ causato pignore simplex retentio prohibetur propter alternatiuam positam in text. Nec obst.quòd ille tex.videtur debere restringi, quando retentio fieret ad ministerium seruile: sicut videtur dicere tex.in princi.secus si ad multum ministerium inducatur, sed causa securitatis dũtaxat: quia ad hoc dico, quòd cum stare in certo loco perpetuo, vel nõ, ad determinatum tẽpus, sit quædam species seruitutis: vt j.dicetur.satis est eadẽ ratio in isto casu, ad minus vt non restringatur text.in fin. qui simpliciter loquitur. ¶†Secundò contra istam opi.arguo sic: voluntas testatorum, & verba posita in testamento, debent impropriari, vt referantur ad casum possibilem, & vt dispositio magis valeat, quàm pereat: vt l.quoties.ff. de re. dub.l.Proculus.& ibi not.ff.de vsufru.& l.Gallus.§.j.ff.de libe.& posthu.&c.Si ergo testator relinqueret alicui aliquid, vt perpetuo staret in certo loco, deberemus dicere, quòd dispositio valeret, quia non intelligeretur creare obligationem in corpore libero. sed ius retentionis causat hæredi: propter quod ille si voluntarie accessisset ad locum, posset inuitus retineri, vt sic testator videreť disposuisse in casu præmisso. Sed hoc est falsum, & contra tex.expresse, qui annullat legatum in l.Titio centum.§.Titio.de condi.& demon. ergo datur intelligi, quòd etiam simplex facultas retentionis non põt causari, quia habet quandam speciem seruitutis. Vnde dicit Bald.not.post gloss.in l.post certi.C.de liber.cau. quòd obligatio de præstando operam imperpetuum, ideo non valet, qa continet quandam speciem seruitutis, sed aliquis possit liberari præstãdo interesse. Et videtur probari ista conclusio in dicto §. quia autem.in aut.vt nulli iudic.licet de ista q.dubitet ur in l.alia.§. eleganter.ff. solu. matrimo.vbi per Barto.Dictum tamen principale credo esse verissimũ rationibus præmisis.& est communis sententia in capitu.ex rescripto. de iureiuran.& ad materiam bene facit quod tradit Barto.in dicto §.eleganter.& Bald.in l.j.C.qui bo.cede.pos.

SVMMARIVM.

1 Lex fingendo actum fictum cùm loco veri producit, intelligitur attribuere casui ficto omnes qualitates, quæ qualificabant actum verum.
2 Statuti dispositio facta in casu vero, non trahitur ad fictum.
3 Suitas filij ita à potestate dependet, vt qui non est in potestate tempore mortis verè, non possit esse verè suus.

LEge Cornelia. Testamentum decedẽtis apud hostes cõfirmetur, & ex eo succeditur eo modo & forma, quo si captiuus decessisset in ciuitate. Secunda est ibi: quare seruus. Tertia ibi: nam & fili⁹ &c. ¶†Nota primò, quòd quando lex fingendo producit actũ fictum loco actus veri: intelligitur attribuere casui ficto omnes qualitates, quæ qualificabant actum verum: & hoc facit virtus surrogationis, per quam qualitas primordialis videtur attributa surrogato, quæ erat in eo, in cuius locum fit surrogatio: vt l.j.§.hęc actio.& ibi plene per Barto.ff.si qs test.lib.esse iuss.& traditur in l.certi condictio.in princip.ff.si certũ pe. concordat text. in l.j.§.l.Falcidia.ff. ad legem Falcidiam. ¶ † Secundò not.& semper tene menti ibi: licet minus propriè &c.quòd ex proprietate vocabuli casus fictus non continetur sub verbo, vero, ille qui habetur pro necessario, non est proprie necessarius: dicit hic iurisconsultus, ex hoc arguunt hic doctores, quòd cùm verba statuti debeant intelligi propriè, dispositio statuti facta in casu vero non trahitur ad fictum,[b] quia non continetur sub verbis statuti propriè sumptis: de qua materia vide per Bartolum & alios in lege, omnes populi.ff.de iustitia & iure. & aliqui in lege tertia.§.hæc verba.ff. de negotijs gestis. Et quamuis hic non simus tractaturi istum articulum, qui est difficilis: pro intellectu tamen ipsius vide omnino, quod singulariter notat Ioan.Andreas in capitulo fina. de consuetu. in nouella.in verbo, per alios.vbi videtur cõcludere, quòd dispositio cõtra ius in dubio nõ cõprehendit casum fictũ: sed dispositio pręter ius cõprehendit, si aliqs fingatur esse talis simpliciter.secus si quo ad certũ effectũ.Et primũ mẽbrũ videť posse limitari, nisi dispositio exorbitãs cõtineret fauorẽ publicũ, vel esset fauorabilis ex ęquitate naturali approbata à iure ciuili, secũdùm qđ videť probari in text. & glo.in l.milites.la j.ff.ex quibus cau.maio.Sed in l.sed si hac.§.patronũ.ff.de in ius vocã.& ibi per Bald.quia in istũ articulũ nõ discutio hic ꝓ nũc, non affirmo istas duas limitationes. sed tu cõsiderabis, vtrũ ꝓcedãt.Pro scđo mẽbro: vide optimũ text.in l.iij.§.minorũ.ff.de minori. vbi fictio, ꝙ quis habeať pro nato, dũ est in vtero, operať ad excludẽdũ ius restitutionis in integrũ.In tertio mẽbro vide optimũ tex.& ibi ꝑ Bal.in l.cũ exhortatione.ff.de excusa.tuto¶†Tertiò no. ibi: quãuis suus hęres dici nõ posset.ꝙ verba simpliciter posita intelliguntur in dubio de casu vero, nõ de casu ficto: qđ facit cõtra scđm mẽbrũ distinctionis Io. And.s.alle.nã hic, vt vides, ille qui est ficte suus, 3 & non vere, nõ diciť suus simpliciter.¶†Vltimò no.singu.& tene menti ibi: q in potestate &c. ꝙ suitas filij ita depẽdet à potestate, vt ille qui nõ est in potestate tẽpore mortis verè, nõ possit esse verè su⁹, sed fictè: qđ videť manifeste cõfundere dicta Bald.in l.deo nobis.C.de epis.& cleri. & in l. apud hostes.C.de suis & legi.vbi dicit, ꝙ licet monachus nõ sit in potestate patris, est tamen suus: quia suitas põt inueniri sine ptãte: sicut videmus in posthumo, q nasciť post mortẽ patris, & licet nunꝗ fuit in potestate patris, tñ est suus pater: vt l.posthumorũ.j.de iniu.test.& l. Gallus.§.vidẽdũ.j.de libe.& posthu.Tu aũt teneas secure, ꝙ ꝓprie vera suitas nõ dať sine potestate tẽpore mortis per istũ tex.§.sui.Insti.de hære.quali.& diffe. & ad rationes Bal.rñde, vt plene scripsi, declarãdo istũ arti.in c.in pñtia.circa fi.cõmenti.de ꝓba.Et scias inter cætera, ꝙ pro opi. Bal.multũ facit text. in l.cùm ratio.in prin.ff.de bo.dam. vbi tex.clare dicit, ꝙ fundamẽtum suitatis in filijs est naturalis ratio, quæ defert hæreditatem parentũ filio, quæ causatur ex iure sanguinis. Secundùm autẽ ius naturale nõ considerabatur paterna potestas, quæ est de iure ciuili: vt l.nã & ciuium.s. de his qui sunt sui vel alie.iu. Sed põt respõderi, quãuis aliqualiter violetur litera, ꝙ proximitas & coniunctio inter patrẽ & filiũ sit vna de causis concurrẽtibus ad causandũ suitatẽ: vt dicit tex. in §.sui.prælleg. Vnde filius adoptiuus, qui nõ habet hãc cõiunctionẽ de iure naturali, non dicetur ꝓprie stricte suus.facit optime text.Insti.q.mo. testa.infir.§.primo. in versicu.quasi assignatione posthumi.vbi per illã dictionẽ, quasi, significatur quòd non est proprie natiuitas, quæ causat suitatem.Posset etiã dici, quòd licet à principio in causatione suitatis debeat cõcurrere potestas: tamen si fili⁹ semel fuit su⁹, licet postea extinguať patria potestas, poterit sibi vere conseruare ius suitatis: isto modo monachus remanebit suus, secundùm Bal.in locis allega.& Bar.in l.si ex causa.§. Papi. ff.de mino.Ego tamen in c.in præsentia.dixi, ꝙ per dispositionem l.deo nobis.de epis.& cleri.monachus remanet ficte suus, & non verè: sicut remanet filius in casu nostro. & in l.j.§.interdum. & §.quæri potest.j.de suis & legi.Præcedens tamẽ solutio est multum colorata: & ad materiam istam vide text.not. in l.in bello.§.medio tempore.ff.de capti.qui probat, quòd filius efficitur necessarius patri nascendo ita per consensum, quem solet præstare pater nuptijs filij, econtra pater efficitur necessarius filio: ideo tenetur eum instituere. Et econtra videtur posse inferri, quòd ex sola datione substituti filius non desinat esse necessarius, & consequenter suus pater. Necessitas ista causata inter patrem & filium est reci-

a ¶ Pignorata. Dic verum, nisi illa alia causa nõ sit efficax ad agendum, vel sit odiosa, vt causa vsurarũ, quia tunc nõ põt, vt est text.in l. per retentionẽ. in fi.cum gl.in ver. rara.& ibi Pe.de Su. C.de vsu.

b ¶ Ad fictũ. Nisi casus fictus, & verus, per oĩa æquiparantur, quia tũc cõprehẽdit: vt ꝑ do. Ma. Soci.in cons.j.inci. in casu suprà narrato.versi.nec ob. circa me.in j.parte.

proca: vnde non videtur posse tolli sola ordinatione patris. Sed pōt respondere, ꝙ necessitas patris nō tollitur, sed tñ eū habet instituere, contra qđ tollatur necessitas filiij, patet, qa quilibet pōt renūciare fauori suo. Secundò debes tenere menti tex. singu. in l. qui in aliena. §. interdū. in prin. j. de acqui. hære. qui ꝓbat, ꝙ ad hoc vt nepos sit suus, auo ex testamento, satis est sit institutus in testamēto, licet ab intestato filius procedat eū. Si tamē filius in testamēto sit exhæredatus, secundū Bal. qui hāc l. singulariter alle. in l. pater filium. in repetitione sua. ff. de inoffi. testa. de eius intellectu dicā tibi post Io. de Imo. in l. sub conditione. j. de lib. & posthu. in glo. vlti. ibi: nō veritatē consideraui & c. Dy. hic, quē sequitur Bar. & etiam Moder. dixit, ꝙ in §. interdum. allegato. ponitur casus conuersus ad istum: hic enim pater erat captus, & mortuus est apud hostes: vnde filius tempore mortis, non pōt vere fuisse in potestate patris, & ideo non pōt dici vere suus. Sed in §. interdum. pater erat mortuus in ciuitate, & tempore mortis patris filius erat captus apud hostes: vnde si postea redit, efficitur vere suus, secundùm doct. qđ videtur esse impossibile: quia si ille est vere suus, qui tempore mortis patris erat in eius potestate, nō alius: vt in §. sui. Insti. de hære. quali. & differentia. ergo quo modo pōt filius, qui tempore mortis erit captus, vere esse suus patri, si postea redeat, cū per captiuitatē desinat esse in ptāte patris: vt l. postliminium. §. filius. ff. de cap. Certe istud est impossibile: vnde teneas solutionem gloss. indubitanter, ꝙ est suus ficte, in §. interdum. sed non verè.

SVMMARIVM.

1. Capti efficiuntur serui in bello à principe indicto, & res capiētium.
2. Capti an efficiantur capientium, quando ciuitates facientes bellum recognoscunt superiorem.
3. Quæsita in bello iusto efficiuntur capientium.
4. Promissio facta in carcere, si carceratio fuit iusta, an valeat.
5. Appellatio interposita à sententia, rescindit sententiam.
6. Medium tempus id esse dicitur, quod est inter duo extrema, quantumcunqꝫ sit proximius vni extremo, quàm alteri.
7. Sententia banniti an transeat contra hæredes, si quis est bannitus pro crimine ex forma statuti.

Qvi à latronibus. In summa hoc dicit: Capti à latronibus, & legati apud extraneas nationes, possunt facere testamentū. Secunda ibi: item qui. ¶ In glo. ibi: à Mutinensibus. gl. ista sentit satis clare, ꝙ si bellum est inter duas ciuitates subiectas principi, licet indixerint bellū sibi adinuicem, in illo tamen bello capti non efficiuntur serui hostium. Pro cuius solutionis declaratione, quam tetigit hic d. Barto. repetendo dicta sua, quæ perfectius ponit in l. hostes. ff. de capti. videndum est primò, nunquid semper, quando bellum est inductum à principe, ex bello isto sequatur captiuitas rerum & personarum. Secundo, quid si inducitur à ciuitate vel rege nō recognoscēte principem vel superiorē. Tertiò, quid si à ciuitatibus subiectis principi, vel à duce, principe, vel ciuitate recognoscēte superiorem in subditos suos pro defensione suæ iurisdictionis. ¶ † Super prima regula est dicendum, quòd capti efficiunt serui, & res capientium: vt patet in toto titu. ff. de capti. Et quæ res applicentur duci belli, & quæ applicentur militibus, & qualiter distribuātur, dic vt tradit Barto. post glo. in l. si captiuus. ff. de capti. Sed relinquitur pulchra dubitatio, quid si imperator indixit bellū, & postea est mortuus, vtrum capti vacāte imperio efficiuntur serui hostium? Et videtur dicendū ꝙ sic: quia vacante imperio succedit summus pontifex in aditione: vt in c. licet ex suscepto. de foro competen. ergo adhuc reperit princeps, quia & pōt & mandat geri bellum istud. xxiij. q. viij. c. & pridem. & per Inno. in c. quod super his. extrà, de voto. ¶ In contrarium inclinat Bald. & solus mouet istam quæstionem in terminis. & dicit, quòd fuit de facto tempore suo in l. si cognati tui. ff. de nego. gest. quasi indictio belli, & præceptum imperatoris per mortem eius expirat. Pro qua decisione adduco tibi gloss. valde not. Instit. de adopt. §. j. in verbo, rescripto. quæ dicit, quòd si princeps promisit alicui magistratui, vt interponerent autoritatem arrogationi nomine & vice principis, mortuo imperatore, & vacante sede, talis autoritas interponi non potuerit. Sed illa gloss. loquitur re integra, quo casu expirat mandatum morte mandātis, nos aūt loquimur, quando iam erat bellum cœptum: vnde non videtur expirare mandatum factū à principe de gerendo bellum cōtra hostes: iuxta not. in l. & quia. de iur. om. iudi. & in c. licet vndiqꝫ. de offic. dele. & in l. mandatum. C. man. Vnde istud dictum, quando bellū esset iam cœptum, remanet dubium. † Super secundo artic. dixit Bar. in l. hostes. in fin. ff. de capti. ꝙ ciuitates istæ quæ nō recognoscunt superiores, vel principes, maxime si sunt hostes imperij, habent iura captiuitatis, & postli. in bellis eorum: & similiter reges & principes similis conditionis de iure. licet de cōsuetudine non seruetur, vt capti fiant serui capientiū, seruatur tamen, ꝙ res captæ in bello fiant capientiū. Fundamentū suum videtur esse ex l. postli. in prin. in verbo, mere. ff. eod. tit. vbi tex. dicit, ꝙ ius captiuitatis & postliminij introductum est ex more regum, & populorum: & sic est quodāmodo consuetudo vniuersalis, & ius gentiū: vt l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Ang. aūt solenniter discutiens istum articulum in dispu. sua, quæ incipit, renouata guerra. à principio disputationis, antequam descendat ad decisionem dubiorum, dicit, ꝙ ista opi. cum reuerētia excelsi doctoris patris sui, & præceptoris; dñi Barto. nō est vera. Fundamentum suum principale est, quia tex. in l. hostes. & in l. postliminium. alle. per Bar. & omnia iura illius titul. quæ dicunt, ꝙ inducitur captiuitas & postli. in bello, loquuntur de bello indicto, & gesto inter populum Romanum, & alios populos, vel reges, vel principes, qui dicit ius captiuitatis & postliminiū esse īter ciuitates rebelles imperij, & quę non recognoscunt Cæsarem: debet adducere l. hoc probantem. Præter ea si inter ciuitates subiectas imperio gerentes bellum inter se non sunt ista iura: vt j. dicemus in sequen. argu. & probatur in l. si quis ingenuā. §. fina. ff. de capti. ergo multominus inter ciuitates, quæ sunt hostes imperij, seu nō obediunt imperio de facto. Sed ad istam rationem pōt dici, defendendo dicta Barto. quòd quamuis lex, postliminiū. & aliæ s. alleg. loquantur de bello, qđ est inter principem, & alios populos, seu reges: ratio tamen quæ assignatur in l. postliminium. in princi. pōt extendi ad tales principes & ciuitates bellantes inter se. Dicit enim tex. in l. postliminium. ꝙ ista consuetudo captiuitatis & postliminij est fundata & inducta super æquitate naturali: ergo videtur, ꝙ quāuis illa l. & aliæ non loquantur in casu nostro: tamen ad hūc casum pōt fieri extensio, per ea quæ habentur in l. scire oportet. in §. sufficit. ff. de excus. tuto. & l. sed si hac. §. pacto. & ibi per Bar. ff. de in ius voc. Preterea dato, quòd ius postlimi. sit solū inductū inter populū Romanū, & eius hostes, admin' seruitus ex captiuitate est introducta de iure gentiū: vt Insti. de iure personarum. §. j. & in l. ex hoc. ff. de iust. & iure. Sed ius gentiū sine dubio est illud, qđ generaliter obseruatur inter omnes gentes: ergo saltem hoc, ꝙ capti efficiuntur serui capientium, debebat obseruari inter istos, inter quos sine dubio ius gentium obseruatur. Et licet Barto. dicat in dicta l. hostes. quòd ista iura captiuitatis in personis Christianorum hodie non seruentur: Ioan. tamen And. in addi. Specu. in titu. de instru. edi. §. compendiose. ver. xv. dicit cōclusum fuisse in filio Imperatoris Federici, qui fuit captus à Bononiensibus, quòd tanquam seruus hostiū non poterat facere testamentū. Si cōstaret de consuetudine, ei standū esset. ¶ † Super tertio articulo, quādo ciuitates quæ faciunt bellum, recognoscunt superiorem, vel qñ ciuitas vel dominus subiectus principi indicit bellum subditis pro defensione iurisdictionis sue: concludit Inno. in c. olim. de resti. spo. in c. sicut. de iureiu. quòd nec capti efficiuntur capientiū. & hoc sequitur Bart. in d. l. hostes. pro quo facit optime tex. & qđ ibi per Bal. in l. si cognati. s. alleg. & de isto bello vide multa per Bald. vbi refert ista Inno. in l. ij. C. de serui. & aqua. in char. pe. Fallit in duobus casibus. Primus est, quando subditus rebellaret officiali Imperij animo rebellandi ipsi principi, vt est hodie declaratum in extrauaganti Henrici, qm̄ nuper. de qua facit hic mentionem Barto. Secundus, quando expresse superior, qui mouet bellum contra subditum suum rebellem, vel ciuitas contra ciuitatem, faceret statutum, ꝙ omnes capti in illo bello efficerentur serui: & similiter, ꝙ res efficiantur serui capientium. Sed tu aduerte, quia Ange. in disputatione alleg. in prin. dicit, ꝙ etiam si nō fiat istud statutum, res efficiuntur propriè capientium, & capti serui, sed quodam improprio modo, inquantum pōt imponi eis talea, siue pretiū pro redēptione sua: sicut imponebatur captiuis aliquando, vt patet in l. nā & seruus. in princi. ff. de nego. gest. & pro illa talea possunt retineri, sicut poterant olim captiui redempti per aliquem retineri iure pignoris, ꝓpter pretium pro eis solutum: vt est casus not. in l. senatus. §. fina. j. de lega. j. quem allegant hic Moder. Et hanc conclusionem reliquit in dubio quidam antiquus doct. quem refert Io. And. in tit. de solu. §. nunc aliqua. ver. illud. vbi etiam dubitat, vtrū capti efficiantur serui hostium. Et causa dubitationis est: quia licet in terminis nostris non dicātur propriè hostes, quando bellum nō est indictum à principe: videtur tamen ciuitates bellantes simul vel domini cū subditis rebellibus haberi loco gentium, vel ciuitatē, quæ dicuntur exteræ. i. non habent nobiscū fœdus, vel amicitiam, inter quas est captiuitas, & postliminiū: vt l. postlimi. §. in pace. ff. de capti. Sed ista ratio vero dubitandi est multum friuola: qa ille tex. loquitur, quando ius captiuitatis, & postlimi. est inter populum Romanum, & illos, non inter alias ciuitates. vnde illa est quædam tacita diffidatio, & quoddam tacitū bellum inter principē & illos. Sed hoc nō est trahendū ad consequentiā, quando fœdus & amicitia nō est inter ciuitates subiectas vni principi: de quibus satis expresse est tractatum, ꝙ inter eas si bellantur adinuicem, non seruantur ista iura. Vnde quicquid dixerit Ange. in d. disputatione, & iste doctor, conclusio Bart. prædicta est vera. Sed remanet dubium, quādo statutum expresse ordinat captos effici seruos, vel res effici capientium, vtrum inducatur iste effectus captiuitatis in rebus, vel personis. Et videtur dicendum ꝙ sic, per tex. not. quem ibi pōderat Bald. ad hoc in l. ij. C. qui. ad libert. procla. non lic. per quem dicit, quòd ex forma statuti potest induci, vt bannitus efficiatur seruus capientis. Secundò facit pro ista conclusione text. not. quem ibi ponderat Bald. ad hoc in capitulo primo. circa medium. de milit. vasal. qui contu. est. vbi probatur, quòd per statutum potest dari licentia prædandi res subditi, cui infertur bellum. licet iudex hanc licentiam dare non possit in bonis banniti, secundùm Bald. eleganter in capitulo, domino guerram. hic finitur lex Corradi. Et istam opinionem sequeremur in practica, propter autoritatem istorum. Sed de iure est multum dubia: vnde potes considerare duos casus: nam aliquando ciuitas vel princeps

princeps statuit vniuersaliter, quod omnes res captę in quocunque bello mouēdo per ciuitatem, efficiantur capientiū: & tūc forte posset tolerari, quod istud statutum valeat, quia per statutum ex causa pōt auferri ius quæsitū alteri, qn̄ statutum disponit generaliter: vt l. venditor. §. si cōstat. ff. cōmunia prædio. & l. Lucius. §. fin. ff. ad ad muni. & declarat Bart. in l. Antiochensium. ff. de priuile. cre. de quo plene scripsi in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Et istud dictū procederet, quātum ad res, super quib⁹ disponit statutum cū minori dubitatione: sed quātum ad homines liberos, quod efficiantur serui capientiū, est magis dubium, sed tñ pōt tolerari. Aliquādo statutum nō disponit gn̄aliter, sed super vno bello moto, vel plurib⁹, cōtra certes principes, vel ciuitates: & tūc non videtur, quod per statutū possit alterari status psonæ, nec etiam auferri dñium, quomodocunque bellum sit iustum. ¶ Primū probatur, quia si alteratio status psonæ de liberto ad ingenuū non pōt fieri, nisi per principē, qđ est fauorabile: vt l. j. C. de iur. anu. aure. multominus videtur, quod statutū possit facere de libero seruum. Pro hoc facit optime tex. in l. ij. de adop. vbi patet, quod arrogatio liberi hominis, per quā transit in potestate alterius, non pōt fieri nisi à solo principe. ¶ † Secundū probat ex his quæ tradit Bar. in d. l. Antiochensiū. & in l. dotale. ff. de test. mil. & in d. §. si constet. vbi vult, quod per statutū populi nō possit auferri in particulari ius quæsitum alteri, etiā ex causa. Et ita debēt declarari, quæ ipse not. in prima cōstitutione Digestorū. Sed forte sustinēdo dicta doct. posset dici, quod licet statutū emanet cōtra subditos vnius principis, vel cōtra vnam ciuitatem, nō dicetur omnino disponere cōtra particularem personā, licet nō statuat vniuersaliter. Vnde forte possumus dicere, quod valet statutum respectu rerū: vt videtur pbari in c. j. præal. sed nō respectu personarū, vt efficiantur serui. Hoc aūt debes intelligere, secundū Ang. in disputatione præfata, qn̄ ex parte ista statuentiū bellum esset iustum: & idē esset secundū eum, quando vtraque partiū haberet iustā causam credendi se fouere iustitiā: aliàs statutum istud iniquum esset, nec seruādū aliquo modo, nec etiā cōsuetudo valeret: quia statutū & cōsuetudo darēt materiā delinquendi: vt in c. fi. & ibi no. extrà, de consue. 3 † Et propter hoc dicit glo. in d. l. ius gentiū. quod quęsita in bello iusto efficiūtur capientiū. [a] Si aūt bellum esset inductum per principē, ita quod esset in eo captiuitas rerū & personarum: tūc nō esset faciēda ista distinctio, quod vt ait Ho. in sum. cuius dicta refert & sequitur Petr. de Ancha. in regula, peccatū. de reg. iur. etiā Sarraceni, quibus etiā indicitur bellū per principē, iuste quæsita in bello retinent, & etiā personas Christianorum, nec possunt Christiani ab eis fugere sine peccato, ex quo sunt facti serui ipsorum. Pro quo vide tex. not. in c. abbate sane. de reg. iur. in vj. Circa secundū, quod Christiani possunt aufugere, & efficiantur liberi, redeūdo in terris nostris: videtur tex. in l. nihil. in fin. ff. de capti. Vñ si Christianus fugeret animo redeūdi ad nos, credo nō peccaret, & efficeretur liber, postquā redisset: sed si forte nō fugeret, vt rediret ad nos, sed vt euagaret in terris hostiū, credo quod peccaret. Pōt etiam Christianus aufugere, secundū Hosti. quādo cogeretur ad negandā fidē. & ad materiā istam vide qđ not. Ang. vbi refert quę dixi in sua dispu. in l. athletas. in prin. ff. de his qui no. infa. & qa suprà reliqui aliqualiter sub dubio, nūquid capti in bello ciuitatū efficianꝉ serui, si hoc disponitur ex forma statuti, videtur posse satis iuridice dici id qđ s. dixi, quod nō efficianꝉ per iura suprà alleg. Nā tex. in l. ij. qui. ad liber. proclā. nō licet. quē adducit Bal. ad hoc, nō loquiꝉ in statuto populi, sed in l. principis, sicut loquiꝉ tex. in simili in c. ita quorundā. de Iudæ. ¶ † In glo. posita sup verbo, possunt. ibi: sed nō est cōtra. Ista glo. reprehendiꝉ cōmuniter p doct. qa etiā testamentum factū ad vtilitatē carcerātis nō valeret[b]: vt l. j. C. si qs aliq. te. phi. & plene dixi in l. j. s. e. Vñ Bar. hic, cui⁹ dicta declarāt & sequunꝉ Mo. ponit aliā distinctionē verā, de quo hic peñ: cui tñ est addēdū ibi, inquantū dicit, quod cōtractus factus ad vtilitatē & petitionē carcerātis, nō valet, si carceratio est iusta. Nā pōt dubitari, vtrū iste cōtractus sit nullus ipso iure, vel poti⁹ rescindatur per actionē, qđ met. causa. super quo doct. variāt. nam Ang. in l. si mulier. §. si duos. ff. qđ me. causa. dicit, quod cōtractus est nullus ipso iure: quia text. in l. qui in carcerem. dicit, quod est nullius momenti: quæ verba idem significant, acsi diceretur, quod est nullus ipso iure: vt dicit clare text. in l. non dubiū. in fi. C. de legi. Bal. aūt in d. l. qui in carcerē. dicit, quod est nullus, qa rescindiꝉ p actionē, qđ met. cā. non tñ ipso iure, p tex. in l. metū. §. sed licet. j. eo. vbi pmissio facta illi qui fuit causa, vt qs raperetꝉ à latronib⁹, vel appellatio nō est nulla, sed rescindēda. Preterea maior sine dubio est met⁹ mortis, quā iudiciorū: sed cōtractus nō est nullus ipso iure, si fiat p metū mortis: vt l. metum. ff. quod met. cau. ergo similiter nō erit nullus in isto casu. Concordādo opiniones potes dicere, quòd aut quis ponitur in carcere omnino priuato: aut ponitur in carcere publico, licet nulliter, & per potentiā aduersarij. Primò casu vera est opi. Ange. & sic specialiter inductū in odiū vtentis priuato carcere, quia vsurpat sibi illa quæ pertinēt ad merum imperiū, cùm sit priuatus: propter quod grauior pœna sibi imponatur: vt in l. j. C. de priua. car. & maior videtur fieri iniuria carcerato, quàm si poneretur in carcere publico, vel caperet à latronibus, quorū cōsuetudo est detinere captū apud se. In secundo casu sit vera opi. Bal. per iura superius alle. Secundò adde, dum dicūt, quòd carceratus cum tertio potest cōtrahere bonum tex. in l. ab hostibus. in prin. ff. ex qui. cau. ma. & in l. ait prætor. in prin. eo. ti. iuncta l. j. ff. eo. in quibus patet, quòd positus in carcere pōt constituere procuratorem, per quē se defendat, vel etiam gerat negotia sua. Tertiò adde, dū dicūt, quod promissio facta carcerāti, vel eius participantibus, siue secū participantibus, nō valet: quia hoc videtur intelligēdū de participātibus in crimine capturæ, vel detentionis: verbi gratia, si essent ministri ad custodiendū, nō fugeret. De familiaribus autē & domesticis detinentis, qui non essent participes delicti, nec dedissent vel darēt opē ad capiendū, vel retinendū, esset magis dubiū: nam Bar. in l. j. C. ne li. potē. per illū tex. videtur velle, quod pœna quæ imponitur dño prętextu præsumptionis timoris, & violētiæ alteri inferēdę, habet etiā locū in domesticis, & familiaribus eius. Sed cōtra ipsum videꝉ esse tex. in l. j. C. si rector prouin. quē ibi no. Bald. ad hoc, vbi pœna quæ imponiꝉ rectori, non trahitur ad eius domesticos & familiares, nisi qn̄ ipsi dñs vel rector interponat, seu contractus fiat cum suo familiari. [a] & hoc videtur verius, nisi ille familiaris comminaretur carcerato, nisi secū cōtraheret. Hæc tamē sola cōminatio sufficeret ad faciendū, vt id quod nō possit fieri cum dño suo, nō valeret actū secum: vt est casus not. iuncto rubro in l. vnica. C. si quacūque prædi. pote. Non ob. l. j. C. ne lice. potē. quia in illo casu ita disponiꝉ, quia l. expressa vltra processit, vel potest verbū illud ibi positū aliter exponi. [b] 4 † Quartò adde, inquantū doc. hic cōiter cōcludunt, quod si carceratio fuit iusta, tunc valet promissio facta in carcere: [c] vt l. si mulier. in princi. ff. quod me. causa. Nam hoc dictū non videꝉ simpliciter verū, & contra tex. in c. veniēs. el ij. extrà, de spō. vbi quod si pater puellę inuenit virū dormientē cum ea, & coegit eum, vt caperet eā in vxorem: contractus matrimonij factus per metum est nullus ipso iure. & tamē ibi metus mortis erat iustus, quia pater potest occidere adulterū deprehensum cū filia: vt l. pater. ff. de adul. Aliqui doc. dicūt ibi, quod istud est speciale in matrimonio, in quo sequiꝉ plena libertas: vt in c. cùm locum. eo. ti. Sed istud dictum videtur contra casum in terminis in l. nec timorē. §. j. in vltimo responso. ff. quod met. causa. vbi dicitur, quòd si aliquis deprehensus in adulterio, vel in alio facinore, promittit aliquid, vel dat, vt non occidatur, vel vt non deferatur ad iudicem, non valet promissio, sed rescinditur per actionem, quod me. causa. & tamen in aliquibus casibus erat iustus metus: verbi gratia, metus ne quis deferretur ad iudicem: nam quilibet potest deferre ad iudicem repertum in facinore, & si recipit pecuniam vt deferat, turpiter recipit: vt l. iiij. §. j. ff. de condictio. ob tur. causam. Item aliquo casu licet adulterum occidere, vt dictum est: in illo secundo casu loquitur ille tex. vt patet ex dictione, vel quæ ponitur ibi implicatiue dum dicit, potuit vel non iure occidi. Et ideo pro cōcordia istorum iurium potest dici, aut id quod timetur, propter quod fit promissio, vel datio, pertinet ad commodū pecuniarium, vel æstimabile inferentis metum. & tunc promissio facta prætextu illius metus est valida. Et ita loquitur tex. in l. si mulier. ibi enim timebat liberta reuocari in seruitutem, quæ seruitus cedebat ad commodum domini. Aut id quod timetur respicit non vtilitatem eius cui fit promissio, sed vindictam publicam: & tunc videtur quod promissio sit reijcienda, & non valeat, siue resultet ex ea aliqua vtilitas inferēti metū, siue tertio, sicut resultabat in c. veniens. Hoc tamē vltimū dictum reuocatur in dubium per l. si quidē. C. de cōtrahē. & cōmittē. stip. & per l. accusationis. C. quod me. causa. in quibus probatur secūdùm cōmunē intellectum, quod promissio facta metu accusationis institutę ad vindictam publicā, etiam nō rescinditur. & ad l. nec timorē. allegatā respondet glos. in d. l. accusationis. & sequuntur ibi communiter doc. quod ibi metus fuit illatus ab eo, qui poterat inferre id quod timebatur, non tamen cogebatur illud inferre. Sed in l. accusationis. non solùm poterat inferri id quod timebatur, sed debebat à iudice, qui tenetur facere iustitiam, & est minister legis: & secundum hūc intellectū, qa positus in carcere teneꝉ sub potestate

[a] ¶ Capientium. Vide eundem Arc. in l. j. de acqui. pos. & quod ibi dixi in apostil.

[b] ¶ Non valeret. Adde Fely. in c. vt famę. de sentē. excō.

[c] ¶ In carcere. Vide omnino Fely. in c. ego N. ante me. iiij. co. de iu. iuran. vbi dānat practicā, quę adhibeꝉ in cōtractibus faciendis p carceratos, cùm ipsi extracti de carceribus à remotis assistentibus cōtrahāt. nā dicit ipse, q tenet hominem ab obligatione restituere, nō liberat illū simpliciter relaxādo in suo territorio: sed debet illū facere secure cōduci extra suū territorium, ad locū vbi possit secure morari.

publica, & timet iudicem magis quàm partem, qui est minister iuris, vt dixi: videretur dicendũ absolute, ꝙ ꝓmissio facta à carcerato iusto metu valeret. Sol. tamen glo. positę in l. accusationis. videtur restringere nimis tex. in d. l. nec timore, in fi. vbi tex. dicit, ꝙ rescindit̃ promissio, vel datio facta ꝑ metum, ne inuentus in crimine prodatur: quæ verba sine dubio ita possunt significare, ne quis manifestetur iudici, seu denũcietur: vt l. iiij. §. j. & §. si tibi iudicium. ff. de condi. ob tur. causam. sicut ne quis manifestetur parti, cõtra quã imitetur delictum. Quia tñ glo. cõmuniter sequuntur doc. transeamus cũ eorum solutione. Cõsidera tñ, ꝙ fortior metus videtur debere causari, qñ timetur aliqd posse inferri ab eo, qui de necessitate debet facere, ꝙ̃ quãdo timetur ab eo, q põt facere & nõ facere. Vnde ratio differentiæ signata in glo. in d. l. accusationis. nõ videtur bona, & quia §. fuit dictum, ꝙ promissio facta ei qui posuit in carcere iuste, nõ valet. ideo do. Io. And. not. in tit. de iureiu. in addi. Spe. † ꝙ captus iniuste etiã si iurauerit redire, nõ tenetur redire:[a] de quo vide per Bal. post gl. in l. nam & seruitus, in prin. ff. de nego. gest. & per Ange. in dispu. sua præal. vbi plene istum artculũ prosequit̃, de quo etiã ponit do. Abb. Moder. in c. j. inter alia. in fin. de immuni. ecc.

¶ † Vltimò loco quæsiuit hic Bar. nunquid testamentũ factũ apud hostes, debeat fieri cum solẽnitate requisita à iure cõmuni: an verò possit fieri secundũ consuetudinẽ statutorum loci, in quo quis facit testamẽtum. In quo concludit, ꝙ quãuis testamentũ possit fieri secundũ statutum vel consuetudinem loci, vbi fit: licet tamen seruetur sibi ius cõmune: vt l. ij. ff. quemadmo. te. ape. & in l. si non spãli. & ibi no. C. de test. Istud est verum in locis subiectis Romano imperio: sed in locis hostiũ hoc nõpõt dici secundũ eũ: quia cũ ipsi perdiderint ea quæ sunt iuris ciuilis, nõ possunt inducere facultatẽ in modo testandi, quæ est de iure ciuili: vt l. iij. §. eod. Ioã. de Imol. hic dicit, ꝙ ista d. nõ procedunt de iure: qa cũ hostes possunt habere dominia rerum: vt patet in l. hostes. ff. de cap. cũ multis ll. illius ti. sequit̃, ꝙ possunt habere iurisdictionem, & facere statutum, & cõsuetudines, cũ sint populi liberi: vt l. oẽs populi. ff. de iusti. & iur. nec videt̃ valere ratio Bar. ꝙ testamentum sit de iure ciuili Romanorũ: quia fateor, ꝙ secundũ illud ius, vel prætextu illius iuris nõ possunt testari. Sed ꝑ hoc nõ sequitur, ꝙ cũ ius ciuile dicat̃ statutũ cuiuscũq; populi in sua ciuitate, siue sit popul⁹ subiectus imperio Romano, siue non: vt patet ex gñalitate l. præallega. ꝙ isti populi nõ possunt inducere ex sua consuetudine, vel statuto, vnũ nouũ ius ciuile, secundũ qđ possit fieri testamentũ. Bal. aũt in l. ij. C. queąd. testa. aper. distinguit, ꝙ aut quæritur, vtrũ testamentũ valeat factum apud hostes, secundũ eorũ ll. & consuetudines: aut q̃ritur vtrum valeat factũ apud gẽtes extraneas: verbi gratia, apud Sarracenos, cũ quibus non est bellũ. Primo casu sequit̃ opi. Bar. quia hostes imperij non habẽt potestatẽ cõdendi leges, vel consuetudines: vt in auc̃. nauigia. C. de furt. Secũdo casu valet testamentũ secundũ eũ factũ coram duobus testib⁹: quia ex quo non apparet in loco cã remota, & cõsuetudo seruetur, præsumit̃ ibi seruari ius gentiũ, qđ est æquũ, & seruat̃ etiam secundũ dispositionẽ iuris canonici: vt in c. relatũ. & in c. cũ esses. de testa. ꝙ ius canoni. debet præferri obseruãtiæ iuris ciuilis. & ideo infert se cõsuluisse[b], ꝙ testamentũ factum in terris Soldani per quendã mercatorẽ Anconitanum valebat, si erat factũ coram duobus testibus. Eadẽ cõclusione posuit idẽ Bal. in l. ius ciuile. de iusti. & iur. Sed ista differẽtia inter hostes & extraneas nationes nõ videt̃ bona: ꝙ sicut dictũ est in alijs quæstionibus suprà tractatis, gẽtes quæ non habẽt nobiscum fœdus & amicitiã, licet nõ gerãt bellũ nobiscũ, reputantur loco hostiũ: vt l. postlimi. §. in pace. ff. de capti. Præterea tex. in auc̃. nauigia. quem ipse alleg. nõ ꝓbat, ꝙ hostes populi Romani nõ possint facere ll. vel statuta: imo contrariũ videt̃ ꝓbari in l. postlimi. in princ. in verbo, mere. ff. de capti. vbi patet, ꝙ reges & populi liberi inducũt consuetudinẽ iuris postlimi. sicut populus Roman⁹. & ista cõclusio videt̃ mihi ꝓbari in l. ij. C. de eunuchis. iũcta l. j. vbi dicit̃, ꝙ eunuchos castratos in solo nõ subiecto Romano imperio, quilibet mercator põt emere, & vẽdere, & sic nõ erãt de subiectis populo Romano. Ex quo datur intelligi, ꝙ consue. illius patriæ potuit ꝑmittere id qđ erat ꝓhibitum. l. Roma. sub pœna capitis. Nã si in solo nõ subiecto principi actus ille esset damnatus, & nõ esset attendenda consuetudo illius loci, nõ permitteret imperator cõmercium rei prohibitæ à tertio fieri: sicut nõ permittit de ciuibus Romanis castratis in quocunq; solo. ad idẽ facit optime tex. ad l. mercatores. C. de cõmer. & merca. vbi prohibet subditos populi Romani transire in territorium regis Persarum, tanquã in alienũ regnũ, & supponit, ꝙ hostes imperij habent subiectos, & iurisdictionẽ in eo, dũ dicit, alieni regni secreta sectari. Nec potes dicere, ꝙ ibi loqtur de his, cum quibus erat fœdus & amicitia: prout videtur dicere tex. qa fateor ꝙ erat fœdus ob cessationẽ belli, sed non amicitiæ, cum ex quo includeretur cõsideratio, de qua in l. non dubito. ff. de capti. quia si sic esset, nõ prohiberetur conuersatio in illis locis, nec potuit Imperator, si expresse statuisset, auferre potestatẽ hostibus faciẽdi statutum, qđ eis cõpetat, hoc ipso ꝙ habẽt iurisdictionẽ, cũ non essent ei subiecti: vt patet ex his quæ ponit sing. Ant. de But. declarans dicta Bart. in c. j. extrà, de consti. vbi concludit, ꝙ lex Imperatoris non ligat populũ, vel principẽ, qui est in quasi possessione libertatis. Intellige tamen, ꝙ princeps nõ posset auferre eis hanc potestatem, quãdo ex negligẽtia perdidisset quasi possessionem iurisdictionis in tales populos vel reges. Sed dato, ꝙ nullam quasi possessionẽ perdidisset, & ꝙ exprese posset auferre, si vellet, nihilomin⁹ ex hoc solo ꝙ sit indictũ bellũ aliquibus tanquam hostibus, nõ perditur iurisdictio, nec imperiũ, quia originaliter iurisdictio & imperiũ est de iure gentiũ: vt l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. qđ ius gentiũ nõ admittũt hostes: & ideo Imperator exprese priuauit regẽ Robertũ in sua sententia iurisdictione, & regno. Ita fin. decidit & declarat Bar. in extrauagan. qm̃ nuper. ver. rebellãdo. pro cuius decisione adduco optimũ tex. in c. ad apostolicæ. §. nos igit̃. de re iud. in lib. vj. vbi Imperator priuatur exprese ꝑ sententiã regni ecclesiæ: ex quo datur intelligi, ꝙ quãuis cõmittens crimẽ lęsæ maiestatis, tanquã reus, esset manifestus hostis ecclesię: nõ tamen erat priuatus potestate regia ipso iure. Vñ dicit idẽ Bar. in loco præal. ꝙ ius ciuile hostiũ est seruandũ in terris eorũ, licet nõ seruetur ius ciuile Romanorũ. Et ꝑ hęc q. ista relinq̃tur dubia, & verior vr̃ sñia Ioã. de Imo. hic posita. Credo tñ opi. Bar. esse verã alia ratione: qa licet apud hostes ĩperij possunt esse cõstitutiones, & ius ciuile, vt dixi: nõ vr̃ tñ, ꝙ ciues Romani & subditi imperio Romano possint esse participes illius iuris: quia sic hostes in solo nr̃o non vtuntur, nec sunt participes iuris ciuilis inducti ad rempublicã Romanã: vt fatetur Bar. hic, & est casus expressus in l. postliminiũ. §. transfuga. ff. de capti. vbi dicit̃, ꝙ trãsfugæ qui veniũt ad solũ nostrum, seu redirẽt, non habẽt ius postliminij, & sic non recuperant ius ciuitatis Ro. & æquum est, qa sunt in numero hostium. Ergo datur intelligi, ꝙ hostes in solo Romano nõ possunt vti iuribus Romanorũ. Dicit ergo: ipsi in nostro solo nõ vtuntur iure nostro, ita nos & eorũ iurisdictione non possumus vti iure eorũ, quia iura sunt ęqualia inter nos, & hostes: vnde nos efficimur eorum serui, sicut & ipsi nostri, vt suprà est declaratum. Et pro declaratione & cõplemento materiæ scias, quòd sicut laicus captus à Sarracenis efficitur seruus eorum: ita quilibet clericus, imo & episcopus. Et est casus not. & hoc dicit gloss. exprese in capit. si episcopus. de supplen. negligen. prælato. libro sexto.

Si quis in capitali.

Dãnatus de crimine capitali, põt facere testamentũ, pendẽte appellatione, qđ habet effectum ante latã sentẽtiam. h. d. ¶ † No. ꝙ appellatio interposita à sententia rescindit sñiam, ita ꝙ perinde est, acsi non esset iudicatum, quo ad statutũ rei cõdemnati: cõcor. text. in l. si qs filio exhæredato. §. hi aũt. j. de iniust. testa. & l. furti. in §. j. & qđ ibi not. ff. de his q not. infa. ¶ † Secũdò no. ibi: medio tpe. ꝙ illud dicitur medium tẽpus, qđ est inter duo extrema, quãtumcũq; sit ꝓpinquius vni extremo, quàm alteri. facit qđ no. Bar. in l. ij. ff. de fur. & l. j. in prin. ff. si quis ius dicen. nõ obtem. ¶ In gl. ibi: quia nec de facto infamis &c. not. ex ista gloss. secundum Ange. & Moder. ꝙ licet appellatio interposita extinguat effectum infamiæ iuris illatum ꝑ sñiam. l. furti. ff. de his q not. infa. non tñ tollitur infamia facti. Et est ratio secundũ Mod. & bene, qa infamia facti nõ orit̃ ex sñia, imo orit̃ ante sñiam ex sola accusatione instituta: vt patet in l. j. C. de re. postu. li. x. & in l. reus delatus. j. de mu. & ho. Ex infamia aũt facti, vt dicit glo. & bene, repellitur qs à dignitate, nisi in subsidiũ: vt l. cos. ff. de decu. & l. nec famosos. C. de dig. lib. xij. & in c. inter dilectos. de exces. ꝑlat. & ibi vide, vtrũ collatio dignitatis facta infami sit nulla ipso iure. Sed primũ dictum glo. reuocatur in dubium: quia si accusatus ex sola accusatione efficeret̃ infamis infamia facti, sicut dicit glo. iuris canonici in c. fin. extrà, de testa. vbi est bonus casus. tũc videretur quòd reus accusatus ei post annum nõ esset admittẽdus ad honores. Cui contrariũ dicit tex. in l. reus delatus. præal. Præterea tex. in l. fi. C. de requi. re. quẽ ita declarat ibi glo. dicit, ꝙ reus accusatus incurrit infamiã facti, si citatus non cõparet in annũ, post annotationẽ bonorũ: ergo prius nõ est infamis, & maxime si compareat,

a ¶ Redire. Adde Floren. in l. si vsumfructum. in princip. de vsufruct. & in lege, operis locati.

b ¶ Cõsuluisse. Qđ consi. vide in numero suorũ consiliorũ cclxxx. vbi consuluit super quodam testamẽto facto in terra Damasci.

cõpareat, & se defendat in iudicio: vnde potest dici, & meli⁹, ꝙ ex sola accusatione quis non efficitur infamis infamia facti, sed est mala æstimatio de aliquo apud bonos & graues. Dico tamẽ, ꝙ efficit aliqualiter suspectus, sed nõ tanta suspitione, ꝙ causat infamiã facti. Et si dicis, qualiter ergo repellit ab honoribus? respondeo, ꝙ hoc facit suspitio, & alia secũ iuncta, nõ quidẽ in perpetuũ, sed tẽporaliter: qa etiã melius est stãte ista suspitiõe differre honorẽ, ꝙ̃ honorẽ semel cõcessum turpiter auferre: sicut dicitur in simili in c. quẽadmo. de iureiu. Nec obstat tex. in c. fi. de testi. vbi accusatus repellitur à testimonio: quia de iure canonico qlibet criminosus, etiã si nõ sit infamis, dũmodo crimẽ probari possit à testimonio, repellit: vt in c. testimoniũ. eo. tit. & ibi not. & hoc posset defendi de subtilitate iuris. Opin. tñ gl. cõis, & in practica esset sequẽda. Et aduerte, qa si considerer dignitas pẽdẽte accusatiõe, licet postea re⁹ absolueretur, non confirmaretur dignitas collata: vt est casus not. in l. ꝙ de libertate sua. circa med. ff. de lib. cã. quẽ tex. allegaui ego cõtra quosdã canonistas in c. omnipotẽs. extrà, de accusa. & ibi omnino vide quæ not. doc. ¶ In gl. posita sup verbo, videlicet. ibi: nisi sit dãnatus. gl. ista satis clare sentit, ꝙ testamentũ factũ pendente accusatione super criminibus exceptis, de quibus hic in gl. nõ valet incõtinẽti. Quã glo. reprehẽdit hic Bar. per tex. in §. per contrariũ. Insti. de hære. quæ ab intesta. defe. vbi dicit tex. ꝙ mortuo reo in crimine lesę maiestatis, pendẽte accusatione filius efficitur sibi hæres suus ipso iure, sed secuta dãnatione desinit esse hæres. & hoc sequit hic Ioan. de Imo. videlicet ꝙ testm̃ interim valeat, sed rescindit secuta dãnatione. Hoc etiã tenuit Paul. de Cast. sicut vidisti in l. si quis post accusatiõnẽ. s. e. & ibi tetigi aliqualiter hoc dubium. Sed Imo. declarãdo perfectius dicit, ꝙ opin. Bartol. est ipsa veritas: quia probatur per tex. in d. §. per cõtrarium. Ex quo etiam probat singulariter id qđ sentit Bar: in l. post cõtractum. ff. de don. ꝙ in crimine læsę maiesta. bona nõ sunt cõfiscata ipso iure, & filius possit esse hæres suus patri, ante damnatione: cuius cõtrarium dicit in d. §. per cõtrariũ. Pro ista cõclusione do tibi casum not. in l. trãsfugã. ff. de acquir. rer. do. vbi probat ꝙ bona trãsfugæ qui est rebellis imperio & in numero hostiũ, nõ intelligunt ipso iure publicata, conceduntur tamen capienti & occupanti, sicut & alię res hostiũ. & per illũ tex. & alia iura dixit Barto. not. in extrauaganti. qm̃ nuper. in ver. repellẽdus. ꝙ cũ dñiũ bonorũ sit de iuregentiũ, bona cõmittẽtis crimẽ læsæ maiesta. non sunt publicata ipso iure: imo remaneant apud criminosum, nisi sit eis priuatus per sentẽtiã: quibus tñ põt illa bona occupare propria autoritate: qa si licet occidere personam, multofortius licet auferre res. argu. l. nec in ea. §. j. ff. de adult. Vnde d. Io. And. nota. in titu. de accusa. §. sequitur. in vlti. q. magnæ additionis, ꝙ si ex forma statuti bãnitus põt offendi in persona, multomagis poterit in rebus. Ad hoc dictũ vide qđ ponit Bal. in fi. C. si cõtra ius vel vtilit. pub. Et ista opi. est verior, licet Archid. & Ioan. And. in c. felicis. de pecu. lib. vj. & sequuntur ibi Moder. teneãt ꝙ in crimine læsæ maiestatis bona videant publicata ipso iure, quod etiã tenuit gl. in c. cũ scđm. de hære. lib. vj. in versi. ipso iure. & tetigi ĩ d. l. si quis post. Sed relinquitur pulchra dubitatio, q̃ tangitur in fin. glos. nunquid qñ non sumus in criminibus exceptis, si in sententia fuerunt adempta bona expresse, & pendente appellatione reus faciat testamẽtũ, deinde moriatur ante damnationẽ, an testamentũ valeat vel irritetur. Super quo glo. in vlti. parte dicit, ꝙ interim testamẽtũ valet, prosecuta postea sententia, in causa appellationis irritabitur, si prima sentẽtia confirmet, quia bona confiscantur: & per consequens ille qui decessit, nõ potest habere hæredẽ. Sed Bar. hic dicit, ꝙ etiã si bona postea confiscentur, valebit tñ testamẽtum: quia cũ q̃stio status post mortẽ sit extincta in criminibus non exceptis, sequitur ꝙ testamẽtũ fuit factũ à persona habili, licet bona fuerint ei adempta post mortẽ: & hoc dicit esse vtile, non propter hæreditatẽ quæ infertur ab hærede, sed propter substitutiões pupillares, & tutores datos filio in testamento. qđ concedit Ang. esse verũ, nisi iudex ex forma statuti publicasset in sententia bona præsentia & futura. Nam tunc ille qui fecit testm̃ non habet bona, nec posset acquirere, nec posset testari: vt in authẽ. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Ioan. de Imo. dicit, ꝙ etiã in isto casu potest defendi opi. Bart. quia licet auferantur sibi bona per secundã sententiã confirmatoriam, iste interim tamẽ vere fuit dominus: ergo si fuit dñs, potuit testari. Et istud dictũ posset esse verũ, qñ esset lata sententia in causa appellationis: quia tunc confiscatio fieret ex secunda sententia, magis quàm ex prima: nec videtur retro fuisse priuatus bonis: vt l. furto. §. j. ff. de his qui not. infa. Sed si prima sententia esset cõfirmata per desertionem appellationis: tunc quia retro fingeret non appellatum, vt in d. §. j. videretur reus iste amisisse bona, & facultatem acquirẽdi futura ante cõditum testamentũ: & per cõsequens posset saluari dictũ Ange. Aduerte tñ, quia tex. in §. per cõtrariũ. s. alleg. licet loquatur in crimine excepto, inquãtum tñ dicit ꝙ dãnatus non habet hæredem, videt magis sefundare in hoc, ꝙ quia bona sua confiscantur, ꝙ̃ quia sit dãnata memoria: quæ ratio videt esse cõmunis, & in criminibus non exceptis. Et hæc forte potuit mouere gl. ad dicẽdũ ꝙ testamẽtum irritaretur. prima tñ opi. videtur melius fundata ratione, ex quo iste videtur decidisse integro statu, vt dictũ est extra gl. q̃ siuit hic Bar. & Ang. post eũ, vtrũ dispositio isti⁹ §. qui loquitur de testamento facto pẽdente appellatione, habeat locũ in eo qui decessit, pendente termino dato ad appellandũ. & alleg. glo. quã dicunt esse singularẽ, quæ tenet, ꝙ habet locũ in l. ex iudiciorũ. ff. de accus. per regulam positã in l. j. in princ. ff. nil noua. appel. penden. & in c. non solũ. in princ. de appel. lib. vj. in quibus dicitur, ꝙ ad hoc vt nihil possit attẽtari per iudicẽ vel per partem, paria sunt appellatione pẽdere, vel durare terminũ datũ ad appellandũ. Sed illa iura loquunt tione faciẽda per hominẽ: nos aũt sumus in executiõe iuris, in qua datur regula in cõtrariũ, ꝙ nõ obstãte pendẽtia tẽporis ad appellãdũ, executio iuris habet locũ. Vnde mutatio status & infamiæ inducitur per sententiã incontinenti, & ante lapsum dicti termini: vt l. ꝙ vltimo. & l. qđ ad Statiũ. ff. de poe. & ita tenet glo. & cõiter doct. in l. furti. §. j. ff. de his qui no. infam. Et ex ista ratione Bart. in d. l. ex iudiciorũ. post Iaco. de Are. reprehendit glo. ibi positã. & concludit, ꝙ testamẽtũ talis decedentis non valebit, nisi hæredes postea appellarent. Bal. distinguit, ꝙ aut bona fuerunt expresse adempta in sententia: & tũc a vera sit opi. Barto. aut non fuerunt adempta expresse, & tunc procedat glo. alleg. Io. autem de Imol. hic emendãdo ea quæ senserat in l. defuncto. ff. de pu. iud. simpliciter tenet, ꝙ testamentũ nõ valeat in vtroq; casu, etiã si hæredes postea nolint appellare: quia scđm eum ex quo tẽpore facti testamenti, & mortis suæ per sententiã: vt dictũ est, non est possibile ꝙ testamentũ eius valeat: licet postea hęres prouocauerit, ex quo fuit inhabilis vsque ad mortẽ, non potuit habere hæredem: vt l. eius qui. §. fin. s. eo. Tu autẽ aduerte in ista materia: quia Bar. alibi dixit pro sua opi. esse casum in l. si qua pœna. in princ. ff. de verb. sig. vbi videtur probari secundũ intellectũ, ꝙ pendẽte tempore dato ad appellandũ, sententia habet effectum quo ad obligandum reũ ad pœnã: ergo non idem operatur tẽpus appellãdi, qđ appellatio. Bald. referens ista dicta Bart. in l. vnica. C. ne ex deli. defun. in versi. sed iuxta hoc quæritur. dicit ꝙ Bart. intellexerit malè illã l. quia intentio illius l. nõ est dicere, ꝙ effectus sententiæ non suspendatur pendente tẽpore ad appellandũ: sed docere modũ appellãdi à sententia imponente pœnã statutã à iure: nam non debeo appellare à pœna imposita, quia l. dispõne non appellatur: vt l. ij. & ibi not. de appel. reci. ff. sed debeo appellare ab iniquitate iudicis [a], qui condẽnat me tanquam reum criminis, cũ non sum. Sed iste intellectus non est bene conueniens literæ: vnde tu dic sequendo ex parte intellectũ Bar. ꝙ infra tps appellãdi, pœna est debita, sed non effectu: quia est suspensa per tẽpus appellatiõis interponendæ. Et quod iste sit sensus iurisconsul. patet: quia iurisconsultus ponit ibi differentiam inter pœnam & mulctam, & vult pœnam deberi lata sententia, mulctam autem non deberi nec pendente tempore ad appellãdũ, nec pendente tempore appellationis, in istis duobus temporibus facit differentiam inter ista duo. † Sed pendẽte appellatione, si intelligeremus pœnam deberi efficaciter: sicut intelligit Barto. non esset differentia inter ista duo: quia appellatio suspendit pronunciatum ita in pœna, sicut in mulcta, quoad effectum. Vt ergo duret differentia posita in his duobus temporibus, inter pœnam & mulctam, dicemus ꝙ quando tex. dicit pœnam deberi statim post sententiã, intelligamus ipso iure. Et hoc est verum, sententia secuta: quia appellatio non tollit pronunciatum, sed suspẽdit in pœna. in mulcta autẽ tollit, ipso iure. & ratio differẽtię est: quia cùm pœna imponatur à lege mediante facto iudicis, & ab ipsa l. non fit prouocatio, vt dicit ibi iurisconsul. sed prouocatur quo ad l. quia nihil valet, cũ iudex potuisset esse nullus, vel nudus minister l. imponẽdo pœnam vbi non debeat, suspẽditur effectus pœnę. mulcta autẽ tota ꝓcedit à facto iudicis, & ideò nõ est mirũ si totaliter per appel. vel per terminũ datum ad appellãdũ, tollatur ipso iure. Pro declaratione istius q. debes scire, ꝙ Bal. in l. vnica. præalleg. & in l. iij. C. si pen. ap. mor. inter. sequitur opi. gl. in l. ex iudiciorum. contra Bart. pro qua gl. scđm Cy. alleg. ipse aliã glos. in l. si quis post accusationem. s. eod. ibi secus, si cõdemnatus ita ꝙ non possit retractari. Et ad argumentũ qđ facit hic Ioã. de Imol. respõdent ꝙ stat⁹

¶ Iudicis. Adde Felin. in c. ij. in fin. j. colum. ver. demũ. circa ꝑdicta. de spon.

cōdēnati, pēdēte tpe dato ad appellandū, nō est totaliter extin
ctus, sed est in pendenti: vnde & mortuo cōdēnato, si hæres e-
ius appellat, pōt reuiuiscere, vel potius remota snīa videtur du
rare. Ex hoc infert ibi, ꝙ taliter decedēs, pōt facere testm̄, & ꝙ
si bona nō sunt publicata expresse, hæres non habebit necesse
appellare: quia extincto crimine ī persona rei, extinguiť tacita
confiscatio in d. l. iij. Sed ista sua ratio potest intelligi duplici-
ter. vel ꝙ dicat statum condēnati esse in suspenso ꝓpriè: quia
adhuc nō sit capite diminutus, in eo qui appellauit: tunc ista ra
tio optimè cōcluderet, si esset vera. Secundo modo pōt intelli
gi, ꝙ verè pendēte tempore &c. iste cōdemnatus sit capite di-
minutus: sed ꝓpter spem appellationis interponēdæ dicatur
esse in suspenso: sicut dicimus, ꝙ ille est statu liber, qui nō im-
pleuit cōditionem libertis, sed ꝓpter spem futuræ libertatis i-
ta vocatur. Et accipiendo isto secūdo modo ista rō non ꝓce-
deret: quia etiā captiuus dum est in captiuitate, isto modo di-
citur habere suspensum statū suum in illa l. institutio. §. fin. ff.
de hære. instit. & tn̄ actus factus ab eo tēpore captiuitatis non
valet, nec validať per fictionē postli. quia nō reperiť extremū
habile à quo: vt l. eius qui. in prin. & ibi dixi. s̄. eo. Sed iste intel
lectus præsupponit vnum, quod cō. ter reprobať: quia glos. &
Barto. & cōiter oēs in l. furti. §. j. ff. de his qui no. infa. & in l. q
vltimo. ff. de pœ. & bene declarat Bar. in l. j. ff. de re iud. volūt
ꝙ pœna quæ infertur ipso iure, inferať statim post snīam effi
caciter infra tēpus appellādi. & sine dubio retēta ista cōis opi.
Io. de Imo. hic esset melior: qa appellatio īterponiť post mor
tem rei, quo tēpore cū reus sit mortu⁹, nō pōt haberi cōsidera
tio eius status, cùm nō pōt retrotrahi ad tēpus testamēti & sen
tētiæ, vt quis retro fingať nō fuisse infamis, vel capite diminu
tus: quia deficit extremū habilè à quo: vt l. bonorū. cum mat.
ff. rem rat. hab. Sed de subtilitate iuris verior videť opin. quo
rundā, quos refert glo. in l. furti. §. j. ꝙ etiā pœna quę infertur
ipso iure, nō inferatur efficaciter infra tempus appellandi: quia
priuilegium datum appellationi, ꝙ extinguat pronunciatū, vi
detur habere locum absolutè in præparatorijs actus appellā-
di: vt sicut pendente appellatione aliquis non est infamis, vel
capite minutus: ita nec pēdente termino dato ad appellandū,
qui termin⁹ datur, vt ille qui debet appellare præparet se vel
deliberet, vtrum velit appellare vel non, sicut dicimus ꝙ priui
legium absenti, ex causa reipublicæ habet locum in præparā-
te se ad absentiam, licet sit præsens: vt l. legato. ff. de lega. &
l. qui mittuntur. §. simile. ff. ex qui. cau. mai. bene facit text. in
l. posthumus. §. fin. cum l. seq. ff. de inoffic. testa. pro ista cōclu-
sione secundū intellectū Ioā. est quasi casus in illa l. furti. §. j.
in verbo, retro est infamis. ꝙ ille qui nō ꝓuocauit inter tēpo-
ra retro est infamis: modo si durante tēpore ad appellandum
iste esset infamis, verè nō esset opus dicere, ꝙ retro est īfamis,
id est, per retrotractionem quæ fit ad diem termini elapsi: qa
semper verè fuisset īfamis, etiam si nō fieret ista retrotractio.
Nō obst. iura alleg. per doc. quia dum dicit, ꝙ statim post sen
tētiam quis efficitur seruus pœnæ, vel mutat statum, ibi sta-
tim nō excludit dilationem, quæ datur ad appellandū: sed ex-
cludit dilationem pœnæ actualis, quæ aliquando nō infertur
incontinenti, sed ex interuallo. Et ista declarauit aliqua iura, vi
delicet tex. in l. qui vltimo. & in l. in seruorū. §. j. ff. de pœnis.
Vnde tex. in l. ij. ff. eo. dicit, ꝙ ille dicitur dānatus, qui nō ꝓuo
cauit: quod pōt intelligi, id est, quousq; nō prouocauit. & iste
est intellectus doc. vel melius, qui promisit labi totum tēpus
datum ad ꝓuocandū, quia tamē cōis opin. in hoc est in opposi
tum, ea retenta, vt dixi, opin. glo. & Bart. remaneret multum
dubia in ista q. tamen differūt in aliquo vt vidistis. ¶ Sed quæ
ritur ꝓ declaratione istius literæ, quid si effectus confiscatio-
nis etiā tacitę, transeat ad hæredes qn̄ reus est mortuus, & mo
ritur post cōfessionem à se factam in iudicio, vel post crimen
plenè per ꝓbationes liquidatum: super quo dixit Bald. no. in
l. j. C. si ex delic. defunct. ꝙ iudex mortuo reo ante snīam licet
nō possit condemnare reum, quia crimen est extinctum mor-
te, quo ad ipsius caput, poterit tn̄ cōfiscare bona, nisi hæres sit
paratus. reuocare cōfessionem defuncti: iuxta no. ī l. creditor.
§. iussus. de appel. ff. alleg. Specu. hoc tenētem in titu. de accu.
§. j. ver. quod si actū. & Barto. in l. j. ff. de priua. delic. qui cum
sua reuerentia nō dicunt hoc, sed vnum alium penitus diuer-
sum, volunt enim, ꝙ si fur vel latro in iudicio criminali confi-
tetur crimen, ista cōfessio faciet transire actionem furti pœna
lem cōtra hæredes ipsius furis: quia cū iudex in cognitione cri
minis quæ fit criminaliter tanq; persona publica, repræsentet
partē, perinde est ac si confessio fuisset facta pte p̄sente, & ex-
istente parte iudicis: quo casu, qa videreť lis esse conte. cū reo
actio pœnalis ciuilis transiret ad hæredes. vnde intentio ipo-
rum est, ꝙ ista cōfessio habeat vim litis conte. Et istud sufficit

a ¶ Snīa. Adde Fel. in rubr. de re iud. in x. colum.

in alijs actionibus pœnalibus vt trāseant ad hæredes, vt ꝓbať
in dictis iurib⁹. sed in crimine capitali ex quo fit cōfiscatio, nō
sufficit litē esse cōtestatā, sed debet esse lata snīa: vt l. ex iudicio
rū. ff. de accu. Qđ ergo cōfessio vel ꝓbatio in crīnalibus ha-
beat vim snīæ, est ꝓbandū, nec pōt dici iuridicè: nam ꝓbatio
in nullo genere iudicij habet effectū inductiuū, sed declarati-
uum dūtaxat, scđm glo. in l. sed si possessori. in §. fi. ff. de iure-
iur. & Bald. in l. j. ff. de cur. fur. Et hoc est qđ dixit Bal. in l. is
cui bonis. ff. de verb. obli. notoriū æquipollet snīæ, quò ad ef-
fectū declaratiuū, nō aūt quò ad effectum inductiuū. Cōfessio
aūt licet habeat effectū inductiuū ī quibuslibet, iuxta no. in l.
vnica. C. de cōfess. & in l. j. ff. eo. p Barto. in criminalibus tn̄ nō
habet hunc effectū, vt plenè declarat Barto. in l. ictus fustium.
ff. de his qui not. infa. & in l. infamē. ff. de publi. iudi. vnde ex
sola cōfessione in crīalibus, quis nō infamať. Quòd aūt pœna
confiscationis transeat ad hæredes, oritur ex vinculo inito ipsi
reo: vt ꝓbatur in l. ex iudiciorū. in fin. p̄ alleg. vel ex quasi con
tractu, qui oritur ex snīa, scđm Bar. no. in l. defuncto. in prin.
ff. de publi. iudi. vel ex legis autoritate, quæ secuta snīa affi-
cit psonam rei cōdemnati, quo ad pœnam, scđm Bald. qui sub
tiliter istud declarat in l. j. C. ne ex delic. defunc. Pro ista cōclu
sione facit optimè tex. in l. si quis filio exhæredato. §. eius qui.
j. de iniu. te. vbi probatur, ꝙ quāuis iudex sit interlocutus reū
esse puniendum, & scripserit ad imperatorē ꝓ pœna, et sic ni
hil restaret nisi ferre snīam: nō tamē inducitur effectus muta-
tionis status, qui p snīam induceretur, sed remanet reus liber.
sicut ergo nec inducitur ille effectus, ita nec induceť potestas
cōfiscandi bona post mortem rei: qa sic ꝓbatio vel cōfessio o-
peraret idem qđ snīa, quò ad inducendū ius de nouo. Et licet ī
quibusdā casibus inueniamus quo ad excludendam allegatio-
nē partis, paria esse cōclusum in causa, vel snīatum: vt not. Io.
And. in c. ij. de in integ. resti. lib. vj. & Bald. in l. error. C. de iu.
& fac. igno. & Bar. in l. si mater. §. eandē. in fi. ff. de except. rei
iudi. quātum tn̄ ad inducendū nouū ius, qđ prius nō erat, hoc
nō reperiť. Vnde ista opi. nō placet, nec sequerer eam in practi
ca. Cōsequēter quærūt hic Bal. & Ang. de duab⁹ qōnibus in-
7 ter alias, super quibus est describendum. ¶ †Prima qō est, vtrū
snīa banni trāseat cōtra hæredes, si aliquis est bānitus pro cri-
mine ex forma statuti. Et referēdo dicta Dy. & Bartol. in l. ex
iudiciorū. ff. de accu. qui vidētur discrepare inter se: breuiter di
stinguo, ꝙ aut bānū spectat post se snīam diffinitiuam, & ban
nitus moritur ante latam snīam: & tūc pœna nō trāseat cōtra
a hęredes, qa bānum est interlocutoria snīa[a]: vt in auť. item nul
la cōitas. & ibi per Bald. C. de episco. & cle. & in l. j. §. ex hoc
rescripto. ff. de ven. inspi. & ibi not. & ponit idem Bald. in l.
qm̄. ff. de his q not. infa. & in l. fi. C. si à nō cōpe. iudic. quæ in-
terlocutoria nō transit quò ad pœnam cōtra hæredē: vt l. j. in
fi. ff. si qs ius dicēti nō obt. Cōfirmať ista cōclusio: qa l. ex iudi
ciorū. requirit snīam esse latā, sed noīe snīæ in dubio venit dif
finitiua: vt l. j. §. biduū. in tex. & glo. ff. qn̄ appel. sit. ergo non
sufficiet interlocutoria. Si verò post bānum lata sit snīa diffini
tiua in absentē, & ex forma statuti bānum ipsum elapso certo
termino, habet vim diffinitiuæ: itaq; nō expecteť alia diffini-
tiua tūc; quia verè si esset lata snīa, pœna trāsiret ad hæredes:
licet fuerit lata lite nō cōte. & in absentē cōtra formā iuris. Et
hoc tenet Barto. in d. l. ex iudiciorū. cuius dicta sicut declarat
Barto. hic, & idē ponit multū eleganter in l. j. C. ex delict. de-
func. Pro ītellectu istius q. dico, ꝙ aliud est quærere, vtrū ban
nitus ex forma statuti ꝓ maleficio, & secuta snīa diffinitiua ī
absentē, tacitè pdat bona, si expresse nō adimūtur sibi p iudicē
vel sta. & aliud est quærere, posito ꝙ sta. ad cōdēnationē pso-
næ expressè adimat bona, vel ꝙ iudex ī snīa expressa illa pu
blicet, vtrū ista snīa transeat in hæredes: hanc differentiā feci,
qa Io. de Imol. hic implicat ista duo simul, & tenet ꝙ condē-
natur ex forma statuti in cōtumaciā, & nō perdat bona nisi ex
pressè sint adempta. alleg. Bald. qui hoc dicit in l. Gallus. §. qd
si tm̄. j. de lib. & posth. Tu aūt dic vt dixi in l. eius qui. §. s̄. eo.
& quædā in addit. in l. si quis post. s̄. eo. Super secūdo artic. se-
quēdo snīam Bal. in effectu s̄. positā, quæ est verissima, & ma
ximè p rōnem quā assignat Bar. ī d. l. ex iudiciorū. de quo dic
vt ibi per eū, & hic Moder. Dicit tn̄, ꝙ si snīa lata in cōtumacē
fuisset lata sub cōditione, sicut cōiter solet ferri, si reus venerit
in fortiā curiæ: tūc reo moriente priusq; venerit in potestatē,
nō cōfiscabunť bona: qđ est sine dubio, qn̄ bona venirent taci
tè cōfiscanda, inquantū ad snīam latam cotra primam, & simi
liter qn̄ essent cōfiscata expressè sub eadē cōditiōe. ¶ Circa se
cundā q. cū quæriť, vtrū bānitus qui ex forma statuti pōt im-
pune occidi vel offendi, si est petitum bānum ꝓnunciari nul-
lum, vel si est petitum bānum cassari, interim possit offendi.
Sunt opin. quia Dyn. tenuit, quòd bannitus possit offendi. Sed
Bartol.

Bart.in l.iij.§.si seruus.ff.de acqui.pos.tenet oppo. per rationes suas,quas vide ibi per eum,& hic recitatas per Mod.Bar. & Ang.hic dicunt,ꝙ si bannitus verè erat nulliter bannitus, vel iniustè,ita ꝙ bānum deberet cassari,qđ apparebit ex sententia ferenda super illo processu:tunc bannitus non potuit occidi.& ita intelligunt doct.Barto.in §.si seruus.Si verò non erat nulliter bannitus vel iniustè:tunc potuit offendi, iuxta formam statuti.& ita intelligunt dicta Cyn.tenentis contrarium.Eandem distinctionem posuit Bal.in l.iij.in fin.C.de appel.& in l.j.in ij.colum.si à nō compe.iudi.& in authen. quæ supplicatio.in fi.C.de preci.imper.offe.Mouet in primis duobus locis diuersis rōnibus.prima ratio est,quā ponit in d.l. iij. quia allegatio nullitatis non rescindit pronunciatū, sicut appellatio:quia qđ non est,rescindi non potest:vt l.nam & siue ro rūpendo.j.de iniust. testa. Vnde si vere sententia erat valida,& per allegationē nullitatis non fuit suspensa nec sublata: ergo occisus erat bene bānitus.Sed ista ratio non videtur esse sufficiens:quia licet processus pendens super nullitate, nō tollat vel suspendat sententiam,suspēdit tñ executionē sentētiæ: quia incertum est vtrum sententia sit exequēda, ex quo dubitatur de validitate ipsius. declarat ipsemet eleganter in l. ab executione.in vlti.col.C.quorū appel.non reci.ita tenet Bar. expresse in l.j.ff.qñ prouo.non est neces. vbi dicit attentata suspendi,pendente appellatiōe.Et hoc videt̃ esse rationabile: quia si restitutio in integ.suspendit executionē sentētiæ,eo ꝙ dubitatur vtrū sententia sit rescindenda vel non: vt l.si causa cognita.in prin.C.de transact.& l.j.C.si sæpius in integ.restitu.posthu.multofortius quæstio nullitatis debet suspendere, per quā reuocatur in dubiū vtrum sententia valeat de p̄senti. Vnde ad arg.respondeo formaliter: & dico ꝙ licet non suspēdatur sententia,suspēdit̃ tñ executio propter incertitudinem, vt dictum est.Secunda ratio sua in l.j.si à non cōpete.iudi. est ista:ꝙ licet pendente q.nullitatis, iudex & respublica nihil debebant innouare:tñ ista suspensio non operat̃ effectū, respectu occidentis bannitum,q est pars litis:iuxta tex.cū glo. in l. credi.in prin.ff.mand.Sed ad istud rñdet hic doc.imo ipse idē Bal.sed non in ista q.†Et dū concludunt,ꝙ pendēte appellatione,bannitus nō pōt occidi[a]. in quo cōiter cōcordant oēs: dicunt enim,ꝙ regula legis, creditor.nō habet locū,vbicunq; tertius attentās aliquid pēdēte appellatiōe vel lite, capiat fundamentū ex processu,vel sententia lata in lite seu in causa,tertius autē occidit bannitū,p̄textu sententiæ latę contra ipsum. in authen,supplicatio.p̄alleg.videt̃ se fundare alia ratione, q̄ sumitur ex dictis suis in præceden.q.non in ista:quia licet pēdente nullitate,posslt impediri executio fienda,si pars se opponat:non tñ si executio est facta,parte nihil opponente, fit retractio executionis per viā attētati,sed retractabitur executio si apparet sentētiam esse nullā.allegat Inno.quē ita intelligit in c.cū in iure.de offi.deleg.& ex isto dicto sequeretur, ꝙ occidens bannitū posset puniri,si postea sequeretur sententia quæ declaret bannū esse nullū,aliàs non puniretur.& ita tenet ipse ibi in fin.Doct.Moder.hic in ista materia multū instāt,& in effectu dicit Io.de Imo.cōsiderādos esse duos casus. Nam aliquādo secundū eū,sententia banni dicitur nulla, aliquando petit̃ cassari,vel ex forma statuti,vel per integram restitutionē de iure cōi.¶Primo casu dicit,ꝙ si petitur vel intētatur nullitas,quæ est manifestè calumniosa,bānitus pōt impunè occidi. alleg.l.ij.C.de fal.& l.qui cū maior. §. libertus. ff.de bon.lib.Et hāc conclusionē posuit primò Bal.in melioribus terminis,in l.j.C.si à nō compe.iud.vbi dicit, ꝙ si iudex videt allegantem nullitatē esse in manifesta calumnia.pōt facere executionem sententiæ per iura p̄alle.& per not.in l.fin. C.de ordi.cog.Si vero allegans nullitatē non sit in manifesta calūnia:tunc in effectu dicunt,ꝙ in casibus in quibꝰ exceptio nullitatis impediret executionē sentētiæ, non posset occidi. de quo vide per Barto.quem ipsi referunt in l.iij.§. condemnatum.de re iudi.multofortius in isto casu bannitus non poterit occidi:quia ista occisio est quædā executio bāni, & sententiæ latæ cōtra bānitum:vbi autem exceptio nullitatis nō impediret executionē sentētiæ,qđ est qñ exceptio non est notoria nec excipiens,offert se paratum probare incōtinēti:tunc licet sit magis dubiū,adhuc tenet idē,ex quo ista executio est irretractabilis:vnde poterit impediri executio, & sic exceptio nullitatis requireret altiorē indagīnē.Allegat singulare dictū Pau.de Elea.in c.j.de re iudi.vbi dicit,ꝙ q̄uis excep.nullitatis non impediat executionem trium sentētiarū cōformiū: istud est verum,nisi vbi executio esset irretractabilis.Facit optime tex.qđ ibi not.in l.qui pœnæ.ff.de manu.vbi probatur,quòd alienatio quę nō esset à l.prohibita propter accusationem de crimine est prohibita,si sit irretractabilis.Secundo casu,qñ nō dicitur sentētia nulla,sed petitur cassari in effectu,dicūt idem qđ in p̄cedēti,per ea quæ habent̃ in l.defendēte.ff.de auto. tuto.& in l. vnica.C.de in integ.resti.post.& in c.suscitata.de restitu.in integ.in cuius decretalis intellectu,discordat hic Ioā. de Imol.à dictis Bart.in d.l.defendēte. quia Bar.vult ꝙ tunc iudex probabiliter possit suspicari cōtra petentē restitutionē, qñ probatio læsiōis nō est notoria,vel eā non offert incōtinēti probare, dūmodò aliunde nō causet̃ suspitio, tñ debet fieri executio:& istud videtur magis de mente literæ. In casu tamen nostro,quia executio est irretractabilis,ipse sentit, licet non multum clarè hoc dicat, quòd dummodò petēs rescindi sentētiā siue bānū,non sit in manifesta calūnia, impediat̃ executio,licet iudex suspicetur cōtra eum.Tu autem in ista materia difficili considera duos casus.Nam aliquādo quæritur vtrū quādo bānum est vere nullum,vel aliquis iniustè bānitus, & verè debet cassari offendēs bānitum cum legitime offendat,licet nulla pēdeat petitio nullitatis vel cassationis.aliqñ quærit[a] si pendente petitione nullitatis vel cassationis, vtrum ille qui verè est legitime bānitus,vel iustè est bānitus,ita quòd non debet cassari bannum,ex hoc solo quòd pendet quæstio nullitatis vel cassationis possit offendi.¶†Super primo concludē breuiter, quòd nulliter bannitus non potest offendi impunè à sciente eū non esse legitime bānitum:quia ille taliter condemnatus nō cōprehēditur sub verbis statuti:vt l.si quis filio. §.si quis.de iniu. testa.& in l.ij.in fin. ff. de pact.& hoc dicit Barto.expresè in l.fin.ff.de adul.& plenius declarat Bal.in l. j.C.si à non cōpe.iudi.p̄allega.Et idē est dicendum, qñ bānū à principio fuisset validum,sed fuisset ipso iure sublatum, vel per solutionem cōdemnatiōis,vel ex gratia facta à superiore, licet non esset cācellatus de libro bānitorū.ita consuluit elegā[b] ter Ange.cōsil.suo ccxcij.qđ est verum, nisi statutū dicat, ꝙ bānitus nō cācellatus possit impune occidi,secūdū Bal.qui ita singul.determinat in l.huiusmodi.§.si ita.ff.de leg.j.licet aliter dixerit,& nō bene in l.Labeo.§.j.in vlti.q.ff.de pact.Amplius dixit nō.idē Bal.ꝙ si bānū nō sublatū ipso iure,sed tñ iā est cōmissum alicui,vel aliquibus,ꝙ bannitus debeat rebanniri,adhuc non poterit impune offendi:quia iam est notorium, quòd est restituendus banno: ita tradit ipse in lege, si creditoris.C.de fidecom.Et licet ibi forte non vtatur bona ratione, pro illa tamen conclusiōe videt̃ gloss.esse sing.&pulchra,in l. si quis filio.§.ꝙ si quis.j.de iniusto test.q. dicit,ꝙ dānatus decurio ad bestias cōtra dispositionē iuris,dicit̃ esse integri statꝰ, & pōt testari:nō qa snīa nō valet ipso iure,sed quia prima facie manifestū est,ꝙ debeat emēdari.Vñ ille qui est dānatus secundū gl.q. si est vera manifestè:determinat q.super qua scripsi,ꝙ decedens pēdēte tpe dato ad appellandū,qa est capite diminutus,reuocabiliter cū appellādo postea possit rescindere pronunciatū,& habeatur perinde ac si non esset capite diminutus,& sic valet testamētū,&bona nō possint confiscari,si tacitè fuerunt adempta. Sed illa gl.fortè posset procedere in casu illius §.qñ esset notoriū sentētiā esse reuocādā alio nō probato.Et sic decidit casum Bal.in l.creditoris:quia post cōmissionem factā de restituēdo bānitū:iam esse notoriū ipsum debere restitui.Et habet magnā æquitatē istud dictū,licet intellectus gl.nō placeat mihi ad tex.§.qđ si qs.nec intellectꝰ Bartol.vt.j.dicā:illud autē qđ dixit Bal. in d.l.si creditoris. ꝙ rebānitus sub cōditiōe potestatiua,quā facile posset implere,nō possit offendi, videt̃ dubiū:qa cū cōditio potestatiua de sui natura suspendat dispositionē:vt l.iā dubitari.j.de hære.insti. videtur imputādū ei qui pōt implere cōditionē si non impleuit. & interea videt̃ remanere bānitus.Vtrū autē interficiens bānitū possit excusari p̄textu ignorātiæ in aliquo casu,ita vt nō puniat̃,vel mitius puniatur:ista est alia qō, de qua dicēdū est vt tradit Bart.in d.l.fi.de adul.p̄alleg.Io.And.in mercu. sua in regula quæ quis mandato.de reg.iur.& Ange.in cōsi. alle. circa secūdū casum principalē,dubitatio pricipaliter videt̃ stare in hoc:vtrū pēdētia nullitatis,qñ nullitas est intentata per viam principalis petitionis,ipso iure impediat executionē sententię[b].super quo est magna varietas inter doct.quia Angel. in l.iij.§.cōdēnatio.de re iud.& Io. de Imol. ibi allegās idem tenere dominos de Rota cōclu.sua cclxxxj.simpliciter concludunt sequētes Inn.in c.cū in iure.de offi.deleg. quòd sola pēdentia nullitatis nō impediat executionē sententiæ: nisi illa tas, cuius quæstio pendet,allegetur postea per viam exceptionis ad impediendum executionem,quo audietur vel non audietur excipiens: sicut distinguit Barto.in dicto §.condemnatum.vt optime declarat ibi Ioā.de Imol.hanc opinionem secutus est Bar.in l.si expressum.in pen. colum. ff.de appel. refert & sequitur Ant.de But.in c.dilecto.in vlti.char.extrà,de appel.idem tenuit Bal.in l.j.C.ne li.in vna eademq; causa ter

[a] ¶Occidi. Vide latissime d.Alex. de Imol.in l.iij. §. si seruus.in prin.ij.colum.cū seq.in ver. extra gl.de acq.poss.& omnino in l. fi.de adult.& in cō. suo xxxv. iij. pte. & Pau.de Cast. in consi.xxx.& dom. Alex.in l.nō tātū. de appel.

[b] ¶Sētentiæ. Vide Firmanū in suo aureo reper.ver.nullitatis.ver.vj.

tio prouo.& in l.illa.in prin.ff.de feri.vbi videt̃ hoc limitare, nisi qȯ nullitatis pendeat coram eodẽ iudice, qui habet exequi sñiam:sed ista limitatio nõ est cõis,dictũ autẽ principale videt̃ esse cõe,pro quo dicit ibi esse casum meliorem iuris in l. fi.de or.cog. Et si ista opin.est vera reducendo eam ad ꝓpositum,cũ de nullitate fuerit dictum,non per viam exceptionis, sed ꝑ viã querelę & pñcipalis petitõis,qȯ videt̃ remanere sine dubio,ꝙ bãnit⁹ potuit ĩpune offendi. Vnde superfluũ fuit adducere,vt adducit hic Ioã.de Imo.distinctionẽ Barto.in §.cõdẽnatum.qa hic nõ opponebat̃ nullitas per viam exceptionis. Debuit ergo esse cautus bãnitus, vt ꝓposita querela nullitatis,faceret publicè inhibere vnicuiq;,ne posset offendi. Et credo ꝙ iudex deberet hic facere in isto casu,ex quo aduersus eũ q̃ põt offendi, nõ bene ei subuenit ꝑ viam querelæ.Sed ista opin.s̃.relata,videt̃ esse cõior:opin.tamẽ Bart.in §.si seruus.videtur esse verior,quã tenuit idem Bart.vt s̃.retuli in l.j. C.qñ prouo.nõ est ne.& Bald.in l.ab executione.C.quorũ app. nõ reci.& in l.j.C.si à nõ compe.iudi.licet ibi restringat dictum suum ad executionem quæ debet fieri per iudicem,nõ per tertium offendẽtem bãnitũ.Sed ista distinctio nõ videt̃ rõnalis: quia qđ nõ licet iudici,nõ debet licere parti cuius factũ hic subrogat̃ loco facto iudicis:sicut dicimus in creditore,qui ingreditur rem propria autoritate,in l.pe.& ibi per Bald.C.de pigno. actio. Et ideò ipse idem dicit cõtrariũ in istis terminis in l.oẽs populi.pen.char.ff.de iusti.& iur. Et ꝙ ista opi.si vera,probat̃ à fortiori,vt s̃.dixi:quia si restitutio in integrum suspendit executionem sentẽtiæ:vt s̃.dictum est,& j.aliquid dicetur:qa tñ præsupponit sñiam valere,ergo multofortius qȯ nullitatis,vt etiam s̃.declaraui. Secundò,quia pro ista cõclusione videt̃ casus clarus in clemẽ.j.de re iudi.quam induco̾ sic:dicit̃ ibi,quòd de nullitate nõ potest agi,qñ sunt latæ tres sñiæ cõformes, nisi prius facta executione dictarũ sñiarũ:modo si sñia nullitatis per viam principalis petitionis nõ impediret executionem sñiæ,frustra ꝓhibetur ibi agi de nullitate ad hoc vt sñia plenius posset mandari executioni:quia etiã pendẽte q.nullitatis eodẽ modo possit fieri executio. Et si ista opi.est vera,quæ prima facie videtur verior,tũc relinquit̃ simpliciter opi.Bar.in §. si seruus. Nõ ob.tex.in l.fi.C.de ordi.cogn.quia idem dicas,vt d.Ioan.de Imo.in §.cõdemnatũ.ꝙ ibi ꝓsumptio calũniæ erat cõtra agẽtem de nullitate:vel dicas & verius,ꝙ quasi possessio libertatis in qua erat sibi seruus, pro quo erat lata sñia,facit vt quæstio nullitatis mota nõ impediat executionem, ne si impediret̃ executio existẽs in quasi possessione libertatis, nõ habeatur pro libero quò ad oĩa,cuius cõtrarium est de iure:qa debet haberi pro libero,etiã pendẽte lite:vt l.j.circa fi.de ꝓbatio.& l.iij.§.si seruus.ff.de acquir.pos. Et pro ista conclusione facit optime tex.quẽ alleg.hic Pau.de Castr.in c.solet.in fi.de sñia excom.lib.vj.probat̃,ꝙ excõicatus qui dicit sñiam excõicationis nullam,preterquã quo ad actus iudiciales,interim nõ debet haberi ꝓ excõicato:ipse tñ sequitur hic opi.& distinctionem Bart.nec aliàs statutum qđ ꝑmittit bãnitum offendi impune de facili possit à bãnito elidi:sed scđm hoc idẽ habes dicere in excõicato de censura ecclesiastica,cũ de facili elidi possit,si actus legitimi extraiudiciales ab eo facti nõ deberent valere,si postea declaret̃ excõicationẽ fuisse validam. Vnde tenẽda est simpliciter opin.Bar.in d.§.si seruus.qñ diceretur de nullitate bãni:cui adde,qđ singulariter tradit Bald.quem allegãt hic Moder.in l.cùm quis duas.C.de adulte.vbi sequẽdo simpliciter opin.Bar.in §.si seruus.addit ꝙ l.ij.C.de fal.satis aperte dicit,executio nõ impeditur seu lis mota ciuiliter,qñ excipiens est in euidenti calumnia:tñ nõ habet locũ qñ executio esset irretractibilis: & sic vult,ꝙ ĩ illo casu etiã si notorium sit bãnitum & validũ,nihilominus nõ possit fieri executio pendente qȯ.nullitatis. Sed cõtrarium tenet hic expresse Ioan.de Imo.& ipse idem Bald.vt s̃.retuli in l.j.C.si à nõ compet.iud. & hoc credo verius. Si autem ab executione nõ deberet retardari,vel quia iudex præsumeret excipere cõtra excipientẽ,vel quia nullitas nõ posset probari incõtinẽti,credo ꝙ tunc cùm executio esset irreparabilis impediretur executio : sicut dicit Io.de Imo.& hoc casu vera esset doctr.Bald.in d.l.cum qui. pro qua facit optimè quod singul.ponit Barto.in l.ij.ff.de appel.reci.vbi vult,quòd quãuis pendẽtia appellationis in iudicio possessorio nõ impediret executionem sentẽtiæ,hoc tamẽ fallit,nisi præiudicium esset irreparabile. ¶ †Sed remanet dubium,quando bãnum petitur cassari,quod de se est validum: vtrum pendẽte petitione sit dicendum idem , quod pendente iudicio nullitatis. Bar.dicit,ꝙ sic:sed tex.quẽ ipse alle.in l.si qs filio.§.ꝙ si qs.secundũ veritatẽ nõ probat,licet secũdum intellectum gl.probet. Potest tamẽ dici etiã retento intellectu gl. quòd ibi notorium erat sentẽtiam esse retractãdam : meli⁹ tñ est intelligere & magis de mente literæ, ꝙ etiam in illo casu illius §.sentẽtia sit nulla:qa fuit lata iuris errore expresso.qđ potuit euenire:quia iudex ita dicit,quia ex legis dispositione pœna ordinaria dãnationis ad bestias potest imponi decurioni,ideo cõdemno te &c.hoc autem dico præter ea quæ tradit Barto.in l.mortis.§.iste ferę.ff.de pœ.sed quicunq; intellect⁹ sit verus,nõ multũ curo pro nunc. Et quòd pendẽte petitione cassationis bãni bãnitus possit impune offendi,videt̃ probari tali ratione,ꝙ incertum est,quòd ante restitutionem vel cassationem iste est verè bãnitus,intantũ ꝙ inhabilitas quo ipso iure cõsequitur ad bãnum ducat. Casus est no.in l.j.§. deinde. & §.de qua. in ver. absolutus.ff. de postu.iuncto §.ij. loco.in versi.& qui rei capitalis &c. Idem probat̃ in simili in l.qui se dat.ff.de iudi.vbi seruus qui est liberãdus per sentẽtiam,inter ea nõ dicitur liber,etiã pendẽte iudicio. Et ex illo text. arguit ibi Bald.ad q.nostrã,ꝙ anteq̃ casset̃ bãnum,bãnitus põt impune offendi. Sed ꝙ bannitus possit occidi,videt̃ esse qualitas quędã,quæ causat̃ in ipso iure per bãnum:ergo ista qualitas nõ videt̃ sublata,vbi bãnum nõ est recisum:occidi enim bãnitum à priuato,nõ est propriè executio sentẽtiæ,nec occidẽs est minister iuris:vt dicit glo.not.in l.accusationis.C.de accu.sed esset beneficium vel facultas causata ipso iure per bãnũ in odiũ bãniti. Quicqđ tñ sit,credo cõem sentẽtiam esse verã:quia nõ debet plus licere priuato,q̃ iudici qui est minister public⁹, maximè cũ factũ eius succedat aliquo modo loco executoris publici:vt s̃.dixi. Sed ad hoc remanet vna dubitatio,ꝙ si bãnitus offendit̃ pendẽte nullitate vel cassatione,& postea deseratur instantia nullitatis vel cassatiõis,ita quòd ex forma statuti sententia cõfirmatur[a] inexpugnabiliter:vel quòd si postea declaratur bannũ esse validum,& nõ cassandũ, anteq̃ occidẽs bãnitũ sit punitus,vtrum postea possit puniri. Bal.hic mouẽs istam q.in occidente bãnitum pendẽte appellatione,simpliciter dicit, ꝙ poterit puniri : qa ex quo fuit quæsitũ ius fisco propter offensionẽ factam pendẽte ꝓcessu,tale ius ex negligẽtia non ꝓsequẽtium instãtiam nõ debet fisco auferri:vt l.quoties.§.final.ff.de noua.& l.fi.& quod ibi not.ff.de pact.pro cuius conclusione facit optimè tex.in c.licet.de sent.excõ.lib.vj.vbi patet,ꝙ actus factus nulliter propter pendentiam appellationis nõ recõualescet,licet postea appellatio deserat̃:per quem tex. generaliter tradunt do.istam regulam in c.sępe.de appel.& alleg. ibi d.Abb.Moder.dominos de Rota ita tenẽtes cõclusiõe sua cxxvj.& Archid.viij.q.iij.in summa. Et ista dicta vident̃ esse meliora,q̃ id quod dicit singul.Ioã.de Imo.& Io.Andr. post eum in d.c.licet. qui volunt,ꝙ quãdo attẽtatum pendẽte appellatione respicit de directo executionem sentẽtiæ:tũc si appellatio postea deserit̃,nõ reuocant̃ attentata pendẽte appellatione,per l.cùm ex causa.ff.de app. Sed tu potes dicere tenendo cõmunem sñiam in d.c.sæpe.ꝙ nõ est sumendũ argu.à cõtrario sensu ĩ d.l.cũ ex causa.sicut nõ sumitur ibi quò ad alium effectum,secundũ glo.in c.nõ solum.in iij.vel iiij.glo. de appel.lib.vj. Et dato,quòd illa dicta essent vera,adhuc vera esset doctr.Bald.in casu nostro:quia in dicta doctrina agitur de præiudicio partis,quæ fuit negligens in prosequendo appellationem:sed hic agitur de præiudicio eius cui ius erat quæsitum. Potes etiam dicere quòd occisio bãniti facta priuato,nõ est directa executio:vt s̃.declaraui.

a ¶ Cõfirmatur. Nã vt dicit Bald. in l. furti.§.j.in ij.nota. de his qui no.infa. appellatio deserta fingitur nõ interposita, & sic sñia remanet firma.

b ¶ Ignorat. Vid̃ gl. in clemẽ.j.de ꝓcu. xvj.quæstio. & ibi vide glos.

SVMMARIVM.

1 Procurator licet verè sit cõstitutus procurator,si tñ hoc ignorat, non potest aliquid gerere in præiudicium domini.
2 Mandatum est contractus, qui perficitur consensu duorum.
3 Incertus de statu suo in extremo mortis articulo constitutus, an potest relinquere & testari ad pias causas.

QVi in domi. Hoc dicit cum l. sequ. Ignorans,errans,vel dubitans de statu suo, non potest facere testamentum. ¶ †Nota primò ex his duabus legibus simul iunctis, quòd aliud est ignorare, aliud est dubitare,& aliud errare de quo dicitur in gloss. l.de statu.j.eo.quæ declarat istam differentiam eleganter,& in rubric.ff.de iur.& fac.igno. ¶ †Secundò nota argu.ex illo textu secundùm Bald.hic, quòd procurator licet verè sit constitutus procurator, si tamen hoc ignorat,[b] non potest aliquid gerere præiudicium domini:quia ignorat factum suum:pro quo adducit text.in l.quæro.suprà, de eo qui pro tuto. nego.ge. & in l.iij.§.sed si tutor.ff.iudica. sol.& in l.qui erat hæres.ff.famil. ercisũ. Et hoc dixit tenere Archid.& Ioan.And.in cap.is qui.de procurato,libr.vj.licet Dyn.te

a Dynus tenuit aliter, & nõ bene in quodam suo consilio[a], qđ consilium Dyn. reprehendit expresse per ista iura in l. si pupil li. §. item si procuratori. in fi. §. ff. de nego. gest. & sequitur hic Ioan. de Imol. adiungens ratione: quia contractus mãdati, est contractus qui contrahitur consensu: vt l. consensu. ff. de act. & obli. Sed tales contractus non perficiunt, nisi per medium nunciorũ vel epistolæ: vt tradit ibi per gl. & per Bart. plene in l. absente. in prin. ff. de don. ergo videt, ꝙ antequã procurator acceptet mandatũ sibi delatum per nunciũ vel literas, non fit procurator. Et per hãc ratione infert ipse, ꝙ etiã si procurator sciat se esse creatum procuratorem, nihilominus nouerit procuratorem, nisi post nunciũ vel literas acceptas, & post acceptatione mandati: & ita dixit sentire Archi. & Io. And. in d. c. is qui. de procura. Tu autẽ aduerte: quia Bal. mouens istã q. solenniter in l. falsus. C. de fur. in iij. char. refert cõsilium quoddam Bart. quòd incipit, qñ procurator constitutus &c. In quo Barto. reprehendendo Dyn. tenet vtranq; conclusionem supradictã, videlicet ꝙ procurator ignorans se habere mandatum, non põt obligare dominũ, nec etiã procurator sciens se habere mandatum qui nondũ mandatum recipit. Et hanc conclusionem tenet glo. in cle. j. de procur. in ver. receptis. & in clem. ij. eo. titu. in versi. habeam. pro qua opi. videtur casus in l. is qui. & in c. super. in fin. de appel. el ij. Ipse autem in d. l. falsus. distinguit, ꝙ aut præsentatio mandati requirit pro forma: & tunc procurator nihil potest ante receptionem nuncij vel literarũ. Videtur autem intelligere hoc esse pro forma, quando constituẽs non intendit antè constituere procuratorem, quàm mandatum procuratori psentetur, sicut dicit tex. in simili, in l. qui absenti. in prĩ cip. ff. de acq. pos. vbi vero psentatio non requirit pro forma: exemplũ, qñ quis constituit procuratorem simpliciter, nec misit nuncium epistolã ad hoc notificandũ, vel qñ misit nũcium vel epistolam: nõ tñ apparet ꝙ hoc fecerit, vt mãdatum nõ esset perfectũ incontinẽti. & tũc dicit, ꝙ procurator est incontinenti procurator, & etiã si ignoret se esse procuratorẽ, valet factum ab eo: probat per l. bonorum. in secundo respõso. ff. rem rat. ha. vbi probatur, ꝙ ratificatio quæ habet vim mãdati, approbat actũ in præiudiciũ ratificantis: licet ille sit mortuus vel cœperit furere. Et sic patet quòd ad inducendũ mandatũ non attenditur mens & scientia procuratoris. Sed hoc est dicere cõtra casum expressum in l. j. §. fin. cũ l. seq. ff. de procur. vbi tex. dicit, ꝙ procurator põt constitui absens, dũmodo acceptat mãdatum: & quia furiosus nõ põt cõsentire, ideò non põt constitui procurator. Et sic vides expresse, ꝙ in eodẽ exẽplo, scilicet furiosi, ponitur differentia. s. inter mandatum & ratificationem.

2 †Et ratio differẽtiæ est: quia mãdatũ est contractus qui perficit consensu duorũ: vt l. consensu. præalle. sed non ratificatio, licet in quibusdã cõparetur mandato: vt in regula, ratihabitionem. de reg. iur. In hoc tñ differt: sicut & in alijs multis: quia est actus qui pendet à sola voluntate ratificantis, & ideo potest fieri in absentia eius qui gessit actum: vt in l. Pompo. de neg. gest. & ibi per Bar. ff. de neg. gest. Vnde qñ procurator ignorauerit sibi cõpetere mandatum indubitanter: vera est opi. Barto. per ea quæ sunt suprà dicta. Licet autẽ ignorãtia mandati impediat officiũ procuratorũ: nõ tñ ignorantia conditionis purificatæ, sub qua fuit data potestas procuratori. ita dicũt singu. Archid. & Io. And. in c. si tibi absenti. de preben. lib. vj. quæ dicta infert & sequitur Bald. in l. hæc sententia. in fin. C. de sen. quæ sine cert. quanti. Vbi autẽ procurator scit se esse cõstitutum procuratorẽ, est maius dubium, vtrum si non recipit mãdatum per nuncium vel epistolam, possit gerere actũ. Nam Bal. solenniter distinguens istũ articulum in l. j. in principio. ff. de procurato. dicit, ꝙ speciale est in contractu mandati, ꝙ possit contrahi inter absentes sine medio nuncij vel epistolæ per tex. in l. ij. in fi. præalleg. sed cur sit speciale non docet. Ang. autem ibi tenet cõem sententiã, contra quã nõ cauillando literã videtur casus in d. l. j. in fin. iuncto §. j. eiusdem legis. dicitur enim in §. j. ꝙ procurator põt constitui præsens, vel p nuncium aut epistolam. In fine autẽ illius l. & in l. seq. dicitur simpliciter, ꝙ procurator põt cõstitui in absentia, dummodo ipse ratificet cõstitutionẽ. Certe si intelligeret ipse ver. si. quãdo interueniret nuncius, vel epistola, repeteret idẽ quod in §. j. dixerat: qđ nõ est cõueniẽs nec verisimile, nisi dicas saluãdo cõem opi. ꝙ repetit idem, & addit hoc, videlicet ꝙ si procurator est cõstitutus per nũciũ vel epistolã, non est perfectum nisi acceptet: sed cũ istud sit de substantia cõtractus vltro citroq; obligatorij, satis videbatur intelligi in verbis positis in §. j. Pro ista conclusione videt esse casus not. scđm intellectum Guil. quem sequitur ibi Bal. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oport. vbi probat, ꝙ si ego patior aliquẽ agere p me, & non prohibeo, licet ego sum absens à loco iudicij: ex sola ista patientia inducitur tacitum mandatum, vel dicendo magis propriè quoddam quasi mãdatum, ex quo fit executio sententiæ in dominũ in subsidium: vt ibi declarat Bal. in l. j. ff. de neg. gest. Si ergo in absentia inducitur quasi mandatum ex sola patientia: ergo multofortius ex expressa cõstitutione procuratoris concurrente scientia ipsius & acceptatione, inducit mandatum verum. Pro qua conclusione adduco tibi glo. not. in l. si pupilli. §. item, qui in secunda solutione. ff. de nego. gest. qui vult, ꝙ si ego mandaui tibi fortè psenti, vt gereres negotia mea, & tu repudiasti mandatum gerendo postea negotia mea, videris acceptasse mandatũ, & teneris actione mandati: & sic patet, ꝙ potest fieri acceptatio mandati in absentia cõstituentis: licet nõ sit præsens cõstituẽs, vel non interueniat nũcius vel epistola. Et ista opi. forte posset sustineri disputando. Sed quia non potest assignari bona ratio differentiæ, quare in alijs contractibus qui contrahuntur consensu debeat interuenire nuncius vel epistola, & non in hoc, tutum est tenere communem opi. & ad tex. in authen. qua in prouincia. s. tene alios intellectus allega. ibi positos. & ad materiam vide Barto. in l. multum interest. ff. de conditio. & demõstra.

Si quid post. Hoc dicit:Solẽnitas quę requiritur in confectione actus,requiritur in detractione vel additione ad actum:sed non in declaratione ipsius actus.Secunda est ibi:quod vero.quæ declaratur p multa exẽpla.¶†No.primò,quòd oratio declaratiua non dicitur aliquid inducere de nouo, sed magis inductum ostendere: vt l.adeo.§.cùm quis.ff. de acqui.re.domi.& ideo talis declaratio semp trahitur retro ad tempus dispositionis factæ:vt plenè traditur in text.& gloss.in c.cùm tu.extrà,de vsu.& plenè per Bart.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.in illa quæstione,qualiter lex trahatur retro.Et idem dicit singu.Io.Andr.in titul.de testi.§.nunc dicendum.ver.hoc not. quòd si datus est terminus ad ponendũ & articulandum, post lapsum terminum põt fieri declaratio positionis prioris:quia nihil additur positioni per declarationem:& hoc sequitur Anto.de Butri.in c. licet a causam.extrà,de proba.& Bald.in l.j.§.huius studij.ff.de iustit.& iur.Et licet ipse dicat,ꝙ debeat præcedere protestatio in termino, in l.tres denũtiationes.in fi.C.quomodo & qñ iud. prius tñ dictum est verius ratione prædicta:dicit tñ ibi singulariter,ꝙ post cõclusionem in causa,ista declaratio non poterit fieri.¶†Secundò nota.ex isto tex.ꝙ solennitas quæ requiritur in actus confectione,nõ requirit in eius declaratione, qđ inducitur hic per doc.ad multa.Et primò p Bart.ꝙ testis nõ teneatur iurare[d], cũ declarat dictum suũ, de quo per Inno.in c.cũ clamor.extrà,de test.Secundò inducitur tex.iste per Moder.ꝙ licet in appellatione ab interlocutoria causa debeat exprimi in scriptis,vt in c.j.de appellat.lib.vj.Propria tñ causa põt declarari absq; eo, ꝙ declaratio fiat per scripturam:pro qua conclusione do tibi tex. singularem,quem ipsi nõ allegant,quẽ ponderat ibi Ang.ad hoc,in l.quoties. in pri.ff.de hæred. insti.p quẽ tex. Ang.dicit,ꝙ suppletio dispositionis quæ fit in scriptis,vel correctio erroris ipsius dispositionis,potest fieri per testes: licet ipsa dispositio requirat scripturam.Ex hoc etiam tex.arguunt Moder.ꝙ quãuis libellus non possit emẽdari post litẽ conte.põt tñ declarari: de quo in l. edita.C.de eden.¶Tertiò no.ꝙ correctio erroris dicitur declaratio.ĩtellige qñ fuit erratum in nomine,& nõ in corpore.¶†Quartò no.ibi: & puto etiam qualitatẽ &c. ꝙ adiectio qualitatis,per quã non mutatur substãtia dispositionis, dicitur esse declaratio dispositionis:secus esset, si per eã mutaretur causa vel res,de qua est dispositum in actu,de quo tetigit hic Ang.qui dixit,ꝙ si iudex in inquisitione vult addere qualitatem, per quã alteratur pœna,vel mutatur substantia de lite,in de qsitio debeat de nouo formari, & omnia repeti. de quo vide plene per Bart.in l.denũtiasse.§.j.ff. de adul.& qđ tradit plene Bal.in l.j.C.qui accu. non pos.& in l.iij.C.de proba.¶† Quintò not. ibi:vel ex vicinis scripturis &c.ꝙ in cõiecturando mentem defuncti, attenditur prius vicinitas scripturarum,ꝙ̃ consuetudo patrisfami.qđ videtur cõtra tex.in l.si seruus pluriũ.in fin.ff.de leg. j.in ver.ante omnia.& credo standũ esse illi versiculo.Et ꝙ hic ordo scripturę non sit attendẽdus, patet:quia expressius hoc dicitur in d.§.fi. & de ista cõsuetudine patrisfami.vide tex.no.& vtilẽ: & quod ibi per Barto.in l.Mela.§.sed cùm alimẽta.ff.de alimen.& ciba.lega.& in l. vel vniuersorum.ff.de pigno.actio.¶In glos.prima posita in §.si quid post.ibi:sed Io.contrà .ista opinio communiter approbatur ab omnibus: licet Dyn. tenuerit opi.Pla.& reuera tex.ꝓbat eam,Institu. de adempt.leg.in princip.§.j. & etiam ratio quæ assignatur hic per docto.quia codicilli facti post testamentum ,tacitè videntur approbati à testatore:vt l.siquis cũ nullũ.§.fi.de iure codicillo.& per gloss.in l.ante tabulas.cod.tit.Et pro hoc fa-

a ¶Præferenda. Adde Fely.in c.in pręsentia.de probat.& in c.nouit. de iu.& quod dixi in d.c. in præsentia.

b ¶Fieri. Et hæc est cõmunis opi. per l. conficiuntur.§. codicilli.de iu.codi.secundũ Raph. Ang. & Pau. de Castr.in d.l.fina.& Lud.Põ. in aut. similiter. C. ad leg.Fal.vide do. Alex.de Imo.in cõsil.clxxvj.iij.col.ij. pte.& in cõsil. lxx. vij.col.ij. parte. vbi etiã dicit, fœminas etiã in numero debito non posse esse testes in tẽpore pestis,vel in mari.

c ¶Vel ita. De quo vide tu omnino d. Bart.Soci. in cõnsi. ccxxix.incip.primo aspectu.versicu. vj. aduertendum.cum versi. seq.in secunda parte.

d ¶Iurare. Adde Fely.in ca. qualiter & quando.de accusat. in xiiij.col. & in ca. fraternitatis. de test.ib.& quod ibi dixi in apost. & in c. significantibus. de libel.obla.

cit ratio glo. quia legatum potest adimi etiã tacita volũtate: vt l.iij.in fi. cum l.seq.ff.de adimen.leg. Sed huic rationi respondebat Dy.quòd etiã in probando tacitam ademptionem, requiruntur vij. testes, vel v.prout requiritur in ademptione expressa.quod dictum Bar.dicit esse notandũ: sed tamen nihil alleg.ad hoc,sed pro ipsis facit glo.not.quam allegaui tibi in princi.huius legis.l.cùm proponeretur.ff.de leg.ij. quæ vult quòd aliquando dispositio testatoris habet probari per coniecturas, per totidẽ testes debeat probari, quot requirerẽtur in probando dispositionem de directo.Bart. tamen in l.fideicommissum.C.de fideicom.non referendo Dy.hic tenet oppositum,quòd sufficiat probare:verbi gratia,inimicitias per duos testes:& sic tacite probetur ademptio legati: & istud idem sentit Bald. in simili q.in l.nostrã.in fi.C.de test. Et sine dubio ista opi.videtur probabilior,quãdo tacita ademptio arguitur ex aliquo facto: durum enim esset dicere, quòd offensa & iniuria illata testatori, haberet probari per quinq; testes ad auferendum legatum: quæ posset probari ꝑ duos testes ad faciendum reum puniri criminaliter quandoq; maxima pœna. Et hanc conclusionẽ cõtra Dy.hic tenet Cy.et Bal.expresse in l.errore. C.de testa.pro qua adduco tibi glo.singularem,iuncta opi. Azo. & Io. in auth.rogati.C.de testi. q̃ vult in effectu, ꝙ dispositio l. testiũ.in fi.C. de testi.dum dicit solutionẽ debere probari per v.testes,non haberet locum si agatur de probatione confessionis,quę emanauit super numeratione:quia non agatur de probãdo immediate id,super quo lex requirit numerum quinq; testiũ:sed mediate per mediũ confessionis. Et licet in isto casu Azo teneat contrariũ,hoc est ideo secundũ eum,quia eadem ratio est in probatione actus mediati, quę immediati. Sed in casu nostro non est eadem ratio: quia potest esse offensa & iniuria talis, quę de facili potest aliter probari:sicut est cùm inimicitia causatur per accusationẽ: vt l.filio.§.pe.ff.de adimẽ.lega.nã tunc probatur inimicitia per acta publica.econtra potest esse talis inimicitia, in quo sufficit probatio coniecturalis:sicut est illa quę cõmittitur per adulterium vxoris,de qua in l. sororem.C.de his quibus vt indig. vt probatur in c.præterea. extrà, de testi.& per Bar.in l.capite quinto.in prin.ff.de adul. Vnde arctare hęredem,ꝙ isto casu probet inimicitiã per quinq; testes,esset minus difficile. Sed redeundo ad quæstionẽ principalem videamus quę potest esse ratio opi.Pla.qui dixit, ꝙ in codicillis factis post testamentũ non poterat adimi legatũ:pro quo multum facit tex.in l.si quis eũ.in prin.j. de vulga. & pupil. Et dicendũ est,ꝙ ratio potuit esse ista:quia sicut generalis dispositio sequens nõ derogat his quæ facta sunt ab eodem prius si potest referri ad illud:vt l.ita pudor.& ibi no.C.de adul. in l. j. & ibi per Bart. ff.quod vi aut clã.ita tacita confirmatio codicillorũ non refertur, vt testator videatur per eam velle reuocare voluntatem suam. ¶ Confirmat̃ ista consideratio:quia ex quo testator nunc ita disponebat legando aliud alicui,non videbatur cogitasse illo tempore de reuocatione legati : licet ergo tacite videatur cõfirmare codicillos futuros,tamen prouisio sua non videtur trahi ad casum,de quo non cogitauit, vt l.sicut certi.& l.si cùm vel in vtero.C.de testa.mili.Sed tamen his non ob.tenenda est opi.Ioã. quæ satis clarè probatur in legibus hic alle.in glo. & optimè per locum à speciali in l.quidam referunt.circa medium.j.de iure codicil. Et ad rationem in oppositum est dicendum,quòd licet in dubio quis non videatur corrigere quod prius fecerat:videtur tamen sibi confirmando tacite codicillos reseruasse potestatem corrigendi: quia in hoc non militat ratio,quæ assignatur in correctione:videlicet quòd quis non præsumatur sibi esse cõtrarius.Non ob.ꝙ de isto casu non videtur cogitatum:quia satis videtur cogitatũ in genere, ex quo potuit cogitare de potestate reuocãdi,& verisimile est,ꝙ si cogitasset,non aliter fecisset quàm fecit. Sed in legibus allegatis in cõtrarium,non est verisimile,ꝙ si testator de illo casu cogitasset,ita disposuisset: & pro ista solutione vide quod tradit Bal. respondẽdo ad illas leges.in auth.ex causa.C.de libe.præte. ¶ † In ea.glo. ibi:obtinet,quo ad institutiones.glo.ista expresse vult,ꝙ si testator post testamentũ perfectum coram testibus,dicat se nolle prius testamentũ valere:ista reuocatio testamẽti non erit efficax,nisi cùm ea transcurrat decenniũ à die conditi testamẽti: vt l.sancimus.C.eod.& in §.ex eo.Insti. qui.mo.testa.infir. Et istam conclusionẽ simpliciter sequitur Bart.Mod. in l.paterfa.j.de hęre.insti.sed in l.si iure.de lega.iij.Bar.hoc limitat : nisi testator dicat,ꝙ hoc facit, quia vult decedere intestatus: per quæ verba videntur instituti venientes ab intestato : & per consequẽs ex eorũ aditione poterit confirmari ademptio hæreditatis:& videtur sequi Bal.in l. sancimus.præalleg. Sed ista differẽtia videt̃ posse impugnari lege & ratione. Lege quidẽ:quia casus dicit̃ contra istam conclusionẽ in l.militis. §.veteranus.j.de test.mili.vbi tex.dicit,ꝙ licet prius testamentũ reuocetur à testatore, ex eo quia maluit decedere intestatus : nõ tamẽ valet reuocatio, quo ad institutionẽ hęredis: sed quo ad legata obstat exceptio: vbi dicitur.Ratione,quia verba enũtiatiua per modũ causę nõ videntur disponere:vt l.qui volebat.ff.de hære.insti. sed hæc verba vidẽtur taliter prolata:dũ dicit,quia volo decedere intestatus:ergo videt̃ ꝙ nõ inducatur hęredis institutio: & quòd acquiratur dominium hęreditatis, & rerũ hæreditariarũ. Preterea & istud fortius ob.quomodo vidẽtur instituti venientes ab intestato:si testator dicit,quòd vult decedere intestatus, certe hoc repugnat verbis testatoris. Sed saluando sententiam Bar. cum aliqua modificatione dicas, quòd text.qui fortiter ob.in d.§.veteranus. aut loquitur quando testator hoc non expressit,quòd volebat decedere ab intestato:& est restringendus.aut loquitur quando testator simpliciter dixit,ꝙ volebat decedere ab intestato:quo casu ille text.confundit opi.Barto.& habet locum j.ratio assignata.Sed quando testator dixit,reuoco testamẽtum,quia volo mihi succedere venientes ab intestato. tunc fateor,quòd per verba,venientes ab intestato,viderentur instituti:& secundum testamentum tolleret primum:in quo casu legata relicta in illo testamento,non deberentur,etiam si non essent repetita ab intestato:quia testator reuocando testamentum primum,videtur pœnituisse totius prioris voluntatis:casus est nota.in l. eum qui.§.fina.ff. de his quib.vt indig.& ad hoc alle.Bald.in l. causam quæ.C. de fideicom. intellige, si venientes ab intestato non vocarentur iure testati,sicut dicit Barto.sed iure intestati, sicut est exemplum in l.hac consultissima. §.fina.C.de testa.in quo casu cadit proprie ista cõsideratio:nam in casu nostro,si valet reuocatio,succeditur ex testamento,vt dixi. Non obst. prima ratio suprà allega.quia hic verba non proferuntur enuntiatiue, sed dispositiue,licet per modum causæ:& sic non obstãt allegata in contrarium. ¶ In glos.posita super verbo,posse.ibi:coram duobus testibus &c.ad intellectũ huius glo.doct.cõmuniter distinguũt, quòd aliquãdo quæritur, vtrum valeat declaratio voluntatis coram minori numero testium,quàm requirantur in actu declarato. Aliquando quæritur, vtrũ valeat confirmatio actus inutilis, non adhibito eodem numero testiũ, qui requiritur in confirmatione talis actus. Primo casu sufficit, ꝙ declaratio fiat corã duobus testibus:& idẽ est,si corrigitur error circa aliquã demonstrationẽ,erga personam legatarij,vel rem legatam:ita tenet hic glo.& satis probatur in isto text.& Cyn.& Bald.in l.error.C. de testa. & idem Bal.& Ang.in l.quoties.§.j.j.de hæredi.insti. Si vero agitur de confirmatione actus inutilis,vel de corrigendo errorẽ circa substantiam dispositionis,& tunc illa solennitas requiritur in cõfirmatione vel correctione,quæ requirebatur in confirmatione actus principalis, vtrunq; membrũ probatur in isto tex.& tenet gloss.in l.j.C.de condi.inser.in l. qui ex liberis.§.testa.ff.de bo.pos.secundũ tabu. ¶ Sed contra istam distinctionem opponitur:quia in tex.nostro ponitur exemplũ,quòd non requiritur eadem solennitas,quando testator reliquit legatum sine nomine legatarij,vel non expressa certa quãtitate:in quibus casibus certũ est,quòd legatum erat nullũ à principio,vt l.cùm post.§.gener.ff. de iure dot.& l.quidam referunt.j.de iure codicillo.ergo videtur, quòd ista distinctio non procedat. Respondet Bart.quòd iste tex.debet restringi, quando valet legatum,non expressa certa quãtitate:vt habetur in l.quidam testamento.ff.de leg.j. Sed ista responsio non satisfacit alteri exemplo,videlicet cùm deficit nomen legatarij:& etiã diuinat ad text.vt dicunt hic aliqui Moder. Vnde Rapha.Cu.hic,& aliqui Modern.eum sequentes,dicunt,quòd quæ dicunt in versi.vel minimorũ qualitate.&c. & j.non referunt ad illa duo exempla s.posita, videlicet quòd non fuit expressa certa quãtitas,vel quando non fuit positum nomẽ legatarij:q2 in illis non sufficeret ista suppleri coram duob9 testibus. Et dictionem, etiam,quæ est in text.videtur implicare idem in casibus præcedentib9: respondet quòd implicat,quo ad alios casus,non quo ad alios duos,in qbus non est eadem ratio:sicut in exemplo vltimo loco posito : quinimo dicunt isti,quò ad illa duo exempla videtur responderi tacite negatiue: sed hoc videtur esse valde inconueniens, quòd exemplis minus dubijs expresse respondeat:& alijs,vel nullo modo, vel per tacitam abnegationem respõdeat. Vnde quia ista expositio etiã aliqualiter violat text. & maxime inquantũ restringit distinctionem etiam ad alia exẽpla:ideo possumus dicere subtilius, quòd etiam ad illa exẽpla fit relatio. Et pro declaratione responsionis, præmitto secundùm Bal.in l. qui ex liberis. §.testamento.ff.de bono.pos.secundùm tabul. quòd quando dispositio de se inutilis ita confirmatur, vt agatur ex cõfirmato,& non ex confirmante,tũc dispositio cõfirmans non requirit eandẽ solennitatem, quã requirebat prima dispositio confirmata:sed sufficit minor: & ponit̃ ibi exemplum,quando testamentũ fuit validũ à principio, & ex postfacto fuit irritatũ:quo casu noua volũtas confirmans tale testamentum factũ irritum,nõ requirit eandem solennitatẽ,quæ requiritur in testamento. Modo ad propositum dico, ꝙ licet in terminis nostris etiam testator de nouo addit quãtitatem vel personam legatarij:non tamen agetur vt ex nouo testamento,vel nouo codicillo,sed ex veteri testamento. Et causa est,quia in testamento veteri aliquando saltem implicite & mentaliter erat expressa quãtitas,quæ nunc declaratur,vel ꝑsona quæ nunc exprimitur. Nã in legato quãtitatis cõfuso,seu in legato rei, quæ dinumerat̃ per quãtitatem,omnis quãtitas erat implicite,seu omnis numerus q nũmerari poterat:ergo & iste numerus qui nunc exprimitur, & similiter cùm testator legat fundũ:quia de essentia legati requiritur persona cui legetur,satis videtur exprimere ꝑsonam in genere,q est de forma essentiali legati:sicut dicitur in l.sciẽdũ.& qđ ibi no.ff.de verb.obli. Et ideo isto casu,quia id qđ nunc disponitur,aliqñ inueniebatur prima dispositione,non est absurdũ dicere, quòd ista noua dispositio confirmans ita confirmet actum veterẽ,vt agatur ex eo,non ex confirmante. Ex quo hoc qđ nomine inducitur,aliqñ fuit in prima dispositione:& ideo non requiritur solẽnitas primi actus,per doc.s. alle. Qđ ergo dicitur regulariter,qñ actus est nullus,agit̃ ex confirmãte,non ex cõfirmato, vt l.si qs prior.

prior.j.ad Trebel.& l.& qa.& ibi p Bar.ff.de iurisd.om.iud. debet limitari:nisi dispositio confirmās aliquem, potuerit di ci fuisse expressa in cōfirmato.Pro ista differētia adduco tibi tex.not.& quod ibi per Ang.in l.quoties.§.ij.j.de hære. insti.vbi text.dicit, q̄ si testator faciēdo testamentū in scriptis, re pro dimidia,seu quē nūcupauit pro dimidia illa, scripserit aliquē pro tertia parte hæredem,quē volebat instituere: portio nuncupata quæ nō est scripta, pōt probari p testes: & tñ in testamento in scriptis necessario requirit scriptura. Vnde ergo est, q̄ admittit̄ ista pbatio, & q̄ nō requiritur eadē solennitas in addendo, & supplēdo omissum:quia respicit substantiam dispositionis,pro eo quod est omissum. Certe non pōt esse alia ratio:nisi qa quod fuit dictū tpe testamenti confecti,& p errorē nō fuit positū in scriptura: sed habetur pro scripto,& saltē mētaliter videt̄ cōtineri in testamēto:quia si testator nō errasset,hoc fecisset.Sed cōtra istā sol.facit,qa secundùm istum intellectum sufficiūt duo testes:sed Bal.pòst in §.testamento.vr̄ velle,q̄ etiam qñ agitur ex cōfirmato,nō ex cōfirmante , ad minus requirant̄ quinq; testes:ergo vr̄ q̄ ista opi.nō procedat.Sed pōt rñderi, q̄ ibi cū cōfirmās nullo modo poterat contineri in priori dispositione : & ideo non pōt dici declaratio,sed dispositio simpliciter: pter quod capitur media via,vt nec requirat̄ solēnitas, quæ requiritur in acta principali:nec rursus sufficiūnt duo testes: quia regulariter vltima volūtas requirit ad minus quinq; testes:vt l.fin. C.de codicil.Sed in casu nostro,ista dispositio poterat habere vim declaratiuā ratione supradicta, & ideo sufficiunt duo testes, & qa Bar.tetigit hoc,nunqd adēptio facta in codicillis tollat legatum ipso iure,vel potius ope exceptionis, ideo debes scire q̄ aliqui Moder.hic impugnant dicta Bart.inquātum dicit, q̄ ademptio facta in codicillis tollit legatū ipso iure,& allegāt tex.in l.militis.§.veteranus.ff.de testa. milit.& in l.ex parte.ff.de op.lega.Sed illa iura, si recte inspiciantur, non contradicūt huic opi.nam in §.veteran⁹.ille qui vniuersaliter reuocabat testamentū,vt decederet intestatus, non intendebat codicillati:quod patet,quia volebat etiā reuocare institutionē hæredis,quæ nō pōt reuocari in codicillis,vt Inst.de codicil.§.pe.l.quædam in suo.de condi.instit.sed potius volebat irritare testamentū ex reuocatione nuda solēnitatis factę coram septem testibus. Ex qualitate aūt & modo disponendi in dubio cognoscitur species dispositionis, vt in l.insulam.ff.de prescrip.ver.& in l.j.§.quod ait.& ibi p Bar. ff.de superfi.& plene declarat Bart.in disputatione sua, quæ incipit,publicanus quidā.& in l.cotē.§. qui maxime. Vnde quia voluit reuocare institutionē hæredis,patet q̄ nō voluit codicillari.tex.autē in l.ex parte.minus facit.quia sicut patet ibi,ex verbo,præterijt.legatum nō reuocat̄ ibi ex ademptione expressa,sed ex adēptione tacita,quę resultat ex inimicitijs postea secutis.Pro opi.tamē Bar. adduco tibi casum in l. si quis eū.in prin.ff.de vulg.& pup.vbi patet,q̄ eodē modo reuocant̄ legata in codicillis, quo reuocātur in testamēto pupillari,si sunt facta in testamēto prīo:sed sine dubio in testamento pupillari reuocantur ipso iure:qa cū sit pars testamēti paterni,& fiat simul cū eo,perinde ac si in eodē testamēto legatum datū reuocaret̄,ergo reuocatio fit ipso iure : vt l.j.§. si cōsulto.in ij.rnso.& quod ibi per Bart.ff.de his quæ in testa. delen.Pro ista opi.facit optime text.in l.quidam referunt.in prin.s̄.alle.vbi pbatur,q̄ reuocatio, quæ fit in codicillis,perinde est ac si esset facta in testamento:& sic videt̄ tollere legatū ipso iure:sicut tolleret̄ in secundo testamento.Et illam q.quā s̄.diximus,de eo,qui reuocauit testamentū , quia vult decedere intestatus:adde tex.no.in l.fina.ff. de his quæ in testa.delen.in ver.q veniūt ab intestato.vbi pbatur , q̄ per illa verba,volo decedere intestatus.non videntur instituti veniē tes ab intestato.Et aduerte,quia inueni hodie,q̄ Pau. de Castro in ista l.simpliciter reprehendit opi.Bar.in l.si iure.prę alleg. per eandem l.quam allegaui tibi in illa q. videlicet per tex. in l.militis.§.veteranus.de testa.milit.tu tamen dic opi. Bar. posse saluari in vno casu,vt s̄.dixi.

In testamentis. Hoc dicit:Testes in testamēto debēt esse rogati,q sunt moniti vt intersint actui: & testamentū debet fieri vno contextu. i.nullo actu extraneo interueniēte.¶†No.primò ibi:si tñ ante &c.arg.secundū Ang.& Mod.q̄ si ex formā statuti nō pōt proponi aliqd in vniuersitate certo modo, & vniuersitas sit conuocata illo modo ad vnum negotium, expedito illo poterit moneri vt expediat aliud negotiū. Et ad illū effectum etiam videbit̄ conuocata, qa tm̄ valet monitio facta præsentibus,licet vocatis pter aliud,vt hic vides,quātū vocatio facta de absentibus.ad hoc inducūt etiā Mo.aliq istum tex. ad hoc, q̄ q est psens in iudicio pter aliud negotiū: nam secundùm eos pōt peti à iudice,vt moneat eū vt intersit tali actui: & ista monitio habebit̄ p citatione.Tu vide Bar. q hoc ponit in terminis,in l.furioso.ff.de re iu.& Ang.& Io.de Imo. in l.de vnoquoq;.de re iudi.& Anto.de But.in c.j.extrà, de iudi.& quod singulariter ponit Bal.in l.fi.in fin.C.de sentē. 10 ex peri.reci.¶†Secundò not.ex eodem versic. q̄ idē est monere testē,vt sit psens ad certū actū, & rogare:concor. tex.ī l.qui testamēto.§.fin.s̄.eod.sup quo vide qđ not.Barto.in l. 11 sciendum.ff.de verb.obli.¶†Tertiò not.q̄ illud dicitur fieri vno contextu,qđ fit nullo actu extraneo interueniēte. Et ille dicitur actus pertinēs ad dispositionē:qui licet nō sit de essentia dispositionis,aliquo tamen modo antecedēter vel consequenter pertinet ad ipsius essentiā:& ideo potestas cōcessa super actu,extendat̄ etiā ad huius actus accessoria : vt l.ij.ff. de iurisdi.om.iudi.& l.ad rē mobilē.& l.ad legatū.ff.de procu.& ad materiā vide tex.in l.continuus.in prin.ff. de verb. obli.& in l.reos.in fi.ff.de duobus reis.¶†In glo. ibi posita, in verbo,rogati.pro declaratione hui⁹ gl.quærit̄ vtrū testes q fuerūt psentes in testamēto,in dubio cēseant̄ esse rogati[a], si aliter de hoc non apparet,vel p assertionē notarij,vel ipsorum assertionē testiū:& est quæstio satis vulgaris,in qua cōmunis cōclusio Spe.in titu.de testa.§.j.versi.qd ergo. Dy.& Bar.hic vr̄ esse,q̄ cùm rogitus sit solēnitas extrinseca regulariter,nō præsumit̄,nisi pbetur:vt l.q̄q̄.§.fi.ff.de publ.& in c.j.de rebus eccle.nō alie.in vj.& ita etiā tenet Bar.in l. sciendum.palle.& cōmuniter approbat̄ ista cōclusio,qñ testes nō essent subscripti vel descripti in instrumēto: quia forte non fuit factū instrumentū de instrumento,per tex.in l.diuus.& ibi per Bar.j.de test.mili.Quādo aūt testes se subscripsissent in instrumento, etiā cōmuniter tenetur q̄ ex sola subscriptione psumātur rogati:vt est casus no.in l.Domitius Labeo.j.e. ¶Sed dubiū remanet,quid si testes sunt inscripti p notarium in testamento,& dicūt se fuisse præsentes: ipsi tñ nō subscripserunt.in quo articulo Bal.dissentiēs à cōmuni opi.in l. hac cōsultissima.in prin.C.de test.dicit similiter q̄ testes psumētur rogati,per l.q patit̄.ff.mādat.quasi velit,ex quo testator patitur,testes inscribi p notariū,in suo testamēto videat̄ tacite eos monere & mandare,vt sint testes: & hanc conclusionē sequitur hic Pau.de Cast.addēdo aliā rationē,quę ponitur in Spe.in prin.ver.palleg. quia ex quo notarius asserit testamētum esse factū coram testibus,hoc ipso quòd nominat testamentū implicite,vr̄ noiare omnē solēnitatem, sine qua testamentum nō est testamētū:sicut dicimus in l.sciendū.de ver. a oblig.& in l.j.C. de vsu.q̄ cū notarius dicit stipulationē interuenisse,satis videtur attestari solēnitatem interuenisse stipulationis:ergo sequeret̄ secundū hoc,q̄ hoc ipso,q̄ notari⁹ diceret in instrumēto rē immobilem esse venditā à minore, præsumeret̄ decretū iudicis intercessisse:qa sine illo decreto vēditio nō valet:cōtra l.quāquam.in fi.s̄.allegatā.Et vt intelligas clari⁹ hanc rationē esse falsam,debes scire, vt aliàs dixi, q̄ solēnitas testamēti est duplex:quædā essentialis, sine qua testamentum nō habet esse,nec formam esse:vt institutio hęredis,& cōpletio testamenti:& illa vocatur solēnitas intrinseca. Adde ad materiam istam Bal.in l.j.in fi.ff.de hęre.insti. vbi dicit secundū Odof.q̄ si notarius, qui fecit testamentū, est peritus,similiter testator,tūc præsument̄ rogati: quod dictum licet sit notabile,tñ cōmuniter non tenetur.† Quædā est solennitas probatoria,quæ non requiritur adesse , sed ad probationē actus:& ista est solennitas testiū,secundū Bar. in l.cū quis.C.de iur.& facti igno.Et ista solennitas non vr̄ enūciari implicite,cùm enunciat̄ actus:quia nō est solennitas intrinseca:de qua loquitur l.j.C.de vsur.Bal.tñ per rationē supradictam hanc suam opinionē tenet in rub.C.de fide instr. & in aut̄.rogati.in iiij.q.C.de testi. Quæ ratio nō videt̄ esse sufficiēs:quia licet qñ ego gero actū te præsente ad tuum cōmodum,tu videaris mihi dare mādatū:iuxta no. p Bart.in l. quæ dotis.s̄.solu.matri.hoc non reperitur,q̄ quāuis ego patiar me scribi in instrumēto ad fauorem tui, & tu similiter patiaris me inscribi , ego videar tibi dedisse mandatū in primo casu,q̄ in secūdo, pter ipsum factū:qđ ego facio ad tui cōmoditatem:& ideo verior videt̄ cōmunis opinio, quā approbat Nico.Mata.& Io.And.solēniter in rub.de fide instru. in vltima col.in addi.Specu.De notario aūt certius est,secundū cōmuniorē opi.q̄ si in subscriptione attestat̄ se scripsisse instrumentū, & publicasse,psumit̄ esse rogatū:secundū gl.notabilē,in aut̄.de tabel.§.nos aūt.& de rogitu notarij, vtrū p eo psumat̄,vide quod notat Ange.in cōsi.suo lxxiiij.sup quo vide quod solēniter ponit Ang.q hoc optime declarat ī cōsi. suo cclxx.Et vtrū notarius possit petere à iudice,vt exami-

[a] ¶Rogati.Vide eundem in l.Domiti⁹. s̄.eodē.& quod ibi dixi in apo.

nentur testes, qui reducant sibi ad memoriam id, de quo fuerat rogatus: vide Bar. in l. fina. ff. de tabu. exhiben. & in l. si qs ex argentariis. §. prętor ait. ff. de eden. ¶ Et ad materiam vide bonum textum, quē ibi pōderat Bald. ad hoc in capitulo primo, de allodiis. vbi probatur, ꝙ vbi monitio requiritur in aliquo actu, debet probari: quia non præsumitur. Vnde quia rogitus testiū nihil aliud est, ꝙ ipsorū aduocatio vel monitio, videtur ꝙ non præsumatur. ¶ In glo. vltima, ibi: quid si in testamēto. hæc gl. decidit multū notabiliter, quid quādo cōtractus fit vnà cū testamento, & in ipsa confectione: circa quod doc. communiter vsq; ad Bal. sunt secuti, prout dicit glo. Sed Bal. distinguēdo, quā distin. cōmuniter approbāt Mod. dicit quòd aut contractus, qui fit vnà cum testamento aliquo modo pōt pertinere ad testamētū, quod pōt esse tripliciter. ¶ Primo modo quādo ex ipso actu testādi resultat quidā contractus, vel quādo sicut cùm hæres disponit in testamēto suo de hæreditate sibi delata: nā per hoc videtur ipsam adire: vt l. si auia. C. de iure delib. quē tex. Bar. adducit ad hoc in l. cùm quis decedēs. §. codicillis. j. de leg. iij. vel quia testator transit de vltima voluntate ad contractum, hoc modo, quia dicit, si non valet iure testamēti, valeat iure donationis inter viuos. Vel quia vnam rem suā in testamēto ex parte legat, & ex parte vēdat eidem personæ: & tunc semper valet cōtractus coniunctus cum confectione testamēti: quia non dicitur esse actus extraneus. Aliquando contractus, qui fit simul cū testamento, nullā habet depēdentiam vel coniunctionē cum ipso: & tunc contractus quidē valet secundū eum, sed testamētum nō valet: quia contrahere est actus extraneus ab actu testandi de se: vt l. verba gesserunt. ff. de ver. signi. Vnde imputet sibi testator, qui non seruauit dispositionē legis: & cū ista opi. transit hic Ange. & Io. de Imo. & aliqui Mod. & videtur esse probabilis ratione præmissa. Pro qua facit optime, quod no. glo. & Bal. post eū in l. testamentū. in fi. C. de test. Et adde ad prædicta qđ addit singulariter Io. And. in c. quāquam. de vsu. li. vj. vbi dicit, ꝙ si testator mandat restitui certā quantitatē per executorē pro male ablatis: & extunc cōstituit eum procuratorē in rē suam, ad exigendū dictas quātitates à suis debitoribus inuitis: ista dispositio trāsit in contractum inter viuos: & quantū ad hoc, efficitur irreuocabilis. Secundò addit tex. notabilē, quē ibi pōderat Bal. ad hoc, in l. impuberē. §. quod liberti. ff. ad l. Corne. de fal. vbi probatur secundū eum, ꝙ pœna quæ imponitur cōmittenti falsitatē in testamēto, habet locū in cōmittente falsum in contractu, qui admiscetur testamēto, & fit simul cum eo. Tertiò adde tex. no. in l. sicut. §. venditionis verbo. ff. qbus mo. pig. vel hypo. sol. quod no. Bar. declarās illā l. in l. cū quis decedēs. in prin. ff. de leg. iij. vbi probatur, ꝙ non solū in testamēto pōt fieri contractus à testatore, per quē acquiratur alteri: sed etiā ab altero, per quē acquiratur testatori: vt si aliquis cōsentit testatori, ꝙ legat rē sibi obligatā: quo casu inducitur remissio pignoris: & sic donatur in fauorē testatoris, vel eius hęredis. Quartò adde tex. nota. quē ibi ponderat Bar. ad hoc, in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de lega. ij. vbi probaṫ, ꝙ electio quā quis debet facere de persona alicuius nominati in alterius testamēto, pōt fieri in vltima voluntate: & hoc generale est, vt s. dixi, in omnibus actibus inter viuos, qui depēdent à voluntate ipsius testatoris. Sed relinquitur in ista materia vna dubitatio subtilis, videlicet nunquid si testator instituit aliquē hæredē: deinde subiicit, & si non valet vel valebit ista institutio iure testamenti, valeat iure donationis inter viuos: ista donatio taliter facta possit reuocari à testatore, si faciat secundum testamentū. Super quo debes cōsiderare duos casus: nam aliquando ista clausula adiicitur institutioni, aliquando adiicitur alicui legato particulari. Primo casu Bald. hic, & in l. ex testamēto. C. de fideicommis. quem allegant hic aliqui Moder. videtur dicere, quòd donatio ista pōt reuocari reuocando totum primum testamentum: secus si testator velit reuocare donationem solam, stante primo testamento: & hoc addit Baldus in d. l. ex testamento. Mouetur, quia si diceremus, quòd donatio ista non possit reuocari per reuocationem primi testamenti, sequeretur quòd testator abstulisset sibi liberam testamenti factionem, & fecisset pactum de successione futura: quod non valet: vt l. pactum. C. de colla. et l. hæreditas. de pact. conuen. facit optime quod trahit Bar. reprehendendo Dy. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verbo. oblig. & in l. si quis in prin. testa. de leg. iij. Vnde ne testator videatur elegisse viā reprobatā à iure, dicemus ꝙ donatio sit reuocabilis ex mēte testatoris in vnū casum, qñ. s. testator vellet cōdere nouū testamentū. Io. de Imo. hic dicit simpľr, ꝙ adiectio istius clausulæ est nulla ī hęreditate: qa inducit pactū futurę successiōis: vt dictū est: & sic nullo casu pōt valere secūdū eū: q aut testm̄ tenuit, & non habet locū ista donatio: aut testm̄ non valet, aut irritatur postea: & tūc remanet ista donatio nulla ratione supradicta, quia est pactū futuræ successionis. Sed tu aduerte, ex quo istud pactū est irreuocabile etiā ex præsumpta mēte defuncti, & aliquo casu reseruat testamenti factionē, nō habet locū ll. allegatæ per eū: quià hoc pacto nō impeditur libera testamēti factio. Et pro intellectu huius casus & sequētis, aduerte vltra doc. quia ex quo ista donatio inter viuos est irreuocabilis, aliquo casu ad voluntatem donatoris, nō videtur stare in propria specie sua: sicut eñ pactum appositum in donatione cā mor. qđ non possit reuocari aliquo casu, dicitur esse contra substantiā contractus: & transit dona. cā mor. in donationē inter viuos: vt l. vbi ita donatur. ff. de dona. cā mor. ita ecōtra si donatio inter viuos ex voluntate donantis præsumpta aliquo casu possit reuocari ꝑ donatorem: ista erit qualitas adiecta cōtra substantiā contractus: vt l. perfecta. C. de donat. quæ sub mo. ergo transibit in donationē causa mor. quia ista verba valeant iure donationis inter viuos, possunt aliquo modo adaptari ad donationē cā mortis, inquātū. s. donatio cā mortis habet formā cōtractus: vt traditur in l. Seia. ff. de dote prælega. & in l. mortis. in fin. ff. de dona. cā mor. & sic censetur dispositio vel donatio inter viuos, quo ad hoc. Ex hoc sequiṫ, ꝙ ista donatio pōt reuocari, etiā si nō fiat nouū testamentū: quia qñ donatio cā mortis fit in testamento vel codicillis, cū pacto ꝙ nō possit reuocari, nisi in vnū casum, nihilominus ex pœnitentia expressā poterit indistinctè reuocari: qa ex quo est facta in testamento, assumit naturam vltimæ volūtatis, in qua fit: secus esset, si esset facta de per se: ita distinguit singulariter Barto. & ibi est glo. not. in l. si alienam. ff. de don. cā mor. Vnde licet reuocatio fuerit reseruata in vnum casum duntaxat. s. si mutabit testamentum: ratione tamen prædicta in omni casu expressa pœnitentia poterit reuocari. Secundo casu principali, quando ista clausula apponitur legato particulari. dicit hic Io. de Imo. sub dubio forte, quòd tunc ista donatio valebit, nec poterit reuocari aliquo casu: quia per eam tollitur libera testamenti factio, cùm testator possit testari in aliis rebus. Sed alia ratio magis vrget, quam ipse nō vidit: per quam Bald. tenet oppo. in l. sancimus. in fin. C. de testamen. per istam clausulā tollitur quodāmodo potestas reuocandi legatum contra substantiam ipsius legati, & vltimæ voluntatis: quæ est ambulatoria vsq; ad mortem: vt l. cùm hic status. in prin. de dona. inter vir. & vxo. Vnde videtur, ꝙ quasi sit adiecta vel in fraudem, vel contra substantiam vltimæ voluntatis. Sed melius est dicere, ꝙ est adiecta in fraudem: quia testator videns ꝙ nō poterat legare cum ista adiectione, ꝙ non liceret eum pœnitere suæ voluntatis: vt l. diui. §. licet. j. de iure codicil. & l. si quis in prin. testamēti. de leg. iij. per indirectum hoc videtur voluisse facere, volendo ꝙ valeat iure donationis. Bal. tamē multū singulariter in c. j. §. si quis defraudato in vicē l. commisso. facit in hoc differentiā: quia si testator ita dicit, lego talem rē, & nō me pœnituerit legati, dono inter viuos: ꝙ ista forma non valet, quia videṫ facta in pœnā pœnitentiæ. si autem testator primo legat, & postea dicit, & siue reuocauero testamentum, siue nō, valeat iure donationis inter viuos: ista donatio valet, quia cū fiat in omnem euentū, non videṫ apponi ad impediēdū reuocationē vltimæ volūtatis. Quæ doctrina non transit sine dubio: si eñ volebat testator simpliciter donare rē, & in omnem euentū, quare incœpit prius à legato. nisi forte dicas, ꝙ per ista verba tolliṫ electio legatarii, vtrum velit rem ex legato, vel ex donatione: vt dicit tex. in l. nam ad ea. de condi. & demon. & bene facit text. in l. recusare. §. si Titius. ff. ad Treb. hęc tamen forma, vt dixi, non caret suspitione fraudis. † Dicit ēt hic pro cōplemēto materiæ Io. de Imo. ꝙ si testator in testamento confitetur se debitorem alicuius illo præsente, & acceptāte, ꝙ hic in vltima voluntate miscetur contractus siue actus inter viuos, videlicet cōfessio probatoria, quæ non posset reuocari[a] per testatorē: & fuerunt ista verba Barto. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. iij. Si autem confessio fuisset facta absente parte, tunc posset reuocari, & haberet vim relicti. & hoc est indubitatū de iure ciuili, per leges allegatas per Bartol. in dicto §. codicillis. Sed de æquitate canonica Bald. dicit in l. generaliter. C. de non nume. pecu. quòd confessio ista præiudicat, & non potest reuocari, per ea quæ habentur iij. q. vij. c. quoties cordis oculus. Sed in l. j. de fal. cau. adiect. leg. & in aut. similiter. circa prin. C. ad leg. Falc. restringit istud dictum, quando confessio emanat super criminibus pertinentibus ad forum ecclesiasticum: verbi gratia, super vsuris certis vel incertis, per gl. præallegatam. Sed contrarium tenet Ioā. And. in titu. de in

stru.

[b] ¶ Reuocari. Adde Bart. in consi. incip. pone quidā confitetur. vbi tenet quando fiat præsente parte, scilicet creditore, & non.

stru.edit.§.nunc vero aliqua.versiculo,& scias.vj.qō.iij. vbi expressevoluit,ꝙ etiā isto casu talis confessio habeat vim re licti,& posset reuocari:& hoc etiam tenuit Bald.in l. si quis ex argētarijs.§.ex hoc edicto.circa prin.ff.de eden.& hocvidetur veri⁹,per leges allegatas in dicto §.codicillis.& ꝓpter naturam vltimæ voluntatis,in qua testator in dubio nō præsumitur velle contrahere, si forma actus repugnat.quam rationem assignat Barto.in d.§.codicillis.in alia quæstione.& per hoc limitatur singulariter,quod dicit notanter Ioā.And. in c.si cautio.extrà,de fide instru.vbi voluit,quòd confessio facta parte absente, semper valeat & probat, quando fit ad exonerationem conscientiæ:nam hoc est verū,nisi talis confessio fiat in testamēto:quod semper tenebis menti. Et quia s.dixi,quia ista reseruatio potestatis reuocandi donationem in casu quo testamentū totum reuocaretur,faciebat istā donationem transire in istam donationem causa mortis:dicit ꝙ illud procedit, quando ex tacita voluntate defuncti videtur facta ista reseruatio:sicut dicit hic Bald.& Moder.sed si reuocatio ista non fieret ex præsumpta voluntate defuncti, sed quia donatio non valuit in istum casum,sicut sentit Bald. in l.ex testamento.preallegata.tunc forte posset procedere doctrina sua ibi,quòd in alijs casib⁹ donatio ista nō posset reuocari:quasi vtile per inutile non vitiaretur, & donatio valida remaneret donatio simplex inter viuos: super quo tamen esset cogitandum.

SVMMARIVM.

1 ☞Exceptio excommunicationis non admittitur contra iudicem pro irritanda sententia.
2 Famam & communē opinionem ad probandum sufficit opinio maioris partis populi vel viciniæ.
3 Testis infamis repelli potest officio iudicis parte non opponente.
4 Potest quis vt testis signare testamentum anulo alieno.
5 Notarius vti non potest signo alterius, sed debet vti signo proprio.
6 Cùm duæ qualitates requiruntur copulatiuè ad dispositionem,non sufficit quòd adsit vna sine altera.

AD testium. Hoc dicit, vsq; ad §. si ab ipso.Pater & fili⁹,& plures eiusdem potestatis possunt esse simul testes in testamento: & conditio testis,vtrū sit habilis vel nō,inspicitur tempore adiecti testamenti.¶ In glo.in ver.cōditionem.ibi:verè vel putatiuè. ex illo tex.qui allegatur hic in glo.videlicet ex l.j.C.de testi.dicit Bar.ibi,& hic,ꝙ quando quis vult reprobare testem instrumentarium,non sufficit ꝙ articulet,ꝙ ille testis erat infamis tempore instrumēti cōfecti:sed est opus ꝙ dicat, quòd ita habebatur & reputabat̃ cōmuniter ab omnibus.Contra quā doctrinam insurgūt hic doct.Moder.referentes dicta Franc.de Rampo.in l.j.C.eod. & arguunt sic contra istud dictū:sicut sufficit libellū concludere præsumptiue,vt l.omnes.§.Lucius.& ibi per Barto.ff. quæ in frau.credi.ita videtur ꝙ sufficiat exceptionem vel articulū cōcludere præsumptiue,quia reus in exceptione actor est:vt l.j.& ibi not.ff.de exce. sed ille qui excipit teste fuisse infamem vel seruum tempore instrumenti,satis videtur excipere & articulare de sua inhabilitate:prout est inhabilis de iure,vt ꝓbabo:ergo videtur quòd ista exceptio sit sufficiēs, quòd fuit ita,sic videatur excipere ipsum: quia dicitur præsumptiuè esse talis,licet aliquo casu inueniatur contrarium. casus est nota.quem ibi ponderat Barto.ad hoc in l.quoties. ff.si quis cau. & tenet Innocen.in c.præterea.de dila.& Bar. in l.ij.circa princip.ff. si quis in ius voca. non ierit.vbi dicit, ꝙ si aliquis citatur die feriata,ista citatio dicitur notoriè nulla,& facta in casu nō permisso:quia regulariter quis nō pōt citari,vt cōpareat die feriata: sed seruus regulariter non pōt esse testis in testamento:vt l.qui testamenti.§.seruus.s.eodē. ergo licet aliquo casu possit esse testis,puta cū cōmuni opi. quando habetur pro libero,nihilominus quia regulariter nō pōt esse testis in testamento alio non probato.satis enim erit probare & excipere,ꝙ aliquis erit seruus vel infamis tempore testamenti.¶ †Contra quam doctrinam videtur esse decisio singularis Ioan.Andr.quam sequitur ibi Anto. de Butr. in c.fraternitatis.extrà,de testi.vbi dicit,quòd si aliquis ad irritandum sententiam iudicis excipit & articulat,ꝙ iudex erat excōmunicatus:ista exceptio & probatio facta super ista, non releuat excipientem,nec debuit admitti: quia non omnis excōmunicatus prohibetur esse iudex[a], sed ille qui publice habetur pro tali:vt in c.ad probandum.extrà,de re iudic. quæ qualitas per simplicem positionē excōmunicationis nō videtur deducta. Præterea non videtur verum simpliciter id quod dicunt Moder.ꝙ seruus sine alia qualitate sit prohibitus esse testis in testamēto:sed cū qualitate, si ita habetur & reputatur. Vnde qđ deficit in §.seruus. suppletur per l.j.C. eod. Sed vbicunq; aliàs vna certa qualitas requiritur adesse alicui dispositioni,illa debet allegari & ꝓbari: vt l.Fulcini⁹. §.j.& ibi per Barto.ff.ex quib.cau.in pos.ea.& l.Titius.j. de testa.mil.& per Barto.in l.ex facto.in princip.j. de vulga.& pupil.& prout in c.licet causam.extrà, de prob. ergo sequit̃ quòd non fuit sufficiēs opponere de seruitute vel infamia nō qualificata:& sine dubio exēplum iudicis excōmunicati,qui non repellitur à iudicando,nisi sit publice excōmunicatus, verum est:vt dicunt Ioan. Andr.& Barto.qui ponit etiam hoc exemplum in l.j.C.eod. Sed in exceptione infamiæ vel seruitutis,quæ opponitur cōtra testem,fortè opin.Moder. pōt defendi:quia lex non requirit, quòd seruus vt repellatur à testimonio,debeat reputari pro seruo:sed sufficit simpliciter veritas istius qualitatis,quòd sit seruus:nisi quando reputaretur & haberetur pro libero:pōt em̄ cōtingere, ꝙ aliquis est verè seruus:& tñ ꝙ non reputatur pro libero, nec pro seruo: vel quia homines loci nihil sciunt de sua conditione, vel qa dubitant in quo statu sit,vel quia quidam affirmant,& quidam negant.& sic in neutra parte est cōmunis opi. In hoc ergo casu licet non probetur seruum cōmuniter haberi pro seruo,non est dubium quòd si probabitur vere eum fuisse seruum tempore testamenti,non admittetur in testem, per regulam positam in §.seruus.qui nō contradicit.l.j. præalle.in isto casu:quia loquitur quando quis communiter habeatur pro libero. Ex his patet,quòd lex simpliciter & absolutè, siue regulariter ad repellendum seruum à testimonio, non requirit,nisi qualitatem seruitutis:& ideo qui probauit testem esse seruum, videbatur satis probasse eum esse inhabilem:nisi contraria qualitas probetur, quòd habebatur pro libero. a Sed quæritur,quia text.in l.j.præallega.dicit quòd debet haberi pro libero omnium opinione,nunquid sufficit eum haberi pro libero à maiori parte ciuitatis vel loci:licet non habeatur ab omnibus ? Super qua quæstione dicit solenniter Guil.in Specu.in titu.de teste.§.j.versicul.item quod est seruus.& versi.quod si à maiore.quòd sufficit eum reputari ꝓ libero à maiori parte:& hoc sequitur hic Ange.ex cuius dicto singulariter not.quòd quamuis ex l. dispositione requiratur opinio vel consensus omnium;sufficit tamen opin.vel consensus maioris partis:& hoc est quod dicit Bartol.singu. per illum tex.in l.quæcunq;.C.de omni agro deser. lib.xj.si b cut diximus quòd factum à maiori parte vniuersitatis, videt̃ factum ab omnibus:vt l.quod maior.ff.ad municipa.Sed istā doctrinam reprehendit hic Ioan.de Imol. dicens quòd cùm tex.in l.j.præalleg.requirat consensum omnium,non est recedendum à verbis:vt l.non aliter.cum similibus.ff.de lega. iij.præsertim quia est quod imputetur testatori vel contrahēti,qui posuit se in dubio,cùm posset adhibere testem alium, qui esset indubitanter habilis:argum.c.iubemus.& quod ibi not.extrà,de spon.Non obst.l.quod maior. cū concor. quia loquitur in actibus vniuersitatis, in quibus ad commodū vel præiudicium vniuersitatis maior pars repræsentat omnes:sed hic non agitur de commodo vniuersitatis, vel incommodo: sed de validitate actus cuiusdam tertij. Tu dic secure,quòd opi.Spec.est vera:quia communis opi. regulariter probatur ex opinione maioris partis, sicut est fama, licet omnes de loco vel vicinia non ita opinentur.Casus est in leg. si quis partem.in principio.in versicu.plerisq;.ff.ad Macedo.& in l. cùm quædam.§.quid dicitur.in versicul.multorum.j.de acquirenda hæredita.vbi Bartol. in oppositum punctaliter adducit l.j.C.de testamen.& quamuis ibi non determinet clare quæstio.tamen determinat eam in lege,de minore.§. tormenta.ff.de quæstionibus.vbi concludit post gloss.in l.iij.§. 2 eiusdem quoq;.ff. de testib. †quòd ad probandum famam[b] b & cōmunem opi.sufficit opi.maioris partis populi vel viciniæ,secundùm diuersos casus. Et licet ad hoc alleget ibi l.qđ maior.cum materia sua est vera per duo iura suprà allegata. & ad materiam vide quod not. Innocē.in c.veniens. & in c. quod per nouale.extrà,de verbo.significa.¶ In gloss. posita super verbo,contigerit.ista glos.ad intellectum huius legis, & ad solutionem contrarij.l.notionem.§. instrumentorum. ff.de verb.significa.in effectu vult, quòd si sit mutata conditio testium post testamentū factum,per hoc non irritetur testamentum:nec deficiat solēnitas ipsius.Sed tñ si testamentum habeat probari in iudicio per testes,concedit qñ inspicie

a ¶Iudex. Adde do. Ma.Soci.in cōsi.x. xxij.inc.ex his quę superius.vers.& ex ipsa. in fin.in j. parte.quòd sentētia lata à iudice excōmunicato, qui cōmuni opin. habeatur pro legitimo, valet.

b ¶Famā. Vide eundem Are. in consil. lxxiij.& Fely.in ca. cùm causam.in fin. iij.col. & remissiuè in c.cū oporteat.in vj.col.in prin.de accu.& Firmanum in suo aureo repertorio. versicul. fama. versicu.xiij.

tur tempus depositionis: ita quòd si illo tempore testis sit inhabilis, non possit probare veritatem testamenti. Sed ista solutio secundùm doct. est valde inutilis: quòd si testamentum sit solenne in se, & tamē non posset probari eius veritas: quia secundùm hoc testamentum non haberet effectum. Vnde alij intelligunt istum tex. vt etiam refert gloss. in l. j. C. eo. quando de testamēto constabit per instrumentū publicū: vel quā do partes fatebantur de veritate testamenti: sed negabāt illud esse solenne. Sed qa istę solutiones nimis restringunt literā, q̄ simpliciter videtur loqui de testamento in scriptis, in quo testes debent recognoscere signa sua: vt patet ex principio tex. ibi: cùm significarent &c. ideo Iaco. de Are. & Dyn. quos sequitur Bart. simpliciter dicunt, quòd quando testis fuit habilis tempore quo pro solennitate fuit adhibitus ad actū: licet postea mutetur eius conditio, nihilominus valebit eius testimonium, per istum tex. Quòd ergo dicitur cōditio testis inspici tempore depositionis, vt l. iij. §. causæ. ff. ad Carbo. & l. quoniam liberi. C. de testi. & in d. §. instrumentorum. intelligitur in teste, qui non fuit adhibitus ad solennizandum actū. Ex hoc arguit hic Bar. quòd notarius depositus ab officio potest perficere vetera instrumenta, & publicare, licet noua non possit conficere. super qua vide quod solenniter tradit Bar. in l. Barbarius. in vltima charta. ff. de offi. præto. vbi hoc idem tenuit: & idem Ange. qui latius hoc prosequitur in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. Quòd autem si notarius mutet cōditionem in melius, per quam tamen efficitur inhabilis à notariatu, vtrum possit vetera instrumenta perficere: vide notabiliter per Bar. in l. j. §. si pœnis. ff. de tabu. exhib. & Bal. in l. nec paternus. C. de oper. liber. & Ang. in l. prętor. ff. de eden. Sed Ioan. de Imo. hic nititur defendere opi. glo. & multipliciter impugnare ista dicta: & maxime quandam doctrinā Bal. qui hic dicit, quòd quando constat testes fuisse rogatos tempore actus gesti: tunc quia persona eorum videtur approbata à partibus, mutatio conditionis non nocebit testi. allegat tex. notabilem cum glos. in auť. de testi. §. & licet. in fine. nam dicit ipse, cùm iura simpliciter dicunt, quòd in teste attenditur tempus testimonij ferendi, simpliciter debet intelligi, nec restringi isto modo: vt dicunt doc. & ad istū text. respondet dupliciter. Primò, quòd potest intelligi quando constabat de veritate testamenti, vel per instrumentum publicum, vel per confessionē partiū. sed ista solutio est contra arg. suum: quia etiā iste tex. simpliciter loquitur. Secūdò ipse dicit posse intelligi hūc tex. quòd tempore medio inter testamentū & dispositionem, non debeat attendi: vnde dicit text. quòd tēpus mortis non est attendendum: quia videtur mediū inter testamentū & depositionem testimonij: sicut dicimus in simili in l. alienā. §. in extraneis. j. de hęredi. institu. Sed si ista expositio est vera, tunc quæro quare magis facit mentionē de tēpore, quàm de toto reliquo medio tempore: nam ista extrema testamentū & depositionem testis, omne tēpus est medium pariformiter, siue consideres tempus à testamento ad mortē exclusiue, siue cōsideres tempus mortis, siue tempus quod est inter mortem & depositionem. Vnde quia iurisconsultus simpliciter loquitur de tēpore mortis, ex hoc datur intelligi, quòd nō voluit sentire hoc: sed ideo posuit tēpus mortis, quia cōmuniter post mortē solent testes incontinenti aduocari ad recognoscē dum subscriptiones suas. Et quòd hoc sit verū, patet: quia licet primò dicat de tēpore mortis, postea dicit generaliter, in fi. si qd postea eius contingerit. quæ verba possunt cōprehendere & tempus depositionis. Ad tex. in §. licet. allegatum per Bal. ipse respondet optimè, vnde nihil est addendum: sed solùm declarandum est vnum, videlicet quòd alia quęstio est, quando testes sunt inhabiles tempore quo actus geritur, & quæritur, vtrum quia cogantur à partibus personæ eorum videantur approbatæ, tam in testamēto, quàm alijs dispositionibus, Et ad istam quæstionem vadit proprie tex. & glo. in illo §. licet. de cuius intellectu plene scripsi, in l. qui testamento. §. j. s. eo. quibus dictis adde quod tradit hic Ioan. de Imo. ¶ Et alia quæstio est, quando testis tempore actus confecti erat habilis: & postea mutata est eius cōditio: & de ista quęstione nunc agitur, in qua nihil prodest approbatio partium: quia partes non videntur approbare personas respectu defectus futuri, & postea contingentis: vt dicit Io. de Imo. & bene allegat text. in c. nulli. de elec. lib. vj. & in c. insinuante. de offi. deleg. tu vide text. in l. vtilitatem. & in l. in confirmando. ff. de confir. tut. & in l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. lega. & in l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbi. & in l. tres tutores. §. fina. ff. de admini. tuto. Alia ergo ratione approbanda est opi. Barto. & aliorum, quàm ex tacita approbatione partium, maxime quia illa in testamento nullo modo habet locum: vt plenę declaraui in l. qui testamento. præalleg. & quia responsiones prædictę forte nō sunt omnino securę ad istum tex. ideo Io. de Imo. hic licet dicat posse defendi opinionē gloss. tñ ponit aliū nouum intellectum ad istā l. videlicet ꝙ ideo mutatio cōditionis hic nō nocet: quia tex. iste loquit̃ in testamento in scriptis, in quo testes testificātur solū de facto suo, videlicet se subscripsisse & signasse: sed in facto proprio etiā seru⁹ est testis idoneus, vt l. interrogati. C. de proba. ergo licet iste fuerit effectus seruus, potuit recognoscere & testificari de facto suo: quæ dicta minus possunt defendi q̄ opi. glo. Primò, qa iste tex. non loquit̃ solū de mutatione status libertatis in seruitutem: sed simpliciter de quacunq; mutatione, q̄ contingit testi: cur ergo restringat istū tex. ad vnam speciē mutationis nō video. Præterea seruo nō creditur de facto suo, nisi in subsidium & in tormentis: vt l. serui responso. & ibi est glo. not. ff. de testi. & in l. cū ꝓbatio. ff. de probat. Præterea text. in l. hac consultissima. C. de testa. vult quòd testator debeat corā testibus exprimere, ꝙ scriptura, quam offert, est suum testamentum: ergo etiā in testamento in scriptis habet aliquid probari, quod non pertinet ad factum serui. Pro opi. autem Dyn. & Barto. quæ videtur verior, adducitur text. not. in ca. j. an testes qui desierunt esse pares, admitti debeant. vbi probatur, ꝙ si tempore inuestituræ factæ de feudo testes adhibiti erant pares curiæ, coram quibus debet fieri inuestitura: licet postea tempore testificatus non sunt amplius pares, nihilominus admittentur ad testimonium: & sic patet, quòd attenditur tempus adhibitionis in testem, licet postea inhabilitas superueniat. Sed ad istum tex. respondet hic Io. de Imol. quòd ibi fit mutatio in statum, per quē non præsumitur diminuta fides testis: sed secus est in seruo vel infami. & hanc responsionem approbat Bald. exprese, qui sequitur gl. hic positam, in c. præallega. Hanc opinio. videtur sequi Innocē. not. in c. quia ex. de pact. libro vj. quam sequitur Specula. in titu. de instru. edit. §. instrumentū. versi. quid si testis. & Ioā. Andr. in nouel. in c. decernimus. de senten. excō. libr. vj. vbi dicunt, quòd si testis tempore instrumenti, in quo fuit adhibitus, nō erat excommunicatus, si postea excōmunicatur, valebit quidem instrumentum, tanquam solenne: sed si eius veritas reuocetur in dubium, testis excommunicatus tempore depositionis non poterit deponere: & hanc opi. sequitur no. Ang. in l. si quis ex argētarijs. §. j. ff. de eden. vbi dicūt, ꝙ quāuis notarius depositus ab officio, possit vera instrumēta conficere: si tñ instrumentum reuocatur in dubiū, nō poterit deponere & testificari pro instrumento: qa tpe depositionis est infamis, licet notarius videat̃ rogatus non solū vt notarius, sed vt testis: secūdum Bar. in l. Domiti⁹. s. eo. Sed pōt dici saluando cōmunem sñiam hic, ꝙ spāle sit in excōicato, vt inhabilitas postea supueniens impediat eū à testificādo, ꝑpter periculum cōmunionis, & ꝑpter vitandū peccatū: & hoc sentit Spe. in ver. ꝑalleg. & ꝓcedenti. nā in illo ver. dicit de excōmunicato, id qd̄ suprà dixi. tñ in versi. præcedēti, de infami. dicit oppositum: & sic relinquitur cōclusio in effectu, ꝙ attēdi debet temp⁹ ipsius testamēti, vel instrumenti confecti, & non tempus depositionis: quicquid dixerūt Ang. & Bald. in locis præallegatis: vbi aūt testes non essent adhibiti pro solēnitate actus, qualitas præcedens depositionem vel sequēs regulariter non attēditur, vt probatur iuribus suprà alleg. fallit nisi mutatio conditionis fieret in fraudem, vel ab eo qui vult producere testes, vel ab eo contra quem ꝓducitur. ¶ De primo ponit exemplum Bal. in l. nihil. in prin. s. de inoffi. testa. de patrono, qui expellit famulū, vt possit testificari, qui aliàs non impediretur testificari: licet ante testificatum fuisset famulus, dummodo nunc nō esset[a]: vt plene tradit Io. And. in addi. Spec. super rubrica, de test. & in c. sicut. de verborum significatione. lib. vj. in nouellis. & Bal. in l. j. C. de epis. & cle. Exemplum de secundo, quando accusatus mota lite, vel iam præparata, accusat testem criminaliter, qui poterat probare contra eum. nam præsumitur hoc fecisse in fraudem: & ideo non attenditur, quòd nunc testis præsumatur eius inimic⁹[b]. casus est not. & ibi ponit Barto. in l. j. §. si seruus. ff. de quęsti. & plene dissentit Bald. in autenti. si dicatur. C. de testi. & idē esset, si ante motam litem posset probari ex cōiecturis, quòd à reo accusando esset acquisita causa inimicitiæ, vt testis impediretur testificari: vt colligitur ex his quæ tradit Bartol. in ca. l. in §. cùm quis. Et ad hoc vide quod notat Baldus in l. ij. §. sed si agant. ff. de iudic. & in lege secunda. §. illud. ff. si quis cautio. De tempore autem seu habilitate, vel inhabilitate superueniente post depositionem factam, habes glossam notabilem hic, quæ dicit, quòd illud nō attenditur: & aliā allegat Bal. in auť. de testi. §. si vero odiosus. in versic. non adsit. tu vide

a ¶ Non esset. Pro quo vide Fely. in c. in literis. de test. in iij. col. versicu. illud autem.

b ¶ Inimic⁹. Pro qua materia vide tu Fely. plene in c. inquisitionis. §. tertiæ dubitationis. post pri. versi. iij. not. de accusa. vbi quæ inimicitia repellit quem à testimonio: & an ad testem repellendum satis sit probare, ꝙ habet causam odij capitalis, licet odiū non ostendat, vide eum in c. cùm oporteat. in iiij. col. versic. circa istud. cū pul. seq. & in vj. colū. versic. item vide Innocen.

tu vide Barto.& Bal.post eum in l.finiti.§.j.§.de his qui not. infam.Sed relinquitur quod tangit hic Barto.in fine, quid si testis est inhabilis tempore iuramenti, & post est habilis tempore depositionis,vel ecōtra? Super quo vide mercurialem solennem Ioā. And.qui optimè distinguit in regulā, factum legitime.de reg.iur.& Ant.de Butri.& Moder.in cap.testimonium.[a]extrà,de testi.Et tene menti quandam gloss.notabilē in auten.de testi.§.primo.in versicu.latores.quam allegat hic Bal.qui dicit,quòd inter infamem ab vna parte, & seruum & impuberem ex alia, est differentia: quia serui & impuberes repellūtur à testimonio ipso iure:sed infamis,vel inimicus,vel pauper repelluntur officio iudicis:supplet Bal.hic,vel ope exceptionis,ex qua glos.hoc simpliciter notant Modernio. hic, sed tu habes notare duo.¶ †Primò,quia testis infamis potest repelli officio iudicis,pte nō opponente:quod procedit,quādo ex actis liquet iudici ipsum esse talem: & hoc dicit gl. notabilis in versicu.quærendum.secunda quæstio. prima.capi. in præmissum. quam sequitur Ant.de Butri.in capitulo,pastoralis.extrà,de exceptio.sicut dicimus, quòd iudex ex officio repellit inhabilem accusatorem, quando hoc constat sibi ex actis, secundùm gloss.secunda quæst.septima.capi.alieni. & in cap.nulli.[b]extrà, de accusatio.Facit optime tex.& quod ibi per Angelum, in l.quos prohibet.ff.de post. Hoc tamen non transit sine dubitatione,quia Anto.de Butri. vt aliàs dixi,tenet oppositum,in capitulo,cùm dilectus. extrà, de consuetu.& in cap.bonę.de postulatio.pręla. vbi omnino videas, & forte aliàs discutietur.¶ Secundò habes notare ex illa maxime declarata per Baldum,quòd si testis infamis non repellitur à iudice vel à parte: dictū eius videtur valere ipso iure, licet constet ex actis ipsum esse infamem: sed hoc non est sic intelligendum, quia esset expresse contra ea quæ solenniter ponit Barto.in l.maritus.ff.de quæstioni.per l.qui vltimo. in fi.ff.de pœnis.vbi dicit,quòd testis qui repellitur ratione infamiæ,vel alterius qualitatis, puta inimicitiæ, ex qua diminuitur fides admissus ad testificatum,non plene probat,sed facit qualequale indicium. Aut ergo intellige glossam prædictam, quòd valeat dictum quo ad leue præiudicium duntaxat:aut dic quòd sensus glos.est,quòd quando iudex cognoscit testem infamem,non debet ei credere:& hoc est officium eius.¶ †Item eadem gloss.ibi:& nota argumentum. hoc argumentum colligitur ex text.isto, quia hic dicit, quòd inspicitur initium,quo gestus est actus, non tempus depositionis: & sic videtur inferri, quòd quia tēpore actus gesti aliquis erat impubes,non possit postea testificari factus pubes. Communis distinctio doctorum super isto articulo est ista,quòd aut testis debet adhiberi ad actum pro solennitate actus:& tunc tēpore quo fuit adhibitus,erat impubes, non poterat postea testificari fact⁹ pubes: aut pubes vult testificari de eo quod percepit cùm esset impubes,nō tamē fuit pro solennitate adhibitus in testem: & tunc potest esse testis de his quæ vidit cùm esset doli capax,id est, proximus pubertati, secundùm Barto. in l.notionem.§.instrumentorum.ff.de verborum significatione.& ibi est glos.nota.& in l.tertia.§.lege Iulia.ff.de testi. de his proximus infantiæ non potest testificari. quod est limitandum singulariter secundùm Ioan. And.in titulo,de teste. §.primo. versiculo, sed nunquid factus pubes. nisi de his actibus,de quibus probabile est, quòd etiam proximus infantiæ meminerit.quod prosequere, vt ibi plenius per eum, & hic per Ioannem de Imol.& de materia vide glo. & docto.ibi in cap.cùm nobis.extrà, de præscriptio.capitu.relatum.trigesimaseptima distinctio.& per Hostien.& Moder.in c.fina. de senten.excommunica. Et adde quod not. Bartolus ad materiam in l.prima.§.si impubes.j. ad Sylleia. vbi dicit per illum tex.quòd licet impubes non debeat admitti in testem examinatus, tamen facit indicium vel præsumptionem:& hoc etiā dicit glo.nota.in l.inuiti.in fine.de testi. & tene menti, in l.in testimonium.quę est l.sequēs ad illam,in qua probatur,quòd in causis criminalibus etiam pubes non admittitur in testem, nisi post vigesimū annū.Et quia suprà diximus, quòd cōditio testis attenditur tempore depositionis:ideo dicit Ang. nota. in consil.ccciij.quòd si volens reprobare testes productos,pro ducit testem qui deponit, quòd talis testis productus est, & fuit malæ conditionis & famæ,nisi specificè referat se ad tempus testificatus primi testis,non probat:quare Inquantum dicit,quòd est malęconditionis & famæ,non cōcludit,ergo fuit in præterito tempore testificatus: inquantum verò dicit, ꝙ fuit,potest loqui de tempore præcedente testificatum. quę dicta pendent ab his quæ scripsi post quosdam Moder. in lege, in aduersa. suprà eodem. vbi declaraui, nunquid ex actu de præsenti ꝑsumatꝛ in ꝑteritū,& ecōtra. Et quia regulariter dicimus, quòd ex statu de præterito præsumitur in præsens: ideo si testis deponens refert se ad tempus quod precederet testificatio:puta si diceret,quod nunc fuit est,& deponeret causam malæ conditionis & famæ: tunc forte dictum Ang.non procederet:quia præsumeretur continuata illa qualitas vsq; ad tempus dispositionis.Sed si dixisset simpliciter, quod est & fuit,& posset dicere verum Ang.quia dictum istius testis posset referri ad tempus præsens,& post testificatum.

Si ab ipso. Hoc dicit cum §.seq.vsq; ad §.signum testis. Testis posset signare anulo alieno,& signa turbata irritāt testamentum:& si testis omittit signum vel subscriptionem,alterū istorum sufficit, & annullat testamentum.¶ †No.primò, ꝙ aliquis pōt signare testamentum, vt testis,anulo alieno.quod intelligit Specu in titu.de proba. §.fi.ver.& not.& ver.seq.& Bart.hic,dūmodo taliter signans hoc exprimat in sua subscriptione, videlicet ꝙ signauit anulo alieno:& fuit ista originalis doctrina In. in c.ij.extrà, de fide instru.Tunc autem aliquis pōt vti anulo alieno, quādo nō habet propriū,secundùm gl.not.quam hic allegāt aliqui Moder.xix.distinc.c.in memoriā. Sed fuit istud dictū In.in præallega.c.ij.& Spec.in loco allega. quæ dicta sequitꝛ ibi d. Ab. Mod.per tex.in c.sed si significauit.extrà, de app.vbi probatꝛ, quòd anulo instituto ad officiū, non potest eadem persona cuius est anulus vel sigillum vti ad illud officiū: ergo multominus potest quis vti anulo,sigillo alterius. Sed istud multū videtur repugnare huic literæ in vtroq; dicto,& textu, in §.signum autē.j.eo.& Insti.de testa.ver.proxime.in quibus dicitꝛ simpliciter,quòd quis potest vti anulo alieno,nec fit mētio de aliqua subscriptione:nec dicitꝛ,quod in subsidium,sicut Inno. & gl. Vnde Bar.in l.si procuratorē absentē.ff.de procu. simpliciter dicit,ꝙ quis potest sigillare epistolā anulo alieno, per quam probatꝛ mandatum procuratoris,dūmodo constet quòd dominus est ille qui imposuit hoc signū.i.ille qui vult cōstituere procuratorē.& ideo in terminis nostris simpliciter videtur standū istis iuribus:qa licet testis signat anulo alieno, ipse tñ habet recognoscere se fecisse hoc signū, licet anulo alteri⁹. & satis est, quòd hoc dicat in recognitione sig. & etiā dato ꝙ hoc non diceretꝛ,dummodo attestetur se fecisse hoc signū, videtur sufficere. †Notarius autē non potest vti signo alterius: sed debet vti signo proprio,[c]secūdùm Mod. de quo fit mētio in autꝛ.de instru.fide & cau.§.sed si instrumenta.& l.fin.C.de assesso.& alijs legibus allega.per Barto.in l.hac l.§.si quis ex testibus.Non obst. præmissa text. in cap. significauit. præallegato.quia ibi loquitur de sigillo autentico,quod imponit fidem instrumenti absque aliqua alia recognitione sigillantis, in quo requiritur sigillum deputatum ad officium:sed nos loquimur in sigillis quæ habent recognosci vel probari, quòd sint facti à sigillante. & ad materiam vide optimū textum in c.secundo.de offi.ordina.lib.sexto.& quod ibi nota.vbi probatur quòd signo alterius autentico ad autenticandam scripturam ego possum vti simpliciter & absolute, si etiam habeam ꝓprium quod sit autenticum.& de materia sigilli quid importet,& quem effectum habeat,remittit Bart.ad not.per se in l.si publicanus.in princip.ff.de publi.& per Cy. & alios in l.si qua per calumniā.C.de episco. & cleri. Tu vide plenius in c.ij.[d]de fide instrumen.& in c.post cessionē.extrà,de proba.ad quæ loca adde primò quod singulariter tradit Io.And. in titu.de instrumen.edi.§.nunc videndum.ver. secundū supplementum.in addi.magna.& Bald.in rubri.de fide instru.in vlti.charta.Et quod ipse ponit eleganter in c.j.in princip. de contro.inuesti.Et adde secundùm quosdam Moder.hic,ꝙ ille qui vtitur signo alieno pro suo, incidit in crimen falsi, secundùm Dyn.in l.l.Cornelia.la secūda.ff.de fal.¶ †Secundò not. in §.signa.quòd cancellatio vel deletio signorum facta ante perfectionem testamenti,euacuat dispositionem ipso iure:secus si esset facta post:quia tunc tolleret testamentum ope exceptionis,nisi testator ideo cancellaret testamentum,quia vellet decedere intestatus: secundùm Barto. qui ita distinguit in l.ij.§.sed si consulto. & ver.seq.ff.de his quæ in testamēto delen.& ita intelligit hic glos.istum tex.licet aliter dixerit in l. tertia.§.fina.ff.de adi.leg.¶ †Tertiò not.in §.si quis ex testibus.quòd quando duæ qualitates requiruntur copulatiue ad dispositionem,non sufficit quòd adsit vna sine altera: concordat textus in lege, si hæredi plures.ff.de conditio.instituen. & in lege, si is qui ducenta.§.si inter. & §. vtrum. & ibi per Bartolum.ff.de rebus dub.Et ex isto tex.sumit hic Bar.argu. quòd licet aliquis sigillauerit scripturam,quæ continet obligationem propriam scriptam forte à tertio, ista sigillatio sine subscriptione non sufficit ad hoc, quòd videatur fateri scripturam esse de sua voluntate scriptam. Sed Innocentius

[a] ¶ In c.testimoniū. Et ibi vide Fely.in iij.col. ver. secunda conclusio. cum sequen.

[b] ¶ In c.nulli.Et ibi dem vide Fely. in j. col.in me. in versi. no.ex gl.j.& in ru. eo.ti.de ac.ante fi. ver.no.vlti. vbi ꝙ si iudex videt, ꝙ aliqs accusat aliquē,nō appetitu ordinario, nec ꝓpter bonū publicū,pōt & debet eum repellere.

[c] ¶ Signo proprio. Adde Fel. in c.j.in fi.iiij.col. de fide instru.& qđ ibi dixi in apostil.

[d] ¶ In c.ij. Vbi oīno vide Fe.in viij.col. cum se. vbi plene & no.ad totā materiā istius §.

notabiliter mouens istam quæstionem in capitulo secundo allegato. dicit secundùm vnam opinionem, quòd sufficit sola sigillatio, siue solum signum, absque alia subscriptione, dùmodo signum sit autenticum. Dominus Abbas Moder. ibi dicit melius, quòd etiam si signum non sit autenticum, probat tamen præsumptiue scripturam esse factam de voluntate sigillantis ad eius præiudicium, si scriptura loquitur de contractu & obligatione pertinentibus ad ipsum. allegat tex. in lege secunda. C. de rebus alie. non alienādis. & in lege, tertio loco. de probationi. & hanc conclusionem sequitur nota. Bald. in capitulo primo. §. j. de pace Constan. in vsi. feud. quæ opinio est satis probabilis, non solùm per dicta iura, sed etiam ratione: quia non est dubium, quòd si extrinsece probaretur, quòd ille de quo loquit̃ scriptura, imposuisset hoc signū, siue sigillasset, ex ista probatione induceretur tacitus cōsensus, q̄ scripta esset scriptura de volūtate sigillantis. aliàs quid operaret̃ ista subsignatio, quæ cōmuniter solet fieri aut ad cōsensum, aut ad testimonium? Vn̄ signum quod reperitur factum sigillo ad me pertinente, in dubio præsumitur factum à me, nisi probetur quòd alter fecerit: vt satis probatur in dicto capitulo, tertio loco. & bene facit text. in l. maiorem. C. de falsis. & quod ibi notatur. ergo videtur quòd præsumptiue probet consensum.

Signum. Hoc dicit, vsque ad finē: Signum quod imprimitur in testamento, debet fieri cum sigillo habente characterem: & potest testamentum signari de nocte: & testamentum dicitur signatum, si signa sunt impressa linteo continenti tabulas testamenti. ¶ † Primò nota. ibi: dūtamen habeat characteres. quòd ad esse solennis signaturæ requiritur, quòd illud quod signatur, habeat impressum characterem: non tamen de necessitate requiritur anulus, ita quòd non possit signari alio sigillo. Vnde dicit Innocentius in loco allega. & Specu. similiter in dicto titulo, de probatio. §. fin. versi. præallega. quòd iura canonica vocant illud sigillū, quod iura ciuilia vocant anulum: absurdum enim esset dicere secundùm Moder. hic, quòd aliquis non posset signare sigillo habēte characterē, sicut pōt signare anulo: licet vltra glossam, in isto §. in principio sui, sentiat aliud esse de iure: sed hoc non videtur probabiliter dici, cùm sit eadem ratio in alio sigillo, quod est in anulo. ¶ Scdò not. in ver. posse. q̄ licet sicut contractus potest celebrari de nocte: vt lege, non minorem. & quod ibi nota. C. de transact. ita & vltima voluntas quantumcūque solēnis, & in qua diligētius cauetur falsitas. ¶ † Tertiò not. singulariter ex versi. signatas. quòd illud signum debet fieri in testamento, quod fit in linteo, in quo testamentū est inuolutum. & ex illo text. arguit Bart. solenniter in lege, licitatio. § quod illicite. ff. de publica. & Baldus hic, quòd illa iniuria videtur illata in persona, quæ infertur in ipsius vestibus. Vnde qui capit clericum per vestem, videtur cepisse clericum personaliter, & intulisse ei iniuriam in personam, secundùm Innocenti. nota. in capitulo, nuper.[a] extrà, de senten. excommu. Super quа quæstione vide quod subtiliter ponit Baldus in l. si qua per calumniam. C. de episcopis & clericis. vbi dicit, quòd quælibet iniuria, quæ infertur personæ siue verbis, siue factis, dicitur iniuria personalis, sed non illata in persona. Vnde secundùm Guil. ibi: etiam si aliquis tangat vestē alicuius, iniuria dicitur personalis, sed non in personā. sed hoc secundum non tenetur communiter, vt s. dixi. Super qua vide Bartolum in loco allegato latius distinguendo. & ad materiam vide quod solenniter ponit idem Bald. in autenti. habita. C. ne filius pro patre. vbi declarat, quid veniat appellatione iniuriæ corporalis. & in l. sed eximendi. in prin. ff. ne qs eum qui in ius voc. & in lege, omnes. §. penultimo. C. de episcopis & clericis. vbi dicit, quòd iniuria verbalis nunquam cōprehenditur sub appellatione iniuriæ, quæ dicitur committi in personam, licet dicat̃ personalis: vt suprà dixi. Ex hoc etiā text. patet secundùm Bald. quòd satis dicuntur sigillatæ, vel scripturæ esse signatæ & sigillatæ, quando sacculus est signatus, in quo sunt scripturæ.

a ¶ Nuper. Et ibidem vide Fely. post me. in vl. col. ver. in gl. sed ibi, vbi an quis tūc sit ex communicatus, & quòd si capiat frenum equi super quo est clericus.

SVMMARIVM.

1 Testamentū facilius reconualidatur irritatum, quàm possit à principio fieri & induci.

2 Mixtum ex duabus diuersis dispositionibus, potest ab vtraq; copulatiuè denominari.

Si testamentum. Hoc dicit: Conualidatur testamentum resignatum ex noua signatura, iunctis veteribus subscriptionibus. Vel sic, & clarius: Si testamētū resignatur de nouo, signatio valet, licet testes de nouo non subscripserunt. ¶ † Nota primò secundùm communem intellectum, quòd testamētum quod à principio valuit, & postea fuit irritatum, facilius potest reconualidari absq; repetitione omnium solennitatum, quàm à principio possit fieri & induci: & hoc est quod dicit gloss. tua, quòd res facilius renascitur, quàm nascatur. in l. si vnus. §. pactus. & quod ibi not. ff. de pactis. Intelligitur autem communiter iste text. quando ijdem testes, qui prius subscripserāt, & signauerant de nouo, postea signant de voluntate testatoris. Sed quando alij testes de nouo signarunt, est dubium vtrum ista signatura vnà cum subscriptione veteri aliorum testium sufficeret. Nam Bald. & Ange. hic videntur sentire, quòd sic, quæ opinio non placet Modernis, duplici ratione. ¶ Prima quidem, quia ijdem testes debēt de iure subscribere, & signare: vt l. ad testium. §. si quis. suprà eodem. sed ista ideo faciliter potest tolli: quia ego concedo hoc in confectione testamenti, in qua requiritur maior solennitas, quàm in restauratione, vt hic probatur. Vnde dicemus in simili, quòd testamentum quòd à princip. valuit, licet postea irritetur ipso iure, facilius tamē recōualescit, quàm si à princip. nunquam valuisset, & cum minori solennitate: vt l. qui ex liberis. §. testamento. & ibi per Bartolū. ff. de bonorum possessione secundùm tabulas. & hoc idem declarat Bartolus, in lege prima. §. si filius. ff. de legatis secundo. ¶ Secunda fuit ratio Ioan. de Imol. qui dicit, quòd cùm testis debeat in subscriptione facere mentionem de suo signo, vt notat Speculator in titulo, de instrumentorum editione. §. vt autem in pluribus versiculis. hoc non posset facere alius testis, qui signaret, & non haberet subscribere de nouo: sed ista ratio tollitur per eandem responsionem, quam suprà dedi. Vnde tu dic, & melius, quòd subscriptio, & signum ideo requiruntur simul in testamento, vt per hoc appareat rectius de facto testis, scilicet quòd ipse verè illam subscriptionem fecit, sicut signum notarij probat fortius scripturam esse manu notarij, quàm si sola subscriptio notarij inueniretur: vt in autentica, de instrumentorum fide & caut. §. oportet. Si ergo vnus subscriberet, & alius sigillaret aliquo casu, certe effectus qui resultat ex signatura, non posset habere locum. Quid enim si testis, qui nunc de nouo signat, non fuit præsens, quando alij testes subscripserunt? certa signatura istius in nihilo cōfirmabit subscriptionem alterius. Quia ergo signum est inuentum ad imponendum fidem subscriptioni, non videtur quòd ista doctrina Bartoli & Angeli sit vera, cùm aliquando nullam possit imponere fidem. Sed dubitatur in intellectu istius legis, nunquid subscriptio prius facta trahatur ad tempus nouæ signaturæ, ita q̄ notarius possit dicere q̄ testamentum sit hodie factum, cùm signatum est. vel econtra potius ipsa noua signatura trahatur ad tempus subscriptionum prius facta, ita quòd signatura noua videatur facta tempore testamenti prius conditi, & consequenter notarius in noua subscriptione debeat dicere actum die tali, referendo se ad diem subscriptionum. Bartol. hic sentit, quòd subscriptio trahatur ad diem signaturæ, cùm ille sit vltimus actus, per quem confirmatur testamentum ad illum, & ad tempus illius actus trahentur omnia præcedentia. Vnde infert ex isto tex. quòd si aliquis vna die apposuit sigillum, & alia die scripserit, poterit dici de toto actu tali die, scilicet die subscriptionis: quia actus facti die præcedenti trahuntur ad diem, in quo actus concluditur. quod posset esse verum simpliciter, non referendo dicta Bartoli ad istum textum. & quando actus non deberet fieri simul, & vno contextu de necessitate, sicut debet fieri testamētum: vt l. hæredes palam. in fine. suprà eodem. nam tunc nisi duo dies erant continuati de eodem actu, non interposito actu extraneo: hoc dictum non esset verum, per ea quę dicta sunt dicto capitulo finali. Sed quantum ad text. nostrum, istud suum dictum videtur impossibile, quoniam subscriptio prius facta à testibus, & etiam à notario, continebat diem certam: si ergo notarius in noua signatura altero die, dicat actum tali die, variabit ex subscriptione testium, & etiam ex subscriptione prioris notarij, qui ponunt diuersam diem in suis subscriptionibus. Sed potest responderi saluando dicta Bar. quòd ista diuersitas reducitur ad concordiam per veritatem & fictionem: quia veræ subscriptiones fuerunt factæ vno die, sed intellectu & dispositione iuris videbantur factæ alio. Pau. tamē de Ca. hic contrà, quòd dies nouæ signaturæ, & signatura noua trahetur ad diem verum subscriptionum: & sic notarius debebit dicere, quòd signatura sit facta, & testamentum perfectū die, qua postea fuerat factum, vt sic non discordent subscriptiones veteres à noua subscriptione notarij in tēpore. & hoc videtur verius: quia quādo actus qui à principio valuit, et postea irritatur ex noua volūtate, minus solēni, recōciliat̃: tūc

non agitur

non agitur ex cõfirmãte, sed ex cõfirmato, & ex veteri di spo sitiõe, quæ valuit à pricipio: vt subtiliter declarat Bar. in d. l. qui ex liberis. §. testamẽto. s. alleg. & ego plenius dixi in l. hę redes palam. §. sed si notam. s. eo. Si ergo prima dispositio est illa, quæ est testamentum, dies illius debet cõsiderari. Ad cau telam tamen dicat notarius, ita actum & perfectum fuit præ dictum testamentum tali die, & apponat diem, quo prius fue rat factum per nouam signaturam, quæ ratificabit testamen- tum prædictum, quod erat irritatum ex destructione signo- rum, quæ signatura fuit facta tali die, & apponet diem quo vera signatura facta est. ¶ † Secundò no. ibi: sed vtroque iure. quòd mistum ex duabus diuersis dispositionibus pôt deno- minari ab vtraque copulatiue: dicitur enim hic testamentum valere de iure prætorio & ciuili: quia quasdam solennita- tes in testamento inuenit prætor, & quasdam ius ciuile: vt Instit. de testamen. §. j. Et pro complemento materię huius l. debes scire secundùm Paul. de Cast. hic, quòd Dy. vt ipse re fert, tenuit sigilla ista, & signaturas nouas: de quibus in text. posse fieri in absentia testatorum, & etiam testibus simul nõ congregatis, dummodo constet, quòd fiant de voluntate te- statoris. Vnde qlibet poterit signare in domo sua. Sed istud dictum nõ placet sibi, & credo quòd bene dicat: quia si testes non possunt esse contestes adinuicem, quod omnes signaue- runt. & placet ista opini. maximè, quia ex hoc daretur mate- ria facile fabricandi falsum, quæ debet euitari in testamentis maximè: vt l. fi. C. de fideicommis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Testamentum dicitur esse quid mentale, & intellectuale, non autem corporeum.

2 Instrumentũ semel editum an teneatur notarius iterũ edere.

VNum testamentum. Licet eius- dem testamenti fiant plures scripturę, vna tamen est dispositio, & vnum testamentum. ¶ † No. pri mò ex isto text. quòd testamentum non dicitur esse aliquid corporeum, sed aliquid mentale & intellectuale, de quo dic vt plene scripsi in vltima glo. in l. j. s. eo. Hoc autem colligitur ex isto tex. dicit enim quòd testamentum, quod continetur in pluribus codicibus, seu in pluribus tabulis, est vnũ, ex quo datur intelligi, quòd non est corpus: quia sic tot essent testa- menta, quot sunt tabulæ. econtrà, quando vna scriptura con tinet plures diuersas dispositiones, tot dicuntur contractus, quot sunt diuersæ dispositiones: licet sint contẽta in vna scri ptura: vt in l. j. §. si plura. & ibi per Barto. ff. ad Turpil. & ple- ne per eundem, in l. libellorum. §. pen. ff. de accusa. & aliquid in l. edita. C. de eden. & per Bald. in l. eleganter. & in l. si ordi narij. in vltima colũ. C. de rei ven. ¶ † Secundò not. secundùm quosdam Moder. ibi: necessarium est & c. quòd quamuis re- gulariter notarius instrumentum semel editum non tenetur iterum edere: vt l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. cum l. sequen. tamen vna ex iustis causis, cùm iterum cogatur illud edere, est quãdo quis est recessurus ad ptes remotas: & vult vnum instrumẽtum portare secum, & aliud dimittere domi. sicut econtra quando quis instrumentum semel habitum, habet in loco remoto, potest petere vt iterum edatur simul: vt l. velut. pallo. de materia aũt vide per Guil. in Spe. in tit. de instrumen. edi. §. postquã. versi. quid si debitor. & ver. vbi au tem. & per Barto. in l. fin. C. de bo. auto. iudi. pos. & aliqd per Bal. in l. fi. C. de eden. ¶ In gl. vnica, in versi. exemplis. ibi: dic ergo, id est cratis. vides quod aliquando nomine exempli po nitur ipsum autenticum, quod proprie vocatur exemplar: vt plene traditur in l. ij. C. de fide instrumen. Et hunc modum exponendi inducit hic Bald. ad quæstionem, dicẽs, quòd quã uis notarius cùm exemplet instrumentum à se scriptum, di- cat in principio instrumenti, hoc est exemplum cuiusdam ro gitus & imbreuiaturæ: per hoc tamen ista copia non erit mi nus autentica: quia notarius vocet eam exemplum, cui nõ de bet credi. vt in auten. si quis in aliquo. C. de eden. Exponitur enim exemplum, id est exemplar: vt vides: & hoc sequuntur hic Moder. licet Barto. quem ipsi non allegant, dixerit contra rium, in l. j. §. si quis in duabus. ff. de bono. pos. secundùm ta- bu. Sed istud dictũ videtur verius: nec valet ista cõsequentia, quam facit ibi Barto. Testator non potest facere vt exemplũ testamenti faciat fidem: vt probatur in illo textu. ergo hoc non potest facere notarius: quia notarius est persona publi- ca, quæ si exẽplat originale suũ solenniter, pôt ei imponere fi de, sicut potuit imponere suo originali; vt satis colligit ex cor pore, in auten. de instru. fide & cau. §. sed si instrumẽta. Vñ nõ est opus exponere exemplũ. i. exemplar. sicut dicit Bald. quia etiam exemplum sumptũ manu eius qui fecit originale, pro bat, vt dicit tex. in l. si qs ex argẽtarijs. §. fi. & l. seq. ff. de eden. & hoc tenet clare Bar. & communiter doct. in auť. si quis in aliquo. C. de eden. Leges autem quę dicunt exemplis non cre di, intelligunt de exemplis sumptis ab alio, qui non confecit instrumentum.[a] & ista magis proprie dicuntur exẽplar. Et ꝙ exemplum sumptum ab eodem, etiam inquantũ probat, & est autenticũ, consideretur vt exemplum, & nõ vt exemplar, patet: quia si tale exemplum discordet cũ originali, statur po- tius protocollo, secundùm glos. & doct. in l. Sempronius Pro culo. ff. de leg. ij. & per Bar. in l. si quis ex argẽtarijs. §. prætor ait. ff. de eden. Vnde dicit notanter Io. And. in mercu. sua, in regula, cũ quid vna via. de reg. iur. quòd si iudex habet sum- ptum suspectũ, potest cogere notarium vt exhibeat proto- collũ, cui stabitur etiam ad puniẽdum aliquem criminaliter. casus est sing. quem ibi not. doct. in c. cùm venerabilis. extrà, ☞ de exceptio. ¶ † Et extra glo. sumit Bal. argumentum ex isto tex. quòd si notarius de eodem negocio conficiat plura instru menta falsa: vel si vnus testis deponit falsum pluries super eo dem negocio, non punietur nisi pro vna falsitate: quia intelle ctualiter vnum est delictum, ex quo tendit ad vnum effectũ & vnum finem: nisi forte secundùm Mod. ex depositione te- stis repetita, vel ex instrumento falso sæpius confecto essent læsæ diuersę personæ: qa tunc respectu diuersitatũ psonarũ quæ sunt læsæ, resultarent plura delicta: vt l. iij. §. si ad plures. & quod ibi not. ff. de sepul. viola. & traditur in l. nunquã plu ra. ff. de priua. deli. Tu autem super isto articulo vide Bal. ele- ganter in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. vbi dicit notabiliter, quòd etiam si testis deponat falsum diuersis articulis dependẽ tibus ad eundem effectũ, non punietur nisi pro vna falsitate: & similiter producẽs multos testes super eodẽ negocio. Bal. autem in l. quicunque. C. de ser. fugi. addit quòd etiam si ali- quis committit falsum in diuersis speciebus probationũ. exẽ- plũ, qa probat per falsos testes & falsa instrumenta, non pu- nietur, nisi pro vna falsitate, dũmodo istæ probationes ten- dant ad eundem effectum. Et quomodo cognoscatur etiam vnum delictum vel plura, quando facta sunt multiplicia, siue multiplicata, vide no. per Io. And. in addi. Spec. in ti. de sentẽ tia. §. species. in additione magna. & per Bal. plene ibi, & in l. si familia. ff. de iurisdi. om. iudi.

[a] ¶ Instrumentum. Vide Fely. in c. fi. de fid. instru. vbi la te & not. ad mate riam. & quod ibi dixi in apost.

SVMMARIVM.

1 ☞ Testamentum est actus indiuiduus.

2 Dispositio inperfecta valet etiam in separabilibus.

SI is qui. Hoc dicit: Testamentum imperfe ctum non valet, etiam in his, quæ iam erant in testamẽto disposita. hoc dicit. ¶ † No. primò, quòd testamentũ est actus indiuiduus, & dicitur perfici secundũ Bal. hic in vltima litera testamenti cõ clusiua, & in vltimis verbis, cùm habetur pro completo, sicut & omnia pacta & capitula contractus dicuntur perfici in ipsa conclusione, & cùm partes habent contractum pro absoluto: vt l. contractus. C. de fide instru. & per Barto. in l. iurisgen. §. quinimo. ff. de pac. & ideo bene dixit Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. quòd omnia capitula si- mul & semel efficiũtur sententia. i. in vltima cõclusione, cùm iudex habet locum sententiæ pro absoluto. Pro quo est tex. no. cũ gl. in l. si inæqualibus. j. de hære. instit. & ex hoc infert ipse ibi contra Barto. in l. iudex postquam. ff. de re iudi. quod etiam post verbum, condemno, iudex potest apponere reser nationem, quę modificet condẽnationem præcedentem, an- tequam habeat sententiam pro completa & perfecta: de quo vide plenius per Moder. in d. l. iudex postquam. ¶ † Secundò nota, quòd dispositio imperfecta valet etiam in his quæ sunt separabilia, & poterant stare per se. Sed dubitatur pro intelle ctu literæ, nunquid quod hic dicitur de dispositione imper- fecta, quòd non valet, quando testator erat alios hæredes vel substitutos nominaturus, habeat locũ si testator nõ erat alios hæredes nominaturus, sed simpliciter facturus aliqua legata, quæ præuẽtus morbo non fecit: super quo refert Paul. de Ca. quosdam antiquos dixisse, quòd testamentum tunc valeret, quo ad hæredes institutos, quia essentia testamenti consistit in sola hręedis institutione, absque eo quòd aliqua legata fiãt in testamento, secũdùm gl. in l. hæredes palã. in prin. s. eo. Vn de ex quo testamẽtum habet sua essentialia, videtur quòd va- leat, licet deficiant legata, quæ testator erat facturus, ipse au-

tem tenet oppositum, & mouetur, quia forte post legata facta testator apposuisset aliquod onus, vel aliquam conditionem cohæredibus institutis. Sed ista ratio parum valet, quia non est vniuersalis: nam etiam si constaret, quòd testator nolebat aliquam apponere conditionem, quia forte hoc dixerat coram testibus, antequam faceret testamentum: certe ista ratio non haberet locum. quia licet posset mutare voluntatem in dubium, tamen præsumeretur contrarium: vt l. si ita stipulatus. in princi. & ibi per Barto. ff. de verbo. obliga. & l. Titia. §. idem respondit. ff. co. titu. & l. non ad ea. ff. de cõdi. & demõ. Vnde melius potest comprobari ista conclusio ex isto tex. in princi. vbi probatur secundùm veram expositionem, quòd si testator instituit hæredes in primo gradu, volens postea substituere, non valebit etiam institutio facta in primo gradu: & tamen certum est, quòd sine substitutione potest stare testamentum: sicut sine legatis. Et hanc sententiam expresse sentit Bart. hic, dum ponit exemplum de contractu & de instrumento notarij, in quo continebatur quòd Titius vendiderat rem pro centũ Sempronio, cũ j. scriptis pactis & modis, licet postea pacta illa non essent inserta: dicit enim quòd contractus tanquam imperfectus, non valebit: sed melius facit iste tex. in princi. vt dixi. ¶ In glo. posita super verbo, non futuros. ibi: hoc fallit inter liberos. glo. ista gl. valde notabiliter dicit, quòd etiam inter liberos voluntas patris imperfecta non valet, licet valeat voluntas minus solennis: vt l. fi. C. fami. erc. & l. hac consultissima. §. ex imperfect. C. de testamentis. Sed contra istam glo. videtur sensisse Bart. licet eam approbet hic in l. fideicom. §. quoties. j. de lega. iij. vbi dixit, quòd voluntas testatoris non publicata coram testibus, valet inter liberos, licet glo. dicat contrarium in l. si is qui. §. eo. ex quibus verbis satis colligitur, quòd etiam si voluntas esset imperfecta, ipse sentit quòd valeret inter liberos, quia in isto casu loquitur gl. hic, quam ipse dicit tenere contrarium. Idem sentit secundũ Mod. & clarius tam in dispositione inter liberos, quàm in relictis ad pias causas, in l. qui testamento. ff. de fideicommissa. liber. vbi dixit, quòd si testator antequam hæredes instituat in principio testamenti mandet construi capellam, & in ea expendi certam quantitatem, licet postea ex impedimẽto superuenienti non possit cõplere vltimam voluntatem, nihilominus executores dati in testamento potuerunt illud legatũ mittere executioni. Et licet pro concordantia istorum dictorũ Moder. hic diuersimode loquantur, & multa verba excitant assumendo multa omissa mente ipsorum: tu debes considerare duos casus. ¶ Primus est, quando testator scripsit totam voluntatem suam in schedula, sed non fecit eam legi, & publicari coram testibus & notario. ¶ Secundus est, quando incepit conficere vltimam voluntatem, & eam non cõpleuit superueniẽte impedimẽto: & iste est proprie casus legis nostræ. ¶ †In primo casu dicit hic Io. de Imo. posse dici, ꝙ ex quo voluntas non est imperfecta, sed minus solennis: vñ dicitur imperfecta ratione solennitatis, non voluntatis deficiẽtis: ista vltima voluntas valebit inter liberos, & ad pias causas, dũmodo cõstet ꝙ scriptura sit manꝰ testatoris: per tex. in l. fi. C. fami. erc. quæ tamẽ limitatur hodie per auc. quod sine. C. de te. & per ea quæ habentur in c. relatũ. & in c. cùm esses. de testamentis. & in c. fi. de succes. ab intest. Et ista dicta sequunt cõmuniter Moderni hic, cũ limitatione, quam posuit Bal. in auc. quod sine. preal. vbi dixit, ꝙ ista sunt vera, qñ schedula scripta est manu testatoris: secus si esset scripta manu notarij, intellige ipso testatore dictãte: quia cùm priuilegiũ datum in iuribus præallegatis sit datũ solũ scripturæ factæ manu testatoris, non extendetur ad scripturã scriptam per aliũ. & hoc dicit tenendum, quicquid Bart. scripsit in l. fideicõ. §. quoties. ff. de leg. iij. Pro qua differentia facit optime text. & quod ibi per Bartol. in l. per hãc. in ver. propria manu collegæ. de erogatio. milita. anno. li. xij. Sed ista differẽtia licet hic approbet per quosdã Modernos, videtur contra mentẽ l. fi. præalleg. inquantũ generaliter illa l. dicit, ꝙ quibuscunq; indicijs probatur voluntas testatoris: satis est ergo signo probari scripturã factam manu alterius, & factã de voluntate testatoris: quod non videtur verũ, nisi probetur aliquod indicium voluntatis ipsius, nisi illa scriptura cõtineat aliquod, quod contineret scriptura testatorũ, secundùm formã dictæ autẽticæ, quod sine. Io. autẽ An. solẽniter attingens istã q. in addi. Spe. in tit. de instru. edit. §. compendiose. in addi. magna, in pe. colũ. videtur clare sentire, & ita fuisse iudicatum dicit, quòd etiam in relictis ad pias causas, si schedula ista reperitur penes notarium, vel aliter probatur, quòd testator dictauit istam schedulam, vt eam postea faceret publicare in formam testamenti, quòd si moritur ante publicationem, ista schedula nihil operetur. Mouetur ad id dicendum, ꝙ hæc schedula nõ videtur esse voluntas testatoris dispositiua, sed præparatio voluntatis futuræ. Vnde licet testes probent istam schedulam esse scriptam de voluntate testatoris, non probent aliquam vltimam voluntatem, sed præparationem ad voluntatem futuram: & hoc casu, dicit ipse, non loquitur text. in c. relatum. & in c. cùm esses. de testa. quia loquitur, quando dispositiones volunt facere vltimam voluntatem: & hoc dicit maxime esse tenendum, quando præcessisset primum testamentum solenniter factum. ex quibus verbis colligitur clare, quòd quando ista schedula fit pro faciendo testamentum in futurum, dicitur imperfecta, non solùm ratione deficientis solennitatis, sed ratione deficientis voluntatis: quia testator non voluit tunc aliquid disponere, sed fecit preparamẽta ad dispositionem futuram. Et ista opi. de iure est multũ colorata, & fundatur maxima autoritate, vt vides. Credo tamẽ ꝙ alia opi. quã firmat hic Bar. & in d. §. quoties. seruaretur in practica. & potest approbari ratione: quia ego video, ꝙ etiã verba enũciatiua emissa propter aliud inducant dispositionẽ validã fauore piæ causæ & liberorũ. De pia causa est casus notabilis, & ibi per doc. in c. cùm dilectus. de succes. ab inte. De liberis est casus in d. l. fi. s. alleg. dũ tex. dicit, quòd etiam voluntas probata per epistolam & quibuscunq; verbis prolatis, sufficit inter liberos: quæ dictio vniuersalis, quibuscunq;, ostendit ꝙ siue sint verba dispositiua, siue denunciatiua & emissa propter aliud, sufficiunt inter liberos. Sicut ergo in verbis enũciatiuis propter aliud emissis, in quibus sine dubio testator non intendit de nouo disponere, saluatur dispositio defuncti inter liberos: ita videtur, ꝙ licet ille qui scribit dictã schedulã, declaret voluntatẽ suã: licet nõ per modũ dispositionis: ex quo tamẽ volũtas totaliter fuit expssa preter intẽtionem agẽtis oriatur dispositio sufficiẽs inter liberos, & ad pias causas. Moderni tamẽ aliqui hic referũt se vidisse cõsilia Nelli de sancto Gemi. & duorũ doct. Flo. qui cõsuluerunt in relictis ad pias causas secdm opi. Io. An. Sed tamẽ alia opi. est communior, vt dixi. Secũdo casu principali, quãdo volũtas est imperfecta, quia testator nõ habuit testamentũ pro absoluto:[a] sed cũ vellet plus disponere, impeditus est. Cõmunis opi. est cum glo. nostra, & approbat hic eã expresse Bart. ꝙ ista dispositio nõ valeat etiã ad pias causas, vel inter liberos. Et iura quæ videtur dicere, quòd volũtas imperfecta valet inter liberos, intelligũtur de imperfectione solẽnitatis, nõ de imperfectione volũtatis.[b] Et ad materiã vide text. in l. ex ea. in prin. j. eo. per quẽ dixit hic notabiliter Bal. quòd si in archiuo publico reperitur sententia iudicis, in cuius sententia nõ sint ista verba promulgata &c. Ista sententia non valet, quia nõ constat de publicatione ipsius. Nec præsumitur ista solennitas quasi extrinseca: vt l. quæcũq;. §. fi. ff. de publi. Et ibi hanc eandem sententiam cõfirmat Bal. Si tamẽ in fine sentẽtiæ reperiretur, ꝙ ista sentẽtia fuit simpliciter promulgata: licet non diceretur lecta & publicata, sufficeret, quia istud verbũ virtualiter includit omnia, secũdum Bar. qui ita declarat, & ibi vide Mod. in l. sciendum. in vlti. q. ff. de ver. obli. & ad materiam nostram vide quod ponit Bal. in l. fi. in pe. col. C. fa. ercis. & in l. Lucius. j. de te. mili. Et vide ad materiã nrãm quod no. Ang. in consi. suo lxxiiij.

Cum legequis. Hoc dicit: Intestabilis nec potest esse testis, nec sibi alius in cõfectione testamẽti. ¶ †No. quòd verbum, intestabilis, importat vt quis non possit facere testamentũ: & vt non possit testificari pro alio, nec alter pro eo. Et mirum videtur secundùm Moder. ꝙ istud verbum, in materia odiosa, ita prægnans accipiatur, & maxime in multis, cùm regulariter in pœnis debet fieri mitior interptatio, vt restringatur odiũ: vt in regula, in pœnis. de regulis iuris. & in l. si præses. ff. de pœ. Sed ipsi respõdent, ꝙ hoc facit subiecta materia: quia culpa propter quã imponit pœna, ꝙ aliquis sit intestabilis, meretur talem interpretationem. Nos possumus dicere, & melius, ꝙ licet in sermone quod põt se habere ad plura, non tamen simul, si est vnum eligendum, eligatur id quod est mitius. sed tamẽ ex proprietate vocabuli vnũ posset contineri plene simul, sicut verbũ, intestabilis, in casu nostro: hoc non est incõueniens, ꝙ omnia complectitur: quia lex ita videtur in dubio voluisse, ꝙ omnia complectatur, ex quo proprietas verborũ hoc significat: vt l. non aliter. de leg. iij. cum ibi notatis. Secundò inducit istum tex. Bal. iuncta gl. ad conclusionem, inquantum glos. exponit, ꝙ ideo aliquis nõ põt ei esse testis, quia ipse nõ potest esse in iudicio, secundùm vnum modum exponendi: quòd vbi aliquis prohibetur agere, ibi videtur prohibita admissio prohibitionis & processus: & ex hoc infert, quòd si ex forma statuti bannitus non debet audiri, bãnito nõ debet reddi ius, processus factus à iudice ad petitionem

---

Si ita scrip. Alternatiua posita inter personas grauatas, constituit duos reos insolidum: & per petitionem partis, vel solutionem nullus reorum liberatur à reliquo, sed vterque potest conueniri. Secunda est ibi: quasi duo rei & c. Tertia ibi: quid ergo. ¶ †Not, primò, q̄ duo rei in contractibus vel in vltimis voluntatibus constituuntur per orationem alternatiuam. & de modo constituendi ipsos vide p̄ Bart. in l. ij. ff. de duobus reis. & bene facit text. in authen. si quando. C. de consti. pe. Secũdò no. q̄ petitio directa insolidũ contra vnum ex correis non liberat alium, nisi secuta solutione. Vtrũ autẽ pendente iudicio intentato contra vnum possit agi cõtra aliũ, vide quod plene & diffuse ponit Barto. in l. ex duobus. ff. de duo. re. ¶ †Tertiò no. posse argui, quo ad verborũ significatũ, de contractibus ad vltimã voluntatẽ[a], vt quicq̃d significant verba in contractu, significant in vltima voluntate, nisi aliud appareat. ¶ †Vltimò not. tex. iuncta gl. de dictione, alterutro[b]. quę si stat proprię ĩ suo significato, significat q̄ ab vno quoq; duorum de per se potest peti illud, quod deducitur in dispositione, seu in vnoquoq; duorũ nominatorũ de per se, habet locũ dispositio de qua agitur. Si autẽ ponatur pro altero, tunc significat, q̄ ab vno ex duobus potest peti, non ab vtroq;. Sed ista est impropria expositio, vt videbis in gl. ¶ In gl. j. in fin. Bal. hic reassumit per aliquos casus declarationẽ huius gloss. & quia in certis optime dicit, dic vt hic per eum. In vno autẽ videtur inaduertenter errasse, inquantum dicit, allegando Dy. q̄ si testator grauat duos hæredes in duabus orationibus diuersis, similiter constituũtur duo rei insolidum, sicut per alternatiuam: nam hoc est manifeste falsum, & contra l. si pluribus. §. fina. j. titu. proxi. & ibi hoc expresse indistinctè tenent Dy. & Bart. vbi concludunt, q̄ quando duo hæredes grauant̃ in diuersis orationibus, tunc non sint duo rei in vna summa, sed sunt obligati in duabus diuersis quantitatibus, vnusquisq; pro summa sua: & ad intellectũ illius legis vide q̃d no. Bar. in si. in l. stipulatio ista. §. eũ qui. de verbo. ob. & in l. ij. de duobus reis. ¶ In glo. posita super verbo, ab alterutro. ibi: vel dic q̄ hic est fauor legati. hanc solutionẽ sequitur Bar. hic, quãtum ad l. si creditores. C. de pact. vnde ponit regulã & limitationẽ. Regula est secundũ eũ, quòd creditor recipiens partem debiti videtur liberare soluentem à reliquis partibus: vt in d. l. si creditores. ¶ Sed fallit, quando aliquid debetur à pluribus insolidum in vltima voluntate, fauore vltimæ voluntatis. Et hanc opinio. est secutus ipse in d. l. si creditores. & in l. ex duobus. in j. quæstione. ff. de duobus reis. Licet ergo secundũ eum per petitionem partis factam ab vno nunquã inducatur diuisio: vt lege, reos. C. de fideiussoribus. per solutionem tamen factam ab vno inducitur, præterquam in vltimis voluntatibus. Bal. hic reprehendit istam solutionem, quo ad istam l. dicẽs q̄ cũ hic æquiparentur duo rei ex contractu, & duo rei ex vltima volũtate, apparet quòd non est facienda ista differentia inter vnum & alterum. Sed ista ratio parum vrget: quia ęquiparatio fit hic, quo ad modum constituendi duos reos, non autẽ quo ad id quod sequitur in versi. quid ergo. i. quo ad deliberãdum ipsos reos ab exactiõe solidi. Ipse tamen hic aliter dicit, quem sequitur Angel. & etiam Paulus de Cast. & in effectu vult, quòd non sit differentia inter petitionem partis, & solutionem: sed in vnum modum petendi & soluẽdi partẽ, & aliũ: nam si aliquis petit partẽ simpliciter, vel sibi simpliciter pars soluitur, tũc per neutrum istorum actuum inducitur diuisio. ita intelligitur text. noster. & text. in l. reos. C. de fide. Si verò creditor petit partẽ pro rata tangente conuentum, vel pro virili sua, vel pro persona sua, quæ id significat, vel recipiat solutionem partis à soluente pro virili sua, vel similibus verbis s. expressis: tunc secundũ eũ ex petitiõe & solutione æqualiter inducitur diuisio. De solutio. est casus in d. l. si creditores. ĩ verbo, si pro persona sua. De petitiõe non habemus l. expressam. sed videtur esse eadem ratio, ex quo creditor protestatur, q̄ vult illum condemnari ad partem ipsum tangentem: per quæ verba tacite videtur fateri, seu velle, quòd nõ teneatur ĩ plus, sicut dicimus in fi. in l. si quidẽ. C. de transactio. Et ista opinio multum placet, maxime per text. nostrum in fin. in versicu. idem erit. vbi videtur idem iuris disponere in recipientem partem, quod in petentem. Sed in petente nulla est specialitas in vltimis voluntatibus, vt etiam fatetur Bart. ergo similiter nõ erit in recipiente partem. Confirmatur ista cõclusio: quia vbicunq; potest esse alia cõiectura, quàm donationis, nunquam in dubio præsumitur donatio. l. si id quod aurũ. ff. de soluti. & l. cùm de indebito. in prin. ff. de proba. cùm ergo creditor recipit partem debiti simpliciter solutam, quia potest videri hoc facere, vt citius & facilius consequatur suum: forte enim debitor non erat ita paratus soluere totum, sicut partem: ideo in dubio non videtur diuidere. Et ita intelligo istum tex. ne si videatur diuidere, præsumatur liberare soluẽtẽ ab alia parte, q̃d esset donare: facit text. in l. j. in fin. cum l. seq. & seq. ff. de sol. vbi dicitur, q̄ si debitor ex pluribus causis soluit simpliciter, nec dicit in quam causam, in dubio præsumitur soluere pro obligatione pura, non pro ea quæ est in diẽ, quia sic solueret plus tempore, si aliquo modo donaret: vt Instit. de actio. §. plus. & in capi. j. de plus pe. Et hanc conclusionem in soluere sequitur Richar. & Saly. c. post eum in l. si creditores. præallegata. quos etiam

a ¶ De contractibus ad vltimã voluntatẽ. Adde l. pactũ inter hæredem. ff. de pact. l. iure ciuili. ff. d cõdi. & demõ. & per Ang. ĩ l. diuortio. in princi. ff. de verb. obl, Nic. Sup.

b ¶ Alterutro. De qua dictione vide etiã per eũdẽ Aret. in l. in duob. §. vbi duo. de duob. reis. Bene. Va.

etiam ego ibi sum secutus: pro qua bene facit textus in l.iij.in fi.ff.de duo.re. Licet autem quando solutio fit à debitore pro virili sua, vel per similia verba, inducatur in dubio pactum liberatorium, hoc est intelligendum secundũ Bal. nisi recipiẽs fuerit protestatus, ꝙ ius suum esset saluum: in reliquo alleg. l.ij.in prin.ff.si quis cau.& in l.si stipulatus.§.fi.ff.de fide. secundùm vnam expositionem. bene facit tex.in l.si debitor.§.j.ff.quib. mod.pignus vel hypo.solu. Aduerte tamen: quia licet Baldus hic ita distinguat, vt dixi, nec sequatur solu. Bar. ad istum tex. aliter tamen dicit in l.si creditores. præalleg. nam primò videt facere differentiam inter petentem partem, & recipientẽ solutionẽ partis, vt in primo casu nunq; inducatur diuisio, quando pars fuit petita ab vno duntaxat. In secundo casu distinguit, vt hic, vtrum solutio fiat pro rata soluentis, vel simpliciter. Sed plus placet, quod hic dixit, per ea quæ s.scripsi. Item ĩ d. l.si creditores. videtur concedere, quòd aliud sit in vltima voluntate, quàm in contractu: & assignatio differentiæ est, quia in contractu obligatio pendet ad vltimam voluntatem duorũ. Vnde non est mirũ, si in dissoluenda obligatione vel modificanda eorũ voluntas attenditur: vt lege, prout quisq;. ff.de soluti.& l.nil tam naturale.ff.de regu. iur. Sed in vltimis voluntatibus obligatio insolidum in hæredes causatur à voluntate defuncti, qui voluit hæredes teneri insolidum: vnde non attenditur voluntas legatarij & hæredis, vt videatur tacite facta diuisio. Sed hanc rationem reprehendit hic Ioan.de Imo. & merito: quia licet sola voluntas testatoris sit inductiua huius obligationis, nihilominus debet attendi voluntas legatarij, & hæredis soluentis, quoniã in legato iam sibi quæsito potest legatarius sibi præiudicare: vt lege, si quis ita hæreditatẽ. cum ibi nota.s.de conditio.insti. Videtur ergo tenenda distinctio, quam ponit hic, quæ est probabilior. Sed posito ꝙ opinio Barto. esset vera, videlicet ꝙ per petitionem partis factam ab vno, nunq; induceretur diuisio, & sic esset differentia inter petitionem partis, & solutionem: quæritur de ratione differentiæ. Et hanc nititur assignare Ioã.de Imo.in l.ij. ff.de duob. reis. dicens ꝙ ideo ꝑ petitionem partis. nunq; inducitur diuisio, quia debitor petendo agit de necessitate, vt consequatur suum: vnde non præsumitur ita de facili liberalitas remissionis: vt lege, rẽ legatam.j.de adi.lega.& l.fideicõmissa.§.si rem. ff.de le. iij. Sed quando recipit solutionem partis sponte factã à debitore, tunc facit voluntarie, & ideo facilius præsumitur remissio. Sed ista differentia non videtur bona, nec in primo casu, nec in secundo: nam licet creditor ex necessitate petat debitum, non tamen ex necessitate petit partem debiti. Item in scdo casu licet creditor volũtarie recipiat partem debiti, non tamen voluntarie reciperet totum debitum oblatũ, imo ex necessitate: sicut declarat Bar.in l.quidã æstimauerũt. in fi.ff.si cert.pet. Vnde in vtroq; casu reperitur, si bene respicis, aliquid voluntarium, & aliquid necessarium. Potest ergo dici pro nunc, quòd differentia potest esse: quia quando soluitur pars à volente volenti, facilius potest resultare pactum liberatoriũ, q̃ quando petitur pars in iudicio, & contestatur lis contra eum: quia cùm iudicium reddatur in inuitũ, nõ ita de facili inducitur pactum, sicut in primo casu, nisi sit fortior coniectura: videlicet quia sit actum contra omnes: vt l.liberũ. C.de fideius. Hãc tamen rationẽ non firmo pro nunc, sed est cogitandum: & videtur ratio prædicta esse bona, quia facilius expresso consensu soluẽtis inducitur tacitus consensus in pacto liberatorio, q̃ vbi non est iste consensus expressus: sicut dicimus in fi.ꝙ fortior est tacita pupillaris, quæ resultat ex aliquibus expressis in testamento, q̃ illa quæ absoluta præsumitur à l.nam prima excludit matrem, alia non, vt dicitur in l.ij. s.de vulg.& pupil.

SI ita legatum. Si vna pars alternatiuæ cõtinet vnum legatũ, licet alia cõtineat plura, non põt fieri solutio pro parte in vtraq; re deducta in alternatiua. Secunda est ibi: quia vnum. Tertia ibi: ne aliter. Quarta ibi: nec interest. ¶ Not. ibi: quia vnũ in alterutra causa &c. ꝙ ratio decidendi videtur esse in isto text. quia in vnaquaq; parte alternatiuę legatum est vnicum. qđ vr̃ contra intellectum Barto. & doct. hic. qui dicũt, ꝙ legatum erat vnum hic in vna parte alternatiuæ: sed in alia erant plura legata, propter dictionem, singulos, quæ est distributiua: vt l.huiusmodi.§.pe.j.eo.& tangit idem Bart.in l.Stichũ.§.stipulatio.[a] circa princ.de verb.ob. Sed qualiter saluetur, videbis in glos. Sequendo tamen intellectum doct.no.sing.ꝙ si sit legatum plurium rerum per nomen collectiuum, licet nomẽ distributiuũ ponatur ad pretiũ ipsarũ rerũ, qđ subrogatur loco rerum, nõ tñ in ipsis rebus inducũtur plura legata: & ita debes ampliare

6 tex.in l.scire debemus.§.stipulationes.de verb.obl. ¶ † Secũdò not. secũdũ communem intellectum, ꝙ quando legatur certa quantitas ad pondus, non dicuntur tot legata, quot pondera, sed dicitur vnum legatum, propter vnum nomẽ numerale, quod complectitur ista pondera. Vnde si aliquis donat legando libras olei, scdm hoc non erunt plures donationes, sed vna. & ita videt probare tex.in l.si quis argẽtum.in prin.iuncto medio ipsius l.C.de dona. vbi probatur, ꝙ qui legat certa pondera argenti, vr̃ facere vnam donationem: qđ patet, quia non valet vltra quingentos aureos. qđ non esset verum, si essent plures: vt l.sancimus.C.co. Secus esset, si aliquis venderet similẽ quantitatẽ ad pondus, constituto pretio in singulis ponderibus: tunc enim cũ plura sunt pretia, plures sunt venditiones, & satis colligitur ex text.in l.qđ sæpe.§.in his.ff.de contrahen.emp. ¶ Tertiò not. secundũ Bar. nomina ista numeralia, decem, quinquaginta, & similia, sunt nomina collectiua, nõ distributiua: & ideo faciunt vnũ legatũ, & vnam stipulationẽ. ¶ In gl.j. ibi: facit vim in octo &c. ista gl. licet dicat verum in se, ꝙ sola ista dictio numeralis, octo, esset sufficiens facere vnũ legatũ, cũ sit dictio collectiua, vt expresse probatur in fi. tex.in ver.& certe. vbi nõ repetitur qualitas lecticariorum, & tamen est vnum legatum: inquantũ tñ si serui lecticarij essent legati simpliciter, non esset legatũ, non bene sentit: quia etiã qualitas sola faceret, ꝙ pro omnibus seruis lecticarijs esset vnũ legatum: vt dicit tex.in l.scire debemus. §. stipulationes. prælle. ¶ In glo. posita super verbo, numerꝰ. ibi: vel ibi: quot anni tot obligationes &c. istud contrarium est difficile, maxime quia glo. præsupponit vnum, qđ est valde dubium, videlicet ꝙ in d.§.fi. tot sint obligationes, quot sunt anni. Barto. tamen hic declarando eam dicit glos. sensisse, ꝙ ideo ibi tot sunt obligationes, quot sunt anni, quia erat implendum aliquid à stipulatore, quod cohærebat personæ: quo casu stipulatio annua non est vna: vt l.si seruus.§.fi.& ibi plene per Bartol. de stipul.seruo. Sed istud non videtur posse dici, cum reuerentia, ad intellectum illius §. quia ibi vẽditor nihil habebat implere ex parte sua, nisi forte diceres, ꝙ habebat implere inquantũ debebat habitare. Sed ista esset inepta locutio: quia habitare esset habere ius, qđ ipse sibi exceperat, & vti illo iure, non autẽ implere. Nã implemẽtum dicitur id qđ fit ab aliquo ad vtilitatem alterius: qđ non est in casu illo. Credo tamen, ꝙ habuerit bonum intellectũ. & sensus eius est, ꝙ sicut stipulatio annua continet plures obligationes, quãdo ille qui stipulatur habet implere aliquid ad vtilitatem alterius, cohærẽs personæ ipsiꝰ stipulatoris: vt l.si seruus.§.fina.ff.de stipul.seruo. ita quando id quod est præstandum stipulatori cohæret personæ ipsius, sicut ius habitationis, tot sint stipulationes, quot sunt anni. Sed reuocatur in dubium de ratione diuersitatis: quia cùm regula sit, ꝙ stipulatio annua est vna: vt l.senatus.in fi.de donat.causa mor.& plene in l.Stichum.§.stipulatio.de ver.oblig. assignãda est ratio differentiæ, cur aliud sit in isto casu. Vnde in d.l.si seruus.§.fina. ipse dicit, ꝙ ratio est, quia ius quod cohæret personæ, finitur cum persona: vt l.sicut in annos.§.fi.ff.qui. mod. vsusfr.amitt.& l.centesimi.in fin.de verborum obligatio. Et hucusq; optime dicit, sed ipse non probat hanc consequentiã: ius deductum in stipulatione finitur cum persona: ergo tale ius deductum in stipulatione annua facit esse plures obligationes. Præterea promissio annua alimentorum cohæret personæ, sicut & ipsa habitatio: vt l.cũ hi.§.modus.ff.de transactionibus. & tamen Bartolus cõcedit, quòd promissio annua facta propter alimẽta est vna, licet non transeat ad hæredem: vt patet ex notatis per eum in lege, cùm Stichum. §. stipulatio. suprà allegata. † Præterea ista conclusio ad minus non ꝓbatur lege: quia lex, sicut in annos. in principio. loquitur in legato, non in stipulatione: in quo non est in dubium, quòd tot sunt legata, quot sunt anni.[b] Et ideo cogitabã forte, contrariũ posse aliter solui, saluo iudicio melius sentientis, ꝙ posito ꝙ in d.§.fi. stipulatio esset vna, adhuc tamen iste textus posset procedere. Vnde considero ꝙ in casu §. nostri cõcurrunt duo, scilicet vnitas dispositionis, & vniformitas præstationis eorũ quæ veniũt in vna dispositione: nam omnes serui simul & eodem tẽpore debent ꝑstari: sicut in ipsis simul acquirit dñium virtute legati: vnde propter magnã conformitatẽ, quã habent in identitatẽ præstationis, vnã cũ vnitate obligationis, non põt pro parte istud legatum solui, & ꝑ parte nõ solui, sed solui aliud loco ipsius. Sed ista ratio deficit in dicto §. quia quicquid veniebat in alternatiua in vnoquoq; capite, nõ habebat præstari eodem tempore, & vniformiter, sed diuersis temporibus: & ideo facilius admittitur variatio propter diuersitatem præstationum, propter quas quo ad effectum possunt dici

a ¶ §. stipulatio. Vbi etiam ꝑ Bal. & Io. de Por. Be. Va.

b ¶ Anni. Adde eundẽ Frã. Are. ĩ l. pluribus. circa fi. de verbo. ob. & qđ ibi dixi ĩ apost. Be. Vad.

plures obligationes: licet quo ad ius obligationis sit vnum: & per hoc videtur solutum istud cotrarium.

AD quod. In gloss. vnica, ibi: secus si semp fuit hostium. Ista solu. approbat hic per Bart. & Mod. in l. liber homo. la picola. ff. de verb. ob. Nam alia sol. quæ facit differentiam inter contractus & vltimas voluntates, vult ꝙ in cõtractibus promissio non valeat: sed in legatis valeat, in quibus inspicit tempus mortis: quã tetigit gl. in l. in testamentis. de reg. iur. & in d. l. liber homo. reprehenditur hic per Bart. & omnes, quia est contra regulam Catonianam, de qua videbis in l. cætera. j. eo. & quia etiam in cõtractibus res, qa fuit nostra, & trãsibit ad hostes, dicitur esse in commercio: vt l. fi. ff. de act. emp. Præterea vult doct. ista solutio est manifeste contra tex. in l. ab omnibus. §. etiam. j. eo. vbi tex. dicit, ꝙ illa res quæ est apud hostes, potest legari, quæ potest emi. & sic patet, ꝙ ista parificantur. Licet autem res hostium, quæ nunꝗ fuit nostra, nõ possit legari, vel vendi simpliciter, potest tamen vẽdi vel legari sub conditione, si nostra effecta fuerit: vt in c. abbate sane. in fi. de re iu. lib. vj. secundũ Bar. hic, & in d. l. liber homo. quod potest concedi, quando eam donaret vel venderet princeps, qui habet ius indicendi bellum, & posset eam acquirere per occupationem. Sed quando priuatus legaret vel venderet, tunc hoc videtur magis dubiũ: quia res immobiles hostium si capiunt, sunt principis vel ciuitatis indicentis bellum: vnde non conceduntur occupanti. l. si captiuus. §. j. ff. de ca. & declarat Bart. in l. si quis in bello. ff. eo. & Bal. in l. si quis pro redemptione. C. de redem. de quo vide per Ang. plenius in disputa. sua, quę incipit, renouata guerra. Vnde si priuatus promittit vel legat rem immobilem hostium, & peruenerit ad eũ, videtur promittere id, qđ si auferatur ab hostibus, immediate est peruenturũ ad principem. Sed talis res non videtur in commercio: vt l. apud Iulianum. §. fi. j. eod. igitur promissio non videtur valere. Licet autem res quę non est in commercio, non potest promitti sub conditione, cuius euentus habet tristem expectationem: vt l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. ob. potest tamẽ promitti sub conditione, de qua diximus s. quia illa non habet euentum tristem, sed fauorabilem, secundũ Moder. hic, & sentit etiam Bar. in d. l. liber homo. præallegata.

a ¶ Vindictã. Adde Fel. in c. qm̃. §. j. in j. col. de offi. dele. in vers. vtrum partes. Bę. Vad.

SVMMARIVM.

1 ☞ Filius cũ valeat certos contractus & actus facere sine iussu patris, cur non potest optare vel hæreditatem adire absque iussu suo.

2 Facultas capiendi aliquem propria autoritate, vel faciẽdi vindictam de offensa, an cedi vel per alium exerceri possit.

IVlianus. Optio non potest fieri à filio, sine iussu patris, nec ante aditam hæreditatem. hoc dicit. ¶ In glo. posita super verbo, posse. ibi: vel ibi per suam prouisionẽ &c. Bart. hic coniungit oẽs istas solutiones simul: & qa optime loquit, nihil est addendum, quo ad hoc. ¶ 1 † Sed quæritur pro declaratione tex. de duabus quæstiunculis, quarum vnam tetigi in voce, aliam tangam postea. Prima quæstio est, quæ sit ratio, quare cùm filius possit certos contractus & actus facere sine iussu patris, non potest optare sine iussu suo, vel adire hæreditatem. Bar. hic dicit, & plenius in l. qui in aliena. in princ. s. de acqui. hæred. ꝙ istud est, quia tales actus pendent à mera voluntate filij. Vnde qua ratione filius non potest sine consensu patris obligari voto: vt l. si rem. §. voto. ff. de polli. quia votũ pendet à sola sua voluntate: eadem ratione nec potest adire vel optare. Sed ista ratio, quo ad l. nostram, non videtur sufficiens: quia si legatum nullum habeat onus annexum, hic filius ex nuda voluntate sua non obligatur, sed solum acquirit. cur ergo non possit acquirere domino ignoranti, vel inuito sine iussu, sicut est in cæteris acquisitionibus: vt l. etiam inuitis. ff. de acquiren. re. domi. & Institu. per quas personas no. acqui §. item acquirimus. tamen adhuc non apparet ratio. Et si diceres, defendendo istam opinionem, quòd licet filius optando non obligetur ex sola voluntate sua, præiudicat tamen sibi, inquantum perdit ius eligendi in alijs rebus: sicut tangit Bartolus in lege, is qui hæres. §. finali. ff. de acquirenda hæredita. ad hoc potest responderi, quòd non semper repudiando præiudicat sibi: quia si eligat meliorem rem, tunc nullum resultat sibi præiudicium ex ista tacita repudiatione, vel saltem eligat rem, æque bonam. Tu ergo dic, quòd ratio subtiliter sumitur ex tex. in l. acquiritur. in versicul. & ideo. ff. de acqui. rer. dom. dicit enim ibi iurisconsultus, ꝙ seruus sibijpsi nihil iuris potest acquirere. & postea subdit, & ideo non põt adire hæreditatem sine iussu domini. quæ verba hoc signant manifeste, quòd quia acquisitio hereditatis fit per medium facultatis adeundi, quæ est ius mixtum facto, vt infrà declarabo: ideo non potest acquiri per seruum sine iussu domini: qa ipsa facultas adeundi, inquantum est ius, residet in persona domini: & ideo sine iussione eius non potest fieri acquisitio. Inquantũ autem est quædã mera declaratio volũtatis ipsius adeuntis, est factũ, quod cohæret personæ serui vel filij: vt §. sed cùm factum. Insti. de stipul. ser. & ista est causa, propter quam dominus & pater non possunt adiri soli: quia potestas adeundi continet ius & factum inseparabiliter. Possumus autem dicere, quòd potestas adeundi est ius, inquãtũ defertur à l. vt cã legitima ad acquirendum. Est autem factum, inquantum est quædam animi declaratio, & facultas prouenien̄s à potestate à lege concessa. In alijs autem acquisitionibus non est ita: qa non acquiritur immediate per medium alicuius alterius iuris, quod non possit consistere in persona serui: sed aut acquiruntur ipso iure domino: sicut cõtingit in legato facto seruo. aut per medium facti, scilicet contractus, vel quasi, ex quo resultat defectus iuris, qui acquiritur domino. Seruus autem & filiusfamil. quo ad factum, ex quo acquiritur ius, sunt medium habile: vt in §. sed cũ factum. p̃alleg. licet ius ex illo facto nõ possit eis acquiri, sed alteri. & per ea quę suprà dixi apparet ibi ratio, quare hæreditas non potest acquiri per patrem vel dominum, non concurrente voluntate filij vel serui: hoc est enim propter mixturam facti inseparabilem ab ipso iure adeundi, quod quidem factum est de his, quę cohęrent personæ, itaque non est communicabile alteri: vt colligitur ex his quę declarat Barto. in l. si quis stipulatus fuerit. ff. de verbo. obligat. & ista est melior ratio, ꝗ̃ illa quã Bar. adducit in l. is põt. ff. de acquir. hæred. vbi dicitur, quòd ius adeundi non transit in patrem & dominum, quia est ius acquirendi: & si transiret in patrem vel dominum, iam non esset ius quærendũ, sed quæsitũ. Quæ rõ nullo modo videtur vera: qa concedo ꝙ ius adeundi, est ius acquirendi hæreditatẽ, nõ autẽ ius acquirẽdi ipsum ius adeundi, quod iam est quæsitum saltem ipsi filio, vel seruo. Vnde ista possent valde bene stare simul, quòd ius adeundi cõsideretur vt ius quæsitum domino, & vt ius acquirendi aliud, scilicet hæreditatem nondum quæsitam. ¶ Et quia, vt vides, mera facultas non est communicabilis, nec transit de seruo in dominum, 2 † posset induci iste tex. ad quæstio. Nunquid facultas capiendi aliquem propria autoritate, vel faciendi vindictãa de offensa, possit cedi vel exerceri per alium. De quo dic vt tetigit Bart. & Moder. plenius in l. j. in fin. j. de no. oper. nun. & de iure faciendi vindictam tetigit Bal. in l. accusationis. C. qđ met. causa. vbi allegat glo. quã dicit esse singu. in l. cũ fundus. §. fin. ff. de vi & vi ar. de quo dic vt ibi per eum. Et aduerte diligenter: quia inquantum suprà dixit, quòd ius adeundi & facultas ei permixta sunt inseparabilia: hoc est intelligendum, ne sit locus calumniæ, quòd sunt inseparabilia, quo ad inducendam acquisitionem hæreditatis: quia vnum sine altero nõ sufficit: sunt tamẽ separabilia, quo ad hoc vt ius possit residere in vno, & facultas in alio: sicut dicit hic Bart. in obligatione alternatiua, in qua ipsum ius residet in persona patris vel domini, sed facultas. i. actus eligendi residet in persona serui, vel filij. Adde etiam, ꝙ opi. Bart. ex his quæ ipse dixit in l. is qui heres. §. fin. ff. de acq. hær. prout s. retuli, posset saluari ab impugnatione, quam feci hoc modo: qa licet aliquo casu possit contingere, ꝙ optio nullũ afferat detrimentum patri vel filio: satis tamen videtur esse, ꝙ ex natura sua possit afferre, vt filius non possit optare: sicut dicimus, ꝙ etiã si hæreditas sit opulenta & lucrosa, quia tñ ex natura sua põt cõtinere onus, pupillus nõ potest eam adire sine autoritate tutoris, quamuis lucrum simplex possit acceptare: vt Insti. de auto. tut. §. neq;. Illa tamen ratio quam assignaui, est longe melior, maxime quia l. si rem. §. voto. prohibet filium obligari. Quòd autem aliter non possit sibi præiudicare, hoc non dicit mihi nec tibi.

SVMMARIVM.

1 ☞ Fideicommissum potest simpliciter relinqui à patre filio in potestate.

2 Legato & fideicommisso potest grauari, qui non capit immediate à defuncto, sed ex l. prouisione mediante.

3 Trebellianica nonnunquam appellatur Falcidia.

4 Vsusfructus acquiritur patri in aduentitijs.
5 Actio vtilis inducitur in subsidium.
6 Dictio, perinde, improprietatem significat.
7 Hæres hæredis an sit proprie hæres.
8 Conditio impleri debet in forma specifica.

CVm filio. Qui capit cōmodum per mediam personam alterius, ex vltima voluntate, potest grauari fideicommisso: in quo si relinquitur extraneo, habet locū deductio quartæ: secus si relinquatur ei, per quem acquiritur hęreditas, & fideicommissario mortuo, pendente conditione, vel die incerta, fideicommissum remanet penes grauatum. Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit vnū dictum in genere. Scdò illud declarat, & distinguit. Tertiò ponit illationē Iuliani. Quartò aliam illationem ipsius iurisconsulti. Secunda est ibi: ac tūc demū. Tertia ibi: denicꝫ Iulianus. Quarta ibi: & iō. & est subtilis l. ¶ † No. primò, ꝙ fideicōmissum simpliciter pōt relinqui à patre filio ī potestate: & quomodo valeat vel sustineatur, ex quo non est relictum expresse in tempus existentiæ sui iuris, videbis declaratum j. in tertia gl. posita super verbo, ex persona. ¶ † Scdò not. ꝙ ille qui non capit immediate à defuncto, sed mediate ex prouisione l. potest grauari legato & fideicommisso: & sic ampliatur l. ab eo. C. de fideicō. videtur enim testator tacite relinquere illud patri vel domino, qđ fit ex dispositiōe l. p mediā personā serui vel filij ad eos pueturū: vt l. conficiunť. in princi. ff. de iure codi. secus si ad aliquem perueniret emolumentum hæreditatis, non ex tacito iudicio testatoris, sed à casu & fortuna, vel saltem præter intentionē ipsius: vt l. sed sic. §. fi. j. de le. iij. Sed istud dictum videtur esse contra tex. expresse in l. qui liberis. §. hæc verba. š. de vulg. & pup. vbi iurisconsultus dicit, ꝙ sub ista clausula, quisquis mihi hæres erit, non cōprehenditur pater vel dñs, quādo filius vel seruus sunt instituti, quia non veniunt ex iudicio testatoris. Nec potest dicere illum tex. posse restringi, ꝙ non veniūt ex iudicio expresso, sed ex tacito sic: quia si venirent ex iudicio tacito, non comprehenderentur sub illa clausula, vt patet in l. si in testō. eo. ti. Præterea si text. noster intelligitur de hæreditate aduentitia, vt vult hic Barto. versus fin. commenti: necesse est dicere, ꝙ filius vel seruus fuerint instituti contemplatione propria, non contemplatione patris, & sic voluntas testatoris non fuit ad patrem vel dominum. Sed huic rationi posset responderi, ꝙ quamuis institutio fuerit facta contemplatione filij vel serui: testator tamen, quia sciebat ꝙ quicquid acquirit filius, acquirit patri, tacite videať se conformare cū dispositione l. vnde magis obstat tex. in dicto §. hæc verba. Et ideo possumꝰ soluere aliter contrariū l. sed si sic. pallegata. videlicet ꝙ ideo valet legatū & fideicommissum, si relinquitur extraneo: quia ipse filius vel seruus videtur grauari, vt hic dicitur in versicu. denicꝫ. & ex persona eorum prętatur fideicomissum, vel legatum. Ideo autem valet fideicommissum relictum ipsi filio, vel seruo, ne quod est inductum in eorum fauorē, retorqueatur in eorum odium: qđ in eorum autem fauorem inductum sit, hic declarat Barto. ꝙ pater vel dominus contra eos nō possunt allegare se esse hæredes. Ergo vbi hoc tenderet ad grauamen eorum, quia per hoc fideicommissum eis datum non valeret, pater vel dominus considerabitur tanꝙ hæres, non tamen vt hæres cum eisdem qualitatibus, quibus consideretur filius: quia sicut tunc filius posset deberi fideicommissum sibi ipsi à seipso: ita nec ipse pater posset debere fideicommissum. considerabitur ergo vt hæres, non tamen vt repręsentans psonam filij. ¶ Tertiò no. ibi: ex Trebelliano &c. ꝙ non solum ille detrahit Trebellianicam, qui est grauatus restituere vt hęres: sed etiam ille qui præstat fideicōmissum ex persona hæredis, sicut pater hic ex persona filij. ¶ † Quartò no. ibi: habita ratione l. Fal. & c. ꝙ Trebellia. aliquando appellatur Fal. de quo in l. Titia. §. fi. ff. ad l. Fal. & in l. filium quem habentem. C. famil. ercis. Similiter etiam legitima appellatur quandocꝫ Falcidia: vt in auť. vnde si parens. C. de inof. testa. facit ad not. in auť. sed cū testator. C. ad l. Fal. & in l. Marcellus. §. quid autē. j. ad Treb. in illa quæst. vtrum possit detrahi non facto inuētario, vel in relictis ad pias causas. a ¶ † Vltimò no. in versicu. ipsi vero. ꝙ Treb. non detrahitur b ab eo, qui est rogatus restituere hæreditatē, non tanꝙ hæres. concor. l. mulier. §. vt Trebellianum. j. ad Trebel. & quod habetur in l. j. §. idem Neratius. ff. eodem titu. ¶ In glo. posita in verbo, ex persona ex voluntate capit &c. Ista expositio tacta in glo. reprehenditur cōmuniter per Bar. & alios vt hic per eos, quibus adde ꝙ ex quo legatum non debebatur ipso iure, sed erat inutile, si voluntarie soluatur à patre, vel domino, & ex certa scientia solutum non acquiretur tanꝙ fideicommissum, vel legatum, sed tanꝙ donatio: vt l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & l. j. & ibi no. ff. de condi. inde. Sed iste tex. videtur dicere, ꝙ debetur in virtute legati vel fideicommissi. Ergo ista expositio non potest stare: & ista ratio est melior, ꝙ illa quam dixi in voce. ¶ In eadem glo. ibi: vel dic &c. Ista expositio est melior, & probatur in tex. in versi. denicꝫ. secundū Bartolum, & alios. Sed contra ipsam fortiter facit, vt dicit glo. quia si fideicommissum restituetur filio, acquiretur incontinenti per ipsum filium ipsi, & sic dispositio erit delusoria, & non videtur valere: vt l. qui sic. ff. de sol. Timore contrarij glo. ponit tres solut. Primam damnant hic docto. qa diuinat ad tex. quibus nihil est addendū. Sed in secunda aduerte diligenter: quia Bart. damnat eam ex eo, quia si pater non vult hæreditatem ad se pertinere, hæreditas remanebit apud filium iure directo, non iure fideicommissi, & per consequens non poterit habere locum fideicommissum: cuius contrarium hic dicitur. Sed Ioan. de Imo. defendit gl. & recte ab ista impugnatione: quia hoc nō esset verū, si pater non fecisset adiri hæreditatem per filium, necꝫ vellet eam sibi acquirere. Sed gl. pręsupponit, quòd hæreditas fuerit adita iussu patris. Sed quòd postea pater protestaretur nolle ad se hęreditatem pertinere per restitutionem faciendam filio: quo casu cùm per aditio. hæreditas fuerit quæsita patri, ipsi filio non possit applicari iure directo, sed solùm per fideicommissum. Ipse tamen impugnat hanc solutionem alia ratione: quia cùm regula Catoniana, quæ dicit ꝙ si relictum factum à testatore a non valeret, si tunc testator moreretur, non potest postea conualidari. Habet locum etiam in fideicommissis vniuersalibus: vt plene declarat hic Io. de Imo. & per Bar. in l. j. & ij. j. de regu. Cato. Sequitur, quòd licet pater protestando non facit sibi acquiri ex restitutione facta filio, nihilominus non conualidabitur fideicommissum, quod non valuisset, si testator fuisset mortuus tempore testamenti ante istam protestationem. Sed b ad hoc potest faciliter responderi, quòd istud fideicommissum ideo valeat, quia subauditur ibi ista conditio, si pater noluerit pertinere ad se fideicommissum sibi quærendum per filium: sicut subauditur ista conditio, si filius fuerit effectus sui iuris, vt j. tangetur in tertia solutio. sequendo opinio. Barto. quam ipse approbat. † Sed contra istam solutionem magis facit: quia acquisitio quæ fit patri vel domino vigore potestatis, non videtur posse impediri per solam voluntatem domini vel patris: vt lege, etiam inuitis. & quod ibi not. ff. de acqui. re. domi. Vnde licet pater protestetur, quòd non vult bona restituēda filio ad se pertinere: hęc tamen protestatio non tollit impedimentum, per quod fideicomissum redditur inutile: quia nō obstante protestatione, quæ non potuit derogare iuri patriæ potestatis, fideicommissum restitutum filio acquiretur patri: & hoc est quod dicit textus not. in l. imperator. circa mediū. ff. ad Tertul. dum dicit, quòd stante patria potestate impossibile erat patrem posse obligari filio: & hoc ideo, quia obligatio facta filio acquireretur ipsi patri, & sic idem esset debitor & creditor: quod est inconueniens. Sed si vis sustinere istam solutionem, oportet dicere, sicut dixit Iaco. de Areti. & Bartol. qui sequitur eum in l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebel. quòd ideo fideicommissum isto casu possit habere effectum, quia pater protestando, quòd non volebat ista bona ad se pertinere, videtur dilapidare hæreditatem: quo casu fideicommissum relictū filio applicatur ipsi filio iure proprietatis: vt lege, imperator. ff. ad Treb. vnde valebit fideicommissum isto respectu secundùm eum, & pertinebit ad filium, & non ad patrem: & hoc est quod voluit sentire gloss. hic, quæ est singula. & notanda. Sed hoc dictum non videtur verum aliquo modo: quia remedium l. imperator. ff. ad Trebellianum. habet locum, quando fideicommissum erat relictum filio sub conditione: vnde si pater dissipabat interim bona propter spem, quam habebat filius, ex valido fideicommisso, quod poterat habere locum existente conditione, succurritur ei, vt ibi dicitur in text. quia per cautionem non poterat filio prouideri, quæ solet interponi in legatis & fideicommissis conditionalibus: vt l. j. & per totum. ff. vt leg. nomi. ca. Sed in casu nostro fideicommissum purum non erat validum ratione suprà assignata: quia per renunciationem patris non poterat impediri ius acquisitionis sibi fiendæ: vnde hic non habebat locum cautio de iure ordinario, ex quo fideicommissum non valebat: vt lege, si is à quo. in princip. ff. vt in posses. leg. & l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nomine ca. & ideo longe est diuersa ratio isto casu, quòd proprietas acquiratur filio: vt in lege, imperator. Et ad legem, cogi. §. si pater. potest responderi multipliciter, vel quòd ibi fideicommissum erat relictum sub conditione existē

a ¶ Ad pias causas. De qua q. habes p eūdē Are. l. j. §. substituere. in prin. vl. col. de vulg. & pup. & vide qđ ibi dixi in apostil. Be. Va.

b ¶ Trebellianica nō detrahitur. Adde doct. in c. Ray. & c. Raynaldꝰ. de testi. Nico. Super.

tiæ sui iuris expressa, vel tacite conditio subintelligebatur: vt infrà videbis in tertia solutione. Vnde ista solutio non potest sustineri aliquo modo, sustinendo quòd fideicommissum esset hic relictum pure: propter quod Ioan. de Imo. dixit hic, vt retuli in voce, quòd ista solutio debet intelligi, quando erat relictum filio sub conditione tacite vel expresse: & est intellectꝰ gloss. quòd etiam ante implementum condi. id est, antequàm filius efficiatur sui iuris, fideicommissum relictum à patre filio poterit habere effectum, videlicet si adita hæreditate per filium iussu patris pater postea dicat, quòd non vult ista bona ad se pertinere, & tamen non emãcipet filium: per ista em̃ verba videtur dilapidare hæreditatem, & sic applicabitur hæreditas filio pendente cõditione, licet sit in potestate: vt in d. l. Imperator. Et licet iste intellectus sit probabilior, q̃ præcedens, & meliꝰ possit sustentari: adhuc tamen non placet: quia sicut heri dicebam in voce, tũc habet locum remediũ l. Imperator. præallegatæ. quia aliter contra patrem dissipantem subuenire non poterat, sicut ibi eleganter declarat Bartolus per l. j. C. de bon. ma. Sed in casu nostro aliter poterit subueniri: ergo non habet locum dispositio illius l. Vnde considera duos casus. Nam aliquando pater protestatur, quòd non vult bona ad se pertinere, & ea restitui filio. Et tunc hic nulla cadit dissipatio: quia restituendo eam filio videtur quodammodo concedere eam filio in peculiũ: sicut dicimus, quando pater emit rẽ nomine filij, & sibi tradit: vt l. fi. ff. de pe. lega. & per Barto. in lege prima. §. nec castrense. ff. de col. bon. per Bal. in l. filiæ cuius. C. fami. ercisc und. Vnde ex quo committit curam bonorum filio, non potest dici dissipare, saltem si filius erat maior. & de ista commissione in peculium facit mentionem gloss. in casu nostro, secundùm quosdam, in dicto §. si pater. Si vero pater simpliciter protestatur, ꝙ non vult ista bona ad se pertinere, vel ad curam ipsius: non tamẽ restituit ea filio, ea adhuc poterit filio prouideri: quia sicut filius, cui est relictum fideicommissum à patre sub conditione, potest cogere patrem adire, ne fideicommissum pereat in sui præiudicium, si conditio aduenerit: vt est casus in dicto §. si pater. secundùm vnum intellectum: & probatur in regula posita in l. ille à quo. in princip. eodem titul. ita poterit petere dare curatorem bonis, per quẽ bona seruentur, ex quo ipse nõ potest acquirere dominiũ bonorum: sicut enim pro bonis absentis datur curator, ne patrimonium suum pereat: vt l. ab hostibus. ff. ex quib. cau. ma. Ita poterit dari curator propter interesse spei, quam habet. & sic videtur quòd non simus in dissipatione irreparabili, in qua habet locum l. Imperator. vt ibi declarat Barto. Vnde gl. posuit tertiam solutionem, quã approbat hic Bart. sc̃d̃m quam probat singu. iste tex. quòd quando aliquis est grauatus restituere hæreditatem illi à quo accepit, intelligitur grauatus sub tacita conditione. s. post mortem ipsius grauati: vt l. epistola. §. fin. ff. ad Trebel. Et idem à principio sentit hic Ioan. de Imo. si pater esset scriptus heres, & esset grauatus restituere filio: vt infrà dicam. Sed contra istam solutio. facit text. in l. vbi pure. in principio. j. ad Trebellia. & in fideicommissa. §. si filio. j. de legat. iij. in quibus satis clare apparet, quòd quando relinquitur à patre filio, ita demum videtur esse adiecta conditio existentiæ sui iuris. i. si filius sui iuris fuerit effectus, quando sunt apposita aliqua verba, per quæ coniecturaliter apparet, quòd testator voluit legatum vel fideicommissum pertinere ad vtilitatem filij: aliàs illa iura innuunt, quòd legatum esset nullum ad vtilitatem filij: sicut videtur probari in sim. Inst. de legat. §. an seruo. Timore huius contrarij Old. & quidam alij dicũt, quòd ista glo. est intelligenda in hac solutione, secundũ illa iura: videlicet quòd hic in fideicommisso relicto à patre filio, si fuerunt apposita aliqua de illis verbis, ex quibus poterat perpendi, quòd fideicommissum non erat collatum in tempus existentiæ sui iuris. Pro qua conclusione adduco tibi textum notabilem, & quod ibi ponit Barto. in lege, si vsusfructus. §. fina. quãdo di. le. ce. vbi probatur, quòd non solùm quando legatũ relinquitur à patre filio, si apponuntur verba præmissa, videtur legatum relictum sub conditione: sed etiam si legatum relinquatur filiofamil. ab alio, subintelligitur ista conditio. Qd est mirabile: quia etiã si non subintelligeretur in isto casu, legatum factum filio poterat valere, licet acquireret̃ patri. Bart. autem hic simpliciter tenet istã solut. & vult, ꝙ quia pater hic rogatur restituere filio instituto, à quo ipse acceperat hæreditatem, quia per medium filij fuerat sibi quæsita, etiã si fideicõmissum sit factũ simpl̃r sine illis verbis: intelligit̃ relictũ post mortẽ ipsius p̃ris, vel postq̃ filius fuerit effectus sui iuris: per l. epistola. §. fin. ff. ad Treb. & isto modo valebit fideicõmissũ. Secus esset secundũ eum, si pater ipse fuisset scriptus hæres: & sic non accepisset hæreditatem à filio: & esset rogatus filio restituere: & ita loquũtur iura allegata per Oldradum & alios. Sed cũ in vtroq; istorum casuum vna sit ratio, per quam fideicõmissum si sit purũ, redditur inutile: videlicet quia q̃d daretur filio ex causa fideicommissi, incontinenti rediret ad restituẽtẽ, & sic fideicõmissum esset sine effectu. vt tetigit hic glo. quare magis & facilius subauditur conditio in vno casu, q̃ in alio? Non videtur posse assignari bona ratio, cũ propter vnum & eundẽ effectum remouendum subaudiatur cõditio: vt s. dixi. Non ob. text. in l. epistola. §. fi. quia ibi alia ratione particulari in secundo fideicommisso subauditur conditio mortis grauati: hoc est enim ex mente testatoris: quia primum fideicommissum datũ nurui à nepote ipsius testatricis, videbatur magis datũ causa & cõtemplatione ipsius nepotis grauati, q̃ primi fideicommissi, cui erat faciẽda restitutio. Cũ enim testatrix non consideret de prudentia nepotis, voluit bona gubernari per matrem ipsius nepotis, quousq; ipsa viueret: vnde rogando postea eandẽ matrẽ, ꝙ restituat filio suo eadem bona, videtur intellexisse, ꝙ restituat post mortem ipsius matris: quia si essent restituenda incontinenti ipsi nepoti, non impleret eam, per quam testator videtur reliquisse fideicommissum matri. Et pro ista conclusione do tibi tex. no. in l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. vbi probatur, ꝙ quando testator in hæreditate sua præponit extraneum filio, & postea vult hæreditatem restitui filio: hoc videtur magis factum gratia filij, quàm extranei præpositi: vnde vocatur hæreditas fiduciaria. Nec dicas, ꝙ ille tex. loquitur, quando filius erat minor: quia etiam quãdo esset maior, potest esse ꝙ testator magis cõfidat de gubernatione matris filio coniunctæ, q̃ de gubernatione filij, vel propter ætatem, quia filius sit iuuenis, licet non pupillus, vel minor, vel propter mores ipsius filij. Vnde tenenda videt̃ opi. gl. cum limitatione Old. s. dicta. Et aduerte ad istam gl. in quantũ sc̃d̃m Roge. dicit, ꝙ si filius sit institutus hæres, & pater rogatus restituere sibi hæreditatem, etiam de iure nouissimo C. fideicommissum non valeret: nã intẽtio Roge. videtur fuisse, ꝙ de iure nouissimo istud fideicõmissum nõ valeat hac ratione: videlicet quia respectu proprietatis non potest valere: q̃m sc̃d̃m istud ius proprietas est quæsita filio, & sic non potest sibi restitui res sua, nec tenet in ea fideicommissum. respectu autem vsusfructus non videtur valere: quia si pater restituit vsumfructum filio incontinenti, acquiretur ei. † 4 Vnde iure nouissimo in aduentitijs vsusfructus acquiritur patri:[a] & sic restitutio plena respectu vsusfructꝰ erit inutilis filio, quia incontinenti reuertetur ad patrem: & ita exponit Bart. ista dicta Roge. Tu autem in isto articulo potes considerare tres casus, quos diligenter prosequitur hic do. Raph. Primus est, quã do hæreditas relinquitur filio contemplatione patris. & tunc cũ ista hæreditas sit profectitia: sicut dicit hic Bar. & bene, nihil est immutatũ de iure nouissimo. vnde sicut olim poterat relinqui à patre filio: vt in l. nostra. ita poterit hodie. Ex quibꝰ verbis satis clare sentit, ꝙ sicut olim de iure isto, quando hæreditas relinquebat̃ à patre filio, subintelligebatur cõditio mortis ipsius patris, vel existentię sui iuris ipsius filij, ita hodie sub intelligetur, ex quo in hæreditate profectitia, quãtũ ad potestatẽ relinquendi, nihil est immutatum. Sed Ange. hic multũ subtiliter & no. dicit, ꝙ aliquid est immutatum de iure nouissimo: quia vbi est de iure isto relictum filio censebatur esse cõditionale ex conditione s. dicta, tacite subintellecta: hodie erit purum, & debebitur proprietas ipsi filio, incontinẽti: quia licet hæreditas fuerit relicta filio contemplatione patris, & sic sit profectitia, fideicommissum datum à patre filio est ius aduentitium, quia est relictum contemplatione ipsius filij, ergo proprietas poterit restitui filio incõtinenti: & sic in hoc erit differẽtia inter ius Digest. & nouissimũ: vt no. tex. in l. epistola. §. fi. sc̃d̃m eũ: quia ibi fideicommissum non poterat aliter valere, nisi subintelligeretur cõditio. Sed in casu nostro secus est, quia fideicõmissum potest valere in persona filij, cũ potest acquiri proprietas de iure nouissimo ex causa aduentitia: vnde proprietas debebit̃ incontinẽti. Sed contra istã doctrinã insurgit Ioan. de Imo. duplici ratione. Prima, quia responsio Ang. ad l. epistola. in fi. non videtur bona: quoniam ibi secundũ fideicommissum datum à patre filio bene poterat valere in vita patris, & acquiri filio suo, dum esset sui iuris, & non prohibebatur contrahi obligatio inter matrem & filium, quę non habet eum in potestate. Secundò mouetur, quia testator rogando patrem, ꝙ restituat hæreditatem filio, videtur relinquere filio plenã proprietatem. i. ius proprietatis cũ vsufru. vt patet ex not. in l. si filij. ff. de vsufru. leg. secundũ eum. Sicut ergo dicitur relictus vsusfru. sub cõditiõe filio, si fuerit sui iuris,

quia

[a] ¶ Patri. Adde eundem Are. in l. q̃d dicitur. ver. ob. & q̃d ibi dixi in apostil. Bene. Va.

quia aliter nõ valeret relictũ,vt dixi:ita videẽ relinquere pro
prietatẽ:quia quãdo vna oratio cõtinet duo legata,qualitas et
conditio adiecta in vno intelligitur ineſſe etiam alteri:vt l.ſi
legatarius.§.fin.& ibi per Barto.ff.de leg.iij.& l.iam hoc iure.
ff.de vulga.& pup.& bene facit qđ not.Barto.in l.Seiæ.§.Ca
io.ff.de fund,inſtru.Mihi autẽ placet ſine dubio opin.Angel.
quæ eſt veriſsima.Et ad primam impugnationẽ do.Ioã.dico,
quòd licet ſecundo fideicõmiſſario poſsit acquiri fideicommiſ
ſum cõmiſſum,ſed propter primũ qđ eſſet inutile,ſi nõ ſubin
telligereẽ:quia mulier quæ erat prima fideicõmiſſaria, nõ ſub
intellecta conditione,id qđ acceperat cogeretur reſtituere in
cõtinenti.In caſu autẽ noſtro cõditio ſubintelligitur,non pro
pter primũ fideicõmiſſum,ſed ꝓpter ſecũdũ,relictũ ipſi filio.
qđ nõ valeret,ſi eſſet purũ,per rõnem aſsignatam in glo.quę
ratio cũ ceſſet de iure nouiſsimo,quia proprietas põt acquiri fi
lio incõtinẽti:ideo ceſſabit ſubauditio cõditionis,quæ nec hic
nec in epiſtola in fin.fit,niſi ad ſaluandũ fideicõmiſſum, qđ eſ
ſet inutile:alia tñ rõne eſſet ĩutile ĩ d.l.epiſtola.& alia hic. Vn
de dixi,ibi ſubauditur conditio,vt ſaluetur primũ fideicõmiſ
ſum,nõ ſecundũ.hic autẽ vt ſaluetur ſecundũ:& voco fideicõ
miſſum ſecundũ hic id,quod debet reſtitui filio à patre per re
ſpectũ acquiſitionis,quã primo loco fecit pater ex pſona filij.
Ad ſcđm reſpõdeo,ꝙ illa iura ꝓcedunt,qñ cõditio eſt expreſ
ſa vel ſubintellecta ĩ vno legato.ſed in caſu noſtro ego nego,
ꝙ in aliquo legato ſit ſubintellecta cõditio:quia ex quo lega-
tum de forma ſui erat purũ,& poterat valere ſaltẽ reſpectu ꝓ
prietatis,nõ ſubintelligitur aliqua cõditio in legato vſusfruct.
imo dico,ꝙ legatum nõ valebit illo reſpectu:quia ſecundùm
iura ſuperius allegata in iſta glo.cõditio ſubaudiẽ,qñ aliàs le-
gatum eſſet penitus inutile:ſed qñ ſine ſubauditione cõditio-
nis põt valere, & eſſe vtile quo ad aliquid,tunc nõ eſt eadẽ rõ,
cur debeat ſubaudiri cõditio,ex quo diſpoſitio põt tanꝗ pura
ſortiri aliquẽ effectũ,& nõ eſt incõueniens,ꝙ legatum valeat,
quo ad aliquid,& quo ad aliquid nõ:vt l.filiusfa. § Marcell⁹.
eo.titu. & l.hac edictali.§.ſi verò.C.de ſecũ.nupt. Vnde opin.
Angel.videẽ eſſe veriſsima.& hanc opin.in effectu ſequiẽ hic
Rapha.Secundus caſus poteſt conſiderari, quando hæreditas
eſſet relicta filio non contemplatione patris,& ſic eſt hęredi-
tas aduentitia:& iſte caſus ſubdiuiditur in duos alios,ſecundũ
Rapha.nam aliquando filius repudiat hæreditatẽ ſibi delatã,
ita ꝙ pleno iure acquiriẽ patri volenti eam acceptare : iuxta l.
fin.§.j.de bo.quæ lib.& tunc dicit quoſdã tenere, ꝙ hoc caſu,
quia hæreditas pleno iure acquiritur patri,valebit fideicõmiſ
ſum relictum à patre filio,ſicut in caſu proximo p̃cedenti re-
ſpectu proprietatis. Ipſe autem dubitat de hoc dicto, nec ta-
mẽ aliter aſsignat rationem dubitationis,niſi quia dicit,quòd
hic poſſent multa dici.Sed ratio dubitandi apparet intelligen
ti:quia ſi in hæreditate aduentitia relicta filio fideicõmiſſum
non poſſet dari à patre filio,etiam de iure nouiſsimo, quando
filius adiret hęreditatem, vel anteꝗ eam repudiaret:ergo ex
poſtfacto nõ poſſet reconualeſcere.Obſtat regula Catoniana,
ex quo fideicõmiſſum fuit purum:argumẽ.ſ.tetigi, referendo
dicta Ioan.de Imo.in iſta glo.& ideo ſi vera eſſet opin. Rog.
quæ ponitur hic in gl.quòd iſto caſu de iure nouiſsimo fidei-
commiſſum non valeret,non videtur etiam valere in caſu no
ſtro.Secũdus caſus eſt ſubdiuiſionis,ſcilicet quando hęreditas
eſt aduẽtitia,& fuit adita per filium,in quo quæritur, vtrum
fideicommiſſum relictum à patre filio valeat:in quo,vt vides,
Rog.tenuit quòd non,ratione ſ.alleg.Sed Barto. hic refert in
hoc puncto duas alias opi. Prima fuit quorundam dicentium,
quòd licet reſpectu proprietatis non valeat fideicommiſſum,
quia eſt filij, vt dictum eſt, per aditionem hæreditatis factam
ab eo : valet tamen legatum reſpectu vſusfructus:quia teſta-
tor rogando patrem quòd reſtituat vſumfructum filio,vide-
tur prohibere, ne ex cauſa fideicommiſsi vſusfructus iſte ac-
quiratur patri, quòd fieri poteſt ex diſpoſitione teſtatoris:vt
in authẽ.excipitur.C.de bo.ma.& in auth.vt lice.ma. & auię.
§.j.& ſic tollitur inconueniens, quod adducitur per Rog.quia
vſusfru.qui conceditur filio, non reacquiritur patri incontinẽ
ti.Et iſta opin.habet magnam æquitatem.Seruetur hic Raph.
dicens quoſdam ita tenere:ſed Barto.nõ ſequitur eam hic, nã
in ſecunda quæſt.ipſe dicit: vltimò not.ſecundùm Ray.quòd
in proprietate non valet fideicommiſſum,ſed in vſuſruct. vi-
detur relictum fideicommiſſum ſub cõditione,ſi filius erit ſui
iuris:ſicut dicitur hic in gloſſ.fideicommiſſo proprietatis, qđ
aliter non poſsit valere,niſi ſubaudita cõditione. Et hanc di-
cit eſſe opin.Rayn.Sed inferius in ſequẽ.quæſt. diligentius re
petendo iſtum caſum arguit contra iſtam opin. Rayn. & ar-
guit ſic:Filio exiſtente ſui iuris omnino vſusfructus patris ex
tingueretur,& rediret ad proprietatem filij:ergo iſtud legatũ
declarationem glo. vbi allegaui duas bonas ll. in l. serui electione. in princip. s. eod. ¶ In glo. posita super verbo, non possе. ibi: non sunt causæ lucratiuæ &c. ista ratio secundũ Barto. simpliciter non est sufficiẽs, quia duæ causæ lucratiuæ ex post facto bene possunt concurrere in personam vnius: vt l. seruus legatus. infrà eodem. & plenè etiam in l. Mæuius. §. duobus. j. titu. prox. Dicendum est ergo, secundũ eum, quòd hic erant duæ causæ lucratiuæ, quarum exactio non poterat fieri insolidum: quia siue legatum esset vnicuiq; pro parte, siue vnicuique insolidum, non debebant habere nisi partem. In primo casu est manifestum. In secundo patet per l. si pluribus. in fin. j. eodem. vbi quando res legatur insolidũ, faciunt sibi partes p concursum: vnde sicut ex duabus causis illi duo non poterant insolidum acquirere rem, ita nec iste qui succedit loco duorũ: si ergo vult totum ex vna causa, alia consumitur. Sed hoc dictum nõ videtur simpliciter procedere: quia licet duo nõ possint esse domini insolidum simul: vt l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. vnus tamen in quo concurrunt plures causæ acquirendi, bene potest ex pluribus causis simul fieri dominus: vt l. iij. §. ex plurimis. ff. de acquirenda possessione. Vnde non est negandum, quòd iste si simul ex vtraq; causa voluisset esse dominus, potuisset: ideo in casu l. nostræ non potest, quia prius acceptauit dominiũ ex vna causa: vnde non potest ex alia cã amplius postea fieri dominus: vt in dicto ca. ex plurimis. Ad text. in l. nõ est nouum. in fin. qui videt̃ velle, quòd vna actio necessario deducat duas causas in iudicio: & per consequẽs, ꝙ ex vna sola quis non possit habere totũ, & ꝙ vna pro altera non tollatur: est dicendum, quòd ibi loquitur in eo qui succedit in iure alterius, quod non erat sibi applicabile ex persona propria per ius accrescendi: tum quia illud ius iam fuerat quęsitum alteri: vt lege prima. §. interdum. de vsufruc. accrescend. tum quia in contractibus regulariter ius accrescendi non habet locũ: vt plene traditur in l. si mihi & Titio. de verb. oblig. Sed prima ratio est efficacior: nos autem loquimur in casu, in quo erat in potestate legatarij, vnũ ex causis acquisitionis in se cõcurrentẽ extinguere, & ex alia totum acquirere: vt vidisti in positione casus, & in glo. ¶ In ea. glo. ibi: sed alij &c. doct. communiter dicunt, quòd prima pars est verior: nam ego possum deducere duo iura in iudicio, duntamen deducam ea cõtra eandem rem in vno iudicio, & vno libello. Sic intelligitur l. non est nouum. allegata in contrarium, de qua materia plene tradit Barto. in repe. in lege, edita. C. de eden. & quot modis dicatur vnus libellus, vel plures, vide ibi per Bar. & in l. libellorum. §. j. ff. de accusa. & per Bald. eleganter in l. ordinarij. in vltima col. C. de rei vendi. aliquid etiam tetigit Bar. in l. prima. §. si plura, ff. ad Turpil. & per ea quę tanguntur hic in glo. arguit hic Bartò. contra aduocatos Florentinos, qui ex vna summa: verbi gratia, ex centũ petunt partẽ corã iudice. nam si non opponitur à reo, procedit iudicium secũdùm eum: vt Institu. de actio. §. si minus. & est optimus text. in lege, si ex toto. §. primo. suprà eodem. Si verò opponitur, non procedit iudicium, ne cõtinentia causæ diuidatur: vt lege, nulli. C. de iudi. & in d. l. non est nouum. suprà alleg. Et hoc dictum valde cõmendat hic Ioan. de Imol. dicens se non meminisse alibi hoc positum: quod tamen Bart. tetigit clare in duobus locis, videlicet in lege, quidam æstimauerunt. in fin. si certum petatur. & in lege, in commodato. §. duabus rebus. vbi perfecte loquitur. ff. commo. & videtur confirmare istam doctrinam, quæ tamen potest limitari dupliciter. ¶ Et primò, nisi reus partem debiti confiteatur, & partem neget: quo casu iuste potest offerri petitio super parte: quia super eo, quòd reus est confessus, non præcedente libello, non est opus dare petitionem, sed sufficit sibi fieri præceptum: vt lege, si debitori. ff. de iudi. ita declarat solenniter Bal. in lege, edita. in quinta chart. in repe. Paduana. C. de eden. ¶ Secundò videtur posse limitari, nisi iudex coram quo petitur pars totius, non possit cognoscere de maiori summa: vt l. cùm quædã puella. in fin. ff. de iurisdict. om. iudi. per quem tex. ita tenet Barto. in d. §. duabus rebus. Sed Cyn. videtur ei contradicere in lege, cũ quædam. in fine. pręallegata. & Bald. qui simpliciter tenet oppositum in l. si idem cũ eodẽ. §. j. eod. titu. Sed in l. cũ quædam. in fin. nititur concordare opi. dicens, quòd vterq; bene dicit, ꝙ vis est in modo opponendi excep. nam si opponitur contra iurisdict. quia dicatur iudici, vos nõ potestis cognoscere de ista summa, quia est pars maioris summæ: verũ dicit Bart. ꝙ ista exceptio non obstat. Si autem non opponitur de iurisdictione, sed ipsi actori, quia excipiatur, ꝙ iste non potest petere de vna summa partem: & tunc vera sit opi. Cy. & aliorum. Et licet ista distinctio in se sit vera, de mente tamen Bart. est in dicto §. duabus. qd nullo modo est, casu possit excipi. Ego autem pro concordia dicerem, ꝙ si actor facile potest adire iudicem maioris summę, possit repelli exceptione: quia est, quid sibi imputetur, cur nõ petit in totum. pro hoc adduco in simili tex. notabilem l. iiij. §. si tam vicinum. & quod ibi per Bar. ff. de dam. infec. vbi probat, quòd iudex qui nõ vult reddere ius parti, nõ est in culpa, nec põt puniri, si alius iudex æque faciliter poterat adiri. aut iudex maioris summæ fortasse erat remotus, ita quòd cũ magna expensa haberet ibi litigare super toto, vel saltem cũ magno incommodo suo: & tunc sit vera opi. Bar. in d. §. duabus. Aduerte tamen, quia secundùm Bald. in lege prima. s. de acq renda hęreditate. qui inclinat ibi in opinionẽ Petri, posset esse casus, in quo etiam reo non opponente processus esset nullus. Exemplum, si statutum vult, quòd de qualibet lite, quæ mouetur à tanta summa supra soluatur certum quid. Et intelligo quòd statutum annullet processum, si non sit solutũ, licet Bal. hoc non dicat: nam tunc si actor causa fraudandi gabellam diuidit vnam summam in plures libellos, videtur hoc facere in fraudem legis: ergo simpliciter processus erit: vt l. fraus. & l. cõtra l. ff. de legibus. Qualiter autem ex tota summa debeat peti pars in libello, & qd si petitur non vt pars, sed simpliciter. Pro primo, vtrum procedat libellus, vide solenniter per Bart. in l. scire debemus. in prin. ff. de verbor. obliga. Et vtrum sententia lata super parte petita pariat exceptionem rei iudicatæ, si petitur alia pars, vide quod not. ponit Barto. in authen. qui semel. C. de probatio. ¶ † In eadem glo. ibi: quando disiũcti no. hanc glo. commendat hic Bald. tanquam notabilem, ex qua habes colligere, quòd quando res legatur duobus insolidum, si illa res defertur tota ad vnum, vel quia alter repudiauit, vel qa ego sum hæres illius, nõ põt pars eius rei repudiari, & pars acceptari: intellige quando altera pars repudiatur totaliter: nã bene posset alteri partem repudiare ex persona eius, cui sum hæres: & eandem acceptare ex iure accrescendi, vel contra: vt probatur hic in tex. secundùm vnam lecturam. Si autem legat̃ res non insolidum, sed vnicuique pro parte: tũc quia in legatis portio non accrescit inuito: vt l. j. §. vbi autem. allegata in glo. bene posset acceptare partem meam, & alteram penitus repudiare: quod videtur fieri in duobus casibus. Primus est, quãdo delata mihi portione consocij ex persona ipsius, ego repudio eam tam respectu iuris, quod habeo ex persona illius, quàm respectu iuris, quod habeo ex persona mea in illa portiõe, qd esset ius accrescendi: & idem videtur dicendum, si illam portionem delatam mihi duplici iure simpliciter repudiarem: & hoc videtur hic sentire glossa, & probatur in textu, in lege, si Titio & mihi. in glossa allegata. & habet rationem quia renunciatio indefinita regulariter æquipollet vniuersali: vt lege, si pluribus. de legatis secundo. Vnde qui simpliciter renunciauit, videtur renunciasse respectu illius iuris, quod sibi competebat: secus esset, si renunciatio esset limitata ad vnum ius: nam renunciando huic parti, prout mihi competit ex persona mea: vt probatur hic in textu nostro.

Si quis seruo. Difficultas seu impossibilitas præstationis non reddit legatum inutile. hoc dicit. ¶ In glossa posita super verbo, angustias. solu. ibi: inter viuos. &c. Hanc solutionem intelligit Bartolus hic, & in lege prima. suprà, de condition. instituend. & in lege, continuus. §. illud. de verborum obligationibus. in contractibus stricti iuris: sed in contractibus bonæ fidei est idẽ quod in vltimis voluntatibus: vt lege, insulam. §. primo. ff. locati. Sed iste intellectus ad illam legem non placet Ioanni de Imola, in dicto §. illud. nec etiam mihi placuit, tunc cùm scriberem super illo §. dic ergo, vt ibi plenius scripsi. Pro nunc dic, † ꝙ non est differentia inter contractus stricti iuris, [a] & bonæ fidei: quia textus in fine literæ non fundat se super qualitatem contractus, sed quia partes tacite hoc videntur voluisse: vnde lex, angustia temporis. non reddit contractum impossibilem, quia non erat notorium tempus expressum in contractu esse nimis breue: imo partes credebant à principio quòd sufficeret: & ideo intentio earum videtur esse, quòd si non sufficiat, debeat dari tempus conueniens [c] ad faciendum, in quo conuenit. Et per illum textum ita intellectum comprobatur quædam decisio Federici de Senis in consilijs suis, quam refert & sequitur Baldus in lege, id quod pauperibus. C. de episcopis & clericis. quòd si testator præfigit tempus executori ad faciendum aliquid in executionem testamenti, & illud tempus non est sufficiens, intelligitur suppletum

tempus

a ¶ Non est differentia inter contractus stricti iuris. Adde tex. in c. cũ venerabilis. de exce. Bald. in c. fi. in fi. de plus peti. Nico. Super.

b ¶ Cõueniẽs. Adde dom. Ias. May. hic, circa prin. iij. colũ. vbi refert & sequit̃ Are. hic, & in d. l. continuus. §. illud. Bene. Va.

tempus cōueniens,nec post tempus assignatū à testatore expirat potestas executoris.Cætera dic vt subtiliter scripsi in dicto §.illud.Et quia, vt hic vides,in vltimis voluntatibus angustia tēporis reijcitur,licet nō sic in cōtractibus:vt etiam eleganter declarat glo.in l.ij.§.si quis tamē.ff.si quis cau.ideo arguit hic Bald.quòd si iudex citat vel facit præceptum cōplendum sub termino,sub quo est impossibile cōplere,vt quia terminus est nimis angustus,vel quia iubet aliquem comparere die feriata:ille cui est factum præceptum,vel qui est citatus,si nō pōt illud facere in termino sibi assignato,debebit facere q̄ primum cōmode poterit:quia videntur esse præcepta, vnum faciendi,vel comparendi:aliud facere vel comparendi in termino assignato:vt l.si dies.§.fin.cum l.se.ff.de arbi.& in c.cū dilecti.de dolo & cōtu.Sed Ioā.de Imol.reuocat ista dicta in dubium,dicens q̄ illa iura loquuntur,quando à prin.vtrūque præceptum poterat esse validum:quia & poterat quis cōparere,vel facere actum in termino,& etiam vltra terminum. Sed quādo à principio alterum præceptū fuit nullum, valet præceptum de cōparendo,vel faciendo in termino:tunc ipse credit cōtrarium,quia hoc videtur probari expresse in l.ij.§.fin.ff.si quis in ius voca.nō ierit.vbi dicitur,q̄ citatus die feriata nō tenetur cōparere:vt in l.si feriatis.ff.de fer.& hoc idem prosequitur latius ipse idem do.Ioan.in l.j.§.nunciatio.ff. de no. oper. nuncia.reprehendēdo Inn.in ca.fin.extrà,de seru.qui dicit cōtrariū.quē tū sequunt̄ Bal.& Ang.ī l.ij.§.si qs in iudicio.ff.si qs cau. Ego aūt nō video,quomodo ista dicta Inn.& Bal.hic sint cōtra tex.in l.ij.in fin.si quis in ius voc.nō ie.vt dicit Ioā. de Imol.in locis s.allega.quia licet ille tex.& l.si feriatis.s.alleg.dicant,q̄ si reus nō comparet die feriata, nō videatur esse contumax:nō tamē dicunt,q̄ nō teneatur cōparere q̄ primū potest:imo contrariū videtur probari secundùm intellectum Bal.ibi in l.ij.§.si quis in iud.si qs cau.dū tex.dicit,q̄ l.iubet diē iudicij esse diffusum.Vnde in ista materia possumus cōsiderare tres casus.Primus est quando iudex præcepit aliquid fieri per partem,quod est impossibile fieri infra terminum assignatum.Secūdus,quādo iudex citat partem,vt cōpareat sub termino impossibili de iure,vel de facto.¶Primo casu videtur, quòd præceptum valeat,& q̄ debeat fieri q̄ primum commode potest:sicut decidit Bal.in l.j.C.de his quæ pœ.no.in ver. decimò quæro,vel decimò pono.& in versi.sequē.per tex.in dicta l.cùm dies.§.fina.cū l.seq.Nec obs.q̄ illa l.loquitur,qñ vtrunque præceptum potuit valere:vt s.dixit Ioan.de Imol. quia dico,q̄ multofortius idem est dicendum in nostro casu: pro cuius euidentia debes scire,q̄ ex proprietate verborum istud præceptum,q̄ aliquis compareat in termino, est vnum præceptū,nō duo:est em̄ præceptū de faciendo aliquid in termino,& vnum præceptum qualificatū qualiter tēpore: sicut dicit Bart.in l.diuus.ff.de re iudi.quòd quādo ad vnum factū applicatur aliud per modum qualitatis,ista non dicunt̄ duo facta,vel duo crimina,sed vnum factum qualificatum. Vnde q̄ in l.Celsus.videantur esse duo præcepta,hoc est magis ex mēte præcipientis,qui videtur velle,q̄ factum sortiatur effectum eo modo quo potest.Sed ista ratio multofortius habet locum quando ab ipso principio secundùm vnum modū præceptum nō potest valere.Ergo idem iuris est,& multofortius,sicut qñ à principio vtrunque præceptum valere potest:videmus enim quòd improprian̄tur verba sententiæ,& iuramenti,vt actus à principio valeat,qui aliàs non valeret,secundū gl.in l.puto, ff.famil.ercisc.un.& text.& quod ibi per Bartol.in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiurā.¶Secūdo casu sub distinguo:quia aut pars citatur ad comparendum & faciendū aliquid,in quo non est opus præsentia partis aduersæ: & tunc idem sit quod in casu præcedenti, videlicet quòd citatio resoluatur infra duo præcepta:sicut dicitur in ca.cū dilecti.præallegato.& idem credo,si requireretur partis præsentia:& si tamen pars aduersa illis diebus, quibus reus non cōparuit,si fuisset ipse præsens in iudicio,citatio non arctaret reum.Si verò pars est citata ad vidēdum fieri certum per partem aduersam, vel per iudicem:tunc si in termino assignato actus ille non potest fieri,non arctabitur comparere vltra terminum:ita probatur in lege,si vitem.§.qui ad ianuam.ff.quod vi aut clam. & nota.idem Bald.in lege,si finitæ.§.Iulianus.ff. de dam. infecto.& Bald.in lege prima.in penul.colum.C. quomodo & quando iud. & in capit.primo.de milit.vas.qui contu. est. in vsib.feudo.Et est ratio manifesta: quia ex quo actus non potest fieri in termino assignato per partem aduersam,vel iudicē, reus citatus remanet incertus,quando iste actus debeat fieri: & per consequens citatio obscura eum non arctat:vt lege,aut qui aliter.§.fina.& ibi per Bartolum.ff.quod vi aut clam.Dicit etiam hic Barto.notabiliter,q̄ sicut testator mandat aliqd præstari ab hærede,id est,certum terminum à die mortis suæ, quòd iste terminus curret immediate à morte testatoris, nec expectabitur tempus datum hæredi ad deliberandum, quòd hæres adeat.Sed istud dictū nō placet Ioā.de Imo.†qa cū legatum non debeatur,nisi ab adita hæreditate:vt lege,si tibi homo.§.cùm seruus.j.eo.non cogetur hæres præstare ante aditionem hæreditatis:[a] vnde debebit intelligi à die mortis, supple,& aditæ hæreditatis. secundùm eum nihil allegat,sed pro decisione sua videtur casus sing.in lege iij.§.si quis hæredi.ff. de statu libe.vbi iussus dare aliquid hæredi infra certum tempus à die mortis,non tenetur dare,neque currit tempus,nisi à die aditæ hæreditatis: & illum text. allegat Bartol.in lege,si cui legetur.in princip.j.eod.bene facit text.cum glo.in authē. hodie.C.de appel.& quod not.Ioan.Andr.eleganter in cap. quia.de exce.libr.vj.vbi dicit,quòd licet in dicto ca. assignet̄ terminus octo dierum,à die exceptionis propositæ debet suppleri,scilicet & admissæ per iudicem.Si quis tamen vellet tenere sententiam Bald.qui fundat se per text.nostrum, à contrario sensu posset dicere, quòd hæres videretur grauatus ante aditionem hæreditatis soluere legatum de facto : sicut dicimus in hærede instituto sub conditione,si manumiseris seruū hæreditarium:vt lege,mulier.in princ.de conditio.institu.Primum tamen dictum credo verius. Licet autem opin.Bald.hic posita possit sustētari,& id quod dixit in lege prima.C. de his quæ pœ.no.s.allegata.communis tamen opinio videtur esse illa, quam tenuit Ioan. de Imol. in §.nunciatio. & eam tenet Cyn.& Petr.in l.si.C.de fer.& ibi etiā Bal.idē tenuit Bal.referēdo ista dicta solenniter in l.ij.s.de hæredi.instit.vbi etiam tetigit Ioan.de Imol.idem tenet Bald.in lege,si ea.circa princi. a C.qui accusa.non pos. & est communis sententia cano.in ca. fin.extrà,de fer. licet dom. Anto.ibi aliter teneat. Ad capitu. cùm dilecti.de dolo & contu.respondent vt s.hic dixit Io.de Imola,& ad legē,Celsus.ff.de arbi. & potest colorari ista responsio noua ratione,quam ipsi non adducunt: quia suprà declaraui in princip.quæstion.quòd non potest denegari, quòd præceptum vel citatio facta ad certum terminum,ex proprietate verborum,est vnum factum qualificatum,non duo:& id quod continet expresse, est vnum præceptum factū ad certū terminū.Si ergo id quod est expressum per iudicē,non valet, etiam non debeat valere id, quod sequitur tacite ad expressum,quàmuis si per se esset expressum,posset valere:vt lege, si in diem.§.fi.& ibi est optimus textus.& ibi per Bartolum. ff.de condit.& demonstra.Hæc tamen solut.remanet aliqualiter dubia : quia in dicta lege,si in diem.in fine.tacita repetitio conditio.videtur venire accessoriè ad cōditio. expressam. Sed in casu nostro si ista duo præcepta vident̄ facta æque pricipaliter,licet vnum expresse, & aliud tacite,quamuis expres b sum non valeat,tacitum tamen videtur valere:vt lege, si fide iussor.in princip.& ibi per Bartolum.j.eod.& nota.Bartolus in lege prima.versus fin.suprà,de vulga.& pupil.in illa quæst. vtrum si non valeat pupillaris expressa,contineat tacitam vulgarem. Hæc tamen ratio,vt dixi, assignatur cōmuniter ab omnibus:vnde ab ista sententia non est recedendum, quam etiam sequitur Bald.in lege iij.in fin.ff.si quis in ius voca. non ierit. Et aduerte, quia hoc est verum, siue sit impossibile comparere in termino ex dispositione iuris,vt quia citatur aliquis die feriato:siue impossibilitas surgat ex facto: quia terminus est nimis breuis : vt in textu nostro. & hoc tenet Bartolus expresse in citatione, in lege, aut qui aliter.§.primo.quod vi aut clam.

In legatis. Nouissima voluntas in legatis derogat priori, quatenus ei contradicit, nisi prior habeat clausulam derogatoriam : quia tunc præualet prima secundæ.¶†Nota primò ibi:mutari &c.quòd alia est dispositio pura, & alia dispositio in diem, vel sub cōditione, vnde videtur per istum textum, quòd, si statutum facit mentionem de instrumento continēte debitum purum, non habeat locum in debito conditionali, vel in diem purificato. Contrarium tamen determinat singulariter Angel.in lege finali.§. Titius.suprà,de vulga.& pupilla.super quo vide quod scripsi, allegando dicta Bald.in lege,qui liberis. in princip. ff.eodem titul.Quid autem sit econtra, vtrum si in legato conditionali adimitur conditio, legatum remaneat purum, vel potius videatur ademptum, vide quod tāgitur per Baldum & alios in lege prima.C.de pactis.& per Bartolum, in lege, filio.§.pen. ff.de adimen.legat.per Baldum in lege, si plures.in fin.C.de condit.inser.¶†Secundò nota regulam,quæ ponitur in vltimis voluntatibus, quòd regulariter vltima volūtas[b] derogat primæ:idem in contractibus,vt l.pacta nouissima.C.de pact. de quo vide plenius in l.quod traditur.j.de cōdi. & demōstr,

¶Hæreditatis. Sed quid si testtōr relinquat vxorem suam dñam,& vsufructuariam,& quosdam sibi hæredes īstituat, finito demū vsufructu dictæ suæ vxoris,an vxori obstet,q̄ dies le.vsufructus cedit ab adita hæreditate, et hæreditas adiri nō pōt, cū hæredes sint instituti demū finito vsufructu dictæ vxoris:vide Dy.ī cōsil.iij. Bene.Vad.

¶Vltima volūtas. Vide q̄ volūtas testatoris dicit̄ sñia, secundū Hostiē. in sum.titul.de sentē. ī §.quid hoc dicat̄, idē Host.in sum.in titu.de test.in §.qd sit testm̄.Nico. Super.

5 ¶ † Vltimò not. quod clausula derogatoria[a] præcedēs tollit dispositionem sequentem: de quo plene in l. si quis in prin. testamenti. j. de leg. ij. & per Bal. in l. sancimus. C. de testa. ¶ † In glo. j. in fin. hanc glo. approbat Dy. Sed Iaco. de Are. & Bart. reprehendunt eam, quia inducta ad diminutionem non debēt operari augmentum[b]: vt l. lega. in prin. j. de adi. leg. & l. cū tale. §. falsam. j. de condi. & demon. Nec obstat secundū Paul. de Cast. hic, quòd ademptio videtur operari dationem legati, qn legatum datur primo pure, deinde adimitur sub cōditione: vt l. si legatum. in princ. ff. de adimen. leg. & l. quæstio pure. ff. qn di. leg. ced. & l. aliquando. in fin. de condi. & demon. quia legatum in dicto casu non videtur datum ex ademptione secuta: sed potius id quod à principio fuit datum pure, fingitur tunc datum sub conditione. Sed hoc non potest dici in casu nostro, in quo primum legatum erat sublatum per ademptionem pure factam. Vnde cū non esset in rerum natura, non poterat fingi ex puro factum conditionale, sicut in primo casu: & hanc rationem assignat iuriscōsultus, si recte inspicies in l. legata inutiliter. §. j. s. alleg. & satis probatur ex mente dictorū iuriū, maxime in l. aliquando. de condi. & demōstra. vbi dicitur, quod istud legatum de forma verborum videtur purum, & tamē est conditionale, propter conditionem ei additam in ademptione. Vnde ipse sequitur in hoc articulo sententiam Ia. de Are. & Bar. cum limitatione, quā ponit hic Ange. qui dixit, quod ista opi. Bart. est vera, quando præcessit ademptio pura in testamento, & secuta est conditio in codicillis. Si autem vtraque fuisset facta in eodem testamento, tunc pura quæ præcessit, haberetur pro non facta: & sic sola cōditionalis valebit, & erit vera glo. in isto casu, per l. si ita scriptum. in prin. j. eo. Ioan. autē de Imol. simpliciter dicit gl. esse verā: quia mens testatoris videtur fuisse ista, vt ista ademptio conditionalis induceret legatū sub contraria conditione: quo casu etiā inducta ad diminutionem possent operari augmētū: allegat text. in l. non adita. §. j. ff. de condi. & demon. vbi patet, si ille qui prius pure legauerat, eidem legat incontinenti sub conditione, licet legatum conditionale sit inductum ad diminuendum purū, operatur tn̄ diminutio augmentum, quia datur electio legatario, quod velit consequi: intellige quantū ad liber. legatum importabat diminutionem: & tn̄ ex mēte testatoris auget, & nō diminuit. Nec mireris, quia ex cōiecturata mēte testatoris aliàs inuenitur hoc, quod ex grauamine resultat tacitū relictū ex persona grauati: vt l. deniq;. §. interdū. ff. de pe. lega. & l. Titia Seio. §. Seia. j. de lega. ij. Sed in casu nostro est necesse ita dicere: imo respondēdo ad articulū formaliter est dicendū, quod qn̄ præcedit adēptio pura, & sequitur conditionalis, ista scda dispositio continet partim augmētū, & partim diminutionē. Augmētū qdē, inquātū limitat suspendi ademptionē purā in vnū casum. s. in euētū cōditionis: sicut enim negatio quæ sequitur negationē, non priuat, sed ponit: vt l. j. & ibi not. C. de ser. fugit. & l. qui se patris. C. vnde liberi. ita ademptio conditionalis, inquātum restringit & aufert primam ademptionē purā, non priuat, sed ponit. vt patet vnicuiq; recte intuenti: sicut pactū de petendo tollit pactū de non petendo, quod est priuatiuum: cōtinet aūt priuationem ista ademptio in casu conditionis euenictis, & tūc priuat legatū, quod videt inductū ex limitatione pcedentis priuationis, vt dixi, seu ex remotione priuatiōis precedētis. ¶ † Extra gl. adde dictis Bart. & Dyn. hic, inquantum volunt, quod priuilegiū concessum de creando notarios, non obstante aliquo statuto, vel consuetudine, extendatur etiā ad futura[c] statuta, quod hoc videt cōtra gl. in cle. statutū. de ele. & in cle. ij. de re. eccle. non alie. quæ videtur velle, quod licet lex noua reprobat consuetudinē præteritā, non tn̄ intelligit prohibere futurā: quas glo. adducunt hic Moder. & primum adducit d. Anto. in c. fi. in xij. char. de consuet. & do. Abb. in c. ij. de proba. hoc etiam tenuit Bart. post Iaco. de Aret. in l. j. C. de sum. trini. & Cy. post Pe. in l. dudū. C. de contrahen. emp. Do. Io. hic remittit se ad no. ī d. cle. statutū. & alle. Pau. in cle. j. de ele. Do. Pau. de Cas. hic videt cōcordare istas opi. hoc modo: quod aut loquimur in statuto, & vera sit opi. Dy. & Bart. hic, ne aliqs de facili per statuētes posit eludere priuilegiū principis: aut loquimur in cōsuetudine, quæ inducitur ex longo tpe, & frequentia actuū: & in ista nō ita de facili potest præsumi fraus, nec per eam ita faciliter eludi priuilegium principis: & tunc procedat gloss. in clemen. statutum. & in clemen. ij. præallegata. & ista sunt secundū eū, quando priuilegium concederetur à principe, & statutum vel consuetudo induceretur ab aliqua ciuitate. Sed quando illa eadem ciuitas, quæ concessit priuilegium, faceret postea statutū, vel induceret consuetudinem cōtrariam priuilegio: tunc ipse dicit, quòd non tolleretur in dubio priuilegium, nisi de eo specialiter fieret mentio: & etiam tunc non tolleretur priuilegiū clausum in corpore iuris. Pro prima allegat tex. in ij. cōstit. C. §. si qua. & in l. detur. vbi hæc tangit Barto. C. de silen. lib. xij. Pro secundo allegat duas glo. videlicet in aut. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oport. & in l. hæres absens. in princi. ff. de iudi. & quod habet in c. j. de capel. mo. in glo. & xxij. distin. c. renouantes. quæ distinctio est Bart. de verbo ad verbum, in extrauaganti ad repri. in verbo, non obstantibus. in penu. col. quem debuit allegare, additis tamen quibusdam quotis, per eum. Pro prima conclusione vide quod ponit Bal. in l. nō plures. C. de sacrosan. eccle. & in c. j. in fin. quo tempor. mil. inuesti. in vsi. feu. Pro secunda vide glo. not. in c. vt circa. in verbo, corporali. de elect. lib. sexto. & glo. & quod ibi not. Angel. & Bal. in l. prima. §. ait prætor. ff. de posthumis. Illud etiā scias, vltra doct. quòd quando lex apponit istam clausulam statutis & consuetudinibus &c. videtur tollere statuta & consuetudines, per quas omnino impediretur concessio vel priuilegium: secus si non impediretur, sed differretur in aliquod tempus, secundū Ioan. Andre. not. in c. cum aliquibus. de rescript. libro sexto. Innocen. Illud etiam scias, quòd inter priuilegium inclusum in corpore iuris, & non inclusum, est alia differētia notabilis: quia primum præsumitur concessum proprio motu: secundum non, secundùm Bartol. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Quid autem iuris sit in pluribus priuilegijs, æquè specialibus, quæ sunt contraria adinuicem: vide qđ not. ponit Ioan. Andre. in c. primo. de priuile. libr. vj. Addit etiā do. Pau. quòd si priuilegia transissent in contractum: verbi gratia, quia essent concessa alicui, in recompensationem alicuius dationis, vel facti: tunc illa non possint reuocari per statuentes: per ea quæ tradit Bart. in l. omnes populi. de iust. & iur. & in l. quod semel. de decret. ab ordi. fac. Sed istud non est verū simpliciter, quia distinguitur, vtrum concedatur subdito, vel non subdito[d]: & si cōceditur subdito, vtrum auferatur ex causa, vel non: super quo vide quod plenissime scripsi in c. j. de cōstit. in antiquis. vbi etiam tangit do. Anto. & quod ponit Bal. omnino in l. qui se patris. C. vnde lib. & in l. cùm mihi. vbi notabiliter loquitur. ff. de dolo. & non prosequor vlterius nūc, quia non pertinent ad materiam nostram. Super quæstiōe autem mota per Barto. & Dynum hic, dic vt plenissime scripsi multis additis in c. ij. extrà. de proba. in vlti. char. & vide Bald. in l. dudum. C. de contrahen. emp. & in c. j. de capitulis Corra. & Bart. in l. j. C. de sum. trin.

CVm incertus. In legato generis ille homo videtur esse legatus, quem hæres postea pro satisfactione legati tradidit. h. d. Secunda est ibi: Neratius. ¶ † No. primo ibi: si voluntate &c. quòd illud dicitur propriè factum voluntate nostra, quod est factum mandato nostro præcedente: vt patet in ver. vel ratum sequenti. per quem, iuncto isto vers. satis apparet, quòd propriè id quod ratificamus ex postfacto, non dicitur factum voluntate nostra. Et est verissimum in se: quia qualitas adiuncta verbo, determinatur secūdū tēpus verbi: vt l. Titius. s. de testa. mil. & l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. Cùm ergo dicitur aliquid factum voluntate mea, significatur quòd tempore facti ista qualitas inerat: & est idem dicere, de voluntate mea, ac si diceret, de mandato, secundū Barto. in l. si post dotem. s. so. mat. super quo vide optimum text. & quod ibi scripsi in l. si seruus. in princi. ff. de acquirend. possess. ¶ Secūdò no. quòd solutio facta seruo non liberat debitorem à domino, nisi dominus mādauerit, vel ratum habuerit. ¶ Fallit in contractu, qui fieret per seruum solum: quia tunc tacite videtur habere mandatum, vt recipiat solu. vt lege, quæ seruus. ff. de solu. secundùm Paul. de Cast. hic, cui adde text. in l. quod seruus. ff. depo. & ibi per Bart. & optimum tex. vbi etiā hic tradit Bart. in l. si vnus. in prin. ff. de pact. Si autem contractus celebraretur cū seruo, & domino simul, tunc nō posset solui seruo, nisi ex voluntate domini. Casus est no. & ibi hoc plene declarat Bart. in l. cum qui ita. §. j. ff. de verbo. oblig. ¶ † Vltimò not. ibi: perinde &c. quod in legato hominis in genere nihil dicitur esse in legato ante elect. Sed post electionē & traditionem factam, ille qui traditur, perinde est ac si à prin. solus fuisset legatus: & in hoc secundo legatum hominis conuenit cum legato alternatiuo. Sed in primo non, quia in legato alternatiuo vtrunq; est in obligatione. Sed in legato hominis in genere, antequā fiat traditio, nullus homo particularis est in obligatione, vt hic tangitur in gl. & in l. Meuius. §. duobus. j. titul. proxi. Et de legato alternatiuo vide text. in lege, si stipulatus fuerit illud aut illud. de verbo. obli. & secundùm Pau. de Castro hic, & bene, ad hoc vt homo particularis fingatur fuisse legatus à principio, nō requireretur traditio ipsius, sed sufficeret simplex electio, quæ esset inuariabilis: secus si posset variari:

---

a ¶ Clausula derogatoria. Adde qd operatur, vide p Bal. cōsil. xxij. incip. quidā fecit testamētū. in iij. vol. Ni. Sup.

b ¶ Augmētū. Adde do. Ias. May. hic, q refert opin. pro & contra. vn̄ dic, vt per eum. Ben. Va.

c ¶ Ad futura. Vide do. Alex. de Imol. in cōsi. cccxxxiij. in iij. col. ad fi. & seq. in ij. parte. & in cō. cxcij. ea. parte. in cō sil. cxcvj. in ij. col. & in consi. cxv. ea. parte. Bene. Va.

d ¶ Non subdito. Tu ad hāc materiā vid do. Bart. Soc. in cō sil. clxiiij. incip. visa bulla. vers. secundū fundamentum. & per totum. in ij. parte.

riari:iuxta ea que habentur in l.eum qui certarum.in fi.ff.de ver.oblig.& in d.l.si stipulatus fuerit illud &c.¶†In glo.sup verbo,liberatur.glo.in quæstione princi.optime dicit, quia est casus in l.allegata.in ea.& vide quod no.Bart.ad materiam in l.si domus.§.de euict.j.eo.ti.& in l.qui cōcubinam.§.si hæres.ff.de leg.iij.& quod traditur per Bar.in l. si quis aliam.ff. de solutio.Sed inquantum dicit,quòd res quæ potest aliquo modo auocari,non dicitur facta alicuius pleno iure: hoc est magis dubium:quia istud verbum videtur importare, quòd res pertineat ad aliquem,quo ad vsumfru. & proprietatem: & hoc videtur sufficere,licet res possit aliquo remedio auocari.ita videtur probari singulariter in l.Iulianus.ff. de rei ven. & ibi per Bal.vtrum tamen sit verius, non determino nunc. Sed tamen notabis glo.tuam.

SVMMARIVM.

1 Protestatio vtrum præcedat in prin.actus,vel ponatur in fine,ante actum habitum pro completo,non refert: quia in cōplemento contractus & absolutione omnia simul videntur facta.

2 Testator si postquam testamentum pro absoluto habuerit ei quippiam addit vel detrahit,ista dicitur esse noua dispositio.

3 Causæ duę lucratiuę in eadem re ex eodem testamento non concurrunt.

SI ita scriptum. Siue clausula derogatoria sit posita in principi.siue in fine testamenti, antequam testamentum habeatur pro completo,legatum cui derogatur ex clausula,habetur pro non dato:& in dubio illud videtur relictum, qđ est minimum ex pluribus relictis. hoc dicit. Secunda est ibi:& ait Aristo.Tertia ibi: sed Papi.Quarta ibi: sed qđ magis.¶†Nota ibi:nec datur videri &c.ꝙ quando in eadem dispositione duo capitula contraria,quorum vnum derogat alteri:siue capitulum qđ derogat,præcedat,siue sequatur: aliud capitulum habetur pro non posito:& hoc est qđ dixit Ange.in l.si mihi et tibi. §.fi.s.cod. per istum text.¶†Secundò no.in versiculo,Papi.quòd non refert vtrum protestatio pręcedat in princip.actus,vel ponatur in fine,ante actum habitum pro completo.quia in complemento contractus, & absolutione,omnia simul videntur facta:[a] vt l.si contractus.C.de fide instru.& ibi per Bar.& l.lecta.& ibi tangit etiā Barto.ff.si cer.peta.& pro hoc non videtur referre secundùm Io. de Imo. vtrum ista protestatio non consentiens in vos,tanquam in iudicem competentem,ponatur in prin.libelli,vel in fine.Dicit tamen,ꝙ ista protestatio non est ponenda simpliciter,iuxta cautelam quam ponit Inno.in c.Cumana. extrà, de elec. & remittit ad no.per se in l.quidam consulebat.ff.de re.iudica. vult dicere,quòd debet protestari hoc modo, non consentiendo per aliquem actum coram vobis faciendum,tanquam in iudicem competentem : nisi si & quatenus de iure sitis iudex:nam si non apponeret hanc vltimam limitationem, iudex posset procedere contra eum,tanquam contra contumacem:super quo vide optimum tex.& quod ibi eleganter ponit Bald.qui allegat ista dicta in l.ij.vbi quis de curiali vel cohor.& Ange.in l.non videtur.ff. de iudi.Facit etiam iste tex. optime ad illam no.q.de qua tetigit Barto. in l.iudex postquam.ff.de re iudi.videlicet vtrum si iudex ponit plura capitula in sententia, & in vno condemnauit simpliciter, possit postea illud capitulum modificare aliquo modo, antequam habeat sententiam pro lata data perfectè:de quo quia optime cadit hic, dicemus aliquid in lectu seq.¶†Vltimò no.ibi: ante impletū.quòd postquam testator habuerit testamētum pro absoluto,si addit ei aliquid,vel detrahit, ista videtur esse noua dispositio:& videtur hoc esse verum, etiam si postquā habuerit actum pro absoluto,hoc velit facere incontinenti: facit quod habetur in l.hæredes palam.§.sed si nota.s.de testa.in text.ibi:si cui legauero bis &c.quæritur pro declaratione literæ,quæ fuerit ratio dubitandi in isto text. Barto.dicit, quòd forte ratio fuit, quia poterat intelligi ista locutio, quando testator legaret eandem rem bis,vel eandem quantitatē.Poterat etiam intelligi,quādo legebat duas res,vel diuersas quantitates. Et ad tollendam hanc dubitationem,declaretur quòd ista clausula derogatoria operatur, etiam si testator bis leget diuersas res,vel diuersas quantitates.Sed secundùm primum sensum dubitatio erat superflua: quia si sic intelligeremus,ista clausula derogatoria [b] non esset necessaria, † quia duæ causæ lucratiuæ in eadem re ex eodem testamento non concurrunt: vt l.planè.§.si eadem.j.eo.& ibi dicemus. Vnde Pau. de Castro hic ponit nouum & mirabilem intellectum, quo ad istam rationem dubitandi: dicit enim, quòd testator legauerat duos fundos simpliciter, non exprimendo specialiter eos,sed dicendo,lego duos fundos meos.vel legauerat duas quantitates.& qđ videbatur prima facie dicendum,ꝙ quia a duæ res legabantur vno actu legandi, per nomen collectiuū esset vnum legatum:vt l.si ex toto.§.fi. & ibi fuit declaratū. s.eodem. Vnde non obstāte clausula derogatoria, quæ dicebat,cui bis legauero volo deberi semel:iste duæ res videbantur deberi,quia erant relictæ vno legato,& per vnum actum legandi,contrarium tamen,determinat hic iurisconsultus,secūdū eum:qa inspicitur potius mens testatoris,quàm verba,quę videtur fuisse,ꝙ si dat res eidem personæ ex sua dispositione non deberentur.& sic limitatur l.si ex toto.§.fi.s.eodem titu. Sed iste intellectus multipliciter non placet[c]. Primo, quia si intelligimus esse legatos duos fundos testatoris,vel duas quātitates simpliciter,non aliter expressas, in nullo casu valeret legatū.de fundo probatur in l.cū post.§. gener.ff.de iure do. & not.in l.si domus.in princ.j.eo.De quantitate incerta in d. §.gener.per locū à speciali.& in l.triticū.cū ibi no.ff.de verborum obliga. Si antē itelligimus duos fundos fuisse specialiter nominatos:verbi gratia,Seianum & Sempronianum.vel duas quantitates diuersas,certas & determinatas:tunc tot essent legata,quot essent res specificatæ:vt l. scire debemus.circa medium.ff.de verborum obligationi. Secundò non placet iste intellectus:quia in versicu.sed Papinianus.expressè dicit, ꝙ ista clausula idem operatur,quod dictum erat in princi:si sæpius legata prius fuissent asscripta. & sic patet,ꝙ nō erat dubitatio in modo legandi:qa etiam si legata separatim fuissent facta,adhuc quærebatur de virtute istius clausulę. Aut ergo sequere intellectum Barto.aut dic,& melius, quòd ratio dubitandi erat illa,quæ fuit in l.si mihi & tibi.§.in l.s.eodem.videlicet vtrum clausula derogatoria præcedens tolleret dispositionem sequentem:& similiter vtrum sequentem posset tollere dispositionem præcedentem iam factam. Vel potes dicere,ꝙ non dubitabatur, vtrum clausula tolleret legatum sequens,vel præcedens:sed qualiter tolleret. Et respondetur ꝙ ita tollit,ꝙ legatum sequens vel præcedens fingitur non datum:& hoc magis applaudit literę.¶In glossa posita sup verbo, ipso iure.ibi:siquidem solenni vt testamento &c.Baldus hic dicit, quòd si legata essent ablata per istam clausulam,in testamento non solenni,non valeret ademptio,sed legata remanerent firma:per l.si iure. j. de lega. iij. Sed Ioā. de Imo. dicit hic, & bene,ꝙ istud est verum,quando per secundum testamentum videretur fieri ademptio legatorum factorum in primo tacite, ex hoc solo,qa per secundum testamentum reuocatur primum:& ita loquitur tex .allegatus per Bald. Sed quando in secundo testamento minus solenni essent reuocata legata facta in primo expressè:tunc ista reuocatio haberet effectum,vt legatum non debeatur ope exceptionis:allegat l.planc.ī principio.j.cod.& l.militis codicillis.§.veteranus.ff.de testa.milita.et probatur ī l.& si trāsferam.ff.de adi. lega.quæ sunt verba Barto.formaliter in d.l. si iure.in prima oppo.& est optimus text.in l.cū quidam.in fine.ff.de his qb. vt indig.¶In ea.glos.ibi:vt codicillis &c.Hanc glo. nititur hic defendere d.Pau.de Castro, & in l. hæredes palam.§.si qs post.s.de testa.quam Barto.& communiter hic docto. reprehendunt,vt hic per eos:& per eam allegat text.in l.militis codicillis.§.veteranus.s.de testamen.milita.cui responde,vt plene scripsi in dicto §.si quis post.†Secundò adducit hic tex. in l.j.§.si filius.j.de lega.iij.vbi probatur secundū eum,ꝙ legata facta in testamento sumūt vim testamenti,quasi sint alia species à legatis relictis in codicillis.qđ patet,quia legata facta in codicillis confirmantur,si ille qui fecit codicillos,transit in potestatem alterius:deinde effectus sui iuris non mutat priorē voluntatem.qđ secus est in legatis relictis in testamento.Sed ad hoc respondetur faciliter,quòd hoc non est,quia legata relicta in testamento differant specie à legatis relictis in codicillis:& sic tanquam pars testamenti non possint reuocari in codicillis.Sed est ratio,quia legata relicta in testamento non debētur vt ex codicillis,nisi quando testator hoc expressè voluit:vt l.j.in princip.ff.de iure codi.ex testamēto autē nō poterant deberi in casu §.si filius.quia cū institutio hæredis remaneret nulla,nō poterat adiri hæreditas ex testamēto:vnde cōsequēter legata erāt nulla , propter defectū aditionis. Sed habito respectu ad sola legata,codē modo fuissent cōfirmata legata testamēti, sicut codicillorum: & pro cōmuni sententia[d] adduxi in d.§. si qs post. duo optima iura, videlicet l. si quis eū.de vulga.& pupilla.&.l.quidam referūt.de iure codi.quas ibi plene induxi.¶In gloss.posita super verbo,exiguum.j.de re.dubijs.l.si fuerit &c. hanc solu.approbant communiter docto.hic, sed do.Ioan.de Imo.miratur de decisione illius l. qa videbatur dicendum,ꝙ sicut legatum factū Titio,cùm essent

¶Facta. Adde tū,ꝙ alibi habem9,ꝙ cū a in princi. posita est maioris efficacię et potestatis ad terminandū sequētia, ꝙ ecōtra:vt tenet Ias. May. allegans concor.& Matthe. Mathe.ī no.clj.et Lud. Ro.ī cōsi.ciiij. inci. pr reuerēde. & cōs. ccccij. inci. diligenter inspectis.ij.col. & d. Alexander de Imo.ī cōsi.lj. in iij. parte.pro quo facit dictū Iaco. dē Are. in l.quarta. §. si ab ignoto. de manumiss.vt refert & sequit Bal. in rubri. extrà,de pac.in pe. col. & d. Ias.May. in fi.j.co.ꝙ p cōtractū pcedentē meli9 pbat simulatio sequētis cōtractus,ꝙ ecōtra.Bene.Va.

¶Clausula derogatoria. Adde qd operat ista clausula:vide per Bal.consi.ccvj.incip.sicut sapientissime.in ij.vo.idē Bal.consi.xxij.inci. qdā fecit testam. in iij.vo.Nico.Super.

¶Non placet. Tu potes saluare pa. dupl secundùm d. Ia.May.hic,ī j.col. Primò,quando testator non haberet nisi duos fundos,qa tunc non requireretur alia specialis denominatio;arg. l.j. & ij.s.de liberis & posthu. Secūdò potes dicere, ꝙ fundamentum istud dat maiorē causam & dubitandi, & decidendi,prout hic d. do.Ias.May. quem vide. B.V.

¶Communi sententia.Cōtra quam cōmunem sententiā vide vltra Paul. de Castro Ange. Areti.Instit.de ademp. leg. allegantem bonū tex. in l.alūnæ. §.Titia . de adi.lega. & do. Christophorum de Castellio.quem refert & sequit do.Christo. Porcus Institu. de ademp. leg. & d. Pet.de Besutio hic, quos refert d . Ias. May.hic in iij colū. q dicit in puncto iuris posse ista pars optime defēdi, sed pro communi opi.

Si quis ita le. Si primus actus verbi diſtribuitur inſolidum, etiam actus ſequẽtis verbi inſolidum diſtributionẽ facit. Secũda eſt ibi: q̃d ita. ¶ 3 † Nota primò, quòd iſta dictio, ſi qua,[a] dicitur dictio diſtributiua, quæ poteſt conuenire pluribus, ſicut vni: ſicut etiã eſt dictio, quiſquis,[b] & dictio, quicunq;,[c] vt ſolenniter declarat Barto. in l. hoc articulo. ſ. de hære. inſti. ¶ † Secundò not. quòd natura diſtributiui eſt diſtribuere id, quod diſtribuit inſolidum, actu primi verbi repugnet, quia in eo ſit facta diſtributio per partes, tunc enim & actus ſecũdi verbi diſtributiui in partes, & non inſolidum: vt l. ſi quis in fun. §. fina. ſ. eo. & l. ab omnibus. in prin. j. eod. ¶ In gloſ. ſuper verbo, legaſſe. ibi: hoc facit caritas &c. Iſta ſol. reprehenditur communiter per omnes, & maxime per Barto. qui dicit, quòd eſt contra tex. in l. vtrũq;. de reb. dub. & in l. cùm inter. C. de fideicommiſ. lib. Et cum reuerentia ſua illæ leges nihil faciunt contra gloſſ. nam lex, vtrum. licet ſub numero ſingulari poſthumi dicat, comprehendit etiam plures poſthumos: dicit tamen, quòd admittuntur ad eandem quantitatem. i. ad vnam duntaxat omnes. Nos autem hic dubitamus, non vtrum numerus ſingularis comprehendat pluralem, ſed vtrum illę plures perſonæ admittantur ad vnam quantitatem, vel ad diuerſas. Sed tu potes dicere, quòd hoc probat lex, cùm inter. quæ dicit, quòd ſi plures poſthumi naſcuntur, omnes ſunt liberi, & ne videatur reſtringi ad fauorem libertatis, illa diſpoſitio, quòd eſt interpretatio, eſt maxime facienda in libertatibus: & ſic ſentit propter dictionem implicatiuam, quòd idem ſit in alijs legatis. Sed ad hoc reſpondeo, quòd libertas de neceſsitate & indiuiduo non poteſt competere vna omnibus: vnde neceſſe eſt dicere, quòd omnibus videatur relicta inſolidum propter naturã rei, quæ relinquitur: dictio autem, maxime, non implicat hoc, quòd in alijs legatis ſi poſthumo relinquerẽtur centum, & eſſent plures poſthumi, vnuſquiſq; deberet habere ſingula centum: qa ibi nõ fuit appoſita dictio diſtributiua, q̃ operetur hoc, ſicut in caſu l. noſtrę. ſed implicat ad aliud, videlicet ꝙ numerus ſingularis, & in alijs diſpoſitionibus, quàm in libertate reſoluitur in plurale. Vnde illę leges non debuerunt allegari contra gloſſ. & non placet iſta ſolutio: quia ſicut patet in verbo, videtur, in text. noſtro, iuncto ver. ſeq. hoc legatum debetur hic potius ex virtute verborum, quàm ex ſola mente teſtatoris. Præterea ex quo proprietas verborum hoc poteſt importare, vt ſtatim videbis in ſolutione ſequenti, propter naturam diſtributiui, non eſt opus inducere ius ſpeciale, quod in dubio non præſumitur induci, vbi diſpoſitio poteſt continere ius cõmune: vt l. vxori. §. j. & ibi per Bar. j. titu. & not. gloſſ. & ibi dicemus, in l. talis ſcriptura. j. eod. Tene ergo ſolu. ſecundam, quæ hic tangitur in gloſ. quòd hoc eſt hic propter naturã diſtributiui, quod non eſt poſitum in l. ſi quis Titio. in fi. ¶ Vltimò poteſt dici, vltra docto. ꝙ ibi propter contumaciã hęredis non eligentis plures vocabantur loco vnius, & tanquã vnus, & ideo vnica ſumma debetur: hic autẽ ſinguli vocabũtur de per ſe, non tanquã vnus, vel loco vnius. Pro iſta ſolu. facit, quia negligentia hæredis, quæ punitur in effectu, non fuit cõmiſſum, niſi in præſtatione vnius ſummæ: nã ſi elegiſſet vnũ ex pluribus, ſine dubio vnam ſummam præſtitiſſet, & nõ plures: quia ergo fuit negligẽs in vna ſumma dũtaxat præſtanda, in illa debet puniri, vt eã præſtet omnibus, nõ in alia quãtitate; vt l. reſcriptũ. & quod ibi per Bart. de his qui. vt indi. & l. Paulus. j. ad l. Fal. ¶ Extra glo. inducitur iſte tex. ad q. per Dy. & Barto. ſi propoſitum eſt præmium per ducem belli, vel per communitatem illi, qui primus intrauerit in aliquod caſtellum, ſeu in aliquam arcem: & duo ſimul ingrediuntur: vtrum vnum pręmium debeat diuidi inter eos, an vero ſinguli debeant habere vnum integrum præmium. Super quo Dy. & Bart. diſtinguũt in effectu, vt plene potes videre per te ipſũ: vt l. hoc articulo. ſ. de hære. inſti. quorum dicta mihi valde placent, quia videntur fundari optimis rationibus: licet Ange. in l. eum qui nouiſsimus. j. ad Treb. videtur tenere, quòd niſi aliter appareat de mente proponentis præmium, iſtud præmium nulli debeatur, per l. ſi fuerit. cum ibi no. j. de reb. du. vbi autem appareat de mente conſtituentis præmium, dic vt ibi per eum. Et hoc dictum Ange. in primo caſu approbat hic Ioan. de Imo. primò, quia ſecundùm eum non eſt differentia inter verba diſtributiua, & relatiuũ, quis, vel qui, quã facit Bar. in d. l. hoc articulo: 4 † quia ſi præconium dicat, primus qui intrauerit caſtellũ, ſiue arcem, habeat centum: iſtud relatiuũ habet in ſe locutionem indefinitam, quæ æquipollet vniuerſali:[d] vt l. ſi pluribus. j. ti. proxi. & in c. vt circa. de elec. lib. vj. Sed ad iſta poteſt faciliter reſponderi, quòd inter diſtributiuum vel relatiuum, quis, vel qui, eſt iſta differentia: quia diſtributiuum poteſt complecti & plures perſonas eiuſdem generis, & vnam tantum: vt patet in tex. noſtro, & in l. clemẽs. in prin. ſ. de hæredi. inſti. & in alijs iuribus adductis per Bart. in l. hoc articulo. vnde nihil prohibet, quòd ſi plures ſunt primi ad ingrediendum caſtellum[e] virtute diſtributiui, omnes habeant præmium inſolidum. Sed relatiuũ, quis, vel qui, poteſt dici indefinitum, non abſolute, ſed ſecũdùm quid, cùm ponitur diſtributiue: eſt enim indefinitum, quantum ad hoc vt poſsit compræhendere quemlibet de genere, cui debeat fieri diſtributio: dum tamen vnus duntaxat cõpræhendatur, & non plures, ſed non eſt indefinitum, vt vniuerſaliter poſsit cõpræhendere plures vel omnes ſimul: vt dicit tex. in l. ſi fuerit. prædlleg. Vnde non eſt ſimilis caſus iſte, & ille, in quo ponitur nomen diſtributiuum: & hoc manifeſte colligitur ex diſtinc. Bart. in l. hoc articulo. quam in iſta q. approbat Bal. in j. conſti. Digeſtorum. §. itaq;. ſi bene reſpicias, dum ſoluit contrarium §. noſtri. & iungas illam ſolu. cum præcedentibus. Secundò dicit Io. de Imo. hic, quòd quando præmium ſtatuitur primò ingredienti caſtellum, de proprietate ſermonis ille dicitur proprie primus, qui antecedit omnes. Vnde ſi habet alterum, qui concurrat ſecũ, non antecedit omnes: ergo non debetur ſibi præmium; quia conditio debet impleri in forma ſpecifica: vt l. Mæuius. & l. qui hæredi. j. de condi. & demon. quòd ex proprio ſignificatu iſte non dicatur primus, dicit probari in d. l. ſi fuerit. & nihil aliud allegat. Sed huic rationi poteſt reſponderi, fatendo quòd primus dicitur reſpectu ſequentium proprie. Caſus eſt no. vlt. gl. in l. j. §. æſtatẽ. ff. ne quis in flu. pu. & ita etiam videtur probari in l. j. §. proximus. ff. vnde cog. iuncta l. qui duas. in fi. de rebus dub. 5 † vbi probatur, quòd proximus & primus ſignificant idem. Sicut ergo proximus, dicitur ille,[f] qui eſt ante alios ſequentes ſe, vt dicit iuriſconſultus in d. §. proximus. & ita not. glo. in l. proximus. ff. de verbo. obliga. ita & ille proprie dicitur primus, qui antecedit omnes. Sed tamen propter ſaluandam diſpoſitionem teſtatoris, communiter iſtud nomen, primus, accipitur etiam pro eo, quem nullus antecedit: licet nullus eum ſequatur, quamuis non poſsit dici anterior aliquo: vt probatur in d. l. qui duos. in prin. iuxta fi. ipſius princi. j. de reb. dub. & in l. ex duobus. in prin. ſ. de vulga. & pu. Tex. autem in l. ſi fuerit. ſi bene reſpicias ad omnia exempla poſita in tex. quæ in fi. ſimul determinantur, non excludit illos qui pariter aſcẽdunt Capitolium, quia non poſsint dici ambo primi. Sed quia quòd ambo ſunt primi, cauſatur quædam obſcuritas, cui debeat præſtari legatum, ſicut quando legatur libertas duobus eiuſdẽ nominis, vt ibi dicitur. & hunc intellectũ ſequitur idẽ d. Io. ad illã l. in d. l. eũ qui[g] nouiſsimus. ex quo intellectu patet, ꝙ ille põt dici primus, quo ad implemẽtũ condi. cũ quo concurrit, aliàs legatum non deficeret ratione obſcuritatis, ſed quia non eſſet impleta conditio: quod eſt contra mentem illius literæ, quæ in fi. vnico reſponſo determinat plura exempla ſ. poſita, in quibus ſunt aliqua, quæ de neceſsitate non poſſunt deficere, niſi ratiõe obſcuritatis. arg. l. iã hoc iure. §. j. de vulg. & pup. cum ibi no. Et cùm dicitur, quòd condi. debet impleri in forma ſpecifica, & in proprio ſignificatu verborũ, poteſt reſponderi, quòd illa regula ſeruatur in condi. dandi. ſed in conditionibus facti condi. poteſt impleri per ęquipollens, iuxta ea quę not. Barto. in l. Gallus. §. quid ſi tantũ. ff. de liberis & poſthu. Vel poteſt dici, ꝙ quia communiter iura accipiunt primum proximũ modo ſuprà dicto, teſtator in iſto caſu videat̃ ſequi interpretationem iuris, & per conſequens non velle, ꝙ verba intelligantur proprie: vt expreſſe probat̃ in d. l. ſi fuerit inducta. vt ſ. Et licet Bal. in d. §. itaq;. ſequatur vt dixi diſtinctionem Barto. in l. hoc arti. in duobus tamen, qui ſimul veniunt ad brauium, determinatur oppoſitum, nec poſſum intelligere rationem ipſius propter corruptionem codicis

---

[a] ¶ Dictio, ſi qua, Adde Bar. ĩ l. j. ff. d̃ cõdi. & demõ. doc. ĩ c. cũ ĩferior. de maiori. & obe. Io. An. in c. ex pte. el ij. de reſc. Car. Zaba. in c. verum. de condi. ap. Ni. Su.

[b] ¶ Dictio, quiſquis. Adde c. qm̃. de coniug. p. Nic. Su.

[c] ¶ Dictio, quicunq;. Adde ꝙ iſta dictio cõprehendit ſingulos: vt in l. hoc arti. ff. de hęr. inſti. & in c. ſolitę. de ma. & obſe. & an includit̃ etiã imperator, dic ꝙ ſic, ſecũdũ Arch. & Ioã. An, & ibi Phil. ſup j. glo, in c. q̃cunq;. de ſen. exc. lib. vj. Nic. Super.

[d] ¶ Vniuerſali. Adde Dy. in cõſ. xlj. et q̃d ibi dixi in apoſtil. & d. Alex. de Imol. in cõſi. lxvj. ĩ ij. pte. Bene. Va.

[e] ¶ Caſtellum. Vide Feli. in c. capitulũ. de reſcrip. in verſi. de duobus. Be. Va.

[f] ¶ Proximus dicit̃ ille. Adde c. proximi. de pœni. diſ. in c. Ioſeph, de ver. ſig. ſanctum Thomam in iiij. ſen. diſ. xviij. Et quot modis dicatur proximus, dic quatuor modis, de q̃bus enumerat Car. Zab. in c. nulla. ĩ iij. notab. de p̃ben. Nic. Su.

[g] ¶ d. l. eum q. Et ibidem vide Ange. & Ioan. Por. in d. l. ex duobus. & Bart. Cep. in l. Labeo. §. rẽ. de ver. ſi. Bene. Va.

dicis seu libri: mihi tamen videtur, quod eadē sit ratio in vtroque casu, nisi consuetudo aliter interpretetur, vel aliter constet de intentione statuentis. licet Pau. de Ca. in l. eum qui nouissimus. nitatur assignare quandam rationem differentiæ, quę iudicio meo non multum vrget. Sed posito, quòd præmium nulli debeatur: vt tenet Ioan. de Imo. quæritur in q. de cursu equorum, vtrum omnes iterum admittantur ad cursum, qui cucurrerunt prius, vel illi soli duo, qui fuerunt primi in primo cursu. Et posito, quòd omnes admittantur ad cursum venientes de nouo, qui prius non cucurrerunt: super quo vide quod ponit Bal. in loco prælle. & Ange. & Moder. in d. l. cū qui nouissimus. j. ad Treb. de materia etiam tangit aliquid Ang. in l. duo socij. s. de hęr. instit. Adde etiam inquantum Bar. in d. l. hoc articulo. dicit, quòd quando præmium defertur per relatiuum simpliciter ex proprietate verborum, nulli debetur, sed ex mente statuentium præmium dicit, quòd debebitur vnum præmium diuidendum pro rata. per l. semper. §. negotiatoris. ff. de iur. immu. nam hoc dictū nō placet hic do. Io. per text. in d. l. si fuerit. vbi legatum non debetur, si duo pariter construunt monumentū. Credo quòd mens sua sit ista, quòd cùm constructio monumēti sit actus religiosus, si ex mente proponentis præmium illi, qui ingreditur castellum, videtur esse propter fauorem publicum, contra proprietatem verborum ambo præmientur: ita deberet esse ex mente testatoris, quòd ambo admittētur ad legatum. Sed potest dici, quod licet constructio monumenti sit actus fauorabilis, non tamen ita, sicut id quod principaliter tendit ad vtilitatē publicam, in quo casu verba intelliguntur peregrinius, quàm in alijs casibus: vnde non recipiant restrictionem de habilitate personæ: vt l. si quis in graui. §. vtrum. s. ad Sylleia. & eleganter ponit Bald. in l. j. & vlti. q. C. de preci. imper. offe.

SI VNI EX. Prælegatum acquiritur iure legati ab hærede pro parte cohæredis, & si repudietur hæreditas, totum iure legati peti potest. h. d. Secunda est ibi: ☞sed si abstinuerit. cui cōtinuat l. sequen. vsque ad l. lega. ¶† No. ibi: officio iudicis &c. quòd quando aliquis est cohæres & legatarius, habet nouum remedium pro consecutione legati, scilicet officium iudicis mercenarium, quod deseruit iudicio fa. ercis. quod videtur mirabile, quia vbi est remedium ordinariū, regulariter cessat extraordinariū: vt l. in causæ. in fi. ff. de mi. & plene in l. in prouinciali. de no. oper nun. per Bart. Et potest dici, & no. quòd licet cesset remediū extraordinarium, quod intentatur principaliter, non tamen cessat tale remedium, quod venit accessorie ad aliud iudicium, sicut officium mercenarium: vt patet hic, & concordantię allegantur in glo. ¶† Secundò no. quòd ille qui repudiat hęreditatem, non prohibetur petere prælegatum sibi factum: quod qualiter procedat, dicemus in l. filio. cū l. seq. eo. ¶† Tertiò no. in l. & quidem. quòd ista dictio implicat, quasi dicat, non solùm si abstinet potest petere partem, sed totum. Et ideo ego aliàs dicebā in quadam pub. disputatione, quòd tex. ī l. si siue. §. sed quod Papi. ff. de mi. loquitur non solùm in extraneo, sed in suo: quia dicit ibi, & quidem extraneo &c. & postea ostendebam probari per illum tex. quòd datio substituti vulgaris tollebat suitatem: de quo scripsi in l. si fratris. C. de iure deli. & plenius in l. si filius hęres. s. de libe. & posthu. ¶ In glo. posita in l. & quidem. ibi: miles. §. j. &c. so. quæ communiter approbatur est illa, quam tangit glo. in dicto §. pro parte. & eam ibi plene declarat Bart. cuius dicta refert hic Io. de Imo. nam ibi ideo hæres hæredis non admittitur ad partem legati, quia eius pręstatio pertinebat ad cohæredem, cui erat factum prælegatū: fit tamen hæredi instituto ex parte pro parte respiciēte alios cohæredes: quo casu videtur fieri pure: sed per partes respicientes portionem ipsius videtur sibi fieri sub conditione, si hæreditatem repudiauerit: vnde si hæres institutus decedit non repudiata hæreditate, in extremo mortis articulo, deficit conditio, in quo hæreditas neque potest dari, neque repudiari: vt l. cùm hæredi. ff. quando dies le. ce. & ideo petitio legati non transmittitur ad heredem. Et licet ista solu. communiter approbetur ab omnibus, videtur tamen contra istam literam, & contra l. eum qui. §. ex parte. j. de his qui. vt indig. in quibus dicitur, quòd legatū est inutile à principio. Exponere autem inutile, id est conditionale, est valde extraneum: quia legatū cōditionale valet, licet ante euentum condi. non sortiatur effectum: vt l. in tempus. de heredi. institu. l. j. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. Tu ergò dic, & melius, & subtilius, quòd antequam repudietur hereditas, pro illa parte vere legatū est inutile, & nihil est: & ideo heres moriens legatum nullum non potuit ad hęredem suum transmittere: quia quod non est, transmitti non potest: & ista est ratio text. in §. pro parte. ☞† Et si dicat, huic so. obstat. regula Catoniana: quia si legatum à principio est purum, & inutile, ex eo quia videtur factum sibi ipsi à seipso, nō conualidatur[a] postea: vt Insti. de le. ij. §. an seruo. Sed ad hoc respondetur, quòd illa regula non procedit, vbicunque causa quę facit cessare impedimentum, propter quod legatum reddebatur inutile, trahitur retro: vt est casus nota. in l. seruum filij. in principio. et ibi per Barto. j. eodem. Et talis est casus noster: quia hęres repudiādo hęreditatem retro censetur nunquam fuisse institutus: sicut econtra adeū do retro censetur fuisse hęres à tempore mortis: vt l. hęres quandoque. s. de acqui. hęre. & per consequens videtur posse saluari, quòd legatum à prin. inutile postea conualescat. & per ista est expeditum istud contrarium difficile. Et aduerte diligenter, quia non dico quòd repudiatio retrahatur retro à tēpore testamenti: sed hoc dico quòd hoc ipso quòd hęres repudiat hereditatem, retro censetur non fuisse scriptus hęres: sicut probatur in legatario, qui repudiat. l. in legatarijs. §. j. j. eo. §. nec legatū quidē fit. & l. Titio. cū l. seq. & sequēti. ff. ad l. Aqui. in quibus dicitur, quòd legatario repudiante legatum habetur pro non dato. si autem habetur pro non dato, vel pro non facto, necesse est dicere, quòd ista fictio trahatur ad tempus testamenti: quia illo tempore fit & datur legatum. & illo modo apparet, quòd tempore quo fiebat testamentum, fingitur non fuisse impedimentum, per quod impediretur legatum per casum nostrum. & hoc magis placet. Sed tamen posset dari alia sol. vt dicamus, quòd regula Catoniana irritat legatum factum tempore testamenti[b], quando si tempore quo fit testamentum hęres moreretur, legatum non valet: vt l. j. j. de reg. Cato. Sed in casu nostro si testator fuisset mortuus, cū testabatur: id est, inmediate post testamentum, adhuc est fictio iuris, cessaret impedimentum: quia repudatio quę fit nunc, ad minus traheretur ad tempus mortis, sic & aditio: vt l. perinde. §. j. ff. si cer. pe. & l. hęres[c] quandoque. ij. de acqui. hęre. Ergo adhuc potest saluari lex.

a ¶ Non conualidat. Ad impugnationē istam Aret. hic contra communē solutionem responde, prout hic d. Ias. May. in fi. Be. Va.

b ¶ Amplius. De qua dictione vide Pau. de Cast. in cō si. lxxviij. & Ang. ī consi. clxx. incip. in pręceden. decisiōe.

c ¶ Et, pro vel. Adde l. sępe. ff. de verbo. sig. Car. Zaba. in c. veniēs. in ij. no. de. præscri. idē Car. in c. de multa. in §. cir. ca. in j. no. de pben. Ni. Supe.

SVMMARIVM.

1 ☞Dictio amplius, censetur repetere substantiam legati prioris in dispositione, in qua ponitur.

2 Inducta ad diminutionem non operantur augmentum, & contrarium effectum.

3 Vna dictio ponitur quandoque pro alia.

LEGATA INUTIL. Legata inutilia tam à primo, quàm à secūdo gradu, videntur confirmari per vnum legatum repetitium, sed non per prorogationem appositam ipsis legatis prius pure relictis. Secunda est ibi: & diuersum esse. Tertia ibi: idem in eodem loco. ¶† No. ibi: hoc amplius[b] &c. quod ista dictio cēsetur repetere substantiā legati prioris in dispositione, in qua ponitur. Idē in dictiōe, supra, & vltra: vt l. qui ita. & ibi per Bar. & j. de do. præ. occasiōe sumpta do. Pau. de Cast. tētans plene de ista dictiōe, & similibus in effectu, remittit ad dicta Bar. in l. si cui pure. ff. de leg. iij. de quibus dic vt ibi per eū. ¶† Secūdò no. ibi: non enim hoc egisset. quod inducta ad diminutionē non operantur augmentū, & cōtrariū effectū. cōcor. tex. in l. legata inutiliter. j. de adi. lega. & in l. cùm tale. §. falsam. j. de condi. & demon. hoc tamen limitatur hic per Barto. vt in glo. videbis. ¶† Not. tertiò ibi: decesserit. iuncta gloss. quòd aliquando vna dictio ponitur hic, &, pro vel[c], secundùm gloss. & doc. concor. text. & ibi gl. in l. eas causas. j. de condi. & de. & de intellectu huius ver. dicemus in pe. colum. ¶ In gloss. j. ibi: Titio hoc amplius &c. Ex hoc text. colligitur arg. secundùm Barto. hic, quòd si testis prius deposuit inutiliter, & extense dictum suum, repetitur postea, & solenniter coram iudice potest dicere, vt dixi in priori testificatu. Sed Bald. in l. iurisiurandi. C. de testi. & in l. fin. C. eod. videtur tenere oppositum. Et aduerte, quia quæstio quam mouet Barto. hic, non est omnino eadem cū ea, quam ponit Barto. in l. eos. in principio. ff. de fal. quia ibi loquitur, quando testis deposuit in vna causa legitime: deinde super eodem articulo in alia causa producitur, & ibi concludit, quòd dictū testis valet. si tamen iudex velit tale dictū admittere: si tamen velit, quòd extense ponat dictum suum, facere hoc cogitur, & quæ cautela sit tunc ex parte testis, dic vt ibi per eum. Ego plenissime scripsi super prima questio. referendo etiam dicta Bald. in l. gesta. C. de re iudi. vbi videtur sequi dicta Bartol. in dicta l. eos. & in c. cùm in tua. vbi hanc questio. tāgunt d. Ant. & d. Abb. extrà, de testi. & vltra ea quę scripsi tunc addo, quòd sicut quando testis est examina-

tus coram arbitro, vel in iudicio summario: & tunc deponit in ordinario & plenario, non sufficit testem deponere modo prædicto: ita & multo fortius non sufficiet, quando testis primo fuisset inutiliter examinatus. quæ est quæstio Barto. hic. Aut enim fuit examinatus extra iudicium inutiliter: & tunc vnum est dubium, quia deficit industria iudicis interrogantis de nouo extense dictum suum, debebit deponere, sicut ego plenissime declaraui in dicto c. cùm in tua. arg. l. iij. §. idem diuus, ff. de test. ibi: eos īterrogare soleo. Si vero primò fuit inutiliter examinatus à iudice, adhuc credo idem: quia nō potest præsumi pro diligentia iudicis & industria, qui omisit solēnitatem necessariam examinationem. arg. l. iij. §. quando potest, & quod ibi no. ff. de suc. tu. vnde q. Bar. non affirmo dictum suum, licet ipse non affirmet prædicta in d. c. cùm ī tua.

¶ † In glos. posita super verbo, pecunias. hic manifeste probari in tex. quòd prorogatio termini præstiti legatorum non cōualidat legata aliàs inutilia. Ex hac litera arguit Bal. no. quòd per prorogationem factam de termino compromissi, cōpromissum quod prius erat inutile, non conualidatur[a]. quod sequuntur hic Moder. Pau. de Castro dicit esse valde notabile: sed ipse nō perpendit, quòd ratio decisionis huius literæ est, sicut dicunt communiter doct. quia prorogatio præstationis legatorum tendit hic ad diminutionem legati, quia est minus & plus tempore, sicut re, vt in d. §. plus. Instit. de act. vnde legatum non debeatur de præsenti annua, bina, trina die, facit, quòd legatum prius dicitur tunc diminutiuum: & ideo nō est mirum, si inducta ad diminutionem non operantur augmentum: sed quando compromissum prorogatur, tunc prorogatio termini est ampliatio & extensio prioris termini, non diminutio: & ideo non est eadem ratio in casu nostro, tenendo quòd sit ratio huius literæ ea, quam s. dixi. quam omnes tenent, excep. Ioan. de Imo. & contra istam doc. multum facit, quia prorogantes compromissum videntur habere animum permanēdi in cōpromisso prius facto. l. iiij. in princi. & quod ibi not. de dam. infec. Sed animus adhibitus ad continuandū, inducit ius de nouo, si videtur quòd quis volebat continuare illud ex quo non erat causatum in esse sui. Bar. & communiter omnes in l. ij. in prin. ff. de acqui. pos. & probatur in l. itē sequitur. §. item Labeo. de vsuc. ergo illi qui prorogando intendunt continuare compromissum, si illud non erat in esse, quia erat nullū, videntur velle illud de nouo facere. Pro qua conclusione adduco tibi tex. no. proprie in contractu in l. si quis bona. §. sed si quis mandauit. ff. de acqui. hære. vbi probatur singulariter, quòd ratificatio facta de bo. pos. petita inducit nouum mandatum ad adeundum. quod est mirabile: qa infirmatio poterat habere effectum respectu actus de præterito: & tamen operatur nouum ius. i. nouum mandatum, quo ad adeundum. Vnde prima doctrina est valde dubia, nec probatur hic, attenta ratione præmissa, per quā dicit hic Cy. vt refert Ioan. de Imo. quòd si econtra ad casum l. nostrę testator, qui legauerat inutiliter in testamento, non pure, sed ad diem, postea in codicillis dixisset, legata quæq; volui præstari ad diem, nunc iubeo præstari pure: sine dubio legata inutilia confirmarētur: quia ibi clausula est posita ad augmentum, non ad diminutionem. Idem etiam dicit Barto. hic, quòd si in casu l. nostræ testator mandasset solui vsuras pendente termino posito hic legatis: quia ista clausula non solū continet diminutionem, sed etiam augmentum, confirmentur legata inutilia. allegat l. si cui pure. de leg. iij. & l. ij. & quod ibi no. C. de do. promis. Sed ista dicta non placent hic Ioan. de Imo, quia secundùm cum principalis ratio decisionis l. nostræ non stat in hoc, in primo & secundo casu, sed ex proprietate verborum bonorum non compræhenditur proprie legatum inutile: testator enim generaliter faciendo mentionem de legatis intelligitur se retulisse ad legata valida, non inualida. arg. l. si is cui. §. Flauius. ff. de so. vbi appellatione debiti continetur debitum validum, quando est facta mentio de eo à testatore: de quo vide quod not. in l. quibus diebus. §. domibus. ff. de cō di. & demon. & quod ponit Bald. in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cle. Vnde attenta prima ratione, & in casu Cyn. & Barto. haberet locum dispositio huius l. in secundo responso, quòd legata inutilia non videntur confirmari. Non ob. tex. in l. si cui pure. quem alleg. Barto. quia ille nihil facit secundùm eum: loquitur enim primo casu huius l. quando fuit appositum de sui natura verbum repetitiuum legati. Non ob. tex. in l. ij. C. de do. pro. quia ibi solutio vsurarum fiebat specifice & particulariter pro dote inutiliter promissa.[b] Sed in casu nostro clausula prima referebat se ad legata generaliter, non specialiter ad legata inutilia. Est autem efficacior confirmatio specialis, quàm generalis, secundùm Bald. in c. j. §. generalis. si de no. feud. con. inter do. & agna. & in l. ex placito. C. de re. permu. Ergo per ista non recederem à communi intellectu: maxime quia ponendo casum in ista l. secundùm primū intellectum tacitum in secunda glos. super verbo, inutiliter. clausula prędicta nō posset referri, nisi ad legata inutilia: nam si legata fuerunt inutilia, quia testamentum erat minus solenne, oportet dicere quòd omnia legata in eo facta erant nulla: quia iste defectus respiciebat totum testamentum vniformiter: vnde sicut appellatione debiti venit debitum naturale duntaxat, quando relatio non potest fieri ad debitum validum: vt probatur in §. dominus. s. alleg. & ibi per Bar. ita erit dicendum, quando nominatio legatorum non potest referri, nisi ad legata inualida: nam ad istam solam speciem videtur facta relatio. argu. l. nominatim. ff. de lib. & posthu. & no. Bartol. in l. si quis in princi. testa. j. de lega. iij. Et forte hoc casu posset procedere opi. Cy. & Barto. opi. autem d. Io. procederet, vbi relatio potuit fieri ad aliqua legata vtilia, & sic possunt concordari istæ opiniones. ¶ In glo. posita in verbo, & decesserit. ibi: & per vel. Ista expositio destruit tex. & etiam nō bene cōuenit secūdæ parti alternatiuæ: si enim sēsus esset iste, ꝑut dicit gloss. quòd siue filius institutus repudiet, siue adeat, decedat legatum, præstabitur à substituto, et erit locus substitutioni, quia adeunte pupillo & decedēte sit locus substitutioni pupillari, debebat addi in secūdo membro alternatiuæ: vel decesserit, scilicet in pupillari ætate, sicut addit in glos. sed hoc non ponitur in tex. Vnde tum, quia copulatiua requirit concursum duorum, & improprie exponitur pro alternatiua: tum etiam propter id quod proxime dixi, iste intellectus non placet. Dicendum est ergo, quòd hic substitutio fuit facta pupillo per vulgarē expressam, quæ de sui natura potest continere tacitam pupillarem: vnde dico, quòd ista duo debēt concurrere copulatiue, quòd filius non adeat hæreditatem, & quòd decedat ante hæreditatem aditam, ad hoc vt legatum debeatur substituto: nam si filius non esset mortuus, substitutus non posset succedere ex vulgari, nondum repudiata hæreditate per filium, sed adhuc non fuerit adita: vt l. quandiu. s. de acquiren. hære. Requiritur ergo primò quòd non sit adita hæreditas: & quia hoc solum non sufficeret, vt suprà dixi, requiritur secundò, quòd filius sit mortuus non adita hæreditate: quo casu, quia per datio. substituti vulgaris sublata est suitas: vt l. si filius hæres. s. de libe. & posthu. neq; confirmabuntur tabulæ pupillares, id est tacita pupillaris, quæ cōtinetur in expressa vulgari, neq; transmittetur hæreditas ex capite suitatis ad hæredem pupilli, qui sibi succedit ab intestato: sed substitutus vulgaris. Sed quia iste tex. videtur innuere ad contrarium sensum, quòd si hęreditas esset adita per pupillū, legatum non deberetur à substituto, est declarandum quid velit iurisconsultus: & est dicendum, quòd pupillo adeunte, licet substitutus succederet, tunc ex tacita pupillari legatum non deberetur ab eo, quia fuit relictum ab eo, tanquam ab instituto in primo testamento, ex quo fuit vocatus per vulgarē substitutionem: vnde legatum ab eo tanquam ab instituto in primo testamento non videtur repetitum, tanquam à substituto pupillariter. consideratur enim hic vt duplex persona: vnde sicut legatum relictum ab instituto nunquam videtur repetitum à substituto pupillari. vt l. j. §. interdum. & lege, ratione. §. quod vulgo. ad legē Falcidiā. & not. Barto. in l. licet imperator. j. eod. ita legatum relictum ab eodem tāquam ab instituto, nō videbitur relictum in eiusdem persona, si succedat tanquam substitutus pupillariter. & ex isto intellectu sic declarato habes duo singularia. Primum, quòd datio substituti vulgaris tollit existentiam sui hæredis, & impedit transmissionem ex capite suitatis. Secundum, quòd sicut legata relicta ab instituto non videntur repetita ab alio substituto pupillariter, ita non videntur repetita in eadem persona, quę potest considerari vt instituta & substituta: & pondera pro intellectu nostro text. quia non dicit, quòd si filius repudiauerit hæreditatem, sed quòd non est hæres: quæ verba proprie significant id quod dixi, quia neque adiuerat, neque repudiauerat, vt satis colligitur ex his quæ not. Bartol. in lege, si quis suus. s. de iure deli. Nam si filius expresse repudiasset, sine dubio admitteretur substitutus incontinenti, non expectata morte ipsius. Hunc autem casum omisit Pap. tanquam indubitatum, & determinauit id quod erat magis dubium. & per ista habes expeditam gloss. tuam. ¶ Extra gloss. tangit hic Dyn. & post eum alij doc. not. q. ad quam inducitur litera nostra: si princeps cui communitas subdita præsentat statuta sua, reprobātur quædam ex illis statutis, vtrum cætera videatur approbare?[c] Et distinguit vt hic per eum, & Bart. cui adde, inquantum dicit, quòd si omnia statuta fuerunt præsenta

a ¶ Non conualidat. Et hic idem tenet d. Alexan. de Imo, & Rapha. Cu. & Ias. May. hic per p̄fatos doc. referens & do. Alex. in l. dies. de damno infe. Bene. Va.

b ¶ Promissa, Et hoc idem tenet etiam d. Alex. de Imo. & d. Ias. May. hic ad fi. quem vide omnino. B. Va.

c ¶ Approbare, Vide d. Alexan. de Imo. in consi. cxxij. inci. viso statuto. in iiij. col. ad fi. & se. & in consil. x xix. iiij. parte. Be. Va.

sentata superiori, tunc cætera videtur confirmata. nã hoc dicit Bald. esse verum, si illa statuta fuerũt examinata: quod in dubio præsumitur secundùm eum, & Ioan. de Imo. hic. secus si constaret, quòd non fuissent examinata, quia super non cognito non videtur pronunciatum: facit optime quod notat Barto. in l. à procedente. C. de dila. & text. & ibi not. in c. interposita. in prin. & quod ibi no. extrà, de appella. Posset autem constare vel ex verbis reprobantis quędam capitula: verbi gratia, si diceret, reprobamus omnia statuta, quæ reperirentur esse contra vtilitatem cameræ nostræ. Nam propter verbum, reperirentur, quod sonat in futurum, apparet quòd superior nondum examinauerat statuta, sicut aliàs consului in ciuitate Bononiæ. Idem videretur dicendum, si constaret ꝙ eadem hora, qua fuerunt præsentata, vel eadem die, fuisset approbata, quando non esset verisimile, quòd tam breui tempore potuisset discuti: per ea quæ in fin. not. Bald. & alij in l. prolatam. C. de senten. & Bald. in c. j. de inuesti. in maritum fac. Videretur tamen hæc doctrina esse limitanda, nisi essent talia statuta seu capitula, quæ non venirent in confirmatione generali simpliciter facta: tunc enim etiamsi aliqua capitula essent reprobata, postea facta esset confirmatio generalis expressa, illa capitula non venirent in confirmatione, quia exceptio ad regulam non facit, vt verba regulæ amplientur, & importent vltra id quod aliàs importarent: vt est casus quem ibi not. Barto. in l. generali. §. vxori. ff. de vsu. le. per quam doctrinam multis alijs additis ita consuluimus in Bononia excel. doc. d. Alex. de Imo. & ego. licet Bald. quem tunc allegauimus, aliter videatur sensisse in c. j. per quos fi. inuesti. in vsi. feu. Si ergo quando confirmatio generalis esset expressa, illa statuta non viderentur inclusa: multo minus venirent in tacita confirmatione, de qua nunc agimus in q. nostra, quæ resultaret ex reformatione quorundam capitulorum. Et ad decisionem prædictam Dyñ. & Barto. non ob. iste text. inductus, vt s. quia sicut dicit Pau. de Cast. & rectè, inducta ad diminutionem non operantur augmentum circa id ad cuius diminutionem sunt inducta, sed circa aliud, id est diuersa statuta, capitula bene possent operari augmentum: vt probatur expressè in l. triduus. §. fi. s. de testa. mili.

In legato. Plures vocati ad vnum legatum vocantur æquis portionibus. ¶ In tex. ibi: quæ seruantur. idem est in institutione hæredum, vt l. quoties. §. hæredes. s. de here. inst. Licet autem tacite videantur distributæ partes æquales, non tamen legatarij videntur esse re disiũcti, sicut si partes fuissent expressè, secundùm Barto. hic, & probatur in lege, si duobus. §. fin. s. eod. titu. & ibi de hoc fuit dictum.

Viduos. Quando legatur incertum de certis, electio pertinet ad legatarium. h. d. ¶ In glo. posita super verbo, legatarij. ibi: sed dic fauore vltimæ voluntatis &c. Intellige istam glo. secundũ Bald. & Moder. hic, ꝙ non est differentia inter contractus & vltimas voluntates, quando non apparet, quòd verba sint magis directa ad vnum, quàm ad alium. nam si verba essent directa ad debitorẽ in contractibus, & in vltimis voluntatibus, ipse deberet eligere. si autẽ essent directa ad creditorẽ, similiter ipse deberet eligere in vtroq; casu: ita declarat Barto. cuius dicta referuntur hic per Moder. in l. Lucio. j. de leg. ij. de materia autem dicetur plenius in l. legato generaliter. j. eo. vbi Bart. se remittit. de qua Bald. tangit hic, & Ioan. de Imo. post eum. ¶ Sed quæritur vltra ea quæ sumus ibi dicturi, quid sit tenendum in concessione gratiæ factæ à principe. Super quo Bald. dixit hic, ꝙ †quia beneficia principum sunt latissime interpretanda:[a] vt l. fi. s. de constit. princ. & l. si quando. C. de bo. va. lib. x. & ideo electio competit illi, cui conceditur beneficiũ. alleg. tex. in l. ij. C. de castren. lib. xj. & idem tenet per istam l. in d. l. fi. s. de consti. prin. contrarium videtur tenere expressè in l. fi. in vltimis verbis. C. de nup. vbi dixit, quòd si bannitus pluribus bannimentis ex gratia debet eximi ab vno ex illis, quòd electio à quo eximatur non pertinet ad eum, sed pertinet ad principem, id est ad eum qui habet eximere de banno, per l. plerunq;. in fi. ff. de iur. do. Pro ista conclusione facit quod no. ponit Io. An. in c. mandato. de præben. in nouel. li. vj. vbi dixit, quòd si mandatur executori, vt cõferat ecclesiam primo vacaturam, & duo vel plura beneficia vacant simul, quòd electio non pertinet ad executorem, nec ad eum qui habet gratiam, sed ad ordinarium loci, qui haberet conferre dicta beneficia, per l. plerunq;. in fi. ff. de iure do. s. allega. Non obstat text. in l. ij. C. de castrensi. quia ibi expressè conceditur electio per superiorem illi, cui fit gratia. D. Ioan. de Imo. hic alle. opti. text. in c. si pluribus. de præben. li. vj. per quem in effectu videtur distinguere, ꝙ aut gratia conceditur proprio motu, & tunc electio fit eius, cui fit gratia, quia illa gratia est multum fauorabilis: aut conceditur ad impetrationem partis, & tunc electio sit principis seu debitoris: sicut distinguitur in d. c. si pluribus. Sed tu aduerte: quia quando beneficia essent disparia seu difformia, secundùm text. præallegatum, non videtur esse locus electioni: imo in primo casu videtur concessum pinguius beneficiũ ipso iure: in secundo id, quod est minus, vt ibi dicitur. vbi autem beneficia essent paria, bene fit ibi distinctio supradicta. Sed aduerte: quia licet in secundo membro, quando beneficium conceditur ad postulationem partis, in impetratione beneficiorum, quæ impetrantur in titulum à principe, dicatur ibi, quòd illa impetratio alterius beneficij conceditur à principe ad sui preiudicium, & non alterius: nihilominus iura indistinctè dicunt, quòd beneficium principis est latissime interpretandum: vt in c. cùm dilecti. de do. & l. si qñ. C. de bo. vacan. lib. x. & l. fi. s. de consti. prin. & iudicantur ista beneficia fauorabilia, non odiosa. Impetratio autem beneficiorum, quæ fit à summo pontifice, de qua in d. c. si pluribus. ideo est odiosa, quia derogat iuri ordinarij collatoris: & ideo in ea proceditur strictissime: vt in c. non potest. & c. cùm in illis. eo. tit. Melius ergo videtur posse dici, quòd aut beneficium conceditur proprio motu: & tunc in omni beneficio serua dispositionem illius decretalis, per rationẽ ibi expressam, videlicet ꝙ si beneficia non sunt difformia, videat̃ ipso iure cõcessum, quod est melius. si autem paria, fit electio creditoris. i. eius cui confertur beneficium. Si autem beneficiũ cõceditur ad impetrationem partis, subdistinguamus, ꝙ aut illa impetratio est odiosa, vel quia præiudicat tertio, vel quia est contra ius: & tunc videatur concessum quod est minimum, & vbi omnia sint paria, detur electio debitori. si autem beneficium non sit odiosum, sicut est regulariter beneficium concessum à principe, vt dicitur in iuribus s. alle. & tunc seruetur via media, videlicet ꝙ non competat minimum, nec maximum ipso iure, sed electio competat illi, cui fit gratia: quia ita seruatur in legatis, cùm sint fauorabilia: vt l. Lucio. & quod ibi no. j. titu. proxi. Tangit etiam hic Dy. quando vnus vocatur ad duo officia incompatibilia, cuius sit electio, vtrũ ipsius vel superioris: quia bene prosequitur Ioan. de Imo. dic vt ibi per eum, & vt traditur per gloss. in l. ciues. C. de incolis. lib. x. & in l. libertus. §. præscriptio. ff. ad muni. & in l. si duos. in principio. vbi bonus casus. s. de excu. tu.

[a] ¶ Interpretãda. Etiam & quando, vide tu Fel. in c. cũm. x. co. ver. iij. cõclusio. de rescrip. Be. Va.

[b] ¶ Si vniuersitas est excõicata. Adde an vniuersitas possit excõmunicari: dic ꝙ nõ, licet bñ interdici: vt in c. Romana. in §. vniuersitatẽ. de sentẽ. excõ. li. vj. Sed gl. in d. §. dicit, ꝙ licet vniuersitas nõ debet excõicari, tamẽ excõmunicat̃, tenet & ligat, per Archi. in c. eps. in vlti. col. xij. q. ij. Car. Za. in c. fi. in ij. oppo. de procur. idẽ Car. in ca. grauẽ. in iiij. q. de sñia excõ. Ni. Super.

SVMMARIVM.

1 ¶ In legatis particularibus qui fructus debeantur legatario.
2 In vniuersitatibus noui qui succedunt, post primos mortuos surrogantur loco eorum.
3 In vniuersitate facti extinguitur nomen vniuersitatis, cùm redigitur ad vnum.

Rege legato. In legato vniuersali veniunt omnia quæsita post testamentum factum: & omnia surrogata loco eorum, quæ erant tempore testamenti. & sicut hoc legatum recipit augmentũ, ita recipit diminutionem: & licet vniuersitas distinguatur, debetur tamẽ quicquid superest ex vniuersitate. h. d. cum l. seq. ¶ †Not. in l. grege. quòd quamuis in legatis particularibus fructus quæsiti tempore vitæ testatoris non debentur legatario, quinimo nec quæsiti tẽpore mortis, sed solùm quæsiti post aditam hæreditatem, quando res erat testatoris: vt probatur in l. quæsitum. in fin. & in l. si tibi homo. §. cùm seruus. j. eod. & ibi per Barto. in l. Herennius. ff. de vsuc. & quæ tradit Barto. in l. in fideicommissi. in sua distinctione. j. ad Trebel. secus tamen est in legato vniuersitatis facti, sicut est grex. ista vniuersitas recipit diminutionem & augmentum ex natura sui: vt l. item veniũt. §. fructus. s. de peti. hære. & no. in l. quod dicitur. s. de impen. ¶ †Secundò nota. ibi: aliqua esset substituta &c. quòd in istis vniuersitatibus, noui qui succedunt post primos mortuos surrogantur loco eorum. concord. text. in lege, proponebatur. ff. de iudi. & in lege, sicut. in fin. ff. quod quisque vniuer. no. & ex hoc arguit hic Bald. ad duas q. Prima est, quòd si vniuersitas est excõmunicata, [b] nõ solùm sint excommunicati illi, qui tunc erant in vniuersitate, sed etiam qui postea nascuntur: de qua quæstione Barto. in lege, inter stipulantem. §. sacram. in fin. remittit se ad notata per cano. in c. aduersus. de immu. eccle. Dy. hic, quem refert Barto. in lege, quod in rerum. §. si quis post. j. eod. videtur distinguere, sicut refert Ioan. de Imo. vtrum vniuersitas sit excommunicata simul, ve

per partes: vt primo casu illi qui de nouo nascuntur, non sint excommunicati: secundo casu sint excommunicati, per l. qui vsufru. ff. qui. mo. vsusfruc. amit. credo q liber meus sit corruptus, & q velit dicere, sicut loquitur l. allegata, quòd aut vniuersitas fuit reuocata p partes, aut mortuis omnibus, qui erant tempore excommunicationis, fuit renouata in totum: sicut dicimus in vsufructu nauis legatæ, in d. l. & hanc opi. sequebatur Ray, vt refert hic Io. de Imo. Barto. hic simpliciter tenet, quòd cum excõicatio liget, & non inferatur, nisi ex delicto præcedente & contumacia in satisfaciendo xj. q. iij. c. nemo. & in c. sacrã. de senten. excõmu. istud vinculum nõ transit ad eos, qui non deliquerunt[a]: arg. l. j. in princ. & quod ibi per Bal. s. de magi. conue. & quod no. Bart. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. Et hanc sententiam approbat hic Ioan. de Im. dicens esse dubium, vtrum sententia lata in vniuersitate valeat ipso iure: vt plene scribitur in c. Romana. §. vniuersitatis. de sentẽtia excommunicationis. in vj. Sed tamen posito, quòd valeret, vt quidam tenuerunt: licet communis opi. sit in oppositum, adhuc tenet opi. Baldi, per ea quæ no. Ioã. And. in loco præallega. Sed Ioan. And. ibi remittit ad notata per glo. xxiiij. q. iij. & c. j. vij. q. j. c. sicut vir. quæ gloss. videntur varie intellexisse: qa in d. capitu. sicut vir. gloss. tenet, q si sentẽtia valet, cõplectatur etiã postea nascẽtes, vel ingredientes collegium, per l. proponebatur. cũ si. ff. de iudi. Sed in d. c. j. pro vltima opi. refert quosdam tenere oppositum. & hanc opi. credo veriorem. quia posito, quòd sententia valeret, non potest negari, quòd quia non debuit ferri, contineret odium irrationabile: & ratio strictissima interpretatio esset facienda: vt l. j. §. quare. ff. de ven. in poss. mit. & per Barto. in l. j. ff. de verbo. sig. facit optime quod habetur per Bar. in l. si decesserit. ff. qui satisda. cog. & tex. in l. si tutor. C. de interdic. matri. & quod ibi no. Vnde quia illi, qui de nouo subrogantur loco veterũ, aliquo modo non sunt idem, inquantum. s. non fuerunt participes culpæ: potest tolerari ista opi. Bald. & gloss. in præallegloco. ¶ † Tertiò no. ibi: quamuis grex desijsset esse &c. q in vniuersitate facti extinguitur nomen vniuersitatis, quod cùm redigitur ad vnum:[b] secus in vniuersitate iuris, in cuius persona potest cadere acquisitio rerum & iurium: vt statim videbis in tex. & glo. & probatur in l. sicut. in fi. ff. quod quis. vni. no. & ex eodem ver. not. cũ præce. secundùm Pau. de Ca. quòd in legato vniuersitatis facti ipso iure transfertur dñium rerum, quæ continẽtur in illa vniuersitate: secus est secundũ eum, si legaretur pars hæreditatis: quia tunc istud legatum habet vim fideicommissi vniuersalis, secundùm Bar. in l. si quis seruum. §. fi. j. eo. & ideo non transferetur ius, nisi facta restitutione: vt no. Barto. in l. j. versus fi. s. eo. de quo dic vt ibi, & colligitur etiam manifeste ex ista litera, ibi: ex eo grege &c. quòd hoc nomen, gregis, comprehendit omne genus animalium, quod gregatim pascitur. Vnde per istũ text. videtur cõfundi gl. no. in cle. j. de deci. sup verbo, gregibus. quæ dicit, q de proprio stricto significato appellatio gregis[c] non continet animalia maiora, quæ continentur sub appellatione armentorum: de quibus in l. boues. in prin. ff. de ver. signi. & in l. si vis. §. armento. j. de leg. iij. Pro illa tamen gloss. multum facit text. in l. j. §. per hanc. el ij. ff. de rei ven. ibi manifeste patet, quòd separatim ponuntur armenta à significatione gregis. Sed possumus dicere, quòd ex intentione iurisconsulti ibi patet, quòd noluit ad animalia maiora appellatione gregis intelligi, ex quo postea illa specifica per ea quæ habentur in l. quæsitum. §. si quis fundum. de fun. instru. & quia s. diximus in vno notabili, quòd illi qui succedũt in vniuersitate loco mortuorum, non omnino idem: per hoc vide gloss. quam reputo notabilem in l. Marcellus. circa medium gloss. magnæ. ff. de rei vendi. Et quia in illo notabili declarauimus, vtrum excõmunicatio liget eos, qui postea efficiuntur de vniuersitate: adde quòd in sententia interdicti est aliud, q in sententia excõmunicatio. quia omnes de nouo venientes ligantur: & est ratio, quia in interdicto potest puniri vnus pro altero: vt in c. non est. extrà. de spon. Sed non sic in excommunicatione. xxiiij. q. iij. c. j. & ibi per glo. super quo vide glo. ordi. quæ format q. in c. si sententia. de senten. excom. lib. vj. & Bal. & Ange. qui de hoc aliquid tangunt in l. proponebatur. in fine. s. de iudi. ¶ In glo. vnica, in l. grege. ibi: viuo testatore. in hoc legato vniuersitatis est hoc regulare, vt vnus re surrogetur loco alterius, & ipsa vniuersitas nihilominus remaneat eadem: vt patet hic, & in l. peculium. j. titu. proxi. & in l. rerum mixturam. circa fi. ff. de vsuca. In legatis autem particularibus hoc nõ est, vt patet in l. quid tamen. §. in naui. ff. qui. mo. vsusfru. amit. & in l. inter stipulã. §. sacram. de ver. ob. Fallit in duobus casibus no. Vnus est in l. filiæ. §. à Titia, & ibi per Bar. de condi. & demon. Alius, quem ponit Bar. in l. si seruus. §. qui areã. j. eo. vbi omnino vide. ¶ In glo. posita super verbo, desijsse. ibi: nomine durat, non re, vt hic. ista sol. quo ad l. sicut. in fi. licet Dy. sequeretur eam, & d. Ioan. hic nitatur defendere, non potest esse bona: quia imo ius vniuersitatis ibi residet in vno, non solùm nomine, sed re, quia possidet omnia iura, quæ possidebantur ab vniuersitate: vt ibi not. item exercet omnes actus, quos exercet vniuersitas: vt plene declarant gl. ordi. in c. gratum. de postu. præla, propter quod glo. ponit secundam solũ. quæ est verissima, quam declara vt dixi in voce, & ex qua potest inferri ad id quod dixit glo. not. in cle. ne Romani. §. porro. de elec. in verbo, omnes. quæ vult †, q in vno solo cardinali[d] resideat potestas eligendi summũ pontificem, si alij recedunt de conclaui, vt alibi dixit no. Io. And. q si prælatus debet agere cum consilio capituli, & in capitulo remaneat vnus solus, illius consilium debet requiri,[e] vt ipse ponit in nouella in c. j. ne sede vacan. lib. vj. & frater ille vnus, qui remansit, velit ipse eligi in prælatum collegij, remedium est quòd substituat alium ad eligendum loco sui, & ab illo poterit eligi, licet ille non sit de collegio: quia in tanta necessitate habet locum id, quod notatur in c. si compromissarius. lib. vj. & in c. quia propter. eo. ti. in anti. Ita refert Ant. terminasse Pau. de Liaza. in cle. j. de elec. vt ipse not. in l. nomine. ff. quod cuiusq: vniuer. no. & ita dicit fuisse determinatũ in abbate sancti Benedicti. Hoc tñ limitatur notabiliter per Bal. & alios in l. nõ ambigi. ff. de le. videlicet q ius vniuersitatis nõ residet in vno, qñ nõ est spes, q collegiũ restauretur amplius: sicut videmus in senatore vrbis: vt ibi plene p eũ. Cũ enim longissimo tpe sit obseruatum non eligere senatũ, videtur quodammodo superior tacite voluisse non durare ius illius collegij in persona vnius. Sed cõtra istũ text. opponitur: quia si grex desinit habere nomẽ gregis, vt hic dicitur, & res quæ fit legata fuit extincta: ergo licet aliquid supersit ex illa re, non videtur deberi: vt l. mortuo boue. in prin. j. tit. proxi. & l. peculiũ quadrigæ. §. j. eo. ti. Timore huius cõtrarij Io. de Imo. dicit, q prima solutio glo. põt esse bona, videlicet q in ista vniuersitate facti remaneat nomen gregis, & per cõsequens quod restat de grege debeatur, ne si, etiam nomẽ extingueretur, obstarent iura s. alleg. Bar. in d. l. peculium. §. j. videtur primò reprehendere istam solutionẽ: quia videmus, q destructa domo licet penitus pereat nomen domus, nihilominus debetur area. Postea inferius distinguẽdo de necessitate ex dictis eius infertur, quòd ista solutio est vera: quia ipse dicit, quòd ideo area debetur extincta domo, quia remanet maxima pars domus. Ex quo daf intelligi, quòd si maxima pars rei pereat, & minor remaneat, extinguetur legatum, sicut extinguitur in d. §. j. Sed non est dubium, quòd remanente vno capite ex toto grege, minor pars remaneret: ergo deberet extingui legatum. Vnde ista solu. tacta hic in glo. quo ad illa iura, posset esse bona: non tamen bene applaudit literæ nostræ: quia hic legatũ gregis assimilatur legato domus, & areę, quæ remansit ex domo: vt sicut illa debetur, ita & hoc debeatur. sed illa debetur, licet nomẽ rei sit penitus extinctum: ergo & hoc. Sed defendendo possumus dicere, quòd similitudo procedit, quòd remanente vna re ex grege & nomine gregis, propter ista duo simul dicetur remanere pars maxima gregis. Hoc tamẽ infert violentia literæ, quæ dicit, quòd desinit esse grex, non distinguendo nomen areæ. Potest ergo dici, & melius, quòd ideo legatũ gregis & areæ debentur, quia id quod restat ex domo & grege sui natura, est pars formalis domus & gregis in animalibus, quæ pascuntur gregatim: nam de domo non est dubium, cùm superficies sit pars ipsius domus. vnde veniunt ista in legato, tanquam pertinentia aliquo modo substantialiter ad gregem, vel ad dominum, sicut pars, ex qua alijs concurrentibus conficeretur totũ. Sed in l. mortuo boue. in prin. id quod remanet ex animali mortuo, non est amplius pars, quæ olim fuit pars in illo toto, sed est quædam alia res: sicut cadauer non dicitur pars hominis post mortem. & similiter quando vnus equus ex quadriga est mortuus, ideo alij equi non debentur: quia hæc non est pars quadrigæ necessario, tanq ordinata ad constituendam hoc totum. s. quadriga: quia vtimur equis etiam ad alios vsus. Sed superficies & area bene est ordinata ad perficiẽdum hoc totum, quod est domus, & animal quod gregatim pascitur ad congregandum se, & faciendum gregem. ¶ Extra gloss. tetigit hic Bal. vtrum compromissum factũ à capitulo vel vniuersitate duret mortuis omnibus, qui cõpromiserunt. Et tenet quòd sic, quia videtur esse idem capitulum per iura suprà allegata, & idem tenet in l. proponebatur. ff. de iudi. hoc tamen intelligit, si compromissum fiat de pertinentibus ad vniuer-

a ¶ Qui nõ deliquerunt, Vide Fely. in c. rñso, post prin. ver. no. q oẽs cives. de sen. excõ. & Fede. de Se. in cõs. xcij. Be. Va.

b ¶ Ad vnũ. Add d. Abb. in consi. xlj. Be. Va.

c ¶ Gregis. Vide d. Alexan. de Imo. in l. prætor. la. ij. de vi bo. rap. & Saly. in l. C. de abige. Be. Va.

d ¶ In vno solo car. Adde gl. in verbo, pauciores. in c. gratũ. de postu. plat. & ibi Ab. Inn. in c. cũ nobis olim. de elec. ver. & quid si oẽs. Io. An. in c. licet. đ elec. Ang. in l. magnũ. C. de cõtra. & cõmit. sti. Ab. cõsi. xxv. ici, qm̃ de infrascriptis. in iiij. dubio. i ij. co. idẽ Ab. cõsi. xlvj. inc. in qõ ne quæ ad pñs vertitur. circa fi. in co. vol. Nico. Super.

e ¶ Requiri, Add d. Iaso. May. hic in fi. qui dicit, q ista quę hñr per Aret. non vñr facere ad propositũ, quia ibi alij car. sunt in rerũ natura, licet non in pñtia, ppter discessum. sed nos loquimur, qñ omnes sũt mortui, vno excepto. Be. Va.

ad vniuersitatem: secus si de pertinentibus ad vnū ex canonicis. quia ex quo fit nomine vnius canonici, & si fieret ab vniuersitate, vel à syndico vniuersitatis, ab illo videretur factum, cuius nomine fit, secundùm Ioan. de Imo. vt l. post mortem. cum materia. §. quando ex fact. tu. vnde non transiret ad successorem: iuxta ea quæ habentur in c. fin. ne prælat. vices suas. Licet autem obligatio compromissi transeat ad succedentes in vniuersitate, iuramentum tamen quod esset præstitū ab his, qui erant tempore testamēti, vel à syndico, in animum eorum, non transiret ad succedentes in vniuersitate secundū eum, quia est vinculum personale: vt in c. veritatis. & quod ibi not. extrà, de iureiurando. super quo vide quod ponit Baldus in lege finali. C. de pactis. & in l. pactum quod dotali. C. de collatio.

a SI quis bonorum. [a] In legato partis bonorū fructus veniunt à tempore mortis. h. d.

QVod in rerum. Legari potest, quod non est in rerum natura, sed esse speratur. hoc dicit. Secunda ibi: veluti. ¶ In gloss. posita super verbo, non sit. ibi: nec conditionale &c. ¶ Ista gloss. videtur contra text. in l. j. in fin. j. de condi. & demon. per quod doc. Moder. dicunt, & maxime Pau. de Cast. & etiam sentit Barto. hic vnico verbo, quòd istud legatum non dicitur conditionale, quo ad impediendum transmissionem, quia habet conditionem extrinsecam, quæ non inest ex tacita vel expressa voluntate testatoris, sed ex natura rei legatæ: & ita loquitur l. al lega. in gloss. Sed quantum ad impediendum obligationem & actionem oriri, bene dicitur conditionale: vt l. quod pure. ff. quando di. le. ce. & no. in l. item quia. ff. de pac. & in l. inter dum. in princip. ff. de verbo. obligationi. de quo vide plene per Barto. & quod ibi scripsi post eum in lege, ita stipulatus. ff. de verbo. obliga. Et quòd non impediatur trasmissio, est casus expressus, quē adducit hic Pau. de Cast. in l. cū illud aut illud. §. fin. ff. qñ di. le. ce. & ad materiam omnino vide quod not. Barto. in l. j. in iiij. q. j. de conditio. & demonst. Posset etiam dubitari, nunquid dicatur conditionale, quo ad hoc vt si fructus nō nascuntur ex agro destinato, nihil debeatur, quasi defecerit conditio: super quo vide quod plene tradit Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. obli. vide etiā quod ipse not. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de pub. & quod ponit Ang. plene in l. fideicommissum. ff. de iudicijs.

SI vsumfructum. In dubio testator videtur legare ius, quod habet in re, etiā si sit extinguendū morte testatoris. hoc dicit. ¶ † No. primò, sicut etiam tangitur in gloss. quòd in legatis, quorum dies cedit ab adita hæreditate, non habet locum regula Catoniana. concord. text. in l. ij. ff. de reg. Cat. & ita respondet hic gloss. ad hoc contrarium. ¶ Secundò not. & semper tene menti, quòd si ille qui habet vsumfructū formalem, legat illum alteri, loco vsusfructus formalis, debetur vsusfructus causalis, qui surrogatur loco primi extincti, & est eius effectus: facit optime ad id quod habetur in l. filiæ. §. à Titia. j. de condi. & demon. & in l. si ita. j. de aur. & ar. le. ¶ In gloss. vnica ibi: respondeo, quia errabat & c. hanc gloss. reprehendit hic do. Pau. dum restringit text. ad casum, in quo testator errabat, quia credebat vsumfructum durare post mortem, cùm text. simpliciter & indistincte dicat, quòd legatum redditur inutile, si ius quod testator habebat in re, est finiendū morte: vnde ipse dicit idem esse dicendum, si testator sciebat seu non errabat per istum textum, & per l. vxor patrui. C. de le. Sed hoc dictum non placet hic Ioan. de Imo. per tex. à contrario sensu in l. Sticho. in fi. de vsufruct. lega. vbi probatur, quòd si testator sciuisset se non habere ius in re, deberetur b æstimatio rei, [b] vt ibi dicitur. Sed salua reuerentia sua, ille tex. non facit ad propositum: quia ibi testator non legauerat ius quod habebat in re, sed aliud ius penitus diuersum, scilicet proprietatem fundi, cùm ipse haberet vsumfructum: quo casu distinguitur respectu proprietatis, vtrum sciuerit vel ignorauerit: quia cùm illud ius, quod legat, nullo modo haberet in re, eadem ratio est, ac si ille qui nullum ius habet in re, legaret rem alienam: in quo casu distinguitur sciens ab ignorante: vt l. cum aliena. C. de lega. Et ideo Bart. in d. l. Sticho. in fin. de quo etiam meminit hic Pau. facit differentiā inter istū casum, & inter duos casus præcedentes, quos ponit ibi, videlicet quando legatur vsusfructus, & non proprietas: vel quando legatur fundus simpliciter, quo casu videtur legare respectu iuris, quod testator habet in re: vt l. si domus. §. fin. j. e. Licet autem text. in d. l. Sticho. non debuerit induci ad hoc propositum, credo tamen restrictionem, quam facit gloss. esse verissimam, quod debet intelligi, quando testator erraret in iure, & multo fortius si errasset in facto. nam si sciebat ius suum esse finiendum per mortem, dico quòd non videretur sensisse de vsufructu formali, qui erat distinguendus, sicut d. Ioan. de Imo. quia verba testamenti debent in dubio interpretari in casu, quo dispositio valere potest. l. quoties. cum materia. ff. de reb. dub. & l. Gallus. §. quidam recte. de libe. & posthu. secundùm Ioan. de Imo. pro qua conclusione adduco c text. opti. in l. diuus. [c] in princip. ff. de vsu & habita. vbi probatur, quòd verba testamenti, quæ non possunt verificari in iure expresso in legato, verificantur in alio iure differenti ab illo, etiamsi illud ius sit maius expresso: ibi enim erat relictus vsus, & quia sub ratione vsus legatum non valebat, comprehenditur vsusfructus. Similiter ergo dicam in casu nostro, quòd testator nomine vsusfructus, ne legatum reddatur inutile, & sit ludibrio, intelligatur sensum de vsufructu causali: vel melius de vsufru. formali, de nouo constituendo ab eo, qui habet proprietatem, vt saluetur intentio testatoris, propter quam impropriantur verba testatoris: vt l. Proculus. & ibi no. ff. de vsufru. Sed relinquitur pulchra dubitatio, nunquid in dubio iste error iuris præsumatur in casu nostro. Et glossa nostra sensit quòd sic: & ita etiā videtur sensisse Bart. allegando istum text. in d. l. Sticho. de vsufru. le. Sed hoc videtur falsum, secundùm Io. de Imo. quia error iuris in dubio non præsumitur: vt l. leges. C. de leg. & plene declarat Barto. a in l. quod Nerua. ff. depo. & in l. sed si lege. §. scire. ff. de pe. hære. & l. non fatetur. ff. de confes. Non ob. iste text. secundū eum: quia debet intelligi, quando testator expressit se ad vsumfructum, quem habebat ipse in re: tunc enim ex hac relati. manifeste sumitur coniectura, ꝙ testator errauerit. Secus si simpliciter legasset vsumfructum talis fundi: quia tunc non b præsumeretur error iuris, & per consequens deberetur legatum. Non ob. text. in l. vxor patrui [d]. C. de le. secundū eum: d quia ille tex. non dicit, ꝙ legatum vsusfructus non valet, sed quòd per legatū non præiudicatur proprietario: quod est verissimum. nam si hæres vellet iterum constitui vsufru. legatario, debebit soluere pretium domino proprietatis, si ille velit vendere: si autem nolit, soluet æstimationem legatario, vt dictum est. Et ista conclusio placet, quam probo tibi particulari & optima ratione vltra eū: quoniam sicut error in proprio facto testatoris, qui est lata culpa, non præsumitur ad exonerati. hæredis, secundū gloss. no. quam ibi approbant oēs in l. si res obligata. j. eo. ita & eodem modo non debet præsumi error iuris ad hæredis exonerati. qui est lata culpa, sicut & error in facto proprio: vt l. regula. & l. Lucius. ff. de iur. & fac. igno. Sed contra istam conclusionem fortiter facit tex. in d. l. Sticho. in fine. sæpe allegata. vbi præsumitur error iuris, ad exonerandū hæredem: cū em̄ proprietas pertineret ad hæredem primi testatoris, præsumit ibi iurisconsultus, quòd primus testator, qui habebat solum vsumfructum in re, crediderit proprietatem ad se pertinere: & sic est ibi error iuris, qui tamen præsumitur. Sed potest responderi, quòd ille error iuris non erat incoloratus: nam quia primus testator iusserat plenam proprietatem restitui quibusdam alijs, postquam vsusfructus secundi testatoris esset finitus probabiliter, potuit præsumere iste secundus testator hanc fuisse voluntatem testatoris, vt si illi præmorerentur sibi, proprietas pertineret potius ad ipsum, quàm ad hæredes: & ideo signanter dicit, quòd in isto casu, error præsumitur: quia erat probabilis. Ex quo not. singulariter, & tene menti, quòd sicut error in facto alieno & in dubio præsumitur: vt in l. fin. ff. pro suo. ita est etiā error iuris, qui est probabilis, seu probabiliter dubitatur, pro qua conclusione facit optime text. singularis, quem not. ibi do. Abb. ad hoc in c. cùm dilecti. extrà, de consue. per quem dicit, quòd error iuris probabilis causat titulum putatiuum iustum ad præscribendum, sicut error facti probabilis. Et pro declaratione materiæ scias: sicut testator qui proprietatem legat, vel rem alienam simpliciter sciens, videtur onerare hæredem, vt eam redimat: vt l. cum aliena. præalleg. ita si legat vsumfructum in re aliena, ipse vsusfructus debet redimi. casus est expressus in hoc in lege, senatus. in principio. ff. de vsu. ea. re. quæ vsu. & habet locum dispositio dictæ legis, cū aliena. nō solùm in legato expresso, sed etiam in tacito legato, quod venit in consequentiam ad aliud legatum expressum: vt est casus notabilis in lege, seruum filij. j. eodē & in l. j. §. fi. ff. si vsusfru. pe.

Si quis post. Legatū fundi augetur p adiectionē factā in fundo à testatore, & ecōtra diminuitur p diminutionē fundi ab eodē factā. h. d. Secūda ibi:

---

a ¶ Si quis bonorū. Limita hūc text. ꝑ ut hic limitat d. Ia. May. quē vide. Be. Va.

b ¶ Aestimatio rei. Pro quo vide d. Ale. de Imo in cō si. ix. in ij. parte. in pe. & vlt. col. Be. Va.

c ¶ In l. diuus. Vide Ias. May. qui dicit, ꝙ tex. ī d. l. diuus. nihil facit in proposito: qa ibi à cōstitu ente vel eius hr̄de nihil est redimēdū, vt hic, vbi hr̄s cogeret redimere vsumfructū formalē ab alio, vel præstare cumulationē, vt hic latius vide ꝑ eū ꝑ solutiōe cōis concl̄onis. Be. Va.

d ¶ L. vxor patrui. Cui text. responde prout hic d. Iaso. May. pro qua sua r̄siōne allegat vltra alia iura do. Ale. de Imo. in cōsi. clj. in pe. col. in ij. parte. quē vide omnino. Be. Va.

quā si post. Tertia ibi: an hoc minus. Vltima ibi; & magis est. ¶ † No. primò, quòd quando fundus qui legatur tempore testamenti, si totus pertinebat ad testatorē, tunc omne augmentum, quod fit ei, venit quasi accessorie ad primum legatum: & ideo continetur sub eo, sicut plene declarauimus in l. si ex toto. in prin. §. eo. Si autem ille qui legat fundū, habebat solam partem in fundo: tunc distinguitur aliter, vt plene fuit dictū in l. serui electione. §. fi. §. eo. & in d. l. si ex toto. Aduerte tamen secundū Ioan. de Imo. quia istud augmentum, quod fit à testatore, non est omnino simile augmento alluuionis: quia etiam in casu in quo augmentum factum à testatore non cederet legato, augmentum tamen alluuionis semper cederet: de quo dic vt plenius ipse dicit in d. l. si ex toto. & l. serui electione. §. fin. ¶ Secundò not. quòd fundus & domus constituuntur non natura, sed voluntate habentis dominium in eis, & possessionem. Est tamen aliqua differentia inter fundum & domū, de qua dicetur in glo. ¶ † Vltimò no. quòd id quod applicatur vni, videtur detrahi alteri. Et per hoc arguit hic Bald. secundùm Iaco. de Are. quòd si est deputatus visitator monachis certæ religionis, qui habebat eos visitare & corrigere, archiepiscopus prouinciæ non poterit monachos amplius visitare: quia per specialem commissionem factam alteri videtur derogatum iurisdictioni archiepiscopali: alle. l. si duo. de admi. tuto. In contrarium alleg. duo optima iura, videlicet tex. in l. j. C. de offi. præfec. vrb. per quæ Bart. ibi determinat contrarium in si. q. dum dicit per illam l. probari, quòd per deputati. officialis factam specialiter in certo genere causarum non tollitur iurisdictio potestatis, vel præsidis ciuitatis. Secundò adducit text. in l. quoties. §. fin. ff. de admi. tu. vbi dicitur, quòd curator deputatus ad bona superuenientia pupillo, non restringit potestatem tutoris vel curatoris vniuersalis prius dati. quæ l. optime facit ad materiam nostram. Bal. tamen hic videtur respondere ad ista iura, ꝙ in q. proposita per eum commissio non erat facta inferiori, sed habenti parem potestatem, vel maiorem. Quæ verba ego non intelligo, nisi forte voluerit dicere, ꝙ hic visitatori non fuit commissa vna species iurisdictio. respectu archiepiscopi, qui haberet vniuersalem iurisdi. sed eadem iurisdictio fuit concessa visitatori, quam habebat archiepiscopus. Sed hoc non potest dici: quia visitatori dicitur cōmissa vna species, respectu certi generis personarū, quod habet visitare: cuius respectu archiepiscopus, qui vniuersaliter pōt visitare oēs in prouincia, sine dubio dicitur habere vniuersalem iurisd. Sed forte potuit intelligere, ꝙ iste visitator erat deputatus vniuersalis superior istis monachis: vnde nō potest dici inferior archiepiscopo, quo ad monachos, sed par vel maior respectu vniuersalis iurisdi. quā habet in monachos. Sed nec ista consideratio placet: quia saltem quo ad actio. visitandi iurisdi. generalis diceretur subalternata & specialis respectu archiepiscopi. Pro declaratione q. debes scire, ꝙ hanc q. mouet Bal. in diuersis locis, & variat à seipso. nam in l. cùm pretor. ff. de iudi. dicit, ꝙ per specialem commissionem seu iurisdictionē concessam alicui in certo genere causarum, vel personarū, in dubio videtur derogatum iurisdi. vniuersalis iudicis: quod probat, per ea quæ habentur in l. vxorē. §. felicissimo. & in l. seruis vrbanis. j. ti. ij. & per ea quæ traduntur in l. quæsitū. §. si quis fundū. ff. de fun. instru. in quibus probatur, ꝙ etiam in eadem dispositione nedum in diuersa species derogat generi. Secundò adducit text. pro ista parte in d. l. j. C. de offi. præfe. vrb. vbi text. satis clare innuit, quòd iurisdi. præfecti vrbis fuisset diminuta per commissionem factam specialiter annonæ, nisi fuisset per principē.[a] Et hanc conclusionem sequitur Ang. ibi, referendo dicta Bal. de verbo ad verbum. Sed his rationibus adductis potest responderi, & primò ad primam dicimus, quòd in dispositione legali quicquid sit in vltima voluntate, in qua loquuntur illa iura, regula est per oppositum ad ar. suum: quia in eadem dispositione clausula generalis non refert ad specificata, & species derogat generi. Sed in diuersis legibus non est ita: quia prouisio specialis & generalis concurrunt, nisi sint incompatibiles, vt solenniter declarat Bart. in l. j. §. hoc autem edictū. vbi est casus. ff. de no. ope. nun. & in l. sanctio ll. in princip. ff. de pœ. Ad secundum, videlicet ad l. j. de off. præfe. vr. potest dici ex mente illius l. quòd si non fuisset reseruata expresse iurisdi. præfecto vrbis, nihilominus adhuc iudex remansisset: videretur tamen aliqualiter derogatum dignitati suæ, vel iurisdictioni, si alter officialis specialiter creatus solus in illa specie iurisdi. posset idem, quod posset præfectus: vnde in aliquo sibi derogetur: inducitur ibi, quòd ille specialiter deputatus nō procedat sine scientia præfecti, & voluntate: in auten. habita. C. ne fi. pro pa. in ij. charta. vbi solēniter attingit q. licet multa verba dicta, in ista materia: tandem videtur residere in hac conclusione, quòd in dubio per deputationem iudicis specialis vel visitatoris non videatur sublata iurisdictio iudicis vniuersalis. Hoc tamen limitat, nisi visitator sit impetratus ad postulationem alicuius impetrantis: quia tunc impetratio videtur facta, quoniam impetrans nō vult habere alium iudicem. Et ita dicit posse saluari dicta Ia. de Are. hic, quem allegat, & idem tenet in l. j. in prima quæstione. ff. de offi. consul. vbi limitat hanc doctrinam, nisi specialis iurisdictio competat officiali electo, tanquam superiori ipsius iudicis vniuersalis: verbi gratia, deputatur aliquis iudex appellationis, & nullitatum, in aliqua ciuitate, in qua iurisdictio sine dubio est superior quocunq; iudice ordinario: quia à sententia illius iudicis potest appellari ad istū: tunc si vnus iudex ex ordinarijs ferat sententiam, non poterit appellari ad alterum habentem iurisdi. vniuersalem, sed solùm ad iudicem appellationis. & licet ipse non assignet rationem, potest assignari per regulam, quæ ponitur in l. iam hoc iure. §. j. ff. de vulg. & pup. & in l. si legatarius. in fin. ff. de le. iij. quia cùm ex vna lege detur iurisdictio iudici appellationis, super omnibus sententijs ferendis, pariformiter in omnibus casibus censetur dari, sed non est dubium, quòd quando iudex vniuersalis ferret ipse sententiam ab ipso, non posset ad eundem appellari, & sic in illo casu non haberet iurisdictionem: ergo nec etiam in alijs casibus ad ipsum poterit appellari. Hoc tamen non faciliter posset tolli: quia posset dici, quòd intelligitur sibi reseruata iurisdictio in casu, in quo si esset solus, posset ad eum appellari, non in casu, in quo etiam si non esset deputatus iudex appellationis, appellari non posset, valet de seipso ad seipsum: vt in c. ij. de consue. libro sexto. Credo tamen dictum esse verum in se. Ang. autem hanc quæstionem proxime tetigit in duobus locis vltra locum s. allegatum. videlicet in l. testamenta omnia. C. de test. in lectu. Paduana. & in l. si vacantia. in repetitua. in ij. char. C. de bon. va. lib. xj. & vtrobiq; sequitur sententiam Barto. in l. præallegata. per text. in auten. de defen. ciui. §. iudicare. quem allegat in d. l. testamenta. & per legem, placet. C. de peda. iudi. & per text. in cod. tit. §. audienti. quem allegat in d. l. si vacantia. & hoc dicit potissime esse verum in d. l. testamenta. quando iudex specialiter deputaretur vltra vniuersalem in odium rei conueniendi: per text. in c. quòd hac. de hæred. lib. vj. & ibi de hoc articulo tradit Io. An. Hoc tamen in dictis locis videtur dupliciter limitare, nisi iurisdictio specialis sit creata principaliter in fauorem personarum, in quas est concessa, & ipsis personis expediat non habere plures iudices: allegat text. in l. fin. C. de ap. ma. mi. lib. xij. & in l. fin. C. de iur. om. iud. quarum ll. prima nihil facit: quia ibi non dicitur aliud, nisi quòd apparitores ibi possunt vti præscriptione fori: vnde potest intelligi, quòd ibi erat expresse derogatū iurisdictioni aliorum. Quid autem sit in dubio, nō dicitur ibi. Secunda facit manifeste in contrarium in ver. ita tamen. vbi probatur, quòd professor alicuius artis licet possit conueniri sub suo iudice aliàs ordinario, nisi intelligas ꝙ pro his quæ pertinent ad artem, non possit conueniri sub alio iudice. Sed hoc non dicit ibi text. imo potius contrarium, cùm indistincte dicat, quòd sub alio iudice potest cōueniri. Potest tamen forte procedere ista limitatio, sicut dixit Bal. in d. auten. habita. quando concessio iudicis non esset facta motu proprio, sed parte postulante. Secūdò limitat ipse in d. l. si vacantia. nisi specialis commissio fiat pari vel minori: exemplum, si sunt duo iudices habentes vniuersalem iurisdictionem in ciuitate, & per statutum aliquæ species causarum committantur specialiter vni ex eis, dicitur diminuta iurisdictio alterius iudicis. & credo quòd sit verum: quia ista commissio specialis amplius operaretur, ex quo ille cui fit cōmissio, virtute generalis potestatis idem poterat: ar. l. si quando. j. cod. & in c. si papa. de pri. lib. vj. cum si. Pro conclusione autem Barto. quæ videtur communior, videtur esse casus not. in l. ij. §. deinde cùm placuisset. ff. de orig. iur. in verbo, plerunque cognoscit. vbi videtur probari, ꝙ licet esset deputatus prætor pro peregrinis, specialiter etiam prætor vrbanus, qui prius vniuersaliter fuerat creatus, inter peregrinos possit cognoscere: aliàs non diceret textus, quòd prætor peregrinus plerunque cognoscit: sed quòd semper cognoscit, si alius iudex vniuersalis non posset cognoscere. Secundò adduco tibi textum nota. in lege, nec quicquam. in principio. in secūdo responso. ff. de officio. proconsulis. allegato. vbi textus dicit, quòd si causa sit inter fiscum & priuatum proconsulem, qui est iudex vniuersalis, vt dicitur in primo responso, melius facit si se abstinet: quæ verba, si ponuntur comparatiue, manifeste ostendit, ꝙ etiam in causis fiscalibus, in quibus est deputatus specialis

[a] ¶ Per principē. Vide eūdē Are. in cōsil. cij. inci. spectabilis dnæ collateralis. & late per Lud. Ro. in cōsi. cccxciij. pñs consultatio in hoc recedit. vbi ꝑ hac regula, quā hic satis late etiā prosequitur Aret. adducit nouē textus, & multas decisiones, quas ibi ꝑ te vide. Bene. Va.

specialis iudex, scilicet procurator Cæsaris, non videtur derogatum iurisdi. iudicis vniuersalis. & isto modo intelligendo, qui modus magis proprius videtur esse ibi casus no. ꝙ etiam quando iudex specialis deputatur in signum præeminentiæ, & superioritatis, non videtur sublata iurisdictio iudici vniuersali. Sed glo. ibi destruit tex. in secunda lec. & dicit, ꝙ verbũ, melius, ponitur electiue, & secũdum hoc limitaretur singulariter doc. Bar. & cõis, ꝙ non habet locũ, vt dixi, quando iudex spẽaliter deputaretur in certis causis, vel in certo genere personarũ, propter eminentiam causæ vel personarum, quibus debuit deputari particularis iudex. Super quo vide quod no. Io. And. in d.c. pro hoc. s. alle. & hoc facit ad id quod dixit Bald. in l. nequicq̃. s. de offi. procon. quam s. allegaui. Tertio pro ista opi. bene facit tex. in ratione sui, quem ibi Ang. not. ad hoc in auten. vt defuncti seu funera. §. j. in ver. oportet enim. vbi probatur, ꝙ quando vnus iudex deputatur ad id specialiter, ad aliquid deputetur. & hanc conclusionem ponit Ang. in d. l. te. omnia. q̃uis illum text. non alleget. Non ob. text. in l. cum clericis in prin. de epis. & cle. quem Bald. not. ibi ad hoc, & per quem vult, quòd si simpliciter assignatur iudex certo generi personarum, iurisdictio aliis videatur adempta: & hoc est ibi, quoniam l. expresse eam adimit in isto casu, & prædicta: ergo videntur vera, etiam si alicui competat iurisdictio specialis ratione loci: verbi gratia, in certa parte diœcesis vel districtus: ita sentit Io. An. in c. cum epi. de off. or. lib. vj. licet Archi. & Io. Mona. aliud ibi sentiant, quos refert Bald. in l. j. ff. de off. consu. Illud etiam scias, quòd per commissionem specialem factam alicui etiam limitatiue, & per dictionem taxatiuam, non tollitur iurisdictio, quæ competit alteri ex consuetudine, secũdum Barto. qui ita sin. no. in l. viros. C. de diuer. offi. lib. xij. quod dictum vtrum sit verum, non discutio nunc: ad materiam vide tex. no. in l. quoniam augurio. C. de conue. fisci. libro x. per quem text. videtur probari, & ibi hoc tenet gl. quòd quando in vna commissione deputantur duo, vnus vniuersaliter ad certum genus administrationis: alius specialiter ad quandam speciem illius administrationis, quia est vna dispositio, species derogat generi. Hoc tamen intelligit Bald. nisi officialis specialiter deputatus esset negligens: quia tunc vniuersaliter deputatus debet supplere: vt colligitur ex mente d. l. quoniam. & ita no. declarat Bald. in l. iij. C. quando fiscus vel priua. & ad materiam vide quod habetur in c. quanto. & c. pastoralis. in prin. de offi. or. & c. peruenit. xj. q. j. ¶ In gloss. ibi: si cùm vellet. §. si nulla. per illum text. arguit ibi Barto. ad q. solennem, de comitatu vel districtu, qui accrescit de nouo ciuitati, vtrum transeat in ll. ciuitatis, & secundùm statuta ciuitatis debeat gubernari. Super quo dedi remissiones in l. si ex toto. in princip. suprà eodem. ad quas adde omnino quod notat Angelus in l. item si fundi. §. primo. ff. de vsufructu.

☞ Si naues. Legatum nauis non extinguitur, si eadem carina remanet. i. idem fundus nauis. h. d. ¶ †Not. ibi: specialiter & c. iuncta gloss. quòd specialiter dicitur aliquando exprimi id, quod singulariter exprimitur nomine proprio: regulariter autem illud dicitur singulariter expressum, cuius species exprimitur. & ita dicitur quis habere mandatum speciale. super quo vide quod no. Bar. in l. filius. §. j. ff. de dona. & quod not. Cy. & Bald. in l. etiam. C. si tutor vel cura. inter. & in l. ei qui. C. quod cum eo. ¶ Secundò not. quòd remanente fundo, nauis pro naui non videtur extincta, quasi videatur remansisse potissima pars & principalis nauis: sicut solum dicitur esse potissima pars ipsius domus. & de materia distingue, vt hic optime per glo. quæ alle. bonas ll. Et inducitur iste text. ad q. de compromisso facto per vniuersitatem, & de vniuersitate excommunicata, de qua diximus in l. si grege. suprà eodem. sed Bartolus tangit hic.

A Filio hærede. Legatum factũ à filio patri, valet: sed efficitur inutile, si filius iussu patris adeat. h. d. secũdùm verum intellectum. Secũda est ibi: igitur. ¶ In gl. posita super verbo, potest. ibi: sed non econtra. vt in §. an seruo. ¶ Quæritur de ratione differentiæ istorum casuum, cur non valet legatum relictum à patre filio, & tamen econtra valet relictum à filio patri. & assignat rationem Imperator Insti. de leg. §. ex diuerso. quam plene refert hic Bar. & Moder. nihil addendo. dicunt enim, quòd in primo casu si testator moreretur incontinenti post factũ testamentum, reperiretur idem esse grauatus & legatarius. & ideo legatum non valet nec potest amplius reconualescere propter regulam Catonianam. sed quando legatur à filio patri, licet legatum cedat à morte defuncti incontinenti, & sic acquiratur patri: tamen eodem tempore pater non reperitur hæres, imo potest contingere, quòd per filiũ non efficietur hæres, si antecq̃ filius adeat, efficiatur sui iuris. Et ideo in hoc secũdo casu est videndum, vtrum legatum habeat effectum, inspicitur tempus aditionis. Sed ista ratio non videtur esse sufficiens, prima facie: quia etiam in primo casu, quando relinquitur à patre filio, non est verum, quòd si testator moreretur incontinenti, vnus & idem reperiretur legatarius & hæres: quia hoc non contingeret, nisi post aditam hæreditatem per patrem institutum. Item posset euenire, quòd non esset idem hæres & legatarius: quod contingeret, si pater repudiaret hæreditatẽ, & legatum videretur repetitum à substituto, iuxta l. licet imperator. j. eodem. Declaranda est ergo ratio posita in text. §. ex diuerso. hoc modo: quòd ideo in primo casu legatum non valet, quia reperitur factum sub forma impossibili, ex qua legatum acquireretur incontinenti ipsi patri post mortem testatoris: quia videretur relictum legatum à grauato, ipsimet grauato, quod fieri non potest: vt l. cũ filio. s. codẽ. & l. qui filiabus. §. fin. s. eodem. Sed in casu conuerso non est ita, & causa est: quia licet legatum factum filio acquiratur patri ipso iure immediate post mortem: econtra tamen hæreditas non quæritur per filium patri immediate post mortem ipso iure: imo est opus aditione filii, præcedente iussu: vt l. si quis mihi. §. iussu. s. de acquiren. hære. Tempore ergo mortis testatoris legatum non reperitur factum sub forma impossibili: quia ante aditam hæreditatem pater non est hæres, nec censetur esse grauatus. & ideo non videtur relictum sibi ipsi à seipso, attento tempore mortis testatoris, quo dies legati cedit: & per consequens legatum valet, nisi postea infirmetur per aditionem factam à filio existente in potestate patris. & ista fuit mens Imperatoris. d. §. ex diuerso. & docto. hic, licet ita non declarent. ¶ In gloss. vlt. in fin. hanc gloss. multum no. hic Barto. & Modern. per quam deciditur expresse, quòd legatum relictum à filio patri est defalcabile per filium, sicut & alia legata. & hoc non est mirum in casu nostro, quia non ipse filius reliquerat patri, sed alius grauauerat filium hæredem institutum de dando patri. Vnde non potest dici, istud legatum esse pium, propter coniunctionem personarum: quia in hoc non respicitur persona grauati, sed testatoris grauantis, qui non erat coniunctus patri illa coniunctione, qua filius grauatus. Ioannes autem And. in addi. Spec. dxit, quòd etiam si filius ipse relinquat matri, nihilominus non dicetur legatum pium, nisi forte aliàs mater esset pauper, & miserabilis persona: ita not. ipse in titulo, de instru. edi. §. nunc verò aliqua. versic. lxiij. per quam etiam facit text. valde nota. in lege, si extraneum. ff. de vsufructu. vbi videtur probari, quòd relictum factum ascendenti videtur esse relictum pium. sed potest exponi, quòd est pium largo modo, non proprie. Amplius dixit Ange. not. in l. si parentibus. in princip. ff. de inoffi. testa. quòd etiam legatum factum filio à patre, vel nepotibus ab auo, non dicitur ad pias causas: & ideo potest defalcari. & ita aliàs respondi de iure, in quibusdam meis allegatio. quas feci in scriptis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Res legata prestari non debet in domicilio hæredis vel testatoris, sed in loco vbi est tempore quo petitur.

2 In legato partis bonorum ipsa bona testatoris pro parte legata sunt in legato.

3 Partes cùm non consentiunt, in qua re fieri debeat assignatio partis, quæ debebatur in toto patrimonio, iudex ipse in discordia partium habet arbitrari.

Non amplius. Tantum videretur quis capere ex causa lucratiua, quantum restat vltra onus sibi iniunctum. hoc dicit. ¶ In gloss. vnica ibi: ad veterani. §. j. & c. Per istum text. arguit hic Bald. cum glo. quòd si ex forma statuti de legato debet solui gabella, ad rationem illius solidi pro libra non soluetur gabella, nisi de eo quod peruenit ad legatarium, deducto onere sibi imposito, & expensis, quæ in legato consequendo fiunt. Sed Ange. hic inclinat in contrarium, quem videtur sequi Ioannes de Imola, per legẽ, ad veterani. hic allegatam in glo. sicut enim ibi onus impositũ legatario, quod cedit ad lucrum hæredis, non diminuit legatũ in preiudicium collegatariorũ in detractione Falcidiæ: sed solùm ad præiudicium hæredis, cui fuit applicatum lucrum, vt ibi declaratur per gloss. & Barto. ita videtur quòd onus impositum legatario, quod cessit ad lucrum hæredis, non possit imputari reipublicæ, quæ est quædam tertia persona, differens ab hærede: & certe in terminis l. nostræ, quando expensa, vel quod imminet legatario, non cohæret naturę rei, sed imponitur voluntariè à testatore ad vtilitatem alterius, hoc dictum videtur satis rationabile. Sed si legatum diminueretur propter expensam cohærentem rei legatæ, etiamsi testator nihil dixerit: verbi gratia, expensa quam subit vsufructuarius pro colligendis fructibus, vel ille cui legatur nomen debitoris, pro exigendo debitum, vel expensa quæ fit in redimendo copiam testamenti à notario, & si. Istud dictum non videtur procedere, vnde Barto. solenniter attingens istum articulũ in ista quæstione mutat solum terminum de venditore ad legatarium, in lege, sed si vir. §. j. j. de conditio. & demon. dicit, quòd quando gabella debet solui pro pretio, quod peruenit ad venditorem, vel pro pretio rei venditæ simpliciter: tunc de illo pretio erit soluenda gabella, quod remanet penes venditorem, deductis expensis, per legẽ, quantitas. cum ibi not. ff. ad legem Falcidiæ. concor. text. & quod ibi not. Barto. in lege, vbi pure. §. fin. ff. ad Tre. sicut enim in illis iuribus patrimonium dicitur esse illud, quod consideratur deductis expensis, quæ necessario debuerunt fieri, quo ad detractionem Falcidiæ, & restitutionem faciendam fideicommissario: ita & pari ratione videtur posse dici, ꝙ illud dicatur esse in legato duntaxat, quod remansit deductis expensis, & quo ad solutionem gabellę, & etiam quo ad detractionẽ Falcidię, & quo ad casum, qui ponitur in l. ad veterani. §. j. hic allegato. Pro qua conclusione vide glo. no. quam ibi no. Bart. ad hoc

in l. per diuersas. C. manda. quæ dicit, quod pretium dicitur esse illud, quod remanet deductis sumptibus. Et ista opi. placet, licet Ioan. de Imo. teneat oppo. in d. l. sed si vir. §. j. præallegata. allegans ea quæ tradit Bar. in l. fructus. so. mat. vbi dicit, quòd licet appellatio fructuum intelligatur deductis expensis, vt ibi, & l. j. C. de fruc. & lit. expen. non tamen quando legatur certa quantitas fructuũ: verbi gratia, decem corbes frumenti, intelligitur quòd fiat deductio sumptuum: nam potest dici, quod ille casus est diuersus à nostro: nam in casu nostro propterea fit solutio gabellæ deductis expensis, quia onus imponitur lucro & acquisitioni, quod non dicitur esse lucrum, quatenus concurrit cum eo expensa, nec acquisitio: sed in casu in quo ponit Barto. in l. fructus. Ideo grauatus dare certam quantitatem fructuum non deducit expensas factas in fructibus colligendis: quia sumptus facti gratia colligendorum fructuum, non respiciunt fructus, prout legantur in quantitate, sed prout sunt vniuersaliter collecti ex agro & fundo. Secũdò inducitur hic per Pau. de Ca. iste tex. ad no. q. de eo qui impetrat beneficiũ vacans, quod asserit non excedere valorem centum ducatorum, & re uera beneficium valet plus, non deductis expensis: deductis autẽ expensis, non valet nisi centum: nam per ea quæ dicta sunt s. videtur quod impetrans bene impetret, si valor rei non consideratur, nisi deductis expensis: ipse non dicit, sed dubitat vtrũ curia hoc admitteret, cùm illæ gratiæ sint ambitiosæ & restringendæ: vt in c. cùm in illis. & in c. cui de non sacerdotali. de præben. lib. vj. quia forte impetraremus redditus beneficij, quãtũ valent fructus collecti, nõ deductis expẽsis, & aliter non determinat quæstionem [a]. Sed Ioannes Andreas videtur eam determinare pro ista parte, licet aliqualiter obscure loquatur: sed ista est mens sua in additio. Specu. in titu. de concessio. præbend. super rubri. in vltima quæstione.

[a] ¶ Quæstionẽ. Victu Feu. hãc q. clare declarantẽ in c. ad nrãm. in j. col. ĩ versi. ex his inferr. de iureiur. vbi tenet, quod valet impetratio, pro quibus facit secundũ cũ dictum Bart. in l. quoties, ad l. Fal. vbi dicit, quod si donasti mihi rẽ valentẽ vltra qngentos aureos, tñ si deducta gabella, quae debebat solui p donatariũ, non remanent quingenti aurei, valebit donatio sine insinuatione p illum textũ. Bene. Va.

Si certum con.

Periculum interitus pertinet ad legatariũ in legato speciei, nisi præcedat mora, vel culpa hæredis. h. d. ¶ †No. quòd res legata non debet præstari in domicilio hæredis vel testatoris; sed in eo loco vbi est tempore, quo petitur: intellige nisi actor velit sua impensa & periculo rem deferri ad domicilium hæredis vel testatoris, secundùm glo. & communiter doc. in l. quod legatur. ff. de iu. præto. l. prætor. §. fi. cum l. seq. ff. de eden. Super quo vide quod ponit Ange. post gloss. in l. si res mobilis. ff. de rei vendi. & tangit aliquid do. Pau. hic. ¶ †Secundò no. ibi: deterior fit legatarij &c. quod ille qui admittit lucrũ, dicitur incurrere damnum, contra quod arguit glo. de l. Proculus. ff. de dam. infect. & non soluit: sed Bar. soluit tripliciter. Primo modo, quòd incurrit dãnum impropriè: quia damnum est propriè diminutio patrimonij: vt l. ij. ff. de dam. infec. Secundò modo soluit, & melius, quod hic lucrũ erat iam quæsitum, quia dominium erat translatum ipso iure in legatarium: & ideo si non admittitur ad lucrũ, incurritur damnum. & hanc approbant Ang. hic & Bald. Ioan. de Imo. per l. libertus octoginta. j. de bo. lib. Sed ille text. non dicit, quòd admissio talis lucri sit incursio damni, quamuis dicat, quòd censetur esse in patrimonio, quo ad effectum ibi positum, vt patronus consequatur quartam: quod videretur esse inductum ratione speciali, ne sit in potestate hæredis liberti, fraudare patronũ, & maxime quia ibi legatum non erat acquisitum irreuocabiliter, quia adhuc non erat acceptatum. Solu. tamen Barto. indubitanter est vera ad text. nostrum, præsupponendo quòd legatum hic fuisset acceptatum: & sic esset effectum legatarij irreuocabiliter. & etiam potest sustineri, si adhuc non fuisset acceptatum, ex quo erat ipso iure ius quæsitum, licet reuocabiliter. Pro ista conclusione do tibi text. no. in l. quæ fideicommissum. j. ti. proxi. per quem Barto. dicit not. in l. Clodius. s. de acquiren. hære. quòd error iuris non nocet in perdendo legatum, cuius dominium erat quęsitum ipso iure. Et sic patet, quod agitur de damno vitando, quia si ageretur de vero lucro, distinguetur vtrum errans potuerit consulere peritiores, vel non, vt ipse ibi declarat. Est tamen quædam gl. no. quę videtur velle, quòd damnũ quod habuit originem à lucro, æstimetur vt lucrum: vt not. gloss. in l. si duo. s. de acqui. hære. Contrarium tamen dicit gloss. expresse, conformans se dictis hic per doc. in l. j. §. si quis autem. ff. de iti. actuq; pri. quòd autẽ veniat appellatione damni illati in verbis statuti, vel l. vide quod ponit Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de emp. & ven. §. vbi dicendum. ver. vt autem. De tertia solutione dic vt hic per Barto. ¶ Extra glo. inducitur tex. iste per Cy. & Ioan. de Imo. ad no. q. & vtilem, videlicet vtrum si ex forma statuti certis religiosis annuatim cõceditur aliqua præstatio siue pictantia, vt vtamur verbis eorum, illud statutum possit per laicos reuocari. Et videtur dicendum quod non, secundùm eos: quia ex quo ius erat quæsitum ecclesiæ per primam ordinationem, videtur quod statutum laicorum non possit extingui vel auferri: quia nõ habent potestatem statuendi super rebus ecclesię: vt in c. ecclesia sanctę Marię. de consti. xcvj. di. c. bene quidem. cum si. Contrarium tamen determinant pręfati doc. quia respectu pręstationis rerum futurarum, pro quibus non erat adhuc ius quęsitũ, videtur quòd statutũ potuerit reuocari, ex quo non transiuerat in cõtractũ: quia pro hoc beneficio concesso nihil erat pręstitũ à fratribus: tenet enim beneficium reuocari non posse, per l. quod semel. & quod ibi per Bar. ff. de decr. ab or. fa. Tu verò aduerte: quia istã q. mouet Bar. in terminis in l. priuilegia. C. de sac. san. ec. & ibi per illum tex. determinat totum oppositum, & per tex. in c. ad apostolicam. de si. vbi plenius ponunt hoc doc. Moder. & videtur esse magis consonans rationi: quia ista concessio facta certis fratribus per statutum, nihil aliud est, quàm priuilegium quoddam eis concessum, clausum in corpore statutorum: sed priuilegium concessum non subdito, non potest reuocari per concedentem: vt not. Inno. in c. nouit. extrà, de iudi. quẽ sequũtur ibi doc. & ego plene scripsi in c. j. de consti. Ergo cùm isti religiosi non sint subditi laicis, videtur quod istud priuilegium non possit reuocari, sicut tenet Bar. in loco pręalle.

Cum bonorum.

Si legatur pars bonorum, hęres potest soluere vel æstimationem, vel partes singularum rerum, si commode diuidi possunt, vel totam partem in vna, vel aliquibus rebus, si sibi placuerit, & legatarius consenserit, vel prout iudici videbitur expedire. Secunda est ibi: Proculus & Nerua. Tertia ibi: sed oportet. Quarta ibi: potest autem. Vltima ibi: necesse. ¶ †Not. primò ibi: Proculus & Nerua &c. quòd in legato partis bonorum ipsa bona testatoris pro parte legata sunt in legato. & ista sententia videtur approbari per iurisconsultum tanq; opi. vltimò posita, licet expresse iurisconsultus quęstionem non determinet, iuxta gloss. no. in l. qui filium. §. Sabini. j. ad Trebellianum. & quod habetur in l. si idem cum eodem. in fi. s. de iur. om. iud. secundùm Ioannem de Imola, ista etiam opi. videtur comprobari in l. sequen. dum dicitur, quòd partem rerũ possunt vendicare à contrario sensu literæ: & in l. si quis bonorũ, supra eodem. ibi patet, quòd fructus istarum rerũ veniũt à tempore morę. Sed si ęstimatio esset in obligatione, id est quantitas, tunc non venirent fructus & vsuræ: vt l. Titia. §. vsuras. j. de lega. ij. & l. prima. de vsu. & fru. le. secũdùm Barto. hic, & plene ex hoc inferamus tibi vnũ contra gloss. vt in ea dicetur. ¶ Secundò nota vnum casum, in quo inuito creditore aliud pro alio soluitur, contra l. ij. §. appellata. ff. si cer. pet. quod inducit aliquando difficultas pręstationis: vt l. si pluribus. in fi. eo. & l. non dubium. j. de le. iij. & per gloss. in l. vinum. ff. si certum petatur. & probatur in autenti. hoc nisi. de solu. aliquando euitatio absurditatis scandali: & ista videtur esse ratio vera istius §. & ita dicemus in gloss. sequendo dicta Modernio. qui melius dicunt. ¶ †Vltimò not. quòd quando partes non consentiunt, in qua re debeat fieri assignatio partis, quæ debebatur in toto patrimonio, iudex ipse in discordia partium habet arbitrari simile, in lege, in venditione. §. fina. & quod ibi per Barto. de bon. autor. iudi. possi. & in lege, iusiurandũ. §. si de qualitate. ff. de iureiurando. ¶ In gloss. super verbo, æstimat. in princip. vides hic, quòd est differentia inter legatum particulare bonorum, & fideicommissum vniuersale: quia in legato bonorum potest solui æstimatio pro rebus: sed in fideicommisso vniuersali res ipsę præcisæ sunt cum hæreditate restituendæ, sed cum vniuersitate: & est ista vna differẽtia, quæ potest assignari inter legata particularia, & fideicommissa vniuersalia. ¶ Sed quærit hic Ioan. de Imo. de alia differentia, quam tetigit Barto. in l. j. s. eo. videlicet quæ est ratio, quod in legatis & fideicõmissis particularibus dominiũ transit ipso iure regulariter: & tamen aliud est in fideicommisso vniuersali. Et assignat Barto. vnam rationem in d. l. j. quæ ibi communiter reprehenditur per Moder. & bene. Vnde d. Ioan. tangit hic duas alias. Prima est, quòd hoc videatur inductum, vt possit retineri quarta Trebel. Sed ista ratio nõ placet sibi, quia etiã in legatis particularibus, in quibus transfertur dominium ipso iure, non impeditur retentio quartæ Falcidiæ, quæ ipso iure resecat legata: vt lege, Plautius, & lege, vinea. j. ad l. Falcidiam. Sed forte posset defendi ista ratio: quia in Falcidia cùm res sint penes hæredem, ideo potest redire dominium ad ipsum: quia ex hoc quod habet res penes se autoritate legis

legis, videt̃ posse acquirere dñiũ ex quadã ficta traditiõe, quę habetur pro titulo autoritate legis permittentis hæredẽ, vti Falcidia. ar. l. certi. cõdictio. §. fi. & q̃d ibi not. ff. si cer. pet. & l. qua rõne. §. interdũ. ff. de acq. re. do. Sed ista ratio cessat ĩ fidei cõmisso vñ, in quo si totũ ius vniuersale esset translatum in fideicommissariũ, iam non possit considerari ficta traditio in ipso iure vniuersali, quod non possidetur, per quam quarta portio illius iuris remaneret apud ipsum, nec etiam respectu rerum particulariũ: quia illę acquiruntur per medium iuris vniuersalis in hæreditate & fideicõmisso vniuersali. Sed tamẽ non placet ista opi. quia ius directũ quod remanet penes hæredẽ, satis eẽt ad retinendã quartã hæreditatis in iure vniuersali, & per cõsequẽs dominiũ in rebus particularibus. Vnde d. Io. ponit aliam rationem, dicens, ꝙ ex quo vult l. vniformiter transferri, omnia iura in fideicommissariũ: quod patet, quia vnica dispositio senatusconsulti mandantis illa iura trãsferri, ista translatio vniformiter debet accipi in omnibus iuribus: arg. l. iam hoc iure. s̃. de vulga. & pu. Sed si transferretur dñiũ ipso iure, sine restitutiõe, nõ transirent actiones actiue in fideicommissariũ, sed esset opus restitutione: vt l. j. j. ad Tre. & l. restituta: ergo vt videtur ista difformitas ex intentione senatusconsulti, videtur esse, vt nihil ante restitutionẽ transferatur. Præterea dicit ipse, si transferatur dominiũ ipso iure, daretur materia fideicommissario, non petendi restitutionem, ne implicaretur oneribus hæreditarijs. quæ ratio non placet aliquo modo nec in primo nec in secundo dicto: nam qua ratione in legatis particularibus, quia transfertur dominium ipso iure, etiam vtiles actiones actiuæ transferuntur ipso iure: vt l. ex legato nominis. cum materia. C. de leg. & not. in l. j. C. de act. & obli. eadem ratione esset dicendum, ꝙ si transferretur dominium vtile ipso iure vniuersitatis in fideicommissarium, videretur actum, vt transferrentur vtiles actiões actiuę: & sic nulla esset difformitas, & multo facilius posset induci, quòd fideicommissarius obligaretur oneribus hæreditarijs ipso iure: sicut inducitur in quibusdam casibus tota ista translatio ipso iure, de quibus in l. sancimus. in fin. C. ad Trebellia. Nam quòd obligatio passiua hæredis transeat in fideicommissarium, hoc magis operatur dispositio l. q̃ factum hominis: quoniam ex solo facto hominis hoc fieri non posset, sed bene ex sola dispositione l. Primum probatur in l. pacto successorum. cum materia. C. de pac. Secundum in d. l. sancimus. in fi. Tu ergo dic, & melius, quòd ratio ista potest sumi ex eo, quia fideicommissarius vniuersalis cùm succedat loco hæredis, & largo modo dicatur hæres: vt l. si filius. §. j. ff. quod cum eo. & per glo. in l. pro hærede. §. fi. s̃. de acqui. hęre. magis est similis hæredi, quàm legatario, vel fideicommissario particulari. Sicut ergo ipsa hæreditas directo regulariter non acquiritur ipso iure, sed per aditionem: vt l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acquiren. hære. ita nec fideicommissarium vniuersale acquiritur ipso iure. Est tamen inter hæredem directum & fideicommissum vna differentia, quantum ad hoc: quia hæreditas directo acquiritur sola voluntate adeuntis: & hoc est, quia illud ius non reperitur residere in alio vere, sed in fidecommisso vnà cum voluntate fideicommissarij debet concurrere voluntas restituentis, per regulam l. id quod nostrum. de reg. iur. cùm ius resideat in restituente tempore restitutionis. Et quòd ista fuerit mens ll. aduerte ad l. restituta. cum materia. ff. ad Trebellia. vbi patet, quòd sicut ex sola aditione acquiritur dominium hæreditatis, & rerum hæreditariarum, absq; apprehẽsione alicuius poss. sionis: vt l. cũ hæredes. in princip. de acquiren. possess. ita in restitutione facta fideicommis. solo verbo. ¶ In ea. gloss. ibi: dicitur in genere. Ista solutio prima facie non videtur habere saporem in eis: quia cur magis in legato generis possit solui aliud pro alio, quàm in legato speciei, hoc non declarat gloss. vnde Bar. dicit, quòd hoc operatur hic difficultas præstationis ipsarum rerum: cui adde quòd ratio difficultatis assignata per eum: sicut di. Ioannes de Imola, & bene, ita contingit difficultas præstationis in æstimatione, sicut in re: quia si antequam liquidetur æs alienum, incertum est quanta sit quota bonorum in ipsis rebus hæreditarijs: ita erit incerta æstimatio ipsius quotæ: & per consequens non erit minor difficultas in æstimatione, quàm in rebus. Vnde ipse dicit, & etiam do. Paul. de Cast. quòd ideo permittitur hic, quòd soluatur vnum pro alio: quia si in singulis rebus singulæ partes deberent solui de communi, pareret discordiam de facili: vt l. cùm pater. §. euictis. j. de leg. ij. Adde vltra ipsum, & ex ea saltem in rebus mobilibus posset impediri vtilitas vsus ipsarum rerum. & ideo conceditur, quòd vnum soluatur pro alio. bene facit tex. in l. ij. C. quando & qui, quar. pars debe. lib. x. Pet. autẽ Ray. & Bal. cum quibus in effectu sentit etiam Cyn. vt j̃. dicam, videtur saluare solutionem huius glo. quam declarant hoc modo: quia dicunt hoc, cùm legatur certa pars bonorum, legatur aliquod genus subalternum, quod non restringitur ad aliquam specialiorem speciem illius generis: vnde omnis species quæ continetur sub illo genere, comprehenditur in legato, & per consequens potest solui. vt l. j. in fine. j. de auro & argen. lega. quæ l. allegatur hic in glo. & hoc est quod dixit Cy. quem refert hic d. Ioan. quòd ille qui legat bona, complectitur & æstimationem bonorum testatoris: quoniam arguendo ab etymologia vocabuli, quòd licet quando etymologia non repugnat diffinitioni: vt l. ij. §. appellata. cum si. ff. si cer. peta. appellatiõe bonorũ continetur quicquid potest esse vtile alicui, & prodesse: quia bona dicuntur à beando, & inde beare, quod significat prodesse: vt l. subsignatũ. §. bona. & l. bonorum. ff. de verborũ. signi. quasi velit, quòd legatum bonorum importet, & contineat, quicquid datum affert vtilitatem legatario. Et intelligendo hoc modo, non procedet repręhensio d. Ioan. de Imo. quia illud solueretur, quod esset comprehensum in verbis legati, & non aliud pro alio. Sed ista dicta hoc modo exposita, non videntur vera: nam secundùm ea sequeretur, quòd æstimatio esset ita in obligatione, & in legato, sicut ipsæ res testatoris: & sic vtrunq; esset in legato. Cuius contrarium dicitur hic in secundo responso, quod videtur esse approbatum à iurisconsulto [a], vt dixi in notabilibus. ☞ †Præterea cùm testator legat aliquam partem bonorum suorum, videtur legare ea quæ erant sua tempore vel testamenti, vel aliquo casu tempore mortis, iuxta no. in lege, si ita. j. de aur. & ar. leg. ergo non legauit bona absolute in genere subalterno, sed aliquam speciem bonorum, scilicet illa bona quæ erant sua tempore testamenti vel mortis. Vnde hæres soluendo ęstimationem soluit aliud pro alio: quia non soluit eam rẽ, quę erat legata, sed ęstimata, & valorem rei: & sic non habet locum l. j. in fi. j. de auro & argẽto lega. quæ loquitur, quãdo eadem materia soluitur, licet habeat aliquam specialem formam, secundùm Ioannem de Imo. hic, & bene. Vnde Barto. in l. Paulus. ff. de solu. facit differentiam, vtrum eadem materia soluatur sub diuersa forma, vel diuersa materia. facit optime ad primum casum l. quæ extrinsecus. §. fi. ff. de verborum obligationibus. quam adducit hic Ioan. de Imo. qui etiam dicit Bald. sentire vnà cum præfatis docto. quòd si promitteretur vna species monetę argentę, non possit solui alia species in eadem materia, & liga. Sed quicquid ipse sentiat, hoc declaratur melius per Barto. & ibi vide in l. Paulus. prę allegata. de qua materia vide quod habetur in l. si quis argentum. C. de dona. & quod ponit Bald. in l. istud. C. de sac. san. eccle. & in l. quicũq;. C. de ser. fugi. & Moder. plenissime in c. quanto. extrà, de iureiuran. Tene ergo rationem assignatam per glo. quam s̃. retuli. & est aduertendum, quòd æstimatio rei non est omnino aliud ab ipsa re: sicut esset vna species, quę solueretur pro alia: nam si esset omnino aliud ab ipsa re, fide iussor nõ posset interuenire in interesse, quãdo principalis ꝓmisisset factũ, sed potest, q̃a factũ & interesse reputantur idẽ, vt plene declarat Bar. in l. j. in princip. ff. de actio. emp. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. ob. & ideo facilius permittitur, & ex leuiori causa, quòd soluatur ęstimatio rei, quàm aliud quod esset penitus diuersum ab ipsa re. ¶ Extra glo. tetigit hic Ioan. de Imo. post Bal. & Ange. illam not. q. de qua fuit factum in l. si quis bonorum. s̃. eo. videlicet nunquid in legato partis bonorum transferatur legatum ipso iure, sicut in alijs legatis. Et refert Bar. hic sensisse, quòd sic, inquantum dixi, quòd res sunt in legato, quia possunt vendicari. Contrarium tamen tenuit idem Barto. in l. si quis bonorum. præalle. vbi etiam hoc tenet Cy. Bald. & Ang. hic mouentur omnes, per l. si quis. præallegatam. quia si esset translatum dominium, venirent fructus ab adita hæreditate: vt l. Herennius. ff. de vsufru. non à tempore morę: cuius contrarium ibi dicitur ad tex. in l. potest. j. eo. qui dicit, quòd legatarius non habet necesse vendicare partem in omnibus rebus, & per consequens videtur innuere, quòd potest, si vult. Respondent ipsi, quòd ponitur impropriè pro petere, & pro actione personali. Sed d. Ioan. de Imo. sentit cum Barto. hic, quia in dubio non est recedendum à proprietate verborum: vt l. non aliter. de lega. iij. verbum autem, vendicare, significat actionem realem: vt l. j. ff. de rei ven. & sic præsupponit translatum esse dominium. Itẽ quia iura simpliciter dicunt, in legato particulari trãsfertur dominium: ergo & in hoc trãsfertur: vt l. à Titio. ff. de fur. Non obstat tex. in l. si quis bonorum, secundum eum, quia ideo non veniunt fructus, nisi à tẽpore morę, ne facultas eligendi tollatur hęredita. tamen ali-

[a] ¶ Approbatũ à iuriscõsulto. Add̃ ad hoc do. Iaso. May. hic ĩ prin. j. colũ. q̃ dicit, ꝙ quãdo prima opi. sapit æquitatẽ: secunda merũ iuris rigorẽ: tũc in dubio prima opi. cẽsetur approbata. alleg. gl. nota. in l. si cũ exceptiõe. §. sed & si qs. s̃. q̃d met. cã. quã gl. refert cũ dẽ Aret. notare eã pro sing. in suo cõsi. clxiij. inci. diligẽter & mature. in vij. col. Tamẽ vera & cõis opi. est ista, ꝙ singlæ partes bonorũ sint in obligatione & in legato: quã tenẽt Bart. & cõiter alij per text. in l. seq. in fi. in ver si. vendicare. & l. si quis bonorũ. ĩ ver. fructibus. s̃. eo. Be. Va.

ter declarat, quomodo facultas eligendi tolleretur hæredi. Et pro ista sua cōmuni opi. inducit text. in l. si quis. in verbo, restituitur. ex quo patet, ꝙ legatarius partis bonorū agit ad rem restitui: quod nō esset, si dominiū nō esset trāslatū in eū: quia cùm res nunꝙ fuerit ipsius, nō haberet locū restitutio, sed agetur ad rem dari: vt satis colligitur ista differētia ex his quæ plene declarat Bar. in l. stipulationes non diuidūtur. de verb. ob. Videtur aūt significare per verba s. dicta, quòd si fructus venirent isto casu à die aditæ hæreditatis, ideo auferretur facultas hæredi tradēdi rem, vel æstimationē: quia plus esset in restitutione rei cum fructibus, quàm in æstimatione rerum. Vnde non est verisimile, ꝙ vnꝙ hæres vellet præstare res, ex quo posset præstare æstimationem, quæ continet minus: sicut dicimus ratione prædicta, in alternatiua summarum, solamnor summa est in obligatione. l. si non sortē. §. si centū. vel §. si Stichum. ff. de condic. inde. Sed ista sua consideratio sic intellecta potest tolli: quia cum detrimento creditoris nō debet concedi, vt soluatur aliud pro alio: vt l. Paulus, & ibi per Bart. ff. de sol. Vnde ego dicam, ꝙ si soluetur æstimatio, veniet æstimatio fructuū sub ratione interesse, licet non sub ratione fructuū: sicut alibi dicit Bar. in l. si filius. §. cùm fundū. ff. de verb. oblig. Tu autē potes sequi opi. communē, quam sequitur etiam hic Pau. de Cast. Et ad verbum, restitui, positum in l. si quis. potest rn̄deri eo modo, quo rn̄detur ad l. pōt. j. eo. Dic ergo ad illam l. nō impropriando tex. ꝙ sicut in legato alternatiuo non transfertur dominiū ante electionē: vt l. hmōi. §. Stichū. j. eo. & tetigit Barto. in l. j. s. eo. ita qn̄ vnum est in obligatiōe, & aliud in solutiōe, licet obligatio nō sit alternatiua, quia tn̄ ipsa solutio est alternatiua, inducetur quòd dn̄ium non transferatur, nisi post electionem, & erit iste casus singu. multū amplians notata in d. §. Stichū. Et potest esse ratio differentiæ inter istud legatū, & legatum simplex speciei: quia si in illo trāsferatur dn̄ium, nullū sequatur incōueniens, nec multiplicatur duplex specialitas circa idem: sed hic multiplicaretur, vel posset multiplicari, si dominiū trāsferret ipso iure: nam si hæres eligeret soluere æstimationē, illud dominium quod fuit translatum, iterū esset transferendum ipso iure in hæredē: vnde saltē propter hoc, ne contingat aliqn̄ dn̄ium frustratorie transferri, melius est expectare electionē, postꝙ dn̄ium cum effectu transferetur. Et ista pōt esse optima ratio differentiæ, per quā ille tex. redditur singularis, nec improprïatur: quia dico, ꝙ verbū, vendicare, stat proprie: sed habet locū post electionē factam ab hærede[a]. Et ex his quæ dicta sunt s. arguūt hic Bald. & Ang. quòd sicut si esset facta translatio dominij, æstimatio non posset solui pro rebus secūdū eos: quod tamē ego nō tenui in voce, quia legitima debetur filio ex substantia testatoris: vt l. scimus. §. reple. C. de inoffi. test. ideo hæres non potest soluere æstima. filio pro sua quota & legitima. quibus adde, quòd non solùm si testator simpliciter reliquit legitimam, & nihil aliud dixit, nō potest solui filio æstimatio, si nō velit: sed etiam si pater expresse certam quātitatem relinquat filio pro legitima, filius nō tenetur eam accipere, si vult habere legitimam suam in substantia patris: ita determinat no. Barto. in l. suus quoꝙ. in prin. de hære. insti. & fuit dictum Bal. quod sequitur Barto. in l. scimus. in prin. C. de inoffi. test. Vnde alibi dixit Bal. no. in l. cùm alienam. C. de leg. quòd si testator pro sua legitima reliquit filio rem alienam, filius non cogitur recipere æstima. illius rei. allegat tex. in l. libertus qui soluendo in ratione sui. ff. de bon. liber. Tetigit hic etiam Bald. vnam q. quæ melius cadit in §. præcedenti, nunquid procedat iste libellus post moram debitoris; peto rem si extat, & si non extat, peto æstimationem. Et concludit quòd sic, quamuis hoc non sit necesse, secundùm Ioan. de Imo. quia etiam in obligatione ad rem dari, si peteretur res simpliciter, posset fieri executio in æstimatione: vt l. si seruum. §. fi. de verbo. oblig. & ibi per Bar. Tu autem aduerte: quia Barto. in l. j. §. quia autem. ff. quorum lega. videtur velle, quòd iste libellus procedat, vbicunꝙ non sumus in obligatione ad rem dari. Sed in alia, in qua potest succedere obligatio ad interesse, in qua etiam alibi ipse dicit not. quòd tunc procedit iste libellus, quando probabiliter posset dubitari vtrum res extaret: †sed quando esset certum rem esse cōsumptam, vel perisse, tunc esset petēda sola æstimatio: ita ponit ipse no. in l. ex diuerso. §. j. ff. de rei vendi. in illa quæstione, qualiter fructus possint peti. Bald. autem simpliciter videtur tenere & hic, & in l. sancimus. C. de sac. san. eccle. quòd in quacunꝙ obligatione & actione, in qua re perempta esset soluenda æstimatio de necessitate, & quòd iste libellus procedat, allegat ibi dicta Specu. in titu. de obli. & solu. §. sequitur. ver. ad vberiorem autem &c. Et idem credo esse dicendum ex mente ipsius, si de necessitate non esset veniendum ad æstimationem, sed æstimatio esset in facultate soluendi: vt est in illo libello, peto rem mihi tradi, & si non tradas, peto interesse: qui libellus procedit: vt no. in l. ij. §. item si in facto. ff. de verborum obligationibus. & plene declarat Barto. in l. j. in princip. ff. de actio. empt. Et sicut in illo casu Barto. ibi dicit, quòd verba libelli debent impropriari, vt non intelligantur cumulatę duæ actiones simul, sed videatur petita res, & æstimatio deducta in facultate soluendi: ita dicam in casu nostro, quòd ita ad obligationem ad rem dari, quòd ille qui petit æstimationem, si res non extat, non videatur eam deducere, vt existentem in obligatione, sed vt existentem in æstimatione, & satisfactione rei petitę, quæ non potest amodo solui: vt l. Iulianus. ff. de confes. Pro ista conclusione facit optime text. not. & quod ibi per Bald. in l. si res. C. de ordi. cogni. per quē tex. Bald. dicit ibi, quòd quādo remedia inuicē subordinata deducuntur simul in libello, videtur deduci vnum pure, & aliud conditionaliter, sicut de iure debebat: & ad materiam nostram vide quod not. Bald. in l. non quemadmodum. ff. de iudi. Scias etiam secundùm Bald. not. in l. qui de inofficioso. ff. de inofficioso testa. quòd quando in libello deducitur vnum pure, & aliud conditionaliter: licet id quod deducitur conditionaliter non possit deduci, libellus tamen procedit in eo quod est pure deductum: quia ista sunt capitula diuersa, & sic vnum per aliud non debet vitiari: iuxta l. grege. §. illud. ff. de fide. & ad materiā vide quod scripsi in l. si seruum. §. fi. s. alleg. Et vtrū dispositio istius §. habeat locum in contractibus, vt ille qui promittit partem bonorum, possit soluere æstimationem si vult, vide quod no. ponit Bal. qui solus tangit istam quęstionem in l. nulla. in vi. col. C. de iure do.

[a] ¶ Ab hęrede. Add. d. Ias. May. hic, ad fi. iij. col. qui dicit, ꝙ istud certe est diuinare, ꝑ ea quę ibi habes per eum: vn̄ vide eum.

SVMMARIVM.

1 Legatum factum à debitore non expressa quantitate debiti, dummodo possit afferre aliquod emolumentum, valet.

2 In interesse æstimabili interest nostra, vt id quod debetur de iure pretorio, debeatur etiam de iure ciuili.

SInautem. Legatum factum creditori nō valet, si nihil continet emolumenti vltra debitum quod legatur. Secunda est ibi: id quod. Tertia ibi: Marcellus. Quarta ibi: sinautem. quę est l. sequens. ¶ †Not. primò ibi: id quod ei debeo &c. quòd valet legatum factum à debitore, non expressa quātitate debiti, dummodo possit afferre aliquod emolumentū. Sed contra hoc videtur text. in l. legaui. in fi. ff. de libe. lega. vbi tex. dicit, quòd istud legatum nullam continet vtilitatē in vi legati: quia quantitas est incerta, & per consequens legatum: vt l. si sic. in prin. j. eo. & ibi dicetur. Vnde Bar. hic videtur restringere tex. nostrum in princip. ad casum, quando debitor expressit certam quantitatem: verbi gratia, centū quæ debeo Titio, sibi lego. Sed hoc nimis restringit istum tex. & tex. in l. si creditor. in fi. ff. de libe. lega. quæ iura simpliciter dicunt, quòd in casu isto legatum valet, scilicet quando debitor erat tutus exceptione, & suberat debitum, non obstant iura contraria: quia in ipsis debet intelligi, quòd nullum erat dubium omnino: vnde legatum remanebat incertum, quia non poterat declarari per relationem ad aliquid. Sed in casu nostro non est ita: nam testator relinquendo id quod debet simpliciter, ex quo nihil aliud debeat, quàm debitum, quod etiam poterat exceptione elidi, de illo videtur sensisse, secundùm Ioan. de Imo. hic, arg. l. ait pretor. §. si iudex. ff. de reg. iur. Tu autem hoc approba per optimum tex. in l. quibus diebus. §. dominus. j. de condi. & demon. vbi patet, quòd testator faciendo mentionem de debito, ad naturale debitum se retulisse videtur: quia aliter seruo suo debere nō poterat. ¶ Pręterea ex quo non debebat nisi hoc debitū, ad illud videtur facta relatio: vt lege, nominatim. cū materia. ff. de libe. & posthumis. & istud procedit indubitanter, quando nihil aliud debebat: sed etiamsi deberet aliud, quod esset efficax, & cui nō obstaret exceptio indubio, videretur facta relatio ad illud debitum, in quo legatum poterat consistere: sicut dicimus, quòd clausula in fi. posita non referatur ad ea, quę si fieret relatio, dispositio vitiaretur: vt l. cum vulgari. ff. de do. prelege. & statim videbis in l. talis scriptura. j. eodem. Et quia verba testatoris in dubio sic debent intelligi, vt legatum possit valere: vt l. cum filio. j. de leg. iij. & l. quoties. de rebus du. cum si. Et ista opi. magis placet, licet Pau. de Cast. nō teneat eam simpliciter, sed solum in vno casu, quando testator legasset id, quod debebat ex certa causa, ita ꝙ ꝓpter causam apparet specifice de quo debitor senserit. ¶ †Secūdò no. quòd interest nostra in interesse ęstimabili, vt id quod debetur de iure pretorio,

prætorio, debeatur etiam de iure ciuili. Intellige tamē secundùm glo. & vere, quòd propter debitū iuris ciuilis superuenientis tollatur, non ius prætoriū. Et ex hoc arguit hic Ange. quòd si ex prouisione alicuius statuti debetur mihi aliquid ab aliquo, & illud idem deducitur in legato, legatū valet: quia id qđ debebatur ex forma statuti, nunc debetur de iure ciuili cōmuni. Sed Ioā. de Imo. dicit, quòd hoc est falsum: quia cùm statutū sit ius ciuile: vt l. ius autem ciuile. de insti. & iur. nihil interest, quòd id quod debetur ex vna dispositione iuris ciuilis, modo debeatur ex altera: vt l. Aurelius. §. fi. de libe. leg. vbi probatur, ꝙ id quod debeť ex dispositione stricti iuris, dūmodo debeať de iure ciuili, non potest legari: & tamē alia est dispositio, quæ vult ex stipulatione aliquē esse obligatū ciuiliter, & alia quæ vult hæredē obligari ex legato. Sed dictum Ange. potest saluari, quando statutū esset factum à principe, vel à præside: quo casu dicitur ius prætoriū, non ius ciuile, secūdùm Bar. qui hoc declarat in l. v. in princip. ff. de verb. obliga. & in l. j. in fi. ff. de bono. pos. & per Bal. in l. j. C. de procu.

¶ In glo. super verbo, honoraria. ibi: quia ex testamēto perpetuam &c. Ista differentia reprehenditur per Bar. & doc. communiter: quia interesse longioris vel breuioris temporis non est in consideratione, maxime propter hoc vt secunda dispositio non dicatur superflua, secundùm gloss. in l. qui bis idem. ff. de verbo. obliga. quam Bar. approbat hic, & ibi per l. pater qui castrense [a]. in fi. ff. de castren. pe. Et ideo Bar. sequitur secundam differentiam, quę assignatur in glo. secundùm Azo. & hanc viam sequuntur communiter Moder. Sed contra auť. glo. in l. qui bis idem. est alia gloss. quam allegat ibi Ang. in l. si tibi mandauero. §. interdum. ff. man. Text. autem allegatus per Bar. videtur in pe. responso probare contrarium, & vltimò non facit pro ista parte: dicitur enim ibi, quòd si pater institutus à filio in peculium castrense omittit ex testamento, & occupat peculium ab intestato, si peculium est soluendo, perinde tenetur soluere legata, & perpetuo, ac si esset obligatus de iure ciuili ex aditione: vbi pondero, quòd non solùm tenetur præstare legata, sicut si adijsset: sed etiam tenetur ea præstare perpetuo, ex quo patet, quòd perpetuitas obligat, & est in consideratione vt interesse: vbi autem peculium non tenetur ad præstanda legata, licet committat ex testamento, & occupet peculium ab intestato, quamuis ex ista occupatione ab intestato consequatur, quòd sit obligatus breuiori tempore, & sic videtur, ꝙ esse breuiori & longiori tempore obligatū, non veniet in consideratione. Sed ad hoc respondetur, ꝙ ideo non venit in consideratione in isto vltimo casu, quia etiā si longiori tēpore iure esset obligatus, obligatio non poterat habere effectū, quia peculium erat non soluendo. Sed quando ex longiori vita obligatis posset sequi aliquis effectus, & aliqua vtilitas: tunc videtur secus, vt in respōso præcedenti. Confirmatur ista conclusio: quia si actio esset longioris vitæ, nihil interesset: ergo frustra induxissent ll. quòd interrumperetur præscriptio per citationem, vel litis contestationem, & actio efficeretur aliquando perpetua, aliquando maioris vitę: sicut dicitur in l. fi. & in l. cum notissimi. C. de prescri. xxx. an. quia l. non prouideret creditori de eo, quod non esset in cōsideratione interesse: arg. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. ca. Vnde cùm ad validitatem legati, quod fit de re debita, sufficiat quòd plus sit in legato, quàm in debito, licet non sit plus illis tribus modis, de quibus Insti. de ac. §. plus. & in l. j. de plus peti. vt probatur in l. iij. §. si rem. j. de leg. iij. & tenet Barto. hic, & gloss. in l. Meuius. in ver. debitor. j. de leg. ij. satis videtur, quòd ista differentia sit bona, & possit esse causa, vt legatum valeat. Sequēs autem differētia, quæ communiter approbatur hic per doc. videatur esse minus bona, quàm prima, si nullum aliud emolumētum acquiritur ex obligatione, quod noua ac. de iure ciuili. nā propter hoc non tollitur, quin videatur esse superflua, licet ex diuersa specie iuris oriatur: vt patet expresse in l. j. §. dixerit aliquis. ff. de publi. Quia tamen est communior, est sequēda, & obtineret in practica sine dubio, & quòd actio quæ fit de tēporali perpetua, contineat interesse æstimabile, est casus clarus in l. quoties. §. item si temporali. s. de admi. tu. vbi dicitur expresse, quòd actio temporalis deuoluitur in actionē tutelæ, vt sit perpetua: & sic patet, ꝙ propter interesse tēporis conceditur actio de nouo: quod non esset, si non esset interesse cōsiderabile à l. quia vbi definit interesse, desinit actio competere: vt l. quæ autem. §. j. & ibi no. s. si quis cau. ergo multo minus concederetur actio de nouo. Bar. tamen alibi no. quandam glo. in contrariū, videlicet in l. qui portio. ver. cæterum. s. de neg. gest. Sed tex. facit in cōtrariū in ver. præcedenti, secundùm vnum intellectū. quicquid tamen sit de illa l. casus est clarus in d. §. item si temporalis.

¶ In gl. iij. super verbo, Marcellus. ibi: vel forte valet propter dominiū. Ista secunda solutio est verissima: quia probaľ expresse in tex. in d. §. si rem. de quo hic plene per Bart. & vltra istum casum reperitur alius casus, vt qñ debitor legat creditori id qđ debet: sed quidā terti⁹ legat debitori id qđ debet sibi suus debitor: nā qa ītereſt nostra habere plures reos, vt valet legatū: vt tāgit hic Pau. de Ca. & est casus clarus in l. iij. §. fi. ff. de lib. leg. & no. in l. si cui legeť. §. si Titio. j. eodē. quæ iura etiam adducit hic præfatus doc. Secundus casus reperiť, qñ debitor legat creditori id, pro quo creditor non habet actionem ipso iure: sed debet sibi cedi actio ab altero: verbi gratia, qñ alter est stipulatus nomine meo, vt tangit hic Pau. de Ca. alleg. tex. in l. huiusmodi. §. cùm pater. j. eo. & l. cùm pater. ff. de iure do. Sed ad illa iura posses respōdere, ꝙ ibi actio pro dote nō erat cedenda filiæ incontinēti per maritum, quinimo nec constante matrimonio, si dos nō fuisset exacta: nos autē loqmur, quando ille cui sit legatū, potest petere sibi cedi actio. incontinenti. Dictum tamen credo esse verissimum: quia in iurib⁹ incorporalibus cessio est loco traditionis: vt traditur in l. j. C. de ac. & ob. & in l. ad eum. ff. de don. sicut ergo valet legatū de specie debita ex cōtractu, quia dominiū acquiritur ex legato sine traditione, quæ debebat interuenire, si ageret ex contractu: ita valebit legatum, per quod acquiretur actio creditori ipso iure, absq; cessione quæ requireretur, si nō interuenisset legatum. Tertiò dicit hic Pau. de Castr. & elegāter, ꝙ legatū factum à debitore creditori, qui legat tanquam debitor, habet hanc vtilitatem: quia in testamento facto de debito inducet semiplenam probationem, sicut quælibet alia confessio facta parte absente: vt declarat Barto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & ideo adiūcto vno teste de veritate probabitur debitū, secundùm Bald. qui ita not. dicit in l. prima. C. de furt. vbi etiā vult, quòd ista agnitio debiti interrumpat præscrip. Sed contra hāc doctrinam facit id quod not. Barto. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. de legatis tertio. vbi assignando differentiam inter librum rationum scriptum manu debitoris, & scripturā testamenti scriptam manu testatoris, dicit, ꝙ ideo scri[a]ptura testamēti non probat plene debitū, sicut liber, quia natura testamenti est disponere de nouo, non enuntiare iam dispositum: & hoc idem dicit Bal. in l. prima. C. de fal. causa adiec. legato. & sic videtur, quòd propter naturā testamenti ista confessio nihil probet. Sed potest responderi, saluando dictū Bald. quod est nota. quòd hæc natura testamenti facit, vt ex scriptura non resultet plena probatio, vbi aliàs resultaret: nō tamen est inconueniens concedere, quòd faciat semiplenam probationē, & aliquando vltimæ voluntati admittetur contractus: vt l. si alia. C. de iure delibe. & etiam probatio debiti, puta quando testator iurauit se debere: vt in auť. quod obtinet. C. de prob. & in d. §. codicillis. Et sup hoc potest fundari no. deci. Ioan. And. quam ipse posuit in capitu. quanquam. de vsu. lib. vj. & Bald. in l. j. C. de sacr. sanctis eccle. qui dicunt, ꝙ quando testator dicit se extorsisse vsuras sub certa quantitate aliquibus personis, statur assertioni testatoris cū iuramento debentis recipere, quasi in fauorem animæ semiplena probatio confitentis suppleatur iuramento. Bald. autem dixit fortius in l. generaliter. de non nu. pecu. quòd de iure canonico, quia ista confessio fit ad exonerationem conscientiæ, probaret plene parte absente: & idem sentit in quæst. de male ablatis. in auten. similiter. circa prin. C. ad l. Fal. pro qua decisione videtur esse decisio Ioan. An. in c. si cautio. vt refert ibi domi. Anto. extrà, de fide instru. & alleg. gl. j. quæstione vij. cap. quoties cordis oculis. Hæc tamē dicta non affirmo nunc: sed forte alibi discutiam, maxime quia Ioan. And. tenet oppo. in ti. de instru. edi. §. quia nunc vero aliqua. versi. non recordor. Dixit etiam hic Paul. de Cast. quòd si testator mandat solui debita creditoribus suis, intelligitur de debitis, quæ possunt efficaciter exigi, per l. si is cui. §. Flauius. ff. de sol. Tu autem vide Bal. qui tenet oppo. in dicta l. id quod pauperibus. versicu. ix. quæro. C. de episcopis & cleri. quasi debitum naturale in foro conscientiæ debeat solui, & testator videatur hoc dixisse, vt exoneraret conscientiam. Secus esset in debito, quod etiam in foro conscientiæ solui nō deberet, vt ipse statim exemplificat in q. seq. Quando autem debitum naturale obliget in foro conscientiæ, vide quod plene habetur per Barto. in extrauagan. ad repri. in verbo, denunciatur. & do. Ant. & Moder. in c. nouit. de iu. & Bal. in auť. ad hæc. C. de vsu. tetigit etiam hic Bar. in fine no. quæst. videlicet nunquid legatum factum à debitore creditori, qui non habebat hypothecam ex cōtractu, valeat saltem quo ad hoc vt causet tacitam hypothecam creditori, cui debetur ex cōtractu: & decidit quòd sic, quia testator potest causare hypothecam in testamento: vt l. j. C. cō-

[a] ¶ L. pater qui castrense. Vide d. Ia. May. hic in iij. col. in ver. tu aduerte. qui referēdo Aret. hic, dicit Aret. sibi esse de directo cōtrarium, dū reprobat intellectum d. l. si pater.

munia de le. ergo quia legatum potest cōtinere aliquod interesse, saltem respectu hypothecæ valebit, quo ad illum effectum, per rationem l. si debitor. j. de libe. lega. vbi probatur à contrario sensu, quòd legatum semper valet, quando potest aliquid interesse legatarij: quam doctr. reprehendit hic Ange. cōmuniter, & Moder. quia secundùm Angel. tacita hypotheca quæ causatur occasione legati, accedit legato, & competit pro legato consequendo: sed hic legatū est nullum, quo ad obligationem personalem, vt Bartolus fatetur: ergo hypotheca nō potest habere locum: quia vitiato principali, vitiatur accessorium. l. iij. §. qui habet haustum. de seruitu. rusti. præd. & videbis in l. si fideiussor. in princip. j. eodē. per Barto. & alios. Præterea dicit Ioan. de Imol. etiam de iure Digestorum erat pro legato tacita hypotheca: vt l. debitoribus. & ibi per Bart. ff. de separa. & tamen ista iura dicunt legatum esse nullum. Sed Baldus hic negauit, quo ad vim hypothecæ causandam: de qua tamen iura Digestorum, & iura nouissima, videlicet tex. in §. ex contrario. Insti. de leg. simpliciter dicunt, quòd quando debitor legat creditori, ideo legatū est nullum, quia nihil interest. vel nihil est amplius in legato. per verba ista, satisda. intelligit, quòd in testamēto hypotheca tacita non potest causari pro contractu: quia sic aliquid interesset. quod ista iura negant. Vnde plus placet opinio Angel, & Moder.

SVMMARIVM.

1 Verbum, pecuniæ, positum in testamento, quid significet. & in numero 4.

2 Appellatione diei, venit dies incertus.

3 Clausula posita in medio, refertur ad sequentia & præcedentia. & vide in numero. 5.

TAlis scriptura. Scriptura per quā legata pecuniaria, quibus dies non est adiecta, prorogātur, non pertinet ad corpus seu speciem, nec ad legata, quibus dies quoquo modo est adiecta: porrigitur tamē ad legata præcedentia & sequentia, etiam ad relicta in codicillis. hoc dicit. cum l. sequen. Et primò ponitur determinatio circa verbum, pecunias. Secūda ibi: sed ad ea. ponitur determinatio circa verbum, dies & tempus, appositum in præstatione legatorum. In tertia ibi: item si legetur pecunia. ponitur quædam limitatio ad id quod dictum est in prin. in verbo, sed ad ea. In quarta & vltima ibi: hanc autem. determinatur significatio huius verbi, legaui. & ostenditur, quòd licet sonat in præteritum, extenditur tamen ad futura legata, etiā facta in codicillis. ¶ 1 †Nota primò, quòd verbum, pecuniæ, positum in testamento, nō restringitur solùm ad pecuniam numeratā: sed continet quicquid in genere cadit sub pondere, numero, & mēsura: de quo in lege, pecuniæ verbum. ff. de verborum significatio. & plene ibi per Barto. cuius dicta referemus in glos. ¶ †Secundò nota, quòd expressio diei, quæ tacite inest, licet nihil operetur, quo ad essentiam legati: operatur tamen, quo ad limitationē clausulæ & verborū testatoris. & q̄a de intellectu hui⁹ ver. di 2 ximus multa post Bartol. in l. iij. s. eo. dic vt ibi dicā. ¶ †Ter- a tiò not. & tene menti, quòd appellatione diei[a] venit dies incertus, & conditio, quo potest appellari dies incertus: quod facit ad statuta, secundùm Ioannem de Imol. in quibus fieret mentio de die, vt etiam comprehendat debitorem sub conditione, & subdit incerta. ¶ Quartò not. quòd quando id quod constat pondere, numero, vel mensura, non legatur simpliciter, sed prout est in certo loco: tunc illud capitur vt species, non vt quantitas: & ideo tunc non venit in compensatione: 3 vt l. si creditor. §. j. & ibi no. ff. de pecu. ¶ †Vltimò nota, quòd clausula posita in medio etiam si sit apposita per verba præteriti temporis, refertur ad sequentia & præcedentia de quo hic per Barto. & alios plene: & hic cōsistit subtilitas materiæ huius l. de quo cano. ponunt in c. inquisitioni. & in c. ij. requiris. extrà, de appel. ¶ In glo. ij. super verbo, non pertinet. ibi: itē ibi futuri temporis &c. hanc tenet Dy. hic, sed Bar. eam reprehendit: quia licet in casu l. nostræ verba sonant in præteritū, b referuntur tamen ex mente testatoris ad futurum[b]: vt patet ex fi. literæ. Sed Ioan. de Imol. dicit posse saluari hanc solu. isto modo, quòd fortius operatur dispositio præcedens ad sequentia, quàm dispositio sequens ad præcedentia: vt l. filium. ff. quādo di. le. ce. & per Bar. in l. in repetendis. j. de leg. iij. Sed ipse non respondet ratio. Bart. quòd ista dispositio præterea respicit etiam futura, & sic sequentia: sed potest dici respicere futura, non ex proprietate verborum, sed ex mente testatoris. Vnde quaten⁹ respicit futura, regulatur secūdùm legata præ-

terita, ad quæ expresse fit relatio. & hanc solu. proprie ad d. l. quisquis. de lega. iij. approbat Bartol. in l. auia. in princip. j. de 4 condi. & demon. & potest sustineri modo prædicto. ¶ †In gl. posita super verbo, continetur. qualiter accipiatur verbum, pe- c cunia[c], plene declarat hic Barto. cui adde, quia doc. simpliciter transeunt cum eo, quòd etiam in materia plenaria stricti iuris, & in qua imponitur pœna ipso iure, verbum pecuniæ capitur aliquando largissime, vt comprehendat etiam speciem, quod est quando imponitur noua pœna ipso iure, super crimine, in quo primo imponebatur pœna ab homine, & ex verbis l. apparebat, quòd ita quis puniebatur pro specie, sicut pro pecunia. glo. est not. in cle. ij. in verbo, pecuniam. extrà, de hære. & idem videtur dicendum, quando ratio expressa in l. manifeste habet locum in specie, sicut in pecunia: vt patet in l. j. in fi. cum l. se. ff. de calum. & de materia vide j. questio. iij. per totum. & in sum. Et quia tex. hic, in versi. item si legetur. dicit, quòd aliquando pecunia cōsideratur vt species, & non vt quantitas: ideo Dy. inducit istum tex. ad quæst. Si testator damnauit hæredem dare alicui pecuniam, quæ est penes campsorem, & si eam nō daret, legauit illi cui debebat dari certū prædium: & hæres exegit pecuniam à campsore, & cōsumpsit in vsus suos: deinde vult dare aliā quantitatem loco illi⁹ legatario, vt euitet sol. prædij: hoc non potest facere, quia pro illa specie pecuniæ, quæ erat penes cāpsorem, nō potest soluere aliā quantitatem inuito creditore: vt l. ij. §. appellata. ff. si certum peta. & fuit tactum in l. non amplius, in fi. s. eod. & ita dicit fuisse determinatum per istum tex. ad idem facit tex. in l. plene. §. sed hoc ita. j. eo. & l. sed si certos. & hoc sequitur hic Bart. Sed Bal. quem sequitur Ioan. de Imo. dicit hoc esse verum, quādo pecunia erat penes campsorem deposita in specie: verbi gratia, in sacculo signato: sicut aliquando fit. Secus si esset posita in quantitate: sicut fuit factū in l. Lucius. & l. dies sponsaliorum. ff. de posthu. tunc em̄ deberetur à campsore in genere, & per consequens quælibet pecunia pro illa posset solui, secundùm eos. Sed istud videtur per tex. in l. quidam testamento. in princi. j. eo. in vnico exemplo, ex positis ibi, quādo testator legauit certam quantitatem præstandam ab actore suo: nam si intelligimus, quòd in illa pecunia actor esset debitor: tunc ibi esset casus, habito respectu ad rationem decidēdi ibi positam: dicitur enim ibi, quòd si illa pecunia sit exacta per testatorem: ideo legatum non perijt: quia testator à principio legauerat quantitatē simpliciter: vnde nō videtur postea iubendo pecuniam præstari ab actore restrinxisse legatum ad certam speciē: & sic manifeste datur intelligi, quòd si à principio legasset quantitatem, quam debeat actor, istud censeretur legatum in specie, sicut si esset legatum nomen debitoris, de quo in l. seruum filij. §. eum qui chirographū. j. eo. Et licet debitor quātitatis, respectu tamē legatarij dicetur debitor speciei, & in effectu, vt dixi, videtur legatum nomen debitoris: vnde sicut quando legatur nomē debitoris, si debitor nihil debet, legatum est nullum, vel si debitor non esset soluendo aliunde, nō posset consequi quantitatē legatarius: vt l. si sic. §. j. j. eo. & l. seruum filij. §. si nomen. & quod ibi not. ita in casu nostro erit dicēdum, & per consequēs apparet, ꝙ respectu legatarij istud legatū pecuniæ sapit speciem magis, quàm quātitatem: & hoc est quod forte cōsiderauit Dy. & Bar. licet ita nō declaret, & est no. dictū ad materiā l. sed si certos. j. eo. & hui⁹ ver. item si legetur. Aduerte tn̄, quia considerando diligentius ista limitatio Bal. videt̄ vera: quia ista quātitas erat præstanda per hæredē legatario, in exemplo Dy. & per campsorē hæredi: vnde non potest hic cōsiderari, quòd hæres sit aliter obligatus legatario, quàm campsor ipsi hæredi: sicut ergo ille erat obligatus hæredi in genere, ita & hæres legatario. Si autē testator simpliciter legasset alicui pecuniā, quæ erat penes campsorem, ita ꝙ pecunia esset præstanda legatario ab ipso campsore: tūc bene posset ꝓcedere quod s. dixi: videlicet ꝙ istud esset legatū speciei magis, quàm quantitatis: quoniam per ista verba videtur legatum nomen debitoris, id est actio contra debentem istam quantitatem: vt l. ex legato nominis. C. de leg. & lege, seruum filij. §. eum qui. cum §. sequen. j. eo. & melius probatur in lege, nomen creditoris. in prin. ff. de lega. iij. Est enim actio species quædam distincta ab mobilibus & immobilibus: vt declarat Bart. in l. pupillus. s. de auto. tuto. & ideo si campsor nihil deberet, legatū esset nullum: vt lege, si sic. §. j. j. eodē. & ibi not. quantū ad ipsem campsorem, si vere debet, licet species esset legata, quia tamen competet ad quantitatem tanquam debitum in genere, perire non posset, quoniā actio regulatur secundū naturam eiusdē quod competit, secūdùm Bar. in d. l. pupill⁹. additio eiusdē super gl. positam in verbo, continetur. in fin. Et aduerte ad intellectum eorum quæ

a ¶ Appellatione diei. Adde an venit nox: vide per Bal. in c. cū in cunctis. in ij. colum. de elect. Ni. Super.

b ¶ Ad futurū. An verò verbū præteriti tēporis possit trahi ad futurū, vide Fulg. in consil. cxxxvj. & in cōsi. xxxvij. & Lu. Ro. in cōsil. cccxxxij.

c ¶ Qualiter accipiatur verbum, pecunia. Adde glos. & Bar. in l. mutuum. in §. creditū. super glo. in verbo, pecuniā. ff. de re. credi. Ni. Super.

quæ dicuntur super ista glo. inquantum Bart. ibi dicit, quòd hodie ista l. forte non haberet locum: quia de communi consuetudine loquēdi pecuniam vocamus simpliciter materiam signatam, & in stricto significatu, secundùm quem & dispo. l. & disponentium debet interpretari in cōtractu & vltima voluntate: vt l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. iij. & l. Labeo. cum materia. ff. de supel. lega. nam Ioan. de Imo. dicit, quòd istud est diuinare ad istam l. præsupponendo quòd isto tempore nō esset ista consuetudo, & quòd etiam si esset, testator in dubio nominando pecuniam, videtur elegisse significatum medium inter strictissimum & largissimum. Tu autem dic, quòd hic nulla est diuinatio, cùm in iure sit expressum, dictis locis præmissis, quòd vbi probatur communis vsus loquendi, in illo significatu testator videtur disposuisse, & similiter contrahentes contraxisse: vt l. si dictum. §. illud. de ædi. edic. Quòd ergo vna l. limitet aliam l. simpliciter loquendo hic, non est diuinatio[a], sed est secundùm regulas iuris: vt l. sed & posteriores. ff. de legi. cum simi. vnde dictum Barto. indubitanter esset verum, supposito communi vsu loquendi. ¶ In gloss. super verbo, pure. primum dictum reuocat hic in dubium Io. de Imol. quia idem videtur significare verbum, pure, & verbum, in præsentia: cur ergo in vno casu clausula referatur, & in alio non referatur, non potest dari bona differentia: & quamuis quando legantur centum præsentia, oratio prima facie sit affirmatiua, resoluitur tamen in virtute negatiuæ, id est sine dilatione: quod patet, quia quantum ad essentiam legati, ista verba nihil habent: & ideo perinde est, ac si testator iussisset eā præstari sine dilatione, vel pure: vt l. fi. in fi. ff. de do. exc. & per Bartol. in l. inter stipulantem. in prin. de verbo. obliga. per Cy. & per Bald. in l. actor. C. de proba. Vnde licet Ioan. de Imo. videatur facere differentiam inter ista duo, vere tamen non videtur esse differentia, per l. fi. in fi. quam etiam ipse allegat præallegatam. Intellige ergo, quòd quamuis verbum, pure, sit verbum iurisconsulti, & non testatoris: vt sentit gloss. in ij. dicto. dum dicit, vel simpliciter. tamen si verbum, pure, esset expressum à testatore, videretur idem dicendum, quod in verbo, præsentia. ¶ In glo. posita super verbo, vniuersa. ibi: non quantum ad dominium &c. Idē tenet glo. l. ij. C. de inoffi. do. & in l. donationes. C. de do. inter vi. & vxo. & istas gloss. sequitur Bal. & communiter doc. contrarium tenuit glo. in l. sequens. q. j. de lega. ij. & in l. sub conditione enim. de solu. Fundamentum tenentium glo. istam, est id, quod ponit Bar. in d. l. sub conditione. quia fictio translatiua requirit duo extrema habilia. extremum à quo in potentia & in actu, extremum ad quod solum in potentia: sicut plene declaratur in l. denique. ex quib. causis ma. & in l. si is qui pro emptore. de vsuca. & ego tetigi plene post Bar. in l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posthu. In casu autem nostro non potest fingi, quòd tempore donationis retro videatur fuisse translatum dominium in vxore: quia illo tempore prohibente iure impossibile erat dominium transferre in vxorem. Sed ista ratio non placet Ioan. de Imo. quia attenta ista ratione haberemus dicere, quòd similiter non fieret retrotractio, quo ad lucrum fructuum: quia si vxor fuit in mala fide durāte matrimonio: vt l. si vxor filio. de do. inter vi. & vxo. & prohibetur lucrari fructus, per l. qui sit. §. fi. ff. de vsu. & sic impossibile erat eam lucrari fructus: ergo ad hoc tempus non debuit fieri retrotractio, quo ad fructus: & ita potest cōcedi, quòd fiat, quo ad dominium, nec dicitur extremum, ad quod esset impossibile, ex quo ius introducens fictionem potest istam iuris impossibilitatem tollere. Simile in l. fi. ff. de nata. resti. vbi patet, ꝙ ille qui restituitur natalibus, nec cēsetur retro fuisse ingenuus à tempore natiuitatis. Hoc autē si fingeret l. immediate fingeret sup impossibili in extremo ad quod: quia ex quo ille erat natus ex seruo vel ex liberto, lex prohibebat eum esse ingenuum: sed ista fictio translatiua inducitur per medium habile, quia fingitur natus ex libero, & non ex seruo vel ex liberto: hoc autem erat possibile in genere, quòd pater eius qui fuerat seruus illo tempore, fuisset liber. Additio eiusdem. Sed ista solutio non videtur sufficiens: quia licet potuerit tollere, ex quo tamen non tollit, adhuc daretur impossibilitas extremi: sicut videmus in extremo, à quo, quòd stante impotentia illius extremi de iure positiuo, fictio translatiua non potest operari: vt lege, bonorum. ff. rem ratam haberi. & tamen illud extremum lex poterat facere possibile, tollendo tempus statutum ad petendam bono. possessionē, vel prorogando. Tu ergo dic, quòd ista opini. de iure est verissima: quia si bene respicis; probatur in textu expresse in lege, donatio. in fi. C. de donatio. inter virum, & vxorem. vbi dicitur, quòd ista donatio trahitur retro, sicut ratihabitio[b] trahitur retro, etiam quo ad acquisitionem dominij: vt l. si ergo. de neg. gest. ergo similiter ipsa donatio confirmatur. ¶ Ad arg. in oppositum respondendo formaliter, & dico, quòd donatio trahitur retro, non quidē immediate, sed per mediū alterius fictionis: quia l. fingit retro quo ad hunc actū non fuisse matrimonium inter virū & vxo. & ex hoc sequit̃ alia fictio cōsequenter, ꝙ retro censetur fuisse domina. nec est incōueniens, quòd duæ fictiones cōcurrant, vna vt principalis, & alia accessoria, secūdùm Bar. in l. si is qui pro emp. de vsuc. quinimo si etiam in fictio. quæ introducit̃ per cōsequentiā, nō reperiatur extremum habile, ad qđ sufficit, ꝙ sit in fictione principaliter introducta, secūdùm Bar. qui ita no. declarat in l. fi. C. de sentē. pas. cuius dicta declaraui in l. Gallus. §. si eius. s. alleg. Dicit tñ Barto. sing. in isto arti. in l. ij. §. si vir. ff. pro donato. ꝙ quia fictio fundatur super æquitate, ideo non trahit̃ retro, quo ad captandū lucrum, cū iniuria alterius: vt l. nec vtile. & l. denique. ff. ex qui. cau. ma. & ex hoc sequitur, ꝙ mulier nō censetur retro fuisse in bona fide, quo ad vsucapiendū, vel præscribendū. Occasione contrariorū positorum in vltima parte glo. tractat hic Barto. solenniter de clausula posita in prin. medio, & fine: super qua scripsi multa addēdo post eū in l. iij. §. si filius. s. de lib. & posthu. Et ad primum adde, dum dicit, ꝙ clausula posita in vnū capitulū, non videt̃ repetita in alijs capitulis sequētibus & ꝓcedentibus, ꝙ cōtra istā doctrinā videt̃ casus in l. & q data. §. j. ff. ex qui. cau. ma. vbi dicit̃, ꝙ clausula illa, dolo malo & c. quę fuit posita inter principiū & finē capituli, nō refert̃ ad capitulum præcedens, in quo loquitur de metu, quia verba non patiuntur, quoniam metus nō potest esse, vbi est dolus ex parte metū passi: & sic à contrario sensu datur intelligi, ꝙ si verba hoc paterētur, aliud esset. Sed potest dici, ꝙ nō est sumendum ibi arg. à contrario sensu: nisi forte in eo casu, in quo qualitas adiecta in vno capitulo videretur repetita in alio, de quo in l. ait ptor. §. erit͛. ff. vi bo. rap. Ista eīn clausula inclusa in vno capitulo, nihil aliud est, quàm qualitas adiecta illi capitulo, si recte cōsideres: vt in pluribus. licet aliqñ possit esse dispositio de per se cohærens, & constricta in illo capitulo: sicut est exhæredatio: vt l. iij. §. si filius. allegata. sed tñ eadem ratio est de vtroq;. Pro ista conclusione do tibi tex. not. in l. j. §. item nondum. ff. de aleatori. vbi probatur expresse, ꝙ †qualitas adiecta in sequenti capitulo, non restringit capitulū præcedens: tex. autē in c. ij. requiris. in princi. de appel. qui videtur loqui de clausula adiecta in vno capitulo, est restringendus, seu exponēdus, ꝙ clausula fuerit adiecta in c. j. immediate post c. vel immediate ante. sicut satis patet ex illa decretali. circa mediū. Scđò addē inquātū ipse dicit, ꝙ clausula nō refertur ad capitula, in quib9 disponitur contrarium eius, qđ est in clausula, per l. si idem cū eodē. in fi. de iur. om. iud. quod idem probat tex. cū gl. in l. rem. §. j. in verbo, in oībus. ff. de rei ven. Tertiò adde, ꝙ inquantum dicit hic, ꝙ non refertur, vbi vitiaretur dispositio: quod simile videmus in repetitione qualitatis, quę non videt̃ repetita, vbi aliàs videret̃: vt l. seruo alieno. §. si ab impube. j. eo. & l. si quis à filio. §. si quis plures. & ita declarat Bar. in l. cū seruus. in prin. s. de condi. insti. †Quartò adde, ꝙ clausula in fi. posita, vel in medio, non refertur ad capitula, ad q̄ si fieret relatio, induceret̃ aliud exorbitās[c] à iure cōmuni: vt plene scripsi in d. §. si fili9. & allegaui duo optima iura, videlicet tex. cum glos. in l. nauta. §. fi. ff. nau. cau. sta. & in c. ec. vestra. extrà, de elec. quem ibi not. domi. Abb. Modern. quod tamen ibi dixi, allegando etiam glos. hic positā, esse intelligendum, quando potest fieri relatio ad alia capitula, ad quæ relatio facta nō induceret aliquid exorbitans à iure communi: secus esset, si quo ad omnia capitula, induceretur similiter aliquid exorbitans à iure communi: tūc enim quando esset ratio, cur magis fieret relatio ad vnum, quàm ad aliud, relatio fiat ad omnia pariformiter. gloss. est singu. quæ dicit hoc in cle. j. de appella. in versi. appellare. vbi clausula. & verbum, separatim, positum in fi. duorum capitulorū, refertur non solum ad proximum præcedens, sed etiam ad primū, & in vtroque inducit aliquid contra regulas iuris: vt quòd possit separatim appellari à iudicibus, qui simul tulerunt sententiā. Quādo autem posset assignari diuersitas rationis: verbi gratia, quia verba clausulæ sonāt in præteritum magis, quàm in futurum: tunc etiam si relatio clausulæ in omnibus capitulis disponeret aliquid exorbitās à iure, nihilominus nō fieret relatio ad omnia, sed ad alia, quę cōplectitur sermo ex proprietate vocabuli: & iste est proprie casus no. in l. vxori. §. j. j. de lega. iij. & ita debes intelligere glos. nostram. quod est addendum ad ea quæ scripsi in d. §. si filius. Et per hanc gl. ita declaratā d. Bart. hic se terminasse, ꝙ qualitas adiecta in c. ꝓcedēti, non videtur repetita in sequenti, in dispositione statuti, quando ex illa re

a ¶ Diuinatio. Et hoc idem tenet d. Ias. May. hic in ij. col. in ver. ij. fortis. quē vide. Be. Va.

b ¶ Sicut ratihabitio. Adde in regula, ratihabitatio. de regulis iur. libr. vj. Ni. Super.

c ¶ Exorbitās. Quā limitationē notat eā reiterādo d. Ias. May. hic in vij. col. ver. istā conclusionem. & limita vt p Old. in cōsi. clij. itē limita vt per do. Alexā. de Imo. in cōsi. xlviij. in vj. & vij. col. in j. parte. item limita vt per Bar. Soc. in consil. ccl. inc. in causa Bononiensi. ver. tertia ratio est. in ij. pte. Be. Va.

petitione induceretur aliquid exorbitans, vel correctiuũ. pro qua conclusione adduco tex. cum glos. sua in l. furti. §. manda ti. ff. de his qui not. infa. & in l. & si forte. §. hæc actio. iuncta glo. ff. si serui. vẽdi. & gl. not. in c. cupiẽtes. §. quòd si pro xx. de elec. lib. vj. Et ad id quod superi⁹ dixi, quòd clausula in fi. posita non referẽ ad præcedẽtia, quibus induceref aliquid ex- orbitans à iure cõmuni. allego tibi gl. nota. in c. cùm singula. in verbo, prioratibus. de præ. lib. vj. vbi gl. dicit, ꝙ verbum, cu ratis, post verbũ, prioratus & ecclesias, non refertur ad priora tus, sed ad ecclesias dũtaxat: ne si referatur ad prioratus, videaẽ induci contra ius, vt duos prioratus sine cura possit tenere. ¶ Quintò & vltimò adde, ꝙ nõ solũ in casibus hic enumeratis per Bart. sed etiã in alio casu potest dici, ꝙ clausula nõ referaẽ ad omnia, videlicet quando erat fortior ratio, cur deberet re- ferri ad vnũ, quàm ad aliud.[a] & hoc sumitur ex mente l. j. C. de lib. præ. & tenet gl. in c. statutum. §. j. in verbo, locis. de re- scrip. lib. vj. & in c. j. de postu. præ. eo. lib. in ver. nisi. in verbo, sic. & ista iunge his quæ addidi ad dict. Bar. in ista materia in l. iij. §. si filius. s. de posthu. quibus etiã est addẽdum, qđ ponũt doct. in c. inquisitioni. de appella. vbi dicũt, ꝙ clausula posita in medio pluriũ capitulorum, ex quibus conficitur vna dispo sitio, benè referẽ ad præcedentia: vt dixit Bar. sed clausula po sita in medio diuersorum negociorum, quæ sunt penitus se- parata, non referẽ nisi ad præcedentia: vt in c. inquisitioni. sec⁹ si ponatur in fi. vt in c. olim. in fi. extrà. de rescrip. ¶ Extra gl. tangit hic Bar. notabilem q. nũquid dispositio istius l. in ver. hanc autẽ scripturã. quæ dicit, ꝙ verbum, legari, refertur ad præcedentia & sequentia, habeat locũ, si testator ita dicat, mã do executoribus meis, suprascripta vel prædicta legata mit- tantur executioni post triẽnium. & respõdet ꝙ licet verbum, legaui, referatur ad præterita & futura: ista tamẽ verba, supra scripta & prædicta, referunẽ solùm ad præcedentia, per l. j. §. cum qui. ff. de posthu. quasi velit, ꝙ verbũ, legaui, non solùm possit significare actio. legãdi, quę sine dubio est solũ de præ terito: sed etiã ipsum legatum, quod licet præcesserit, diciẽ ta men essentia eius pendere de futuro, quia pẽdet à voluntate testatoris, quæ non cõsummatur perfectè & irreuocabiliter, nisi post mortẽ, vt ipse idem hic dicit in oppositũ, responden do ad l. si ita. de aur. & argẽ. lega. Verbum autẽ, suprascripta & supradicta, non significat secundùm eũ, nisi actum scripti legati, vel dictati, quod sine dubio est præteritũ, non futurum, nec pendẽs de futuro, inquantum est actus facti: & per conse- quens non est eadem ratio, quæ in verbo, legaui. Addit etiã, ꝙ per ista verba non videẽ appositus terminus legalis, in qui bus dominiũ transit ipso iure in legatarium: sed solũ illis, in quibus debet trãsire per traditionẽ: & hoc probat ipse tali ra tione à si. quia l. quæ dicit, ꝙ in executione sentẽtiæ debet ex- pectari tempus quadrimestre, nõ intelligitur in effectu, qui sequitur ex sententia ipso iure, vt trahit secum suam execu- tionem: patet in l. debitoribus. de re iudi. & iũcta lege, furti. in princi. de his qui not. infa. Sed Angel. reprehendit istud di ctum[b]; quia in legato licet quo ad ius dominij fiat executio ipso iure, nõ tamen restat quin remaneat adhuc aliqua execu tio faciẽda per hominem, id est restitutio rei, in qua possunt verificari verba testatoris, secũdùm eum. Sed Ioan. de Imol. nititur defendere sententiam Barto. quia ex quo est transla- tum dominium in re legata, omnis vtilitas exinde debet per- tinere ad legatariũ: vt l. si tibi homo. §. cũ seruus. j. eo. & l. He rennius. ff. de vsu. & ideo penes hæredes vel executores si dies videreẽ adiecta talibus legatis res remaneret inutiliter: vnde videtur attẽta, ista ratione, ꝙ executio facti, quæ venit acces- sorie ad executionem iuris, & dominium translatum debeat sortiri naturam sui principalis, & sic fiet incontinenti: argu men. l. ij. de iurisdi. omni. iudi. & l. ad rem mobilem. & ad le gatum. ff. de procurato. Sed tu potes dicere, quòd res non re- maneret penes hæredem inutiliter: nam si esset res, quæ pa- reret fructũ, vtilitas posset esse, quòd interim hæres pro suis commoditatibus vel posset cõsumere fructus, & postea resti tuere eorum æstimationẽ. Si verò esset res, cuius vtilitas est in vsu: puta equus, liber, domus, & simi. & tunc ista dilatio tẽ poris daret ei cõmoditatem vtendi, quam non posset sibi le- gatarius auferre. vnde istæ rationes sunt valde friuolæ. Pro opinio. autem Aug. videtur esse casus clarus ad probandum, similitudine hic allegata per Barto. de termino statuto exe- cutioni sententiæ, in l. in fideicommissi. in princip. ff. de vsu. vbi patet, quòd etiam in fideicõmmiss. particulari, in quo trãs fertur dominium ipso iure, vt in dicta lege, Herennius. si le- gataria agit actione personali ad restitu. datur tempus quadri mestre: nam si ageretur reali, daretur tempus ad arbitrium iu dicis: vt dicit ibi gl. & probatur Insti. de offi. iudi. §. fina. Pro

ista cõclusione facit, quia executio facti quę restat post execu tionem iuris in legato, aliquãdo operatur aliquem effectum: vt declarat Barto. in l. cui fundus. de conditio. & demonstra. vnde melior videtur opi. Ange. ¶ † Quærit etiam hic Dy. & Bald. post eum de not. quæst. quia suprà dictũ est in materia clausulæ super vltimam glo. quòd clausula generalis non re- fertur ad id de quo erat prius specialiter ꝓuisum, si statutũ dicit, quòd de robaria & falsitate bannitus nõ possit rebanni ri, etiam si habeat pacem ab offenso: deinde fit aliud statutũ, quòd quilibet bannitus, qui soluerit centum in cõmuni, ex- imatur de banno: vtrum istud vltimum statutum possit intel ligi, & referatur ad illos casus specialiter prohibitos in statu- to præcedenti. Super qua quæstione Dy. dixit, quòd per secũ dum statutum nõ inducitur, quòd banniti ex illis duabus cau sis possint rebanniri: quia illud statutum præcedens est specia lius sequenti, & incompatibile cũ statuto sequẽti: ergo spe- cies derogat generi, licet species & genus ponatur in diuersis legibus, & dispositionibus: vt solenniter declarat Bartol. in l. prima. §. hoc autem edictum. ff. de no. oper. nunc. Bald. autem hic, quem sequitur Angel. dicit, ꝙ vltimum statutum non est generale, sed speciale, ex quo disponit bannitum debere rebã niri in vno casu, scilicet si soluat cẽtum. & ideo videtur, quòd derogat statuto præcedenti per eandem regulam. Super ista quæstio. omissis dictis Ioannis de Imo. de quibus nõ est mul tum curadum: quæ tamen declaraui & retuli tibi in voce. di cendum est primò, quòd de crimine falsi Dynus indubitanter dicit verum: quia etiamsi nullum statutum expresse dispone- ret, quòd bannitus non posset[c] rebanniri: nihilominus statu- tum, quod loquitur de rebanniendis bannitis, non comprehẽ deret bannitum pro crimine falsi: vt est casus nota. in lege, fal laciter. in fin. C. de aboli. per quam ita determinat Bartol. in lege, Lucius. ff. ad Turpil. Super crimine autem robariæ for- te posset dici idem: quia ex quo primum statutum prohibet specialiter talem rebanniri, videtur habere istud crimen pro valde enormi & odioso. Sicut ergo arbitrium datum in gene re aliquibus excarcerandi incarceratos restringitur, vt non cõ prehendet incarceratos pro criminibus, secundùm Baldum in lege secunda. C. de epis. audi. ita videtur, quòd generalis dis positio sequentis non comprehendat hunc casum. Hoc tamẽ non determino pro nunc. sed dico, quo ad hunc casum diffi- cultatis, pendere ex his quæ tangit Bald. & ibi dicetur in le- ge, Titię textores. infrà eodẽ. siue in l. turpia. videlicet quan- do sunt duo statuta, vel duæ iurisdictio. quarum vna est spe- cialior altera, quo ad quid, & certo respectu est generalior, qđ statutum vel quæ iurisdictio præualeat: hic ẽm primum sta- tutum est specialius, quo ad causas: quia loquitur solùm de duabus speciebus criminum. secundùm verò est specialius, in quantum disponit bannitum debere rebanniri in vno casu duntaxat. s. si soluat certum quid. Vnde est videndum quod dicatur esse specialius: de quo dicetur in loco alleg. & ad ma- teriam vide quod not. ponit Bal. in l. rogasti. in princi. ff. si cer tum peta. vbi dicit, ꝙ si statuto cauetur, quòd in fauorem bã niti nihil possit statui vel disponi, deinde sequitur aliud statu tum, ꝙ quicunque ceperit bannitũ, habeat certũ præmium. Istud vltimum statutum comprehendet etiam bannitum, qui alium bannitum capiat: facit text. in lege, si quis in graui. §. vtrum. s. ad Sylle. & quod ibi per Bartolum & Bal. quem text. adducit etiam hic Bald. pro decisione quæst. hic positæ: ille tamen terminus est aliqualiter differens à nostro, quia ibi vnum ex duobus statutis sine dubio omni respectu erat ge nerali⁹ altero, nisi respectu personę: quia in primo fiebat mẽ tio de bannito in genere, in secundo non fiebat aliqua men- tio: & sic hoc respectu secundum erat generalius. Vnde est quasi similis quæstioni hic motæ.

SI quis à filio. Legata expresse repe- tita à substituto, non vi dentur repetita cum die & condi. sed pure, nisi fit facta expresse repetitio diei, vel si repetitio lega- gatorum expressa nõ videtur repetere conditionem vel diem, ex qua vitiareẽ dispositio, in qua fit repetitio. h. d. Secũda est ibi: seruus hęres. Tertia ibi: quod ita. Quarta ibi: sed ita. ¶ No. glo. positam super verbo, ijsdem. ibi: & est hic nugatio quæ- dam &c. Baldus hic, quem refert Ioannes de Imo. dicit, quòd ista est nugatio quędam: quia testator voluit præstari lega- ta à substituto ijsdem diebus, quibus debebant præstari ab impubere. Sed hoc legatum ab impubere non debebat præ- stari, quia erat relictum post pubertatem: ergo testator vo- luit vnum impossibile huius legati, quia voluit præstari id quo præstabatur ab impubere, quod in ista legato non erat verum, vt dixi. Sicut ergo in l. si debitor. §. j. quib. mo. pign. vel hypo.

a ¶ Ad aliud. Adde do. Ma. Soci. in cõ. x. inci. quãuis quæ stiones suprà di- ctæ. circa prin. viij. col. in j. pte. ꝙ clau sula cõtẽta in vno capitulo nõ referẽ ad aliud capitulum postea sequẽs, ab il lo capitulo sepa- ratum. Be. Vad.

b ¶ Dictum. Quod dictũ refert etiã & sequiẽ d. Ias. May. hic ad fi. Be. Vad.

c ¶ Quòd bannitus non posset. Adde Nellũ in tractatu đ bãnitis. Ni. Sup.

vel hypo.solu.allegata in gloss. consensus qui præstabatur à creditore erat nugatorius, quia consentiebat saluo iure suo, & sic nihil importabat:ita & ista dispositio dicitur nugatoria. Sed ista expositio non procedit ad text. quia non est verum, vt patet ex litera, quòd legata fuissent repetita, quæ erant præstanda ab impubere, sed simpliciter quæ erant relicta à filio, & ab eo præstanda. Præterea in exemplo Baldi dispositio non esset nugatoria: sed propter verbum, ab impubere, limitaretur vt non comprehenderet istud legatum, quod non erat ab impubere præstandum, cuius respectu non videtur facta repetitio à substituto: vnde alia ratio prohiberet legatum præstari. Dic ergo melius secundùm Paulum de Castro, intelligẽdo istum textum, prout intelligitur communiter in substituto pupillariter, qui successit in pupillari substitutione, quòd quo ad istud legatum resultat quædam perplexitas & incompatibilitas isto modo: quia legatum quod est repetitum à substituto pupillari, non debetur ab eo, nisi succedat ex substitutione: ex substitutione autem non potest succedere, nisi pupillus decedat impubes: pupillo autem decedente impubere legatum non potest præstari, quia deficit conditio, cùm esset relictum post pubertatẽ: vnde videtur velle, quòd præstetur id quod præstari non poterat, & ideo dispositio dicitur nugatoria, quæ non habet effectum, quando voluit legata præstari sub eodem die, sub quo debebat filius institutus. Et licet ista lec. communiter approbetur, est tamen falsa manifeste: quia etsi generaliter dies adiectus legatis relictis à filio esset repetitus in legatis relictis à substituto pupillari: ista generalis repetitio diei non referretur ad legatũ, ad quod si fieret relatio, dispositio legati redderetur inutilis in persona substituti. Casus est expressus in l. cũ vulgari. de dote præle. & vidisti glossam in lege, talis scriptura, suprà eodem. & ibi per Bartolum, & alios. Vnde istud legatum remaneret repetitum sine die: cuius contrarium hic dicitur. Vt ergo iste text. procedat planius, & sine scrupulo, intelligimus eam in substituto vulgariter, quando substitutio fuit facta simpliciter, & non limitata ad ætatem impuberem, quo casu in legato relicto à filio, si decederet pubes, & repetitio à substituto vulgari, optime potuit repeti dies, vel conditio adiecta à filio: sed si filius non esset hæres, & moreretur intra pupillarem ætatem, substituto non deberet legatum: si autẽ moreretur post pubertatem, deberet: & pro hoc faciunt optime verba textus, ibi: id hæres meus ijsdem diebus dato. & inferius iterum in versicu. sed si ita hæres meus dato. proprie enim capiendo verba, hæres testatoris dicitur substitutus vulgariter, non pupillariter, licet largo modo hæres pupilli dicatur hæres testatoris: vt lege, paterfa. & ibi per Bartolum. suprà, de vulgari & pupillari. Pro isto intellectu facit etiam textus in versicu. sibi hæres esset. ex quo satis declarabatur, quòd legata repetebantur à substituto in casu, quo filius non esset hæres: & secundùm hunc intellectum habes notare duo eleganter ex isto text. ¶ Primò non destruendo literam, nec diuinando, quòd datio substituti vulgaris tollit existentiam sui hæredis, quo ad effectum transmisionis: hic enim dicitur, quòd filio mortuo succedit institutus, nec fit aliqua mentio de abstentione ipsius filij, siue repudiatione: & tamen substitutus succedit: ergo impeditur transmisio ex capite suitatis ad hæredem filij legitimum. ¶ Secundò est hic casus pro glossa, in lege, si cui serui omnes. §. primo. infrà eodem. quòd etiã quando repetitio diei vel conditionis non vitiaret legatum, nihilominus repetitio legatorum facta simpliciter non videtur repetere diem vel conditi. quando est facta expresse ex verbis testatoris, de quo ibi dicetur. Si autem teneas lectu. glo. quòd hic loquatur in substituto, qui succedit ex pupillari: tunc hoc non probaretur hic, sed dic vt dicit gloss. quòd non sit repetitio: quia ex repetitione legatum redderetur inutile, sicut redditur in primo casu, secundùm glossam: quia dies fuit expresse repetita. Colligitur tamen vnum aliud, secundùm hunc intellectum: videlicet quòd sicut ista verba non vitiant formam pupillaris substitutionis: si filius meus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, talis mihi sit hæres: vt lege, si ita. §. qui filio. infrà, de bonorum possessione secundùm tabulas. ita ista verba non vitiant, talis sit hæres meus: quia intelliguntur per mediam personam pupilli, vt hic patet.

Si quis plures. Quando de certis rebus legatur aliqua res certa, & nõ apparet de qua testator senserit, declaratio pertinet ad hæredem. h. d. Secunda ibi: sed si non apparet. ¶ In glossa prima, ibi: nec hęredi ex pluribus &c. hanc glo. reprẽhẽdit Pet. quẽ sequitur hic Bald. & Ioan. de Imo. quia secundùm eos est longa differentia inter eligere & declarare. nam ille qui eligit, declarat conceptum volũtatis suæ nunquid senserit testator: quæ quidem voluntas est reducẽda ad mediocritatẽ: quia ita pręsumitur testatorẽ sensisse. sic intelligo l. legato generaliter. ſ. eod. Sed in casu nostro hæres nõ exprimit volũtatem suam, sed declarat quid senserit testator. vñ nõ possum' dicere, sicut in casu priori, ꝙ ista sua volũtas limitetur ex eo, quod tacite sensit testator: quia hoc quod declarat hęres, est illud, quod testator sensit, cuius menti & sensui sine dubio est standum: vt l. in conditionibus primũ locũ. ĵ. de condi. & demonstratio. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. s. eo. in fi. & hoc credo esse verius de subtilitate iuris, ratione præmissa, quã nõ ita clare ponũt doct. licet Paul. de Cast. teneat sententiam glos. ne detur materia hæredi malignãdi: & ad præiudiciũ legatarĳ asserentis, quòd testator senserit de priore. Et habet multam æquitatem ista opi. sed tamen prima magis procedit, secundùm regulas iuris. Possumus tamẽ dicere, quòd nisi persona hæredis esset valde grauis & honesta, iudex posset defendere iuramẽtum hęredi declaranti voluntatem testatoris: vt l. Theopompus. & ibi per Bartolum. infrà, de do. prælega. ¶ In glo. posita super verbo, hæres. ibi: hæredi magis &c. Ista glo. reputatur no. hic per doctо. inquantum scilicet vult, quòd differentia sit inter eligere, & declarare: cui addit Bald. aliam differẽtiam: quia in contractibus eligens aliquando potest variare: sed in declaratione non potest. gl. est singula. secũdùm eum in l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obligatio. Tu vide tex. & ibi Bald. in l. fi. in fi. C. de cõdi. & quod not. Ang. & Moder. in l. quod iussit. ff. de re. iu. & ego plene scripsi in dicta l. quicquid astringendæ. Secundò est notabilior ista glo. inquantum vult, quòd hęres posit interpretari voluntatem defuncti: [a] quod limita & declara vt hic per Bartol. & plenius per eundem in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. obligatio. cui adde tria duntaxat, ꝙ licet verba ambigua libelli quilibet posit interpretari, etiam ad præiudicium alterius: vt l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. non tamen potest interpretari ex obscuritate, quæ surgit ex multiplicitate causæ, ex qua actus potest videri celebratus. Textus est singula. quem ibi no. Bart. ad hoc in lege, duobus. §. ergo. ff. de iureiuran. intellige quo ad fauorem interpretantis: vt ibi declarat Bartol. † Secũdò adde, quòd quãuis ficta persona non posit interpretari voluntatem sui prædecessoris: vera tamen persona hoc potest: vnde licet hæres non interpretetur verba defuncti, successor tamẽ in officio interpretatur verba prædecessoris, secundùm Bal. qui ita declarat in l. ab executore. in princi. de appel. Tertiò adde secũdùm Ang. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. quòd sicut hæres non interpretatur voluntatem defuncti, seu libellum: ita domunis nõ interpretatur libellum productũ & porrectum à suo procuratore generali. cætera dic vt in dicto §. j. in l. inter stipulantem. ¶ In eadem glo. ibi: periculosum esset pupillo &c. hæc glo. facit errare Bald. hic, quia non considerat nisi vnum detrimentum vnius personæ, quo ad hoc, vt tutela incerta reddatur nulla. s. pupilli. Vnde Bald. infert hic, ꝙ si daretur executio: verbi gratia, Stichus in testamento: & essent plures eodem nomine, valeret datio: quia hic non agitur de præiudicio & dãno alicuius tertĳ, & esset declaratio hęredis secundùm eum. secus dicit, si testator daret executorem incertum de certis: verbi gratia, vnum ex libertis suis: qa tunc ista incertitudo vitiaret dationem executoris, ex quo nõ apparet, qs sit deputatus: iuxta ea quę habent̃ in l. si fuerit. & in l. quidam relegatus. ff. de reb. du. Sed Bart. hic declarando glo. dicit, † quòd datio tutoris incerti ideo non valet, non solũm ne præiudicetur pupillo, sed etiam ne pręiudicetur illi, qui vocatur ad tutelam, de quo testator forte non sensit. Est enim tutela onus & grauamen: vt l. tria onera. ff. de excu. tut. cum multis alĳs. Et attenta hac secunda ratione, idem videt̃ dicendum in executore, quod in tutore, cuius officium est simile officio tutoris: vt traditur in l. pe. s. de tute. & per Bar. in l. quidam relegatus. ĵ. de reb. du. Et ideo Io. de Imo. dicit hoc dictum Bald. non procedere, sed non perpendit quòd istud est de mente Bartol. vt s. dixi. & sic executor in testamento nõ potest deputari incertus, ita executor ad gratiã exequẽdã, secundùm glos. in c. tibi quę. super verbo, certo. de rescrip. lib. vj. Et vtrum posit executor deputari, qui nominabit̃ ab alio, & in hoc sit differẽtia inter tutorem & curatorẽ: vide omnino quod ponit Barto. in dicta l. quidam. & Bald. in dicta l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. in prima quęstione. & quod tangit Bar. & Bal. post eum in l. prima. C. de sacrosan. eccle. & plene posuit Ioã. in nouel. in c. j. de pro. libro vj. Et

[a] ¶ Defuncti. Per hãc doctrinam posită hic p Bar. doc. adde quæ no. consuluit d. Abb. in cõsil. clxxxvĳ. incip. casus in effectu. clxxx. incipien. Hebræus quidam. in ĳ. volum. vbi vide omnino.

vtrum valeat citatio incerta, & quid si compareret ille, de quo iudex non senserit, vide hic per Bal. & per glo. & ibi plenius in l. eum quidem temere. ff. de iudi.

Si parti. Valet legatum factum parti ciuitatis, si respicit honorem vel vtilitatem publicam. hoc dicit. ¶ In tex. ibi: ad compendium &c. iste ver. videtur tacite sentire, quòd si legatum quod fit vni parti ciuitatis, non pertineret ad ornatum vel lucrum totius ciuitatis, hoc legatum nõ posset exigi, quasi vna pars ciuitatis nõ faciat vniuersitatem. Et ex hoc potest inferri, quòd quãdo istud legatũ pertinet ad ornatum, vel vtilitatem reipu. ipsa respubli. possit tale legatum exigere: & hoc sentit hic Bart. Cyn. autem dicit, quòd etiam illa pars ciuitatis posset exigere legatum. Et vtraq; practica potest esse bona, secundùm Ioan. de Imo. sed prima videtur magis consonare textui, qui videtur velle in effectu, ꝙ propter ipsam rempu. & eius contemplatione consistat legatum. Quis autem possit petere legatum factum ciuitati, dicemus in l. ciuitatibus. in prin. infrà eodem. Quia gloss. hic nil habent, super quo sit scribendum: dicendũ est aliquid super tribus quæstio. quas no. tangit hic Barto. Et licet Moder. super prima nihil plenius dicant: videtur tamen, quòd opinio Barto. non sit vera, sed potius opi. Dy. qui tenuit, quòd vna pars expulsa de ciuitate, non possit facere syndicum, tanquã diuersitas: mouetur per tex. in l. secunda. §. ijsdem temporibus, quem Barto. hic, licet dicat narratiue, quòd illa pars quæ successit à repub. constituit sibi tribunos: non tamen dicit, quòd illa constitutio non fuit valida, si postea non fuisset approbata. Et in contrarium facit tex. in l. ij. §. deinde. el ij. eodem titu. vbi dum loquitur de eadem successione, text. dicit quòd ll. factæ per illam partem sedentem non recipiebantur in repu. nisi fuissent approbatæ per l. Hortensiam. Sed potest responderi defendẽdo opi. Bart. hic, quòd illud erat ideo, quia plebs sola ante illa tempora non poterat constituere l. [a] & ita intelligit ipse in l. omnes populi. in j. q. in versi. ij. quero. ff. de iusti. & iu. Sed ista responsio non est tuta: quia licet sola plebs non posset condere l. erat tamen pars populi condentis legem; vnde ille text. bene facit contra istam opi. Præterea si verum esset, quòd quælibet congregatio, quę fit pro iustitia sua consequenda, faceret corpus & vniuersitatem: sicut ipse dicit, allegando glos. in l. j. quod cuiusq; vni. no. in princip. quæ tamen habet alium censum, vt manifestè patet ex exẽplo ibi posito, de vniuersitate scholarium, sequeretur quòd creditores qui conueniunt simul ad paciscendum cum debitore, propter consequendum suum facilius facerent vniuersitatem. quod Bartol. negat expresse in l. & suum. in fi. ff. de pact. & probatur ibi in vltimo responso, dum dicitur, quòd si maior pars creditorum consentit, debet interuenire approbatio pretoris: quod non esset, si illa congregatio faceret collegiũ: vt l. cùm maior. ff. ad municipal. Cùm ergo tex. in l. iij. §. fi. de collegi. illi. dicat, ꝙ omnia collegia censentur reprobata, quę non sunt approbata senatusconsulto, vel constitutio. principium, supple, vel alia l. quę hoc possit. & ista species collegij non reperiatur approbata, videtur standum opi. Dy. Pro conclusione tamen Bart. in casu posito per eum videtur esse vnus casus sing. secundùm vnum intellectum ibi positum in glo. quem not. ibi Barto. & inducit ad hoc in l. pe. §. fi. ff. si serui. vẽdi. per quem text. Bal. ibi decidit, quòd si vna pars vniuersitatis habet controuersiã vel litem cum alia, consideratur vt vniuersitas de per se, & potest constituere syndicum ad litigandum. Ergo eodem modo poterit hic pars expulsa cõsiderari vt vniuersitas in negocijs, quæ habet tractari cũ altera parte, tanquã cum aduersario. Sed ille tex. vere non probat istam conclusionem: nam secundùm verum intellectum ibi tota vniuersitas habebat causam, cum quibusdam particularibus de vniuersitate, tanquã cum singulis, vel cum eorum successoribus: vnde ꝓpter hoc ego non recederem à sententia Dy. Bal. tamen hic dicit, quòd ita practicatur, sicut ipse dicit: & quia Moder. transeunt cum eo, seruaretur sine dubio sua opinio in practica. †Secundò adde, inquantum dicit, quòd pars Guelfa & Ghibellina non cõstituunt collegium: quia sunt factiones seditiosæ in republi. & per consequens eis nõ potest legari, adde primò, quòd idẽ consuluit Ray. in alio casu, de quo dicemus in vltima quæstione. & refert & sequitur Bal. in l. prima. in princip. in vltima quæst. ff. quod cuiusq; vni. no. dicens, quòd sub nomine alterius istarum factionum non potuit cõstitui collegium & vniuersitas: quia sunt factiones, & collegia improbata: & idem sentit Bald. in l. ij. §. deinde. ff. allegata. & dicuntur qualitates istæ nõ innatæ, sed creatæ, ex odio vel amore: sicut eleganter declarat Bal. in l. j. C. ad l. Iul. Visselliam. Quòd autẽ vniuersitas illicita non possit acquirere ea quæ sunt iuris: est tex. cum gl. & ibi ponit Bal. in l. prima §. quibus. ff. quod cuiusque vniuer. no. potest tamen possidere, secundùm Iacob. de Areti. ibi. quod vtrum sit verum, non determino nunc, licet Bal. eũ sequat. Potest autẽ legari singulis de vniuersitate illicita, licet nõ vniuersitate: qa hæc pœna nõ reperit imposita à iure, ꝙ eis non possit legari, [b] secundum Bal. in c. j. §. cõuenticulas. de pace iur. fir. in vsi. feud. licet alijs pœnis possint puniri. vt ibi, & l. de colle. illi. Tertiò adde vltimę quæstio. Bar. inquãtũ dicit, Bonifaciũ declarasse, quòd subiectio facta separatim de ciuitate Tudertina à duabus partibus, quarum vna erat in ciuitate, alia extra, non valuit: quoniam illa quæ fiunt à collegio, debẽt fieri collegialiter, vniuersaliter, simul congregata: vt l. suum. in fi. & ibi per Bartol. ff. de pact. & l. ij. C. de decu. libro x. & in c. in causis. & ibi not. extrà, de elec. Nam primò debes aduertere, quòd Bonifacius sensit manifeste, quòd neutra istarum partium de per se facit collegium: super quo vide omnino quod ponit Barto. solenniter, qui pfecte distinguit in l. omnes populi. in prima quæstione princip. ff. de iusti. & iure. ex quibus vnum dictum appropriat hic sibi do. Ioan. de Imo. dicens, quòd quando pars quæ fuit expulsa iustè, eiecta fuit propter culpam suam: tunc amittit ius collegij, quod totum remanet in his, qui remanserunt in ciuitate: vt l. amissione. §. qui deficiunt. de ca. dimi. iuncta l. sicut. in fin. quod cuiusque vniuer. no. Sed ego cùm aliàs scriberem in l. omnes. de iusti. & iur. referendo similiter dicta Barto. in loco prællega. dubitaui de hoc dicto: quia expulsio facta de ciuitate simpliciter, non solùm non facit aliquem hostem ciuitatis, sed nec facit eum haberi pro deportato Casus est not. & ibi Bar. in prima cõstitutione Digestorum. §. fi. Debet ergo intelligi doct. Bartol. in dicta l. omnes populi. & ita credo eum sensisse propter l. quã allegat in expulsis de ciuitate, q sunt facti rebelles. Bal. autem vltra distinctionem positam per Bart. in loco prællega. dicit hic, quòd quando vna pars expellitur de ciuitate, potestas collegij remanet penes maiorem partem, quæ debet citare minorem partem ad locũ tutum, & ipsis non cõparentibus expedire negocium: alleg. Inno. in capitulo secundo. de no. oper. nũc. Siue ergo pars expulsa sit maior, siue pars quæ remansit in ciuitate, ad illã pertinebit citare aliã, vt dixi, & expedire negocium, & si sic fuisset factum in subiectione ciuitatis Tudertinæ, quod potuisset subijci: sed quia ambæ partes seorsum consenserunt, non pręmissa citatione minoris partis, vt dictum est: ideo non valuit illa subiectio, licet vna pars fuisset maior alia: & ita debet limitari do. Bald. qui ponit istam quæstionem in l. prima. in princip. ff. quod cuiusq; vni. no. Sed adhuc restat vna difficultas: quia Bal. hic, & ibi, & Ioannes de Imo. hic sequens, cùm videtur velle, quòd ad hoc possit procedere maior pars, & si non sint duæ partes cõgregatę, dummodo sit maior. Sed hoc videtur contra tex. expresse in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. no. & in l. nominationem. C. de decu. libro x. & contra Bartolum, qui ita determinat in l. omnes populi. in prima quęstione prin. in versic. j. quæro. ff. de iusti. & iur. vbi dicit per istas leges, quòd maior pars non potest citatis absentibus statuere aliquid, nisi duæ partes sint præsentes: & istud dictum approbat domi. Abbas Modern. quando vniuersitas non haberet certum officialẽ, seu superiorem, per quem deberet congregari, & actus non esset faciendus infra certum terminum: vt ipse no. in c. cùm omnes. in vltima colũ. extrà, de constitu. In illis enim duobus casibus, videlicet quando instaret finis termini, vel esset superior, qui habet congregare vniuersitatem, non sequitur dicta Barto. quod non prosequor nunc, quia esset nimis longũ. Sed dico ad quæstionem nostram, quòd dicta Bald. hic, & domi. Ioan. de Imol. loco allega. essent intelligenda, vel quando erant præsentes duæ partes, vel quando maior pars, licet duæ partes non essent præsentes, poterat expedire actum citatis citandis. Adde etiam secundùm Moder. hic, quòd ciuitas subiecta non potest transferre iurisdictio. in alterum, in præiudicium sui superioris: vt in c. cum tempore. extrà, de arbitr. & in c. dilecti. de ma. & obediẽ. quorum dictis adde quod no. ponit Bal. super hoc in l. ex hoc iuregentium. versi. iij. quæro. de iusti. & iu. vbi idem determinat in effectu dicens, quòd sola prouincia, vel populus non recognoscens superiorem, põt se subijcere alteri. Vtrũ autẽ quasi possessio iurisdic. possit auferri superiori, & transferri in alium per inuestituram receptam à subditis ab alio, & iuramentum fidelitatis præstitũ: vide quod not. ponit Innocen. in c. dilectus. de capel. monachorum. & Bald. in l. ij. in v. char. C. de ser. & aqua. & ego plenissime scripsi post Bar. in l. quod meo. in princip. ff. de acqui. posses.

a ¶Legẽ. Vide Albe. de Ro. i j. pte statutorũ. q. vj. & do. Ant. de But. in c. fi. in xxxvj. col. de cõsue. & omnino Fe. in c. cũ omnes. in xv. col. in me. de cõsti. Be. Vad.

b ¶Legari. Adde tu formalem text. ad hoc in l. cũ senatus. de re. du. Be. Vad.

posses. Et ad id quod tangit hic Barto. quòd vox debet dari à collegiatis, non separatim, sed simul: vide plen: d. Anto. in c. cùm omnis. & Barto. quem etiam adducit hic Ioan. de Imo. in l. omnes populi. in j. q. princi. versi. iij. quæro. de iusti. & iu. quæ dicta limitant singu. Archi. & Ioan. And. in c. si capitulo. de conces. præben. lib. vj. Et vtrum ratificatio actus gesti nomine capituli per prælatum, & quosdam alios de capitulo, possit ratificari ab alijs singu. & non collegiariter, vide gloss. not. & ibi Ioan. And. in nouella in c. j. de re. eccle. non alic. in vj. contra quam tenet Bald. in l. per fundum. ff. de ser. ru. præ. & forte melius. vide etiam ad materiam quod no. Bald. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acquiren. hæredita.

SVMMARIVM.

1 ☞Res eadem cùm legatur duobus vel pluribus separatim in dubio, per legatum factum secundo non videtur recessum à primo. vide aliquid in nu. 9.
2 Dictio, scilicet, ponitur limitatiuè.
3 Verbum, assignare, quid significet.
4 Dictio tamen, est aduersatiua & limitatiua ad præcedentia.
5 Actus inutilis respectu vnius continet tacite actum vtilem respectu alterius.
6 In his quę sunt iuris, potest respondens respõdere per verbũ, credo.
7 Vendens rem sibi legatam, per hoc non videtur renũciare legato.
8 Legatum factum à domino seruo, qualiter valeat.
10 Ad partem qui nullo iure admitteretur, regulariter non facit partem.
11 Legatum alternatiuum non dicitur esse vnum, sed continere plura legata.
12 Appellatione fundi, continetur etiam pars fundi pro diuiso.

SI pluribus. Si vna res duobus legatur coniunctim, vnicuiq; debeť pro rata: si verò vnicuiq; per se faciunt sibi partes per concursum, nisi constet quòd testator datum secundo voluit adimere à primo, vel quòd voluit vnumquemq; consequi solidum: quo casu vltimo vni debetur res, & alteri æstimatio, & fit præoccupatio per litis contesta. hoc dicit. Secũda est ibi: quod si separatim. Tertia ibi: nisi testator. Quarta ibi: electis. &c. Vltima ibi: plene &c. ¶ 1 †Not. quòd quando eadem res legatur duobus separatim, vel pluribus, in dubio per legatum factum secundo non videtur recessum à primo. Sed contra hoc est tex. in l. sicut. j. de adimen. leg. gloss. ibi dicit, & videtur sequi Bart. in vltimis verbis suis, quòd ille tex. qui dicit, quòd videtur fieri ademptio tacita à primo, tum relinquitur à secundo, intelligitur, quòd videatur fieri pro parte, quatenus per concursum diminuitur pars primi. Sed Dy. ibi reprehendit istam solu. per text. in l. translatio. cod. titu. quem quomodo ipse inducat, nescio. Sed potest induci circa medium hoc modo: quia sicut legatũ relictũ ab vno, si postea relinquitur ab altero, tacite videtur inducere, vt primus omnino non teneatur, vt ibi dicitur: eadem ratione legatum relictum vni videtur ademptum ab eo, si alteri relinquatur: & hoc videtur magis de mente dictæ l. sicut. Vnde Dy. ibi soluit aliter, videlicet quòd ibi legatum dabatur secundo sub cõmemoratione primi: verbi gratia, quod Titio legaui, lego Sempronio: quo casu facilius fit reuocatio primi legati: vt l. nam ad ea. j. de conditionibus & demonstrationibus. Sed Bart. reprehendit hanc solutionem in dicta lege, sicut. dicens, quòd est contra casum in l. Iulianus. in princi. de hęredi. insti. & in l. triplici. de verborum significatione. in quibus dicitur, quòd pars relicta secundo hæredi sub commemoratione primi, in eadem parte instituti, facit, vt secundus concurrat cum primo: ergo totalis adẽptio nõ videtur facta à primo, nec est differẽtia inter hæreditatẽ & legatũ: vt ipse ibi probat, & sic apparet, quòd vera solutio satisfaciat ad l. sicut. Quia so. glo. quam Barto. approbat, restringit text. & præterea non videtur vera: quia quando duo faciunt sibi partes per concursum, hoc videtur potius esse ex potestate legis, quàm in tacita ademptione testatoris. Sed ad hoc posset respõderi, quòd legis dispositio inducitur ex tacita voluntate defuncti. vnde prima ratio est fortior. Secunda solu. Dy. videtur reprehendi per iura prædicta, quam Baldus videtur approbare in lege, si Fortidianum. C. de leg. & eam limitat, vt ibi per eum. Nos a possumus concordando opinionem dicere, quòd aut [a] testator secũdo legat simpliciter, aut sub commemoratione primi legati. Primo casu procedat iste text. quòd non præsumitur ademptio primi pro secundo, nisi pro parte. Secũdo casu sub a distingue, quòd aut secundum legatũ sequitur incontinenti post primum: & tũc similiter non videtur recessum à primo, per l. Iuli. & l. triplici. præallegat. Non obstat tex. in l. nã ad ea. vbi videtur dici contrarium: nam vt d. Bar. in d. l. sicut. facilius fit mutatio dispositionis circa eandẽ personã, quàm circa diuersa: & hoc ideo, quia non agiť de tanto præiudicio, vt de se patet. Secũdo casu vera sit solutio Dy. & ita intelligať l. sicut. ꝙ per secundũ legatũ videatur recessum à primo, & quando est factũ sub cõmemoratione primi: facilius ergo pręsumitur mutatio volũtatis ex interuallo, ꝙ incõtinenti: vt probatur in d. l. nam ad ea. & bene facit tex. & quod ibi per Bar. in l. Titia. §. idem respõdit. ff. de verbo. obli. & ista distinctio videtur posse tolerari ad ista iura. ¶ 2 ☞†Secũdò no. s. nisi ipse testator &c. ꝙ ista dictio, scilicet[b], ponitur limitatiue: de quo b vide per Barto. & dic, vt in l. quæsitum. §. si quis fundũ. de fundo instru. ¶ 3 †Tertiò no. ibi: assignať &c. ꝙ verbũ, assignare,[c] c potest ĩportare tru ssa. dñij scdm subiectam materiam: aliqñ importat minus, de qua vide per Bar. solẽniter in l. si constante. in prin. s. solu. matrimo. ¶ 4 †Quartò no. in ver. ita tñ. ꝙ ista dic. ita tñ, est aduersatiua, & limitatiua ad pcedentia. concor. d text. ĩ l. Luci⁹. §. qui habeat. j. ad Treb. ¶ Quintò no.[d] ꝙ vbi cũque alicui cõpetat facultas eligẽdi ex d. l. dispositiõe, nõ admittiť variatio post electionẽ. & hãc l. allegaui tibi in l. serui electio. in princip. s. co. ¶ 5 ☞†Vltimò not. in l. plane. in princi. ꝙ actus inutilis respectu vnius aliquãdo continet tacite actũ vtilem respectu alterius: nã legatũ inutiliter factũ alicui continet validã ademptionẽ factã à primo: aliqñ etiã respectu eiusdem personæ ac. inutilis cõtinet aliquid validũ: sicut videm⁹, ꝙ stipulatio inutilis, & promissio cõtinet cõfessionẽ validam c debiti: vt est text. no. & ibi per Bartol. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de ver. obl. nec extinguiť hic legatũ factũ, primò immediate, per inutile legatũ, secũdò quia hoc non esset rationabile, ex quo vtile ab inutili põt separari: sed ex adẽptiõe tacita, quæ vt dixi est valida. ¶ In gl. super verbo, portionẽ. ibi: & ita ipsi soli habent vnã medietatẽ. gl. ista reprehẽdiť hic per oẽs, & contrariũ in l. plane. in prin. j. eo. vbi contrariũ videť probari in tex. dum dicit, quòd vnius personæ pote d state fungũtur, potestas aũt vnius personæ nõ extẽdereť, nisi ad ratã æqualẽ cum alijs, & ad vnã ratam dũtaxat. ergo similiter istæ duæ psonę, quæ cõputantur pro vna, duob⁹ alijs disiũctim vocatis, vocabunť ad vnã ratã. i. ad tertiã: & ita est tenendum. ¶ In gl. posita super verbo, contestatus. Tractat hic solẽ e niter Bar. referẽs dicta Dy. & aliorũ, qualiter inducať præoccupatio seu præuẽtio tã in officijs & iurisdi. quàm in iure, qđ deduciť in iudicio. cuius dictis adde, & primò inquantũ dicit, ꝙ per solam citationẽ induciť præuẽtio iurisdictionis. Primò ꝙ potest dubitari, vtrũ istud sit intelligendũ de citatione verbali dũtaxat, an nõ etiã de reali, quę fit per capturã. Et dicendũ est, sicut ponit no. Io. An. in c. j. de obl. ad ratio. in nouella. ꝙ fortius vel saltem similiter induciť præuẽtio per capturam rite factã: quia fortior videť esse citatio realis, quàm verbalis. & hanc sentẽtiam secutus est Ang. post Bal. allegãs dicta Archi. in l. si quis postea. ff. de iudi. licet tex. in cle. j. de hęre. videatur velle, quòd proprie citatio, quæ fit verbo. Hãc opi. firmauit Bal. in diuersis locis, videlicet in l. fi. C. de male. & mathe. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. & in l. senatus. in fi. C. qui accu. non pos. & in l. officiales. C. de episco. & cle. ☞†Secũdò adde, quòd in præuentiõe iurisdictionis, quę fit per citationẽ, nõ habet locũ, quando ille qui habet eandẽ potestatẽ est impedi e tus, vel eius officium vacat[e]. Casus est not. quem ibi ponderat Bartol. ad hoc vltimũ in l. si maritus. la ij. circa princip. ff. de adulte. Tertiò adde, ꝙ per bannum datũ malefactori non præuenitur iurisdi. nisi quando delinquẽs erat in loco tempore banni, si est locus delicti. ita not. Anto. de Butri. in c. propo. extrã. de foro cõpe. declarans dicta Ioan. And. in titu. de f compe. iudi. adi. §. j. ver. sed pone. Quartò adde, quòd apud f canõ. fuit dubiũ, vtrum ad præuentio. sufficiat[f] vna citatio, vel requirantur plures, vel vna pro tribus. & cõmuniter tenent quòd sufficit prima, in d. c. pposuisti. licet Ioan. And. ibi sentiat contrarium in nouella. Quintò adde, quòd text. in l. cùm quædam puella. in prin. ff. de iurisdi. om. iu. quem sic intelligunt ibi Barto. & Ange. videtur velle, ꝙ ista pręuentio fiat per litis conte. & sic videtur non sufficere citatio. Sed potest responderi altero de duobus modis, vel quòd sit speciale in illo casu: quia mulier trãsfert domicilium quodã modo ex necessitate, & ex causa formali: scilicet propter matrimoniũ. & hoc magis placet, vel quòd ibi iudicium non ceperat à citatio

a ¶ Qđ aut. Adde ꝙ ista distictio fuit Raph. Cu. ĩ l. ꝙ tra ditũ. de cõdi. & de mon. & Paul. de Ca. in d. l. si Fortidianũ. vbi vide latius per do. Alex. de Imol. nihil tñ clare firmantẽ, contra quãdistin. vide tex. in §. transferri. Insti. de adẽp. leg. Be. Vad.

b ¶ Dictio, scilicet. Addde quòd ista dictio, scilicet, videlicet, & similes, non solũ sunt declaratiuæ, sed etiã restrictiuæ, & modificatiuę. vt est gl. iiij. in c. ij. de priui. lib. vj. Bar. in l. j. ff. ad l. Aqui. Bal. l. si in qualibet. ff. de hære. insti. Frã. de Aret. in c. cũ causa. de resti. Ni. Super.

c ¶ Verbũ, assignare. Adde legẽ, cùm pater. in §. dulcissi mis. ff. de leg. ij. l. j. in §. assignare. ff. de ver. signi. & ĩ l. assignare. ff. de assigna. li. Ni. Super.

d ¶ Quintò nota. Quod not. refert & cõmendat d. Ia. hic in prin. vj. col. Be. Vad.

e ¶ Vacat. Addě Lu. Ro. in cõsi. cxliiij. q dicit, ꝙ ille tex. l. si maritus. facit Bar. vehemẽter errare: qa licet tex. ibi dicat, ꝙ marit⁹ & pater habẽnt æquale ius, intelligiť in genere, nõ in specie: qđ patet, quia si cõcurrerent, præfertur maritus, etiã si inæquale ius haberẽt. l. ij. §. fi. cum l. se. de adulte. & ita etiam Bart. reprobat. Rapha. Cu. in d. l. si marit⁹. & ibi Ang. per tex. in l. de offi. consu. Be. Vadis.

f ¶ Præuentionem sufficiat. Addě Are. in ca. non ita. ij. q. vij. Ant. de But. in c. quoniam cõtra. de proba. Ni. Sup.

ne, quia forte mulier sponte se obtulit in iudicio: unde æquũ videt, ꝙ quousque potest opponere declinatorias, quod est regulariter usque ad litis contestationem: ut nota. in l. quidã cõsulebat, de re iudi. & in l. si cõuenerit, de iu. om. iudi. & ĩ l. nõ videtur. ff. de iudi. non videatur præuenta. Hoc tñ esset durum dicere: quia non potest negari, quòd iudex in comparente sponte non cœperit exercere suam iurisdictionem, si aliqd est processum in causa. †Sextò adde, quòd præuẽtio quę fit per citationem, vel per litis contestationem, nõ durat, nisi durante illa instantia: unde si illa instantia sit finita, reus non dicetur præuẽtus in noua instantia, virtute illius citationis. ita dixit Guiliel. de Cu. quem refert Ang. in lege, cùm quædam puella. in princip. de iurisdi. om. iudi per ea quę habentur in l. hos accusare. §. hoc beneficium. ff. de accu. & in l. si quis repetere. ff. ad Turpil. Septimò adde secundùm Ioannẽ de Imol. hic, quòd ratio quare iurisdictio præuenitur sola citatione, & in pluribus procuratoribus, requirit litis contestatio in præoccupãdo, est, quia officium iudicis in exercenda iurisdictione est uniforme, ante litis contestationem, & post. unde iudex delegatus potest reuocari post litem contestatam, sicut ante: ut lege, iudicium soluitur. ff. de iudic. & ideo satis est, ꝙ pro citatione cœperit iurisdictionem exercere, ut videatur eã occupasse. Sed officium ꝓcuratoris habet se difformiter ante litẽ & post litẽ contestatã: quia prius põt reuocari ad placitũ mini: sed post litem cõtestatam non potest sine iusta causa. l. ante litis, de procurato. & ideo pręoccupatio attenditur tempore litis contestatæ magis, quàm ante, quia illo tempore officium eius efficitur fortius, & validius: illa tamen præoccupatio non excludit alium procuratorem ab agendo ipso iure, sed ope exceptionis: unde valeret processus factus cum eo, si non opponeretur. secundùm Ioannem And. in c. si duo. de procu. libro sexto. & adde singu. doct. eiusdem Ioã. And. in c. dispẽdia. in princip. de rescrip. lib. sexto. ubi vult, & est nouũ dictum, quòd præuentio facta per citatio. de reo operetur effectum non solùm in illa causa, sed etiam in alia inter easdẽ personas: quod utrum sit verum, non discutio nunc. Secundò principaliter adde his, quæ tangit hic Bartol. circa præoccupationem iuris, quod deducitur in iudicio: nam ipse reprehendendo distinctionẽ Petri dicit, quòd l. si quis à multis. & l. si vero. ff. de pecul. non loquuntur in actione reali, ut Petrus dicit, sed in actione personali: & hoc ego concedo, quia in quibusdam alijs actionibus personalibus fit similitudo de actio. de peculio, de quibus in dicta lege, si vero, & patet in l. inter eos. in principio. de re iudi. Præterea in l. si quis à multis. agitur actio. personali ad dandum: unde intellectus non est verus. Sed per hoc non sequitur, quòd conclusio non possit esse vera per duas leges, quas alleg. videlicet per l. is à quo. ff. de rei vendi. & per legem penul. de petitione hære. quæ hoc videtur probare. Nec ob. ratio, quam ultimo loco tangit Barto. contra Petrum, quòd non possit assignari bona ratio differentiæ: quia imo videtur posse, quoniam in actio. reali per litis contestatio. non dicitur quasi contrahi, sicut in act. personali: unde non acquiritur noua obligatio, vel nouum ius per litis contestationem, propter quod videatur posse induci noua præoccupatio: quod secus est in actio. personalibus, in quibus quasi contrahitur: ut lege tertia. §. idem scribit. ff. de peculia. & accumulat obligationem obligationi: non est ergo mirum, si ille qui virtute contestationis in actione personali corroborauit ius suum, ex noua obligatione facilius dicatur præoccupasse, quàm in actione reali. Nam illa differentia, quam assignat Bar. in sua distinctione, de qua dixi in voce, nõ videtur esse ita probabilis: dicit enim, quòd in l. penul. & in l. is à quo. ideo non fit præoccupatio litis contestatione; quia istæ causæ non possunt esse simul veræ, quoniam duo nõ possunt esse domini insolidum. Sed ego non video, quòd ista incompatibilitas causarũ inducat hic, quòd non fiat præoccupatio per litis contestationem, maxime quia præoccupatio, quę fit tali modo, non videtur fieri ex præsumptione iustitiæ agentis, sed ex maiori diligẽtia, qua debet sibi prodesse[a] iuxta regulã positam in l. pupillus. ff. de priuile. cre. Unde probabilius videtur, quod suprà dixi, sequendo distinct. Petri. & maxime, quia licet istæ duæ causæ sint incompatibiles, & forte ꝓpter hoc posset imaginari aliqua inæqualitas ad alias causas incompatibiles, econtra tamen videtur, quòd propter unã qualitatẽ facilius esset admittẽda præoccupatio in istis causis, quàm pluribus causis cõpatibilibꝰ: quia in istis ꝑoccupatio quę fieret, fit sine ꝑiudicio graui alteriꝰ, ꝓpter cautionẽ quę interponit restituẽti: ut patet in dictis iuribus, & ꝓpter ius alterius, quod non extinguitur. Sed si essent duo rei credendi ex causa lucratiua, qui non essent socij, hic ex præoccupatione fieret maius præiudicium: quia quod consequetur unus, non tenetur cõmunicare alteri: ut lege, in lege Falcidia. hoc obseruandum. infrà, ad legem Falcidiam. & notat plene per Bartolum in lege, ex duobus. ff. de duobus reis. ergo videtur concedenda præoccupatio per litis contestationem, ex quo in istis casibus minus præiudicij generatur: argumen. l. si fi. C. qui pigno. oblig. poss. & quod notatur in lege finali. C. de pactis. Secundò adde dominum Bartolum inquantũ dicit, reprehendendo Pet. quòd in lege nostra non agitur ad idem, sed ad diuersa: nam cum reuerentia videtur variare à seipso: quia inferius in distinctione sua ponit istam legem, in casu, in quo agitur ad idem ex eadem causa, intellige eadem causa speciei: sicut videtur esse de mente Bartol. & hoc est verius: quia posito sine præiudicio veritatis, quòd hic utrique legatario competeret à principio actio alternatiuæ ad rem, vel ad pretium. hic tamen præoccupatio non cõsideratur, nisi respectu eiusdem rei, videlicet ut qui prius est litem contestatus, habeat rem, & alter ab eadem re excludatur, vel respectu eiusdem pretij: ut si ille qui præoccupauit cõtestando litem, eligat pretium: alter idem pretium non possit eligere: unde quo ad effectum præoccupationis, per quem præoccupatus non excluditur ab alia re, sed ab una & eadem re, quam prior eligit, satis dicuntur istæ actiones competere ad idem, ut ipsemet fatetur in sua distinctione. unde probabiliter posset defendi distinctio Pet. potes tñ tenere quã vis. Ultimò adde, inquantum Bartol. in sua distinctione dicit, per legem, in operis. ff. locati. quòd quando plures actiones ex eadem causa competunt ad idem, sed una est prior, & alia posterior in tẽpore: tunc illa quæ est prior tẽpore prævalet. Hoc dictum, si rectè consideretur, est valde singulare: nam secundùm hanc doctrinam sequitur, quòd si sunt plures creditores habentes actiones personales ex eadem causa: verbi gratia, ex donatione, locatione, & si. quæ competant ad unã speciẽ, qui prior est tẽpore, potior erit iure: & sic multũ no. limitabitur lex, priuilegia. cum materia. ff. de priuilegijs credit. quòd non habeat locum, nisi in creditoribus ad quãtitatem, non in creditoribus unius & eiusdem speciei. Sed Baldus in dicta lege, in operis. sentit aliter, quòd ibi sit speciale in obligatione facti, quæ cohæret personæ non generaliter, in actionibus competentibus ad idem. & idem tenet Baldus singulariter allegans illam legem, in lege prima. in fine. C. locati. & ista sententia videtur esse communior, & vide Dynum, in regula, qui prior. de regulis iuris. ¶ In eadem glossa prima. & notatur, quod hic dicit Ioannes. Ista opinio prima Ioannis reprehenditur per Bartolum, & alios: quia si actio non competeret ante electionem alicui ex ipsis legatarijs: ergo non possent agendo præoccupare per litis contestationem, cuius contrarium hic dicitur. Posset tamen saluari opinio ista secundùm Angelum, intelligẽdo quòd permitteretur agi de facto: sicut in lege, si Titius. ff. de verborum obligationibus. Textus autem in lege, si res mihi. infrà, de legatis tertio. videtur velle à contrario sensu, quòd interim actio competat ad rem, si res non fuit tradita alteri collegatario. & hoc credo verius. Secunda autem opinio, quæ tangitur hic per Ioannem reprehenditur hic per Bartolum: quia si dominium esset translatum in utrunque pure, tunc tota res non posset solui uni ex collegatarijs in præiudicium dominij quæsiti alteri: cuius contrarium probat textus in dicta lege, si res mihi. & in lege, Titiæ textores. §. finali. infrà, eodem. Sed Oldradus, & Raynaldus quidem, ut refert Ioannes de Imola, nituntur sustinere istam opinionem dicendo, quòd dominium unicuique quæsitum pro parte, resoluitur altero præoccupante: sicut in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, & in casu legis finalis. C. de legatis. & retro videbitur insolidum fuisse præoccupantis. Sed ipsi non respondent ad rationem Bartoli, quomodo si dominium est quæsitum pro parte à principe, hæres potest soluere uni totum in præiudicium iuris quæsiti alteri. Si ergo vis sustinere istam opinionem, dicas, quòd solutio facta à debitore est similis litis contestatio. sicut videmus in simili casu in lege tertia. C. de nouat. unde ita videbitur facta præoccupatio per solu. sicut per litis contestationem. Ista tamen opinio nõ videtur vera: qa sicut statim dicã, etiam quãdo res legatur duobus insolidũ, qui faciunt sibi partes per cõcursum, non trãsfertur dñium pro parte in aliquẽ eorũ: ergo multominus debet trãsferri, qñ unus eorũ de necessitate est habiturus rẽ, & alter æstimatio. quia trãslatio in persona unius eorum de necessitate non habebit effectum perpetuum, sed temporalẽ, quoniam

[a] ¶ Prodesse. Et hic idem quod Aret. hoc referendo firmat d. Ias. May. hic in viij. col. versi. v. adde. Be. Vad.

niam vno præoccupāte alter perdet dominium. Sequere ergo opinio. Bartol. quòd hic duobus legatarijs competit actio personalis insolidum, sed dominium nō acquiritur alicui eorum ante præoccupa. Et quòd istud sit verum, attende: quia vt modo dixi, etiam quando duo qui vocantur insolidum faciunt sibi partes per concursum, non transfertur dominium in eos pro partibus ipso iure, imo ille cui pri⁹ traditur res, efficitur dominus insolidum, & alij postea venientes auferunt partem ab eo. Casus est singu. quem ibi notat Ange. ad hoc, a qui optime probat in l. j.ª versicul. si vero non omnes. C. de cadu. tollen. per quem tex. confunditur ibi opin. Cyn. qui dixit, quòd vnus ex legatarijs poterat non concurrentibus alijs vendicare insolidum: & sic videtur velle, quòd vno prius acceptāte in eum transferatur dominium insolidum. Sed text. requirit, quòd accipiat rem, & sic præueniat alios in tradi. vt hic dicit Angel. & bene in lectur. Paduana. Confunditur etiā opi. quam ponit ibi Bald. qui dixit, quando vocati insolidū faciunt sibi partes per concursum in vtrunq;, transfertur dominium pro parte ipso iure, per l. cùm pater. §. surdo. j. titul. proxi. quod non videtur verū, per d. versicu. & si dominium non transfertur in isto casu, vt dixi, multominus in casu præcedenti, vt suprà declaratum est. Et quia text. in princi. l. nostræ dicit, quòd quando plures vocātur coniunctim, tunc quilibet agitur pro parte, videndum est pro perfecta declaratione huius l. de quibus coniunctis intelligatur text. vtrum de coniunctis verbis tantùm, an vero de cōiunctis re & verbis. Dyn. dixit, quòd potest intelligi etiam de coniunctis verbis, & re, vt refert hic Paul. de Castro. Sed ista opinio non placet sibi aliquo modo, quia si isti essent coniuncti re, vnusquisq; vocaretur ad solidum, & facerent sibi partes per concursum, vt dictum est: ergo vnus eorum non potest vendicare partē: quia cùm vtriq; competat ius solidi à principio, ante concursum ipsorum, non esset agēdum ad partem, sed potius ad totum: vnde ipse intelligit text. in disiūctis re, & cōiunctis verbis: verbi gratia, quando legatum est duobus æquis portionibus. Tu autem ex his quæ not. Bartol. in lege, re coniuncti. in iij. quæstione. ff. de legatis iij. potes sustinere dicta Dy. dicit enim ibi Bartol. quod quando plures sunt coniuncti re & verbis, videntur vocati ad solidum, alijs non acceptantibus: sed alijs acceptantibus videntur inuitati ad partem, sed non ad solidum. Pro qua conclusione videtur casus clarus in lege, si duobus. §. finali. versicul. sed si testator. suprà eodem. iuncto versicu. etiam. seq. Tex. enim in versicul. sed etsi. proprie loquitur de coniunctis re & verbis, vt differat à casu præcedenti & sequenti, vt dicunt ibi docto. & bene. & tamē ibi dicitur, quòd collegatarij vocantur ad viriles ex voluntate testatoris: & per consequens videntur habere partes immediate à testatore. Et in hoc est differentia quædam notabilis inter coniunctos re tantum, quia vocantur ad solidum immediate ex dispositione testatoris: vt dicit text. in d. versicul. si vero non omnes. Sed ex legis dispositione, quæ fundatur super præsumpta volūtate defuncti: vt hic, & eadem l. §. si vero disiunctim. faciunt sibi partes per concursum: & ex his apparet, q; quando duo sunt cōiuncti re & verbis à principio, nō defertur vnicuiq; totum, sed pars: ex quo etiam sequitur aliud, quod filius patris transfert dominium ipso iure: vt probatur in text. nostro, in verbo, vendicet. Defertur autem totum alteri ex legatarijs, postquam alter partem suam repudiauerit, ita quòd isti non faciunt proprie sibi partes per concursum, sicut coniuncti re tantum, sed ab initio omnes vocātur ad partes, & vnus ad solidum, cæteris repudiantibus. Et hoc modo intellige quod dixi in princi. istius articul. & quia Barto. extra glossam tangit hic de modo petendi rem legatā ante præoccupationem: ideo adde dictis suis, videlicet quòd verus intellectus videtur esse, quòd æstimatio vel res, nō debeantur alternatiuè à principio, sed solùm incipit oriri ista alternatio, in qua datur facultas eligendi post præoccupationem factam ab altero, vt videntur sonare verba text. in ver. electio rei seruandæ &c. & ideo ver. tunc enim. præcedens, dicit, quòd vni assignatur pretium, & alij ipsa res: & sic respicit verba executiua ipsius legati. Et isto modo intelligendo, quòd legatū nō sit alternatiuum à principio, posset peti res legata simpliciter: quia ex quo vsq; ad litis contest. cōclusiuè obligatio non erat adhuc alternatiua, non potest dici petens rem elegisse eam litem contestando: quia electio cadit inter duo, vel plura, hic autem sola res erat in obligatione: vt dictū est. Et aduerte ad text. in l. pe. in princi. dum dicit, quòd trāslatio. inutili adiuit legatum: nam hoc limitatur singulari. per Barto. quem refert hic Paulus de Castro, in l. fina. §. fin. ff. de aur. & argen. leg. & per ista habes sufficienter declaratam legem nostram. Tetigit etiam hic Bal. & Ange. extra materiam, referendo dicta quorundam antiquorum, quòd si sunt duo inquisitores in diuersis prouincijs, & hæreticus prius habitauit in vna prouincia, deinde transiuit in aliam, quòd ille inquisitor debebit præualere in condemnatione & confiscatione bonorum, qui prius formauit processum, & citauit reū, licet alter præuenerit eū in sententia ferenda: per ea quæ dicta sunt §. in materia præoccupationis. Angelus autem hic, & in lege, si quis postea. ff. de iudi. dixit, quòd inter inquirentes de hæretica prauitate non est locus præoccupationi: vt in capite, per hoc. de hære. lib. vj. Vnde dicit, quòd cùm omnes debeant ferre sententiam simul, bona sua in vna prouincia confiscabit inquisitor illius prouinciæ, & bona sua in alia alius inquisitor: quæ vero sunt sita extra illas prouincias, pertinebunt ad cameram apostolicam. Dicit tamen se de hoc submittere determinationi canonistarum. Tu autem dic, secundùm Ioan. de Imo. & bene, quòd imo in casu nostro est locus præoccupationi, in quo non loquitur text. in ca. per hoc. vbi dicitur solùm, quòd in eadem prouincia non est locus præoccupationi inter inquisitores, & episcopum: sed inter inquisitores diuersarum prouinciarum, quorum vterq; poterat cognoscere, non negat quin possit fieri præuentio.a Inculcat autem hic in verbis suis aliam grandem quæstionem, videlicet quando bona hæretici confiscātur ipso iure, quibus applicentur post declarationem factam super crimine hæresis, si sunt in diuersis prouincijs: de qua dic vt per Ioan. And. in nouella in c. cùm secundum. de hære. lib. vj. & bene facit quod notat Bar. & Bal. post eum in l. j. in fi. de summa tri. quam etiā adducit hic Ioā. de Imo. & est longa q. de qua non est dicendum nunc, quia non pertinet.

Si eadem res.

Species sæpius legata ab eodem, non debetur nisi semel: secus si à diuersis quantitas debetur pluries ab eodem legata, si euidens est voluntas testatoris. & idem in his quæ constant pondere, vel mensura, vel numero. hoc dicit. Secunda est ibi: sed si duorum. Tertia ibi: sed si nō corpus. Quarta ibi: sed hoc ita. Quinta ibi: sed si pondus. vsq; ad §. si rem. ¶ † Nota primò ibi: sufficit quem rem. &c. quòd repetitio legati facta de eadem specie, inducit vnum plus, quàm si esset legatum factum semel: quia poterit præstari æstimatio pro re, & in dubio erit electio legatarij: iuxta notata in lege, Lucio. infrà, titulo proximo. & semper tene menti istum textum ad hoc. ¶ † Secundò nota in versiculo, eiusq; rei. iuncto versiculo præcedenti. quòd etiam si testator euidentissime velit, siue probetur euidentissime voluisse, quòd species bis legata bis præstaretur, nihilominus non debet præstari, nisi semel: hoc probat iste versiculus, necessario. iuncto ver. præcedēti. quia si diceres aliter, non esset differentia inter quantitatem & speciem: quia etiā quantitas multiplicata non debetur nisi semel, præterquam vbi euidentissime probata est voluntas testatoris b: cùm tamen iste versiculus inter ista faciat differentiam in præmissis. Et pro hoc videtur esse hic casus singul. confundens determinationem Bartoli positam in lege, si quis in fundi vocabulo. in glossa ordinaria. suprà eodem titulo. nam licet hic appareat manifeste de mente testatoris, quòd pro re voluit præstari æstimationem, quoniam ipsam rem sciebat non posse proprie bis præstari: tamen non valet dispositio testatoris. quod est semper menti tenendum, nec doctores aduertunt hic ad istum textum, Si quis tamen vellet tenere sententiam Barto. posset dicere, quòd si non attenderetur mens testatoris, legatum esset penitus inutile: sed in casu nostro non valeret, quo ad aliquid, id est quo ad ipsam speciem, per quam etiam voluit significare æstimationem. ¶ Tertiò nota in versiculo, sed hoc ita. quòd quando legatur quantitas circumscripto loco, illa quantitas consideratur vt species: sicut vidisti in lege, talis scriptura. versiculo finali. suprà eodē. ¶ † Quartò not. secundùm Ioannem de Imola, quòd in his quæ sunt iuris, respondens potest respondere per verbum, credo: vnde valet consilium, si consultor dicit, credo talem esse cōdemnandum: ad idem videtur textus in lege, quid tamen. §. si alter. ff. de arbitris. & in lege, in summa. de re iudicata. Quid autem sit in testibus, vide per Bartolum, in lege prima. ff. de ventre inspiciendo. & per cano. in c. quoties. extrà, de testibus. & ibi scripsi. ¶ † Vltimò nota ibi: id est &c. c quòd ista dictio ponitur aliquando simpliciter declaratiue: aliquando etiam putatiue: de quo credo quòd tangat Bartolus in lege, quæsitum. §. si quis fundum. de fun. instru. ¶ Extra gloss. quærit hic Dy. vtrum si testator legat rem, & eius æstimationē, valeat legatum

a ¶ In l. j. Vide do. Iaf. May. hic in ix. colū. qui referendo id quod habetur p Are. hic, dicit quòd text. in d. l. j. potest de facili euadi, quia ibi legatarij non veniunt simul p concursum, vt ibi clare dicit litera: sed hic vtriq; erat insolidū factum legatū, vt patet in illo tex. in ver. prima facie. iuncto ver. præcedenti. vnde pro conclusione Barto. & communi dic vt hic per eum, in medio d. colum. Bene Vad.

b ¶ Testōris. Et hoc idem tenet d. Alc. de Imo. Pau. de Ca. Sal. Raph. Imo. & Dy. & d. Ia. prædictos referēs hic ante me. j. col. Be. Va.

c ¶ Ibi: id est &c. De hac dictione, id est, vide plenius p eundem Are. in l. qui liberis. de vul. & pupil. & in l. iij. §. saltus. de acqui. pos. & in l. si de eo. §. si forte. eo. titu. in pe. col. Bene. Va.

in vtroq; super quo dic vt hic per Bar. qui adde secundū Ioā. de Imo. φ ideo in l. si pluribus. §. j. §. eod. testator legando rē duobus videtur etiam legare æstimationē; quia in casu prædicto res principaliter deducta in legato poterat deduci, vt duobus insolidum deberet. vnde nō est mirum, si stāte validitate legati, super eo quod fit legatum principaliter in consequētiam, vt præstatio legati possit expediri, vt etiam relicta æstimatio. Sed in casu nostro ex natura legati res quæ bis legabatur eidem, non debebatur nisi semel. vnde dicit iurisconsultus in lege, Mæuius. §. cum qui. suprà, titulo. proxi. quòd ille qui bis legat eidem, magis videtur bis loqui, quàm bis disponere. Vnde cùm super ipso, super quo disponebatur principaliter legatum non consisteret, nisi semel, non ita de facili ad validandam dispositionem inducitur hoc, vt per legatum rei videatur legata æstimatio. cùm enim res & æstimatio ipsius sint duo diuersa, secundùm veritatem, per vnum nomen appellatiuum non potuit testator significare aliud: vt dicit hic Paulus de Castro. & ego plenius declaraui in secundo nota. & feci te notare istum textum ad legem, si quis in fundi vocabulo. in principio. ¶ † Et vltra dicta Bartol. tangit hic dominus Paulus nota. quæstio. nunquid si testator à princip. reliquit partem rei, deinde in eodem testamento relinquit rem eandem, simpliciter sola pars primo legata debeatur, an vero tota res. Et adducit text. notabilē, quòd sola pars primo legata in lege, Mæuius. in principio. versiculo, sane. vbi tex. singula. infrà, de legat. secundo. Sed ad illum tex. posset responderi, quòd ideo ibi non videtur legasse aliam partem, quia illa pars primò fuerat alteri legata: ne igitur videatur reuocasse legatum factum in eadem dispositione, in qua incontinenti non præsumitur mutatio voluntatis: vt lege, nam ad ea. de conditionibus & demonstrationibus. dicemus, quòd isto respectu non videatur legasse aliam partem fundi. Præterea legatum factum primo non videtur adimi per secundum legatum, nisi fiat commemoratio primi: vt diximus in lege, si pluribus. suprà eodem. Sed ista ratio non cōcluderet: quia licet non videatur ademptum totum, posset videri ademptum pro parte, in qua legatarius concurreret cum primo: & sic fieret additio ad legatum factum prius de parte rei. Vnde prima ratio est melior: sed tamē si respicias ad tex. in dicta lege, Mæuius. in fin. vbi ponitur ratio decidendi, quare hæres legando fundum videatur legare aliam partem, quę prius non fuerat à suo testatore legata, videtur probare id quod dicit dominus Paul. nam ratio decidendi est, quia secundum legatum factum ab hærede, nullum afferret emolumētum: quæ ratio cessat, quando in eodem testamento prius est legata pars, deinde res simpliciter: quoniam etiamsi ista duo legata referrentur ad idem corpus, neutrum istorum legatorum reperitur inutile: nam reuera licet testator bis loquatur: semel tantum videtur legare: vt dicit tex. in §. cum qui. eiusdem legis. vnū autem legatum sine dubio reperitur vtile in hoc casu: & ideo conclusio videtur vera. ¶ † Secundò quærit hic Pau. de Castro: vtrum quando vna & eadem res relinquitur à pluribus hæredibus, videatur à quolibet relinqui in solidum, an vero pro portione hæreditaria. Cuius dictis adde, inquantum ipse sequendo Barto. in lege, Mæuius. §. cum qui. infrà, de legat. secundo. videtur velle, quòd quando res hæreditaria relinquitur à pluribus hæredibus, videatur relinqui ab vnoquoq; pro parte, per legem, si fundum sub conditione. §. si libertus. infrà eodem. nam vt ipse idem refert in l. si tibi homo. §. primo. infrà eodem. Cyn. sequendo Iacob. de Aret. in lege prima. §. sed vt manifestetur. C. de caducis tol. tenuit, quòd imo singuli viderentur grauati insolidum, per legem, cùm quasi. §. si plures. ff. de fideicommiss. libert. Et ad §. si libertus. respondēt quidam, quos ipse ibi refert, quòd ibi non dicitur quòd legatum non debeatur ab hæredibus in solidum, etiam pro parte patroni: sed quòd non potest vendicari, nisi pro parte illorum cohæredum: quia pro rata patroni, in qua ipse non fuit grauatus, dominium non transibit in legatarium: vnde illa rata non poterit vendicari: tenentur tamen cohæredes redimere partes patronorū: vt lege, non dubium. in fine. infrà, de legatis tertio. vel præstare æstimatio. Sed ista responsio licet sit satis colorata, nihilominus non videtur plene de mente literæ. Vnde forte potest dici, & subtilius, quòd ideo illi cohæredes ibi non videntur grauati pro rata patroni: quia vt statim ostēdam, & inter se pro eo quod restabat vltra rationem patroni, videbantur grauati pro rata eos tangente: quia fuerunt grauati simul per ista verba, quisquis mihi hæres erit. & sic in vna oratione: vnde non videntur grauati nisi pro rata, quando simul grauantur; vt patet in lege, Mæuius. §. cum qui. præallegata. Et vt testator vniformiter, quo ad omnes personas, videatur eos grauasse, dicemus quòd etiam respectu patroni & patris ipsius videantur grauati pro rata: & isto modo posset euadi ille text. & salua ri opin. Cyn. quam videtur sequi Bartol. in lege, Mæuius. §. duobus. in distinctio. sua magna. j. de legatis secundo. vbi videtur simpliciter dicere, quòd quādo res legatur à duobus hęredibus, debetur ab vnoquoq; insolidum, per leg. quid ergo. §. si duos. infrà eodem. Sed ille text. reuera loquitur, quando testator expresse voluit hæredes teneri insolidum: vnde nō facit, & multominus facit text. quem allegat Iacobus de Arena in dicta lege, cùm quasi. §. si plures. quia ibi necesse erat, quòd ab hæredibus grauatis deberetur totum: quoniam erat relicta libertas ab eis, quæ non potest præstari pro parte. Sed pro opinio. Cyn. fortius facit text. in lege, si tibi homo. §. j. j. eodem. nec potes dicere vt intelligit Bartol. & quidam alij, quòd ibi loquatur, quando non relinquitur res hæreditaria, sed alia: nam hoc videtur contra text. in dicta §. j. quem inducit ibi specialiter Paul. de Castro. dicitur enim ibi, quòd si primò grauatus soluit æstimatio. pro parte aliorum cohæredum, non potest intentari rei vendicatio. Ergo datur intelligi à contrario sensu, quòd si non fuisset soluta litis æstimatio, res posset vendicari, & sic erat res testatoris: & quia primus grauatus soluit æstimatio. liberat cæteros: ex hoc datur intelligi, φ erat obligat⁹ insolidum: aliàs quicquid soluisset vltra ratam suam, posset repetere per condictio. indebiti, & sic non liberaret cohæredes: quia vna solutio non potest parere duos contrarios effectus: vt l. qui hominem. §. finali. ff. de solutioni. Sed contra hunc intellectum fortiter facit: quia si ille primus videbatur grauatus insolidum: ergo licet solueret æstimationem, cohæredes alij non liberarentur à præstatione rei pro rata sua: sicut quando duo hæredes sunt grauati insolidum: vt lege, quid ergo. §. si duo. suprà allegat. Nisi ergo impropries illud verbum, vendicare, quòd ponatur pro actione personali, & pro petitione: sicut exponit in fine doc. in lege, non amplius. §. final. cum lege sequenti. suprà codē. & sic intelligamus illum text. quando res non erat testatoris, ex illo text. resultaret vna noua conclusio, quòd quando plures hæredes sunt grauati in diuersis orationibus per se, tenentur quidem insolidum, sed sufficit vna solutio. sicut quādo duo hæredes grauantur alternatiue: vt lege, si ex toto. §. j. suprà eodem. Secus esset, si expresse testator iussisset vnumquenq; præstare solidum: vt in dicto §. qui duos. Posses etiā tenere intellectum Barto. ad illum textum, quem ponit in dicto §. cum qui. quòd quilibet hæredum videretur grauatus pro parte. Et cùm dicitur per Paulum de Castro, quòd tunc solutio primi non pareret liberationem, potest dici, quòd pariat liberationem, si postquam detectum est, quòd ipse non debebat solus hoc legatum, & ille qui soluit, ratificet solutionem in causam communem: hoc tamē infert aliqualem violentiam literæ, quæ dicit quòd per solutionem alij sunt liberati ipso iure. Secundò adde, quòd quando à pluribus hæredibus legatur res aliena. Barto. in dicto §. cum qui. videtur velle, quòd etiam tunc hæredes videantur grauati pro rata. Sed dominus Paul. tenet hic oppositum, per rationem quam suprà proxime assignaui: quia si primus videretur grauatus pro parte, solutio non pareret liberationem cæteris. Sed posset responderi, vt modo suprà dixi in alio casu, ad minus videtur dicendum, vt suprà dixi, quòd licet primus sit obligatus insolidum, vna tamen solutio liberat omnes. tene quod vis, quia materia est difficilis & obscura.

Quod si rem. Consecutus rem legatam ex causa onerosa, vel ex causa lucratiua, habente onus annexum, tantum potest petere ex alio legato, quantum sibi abest ex prima causa, ex qua fuit consecutus rem. hoc dicit. Secunda est ibi: & multomagis. Tertia ibi: aut si sub conditione. Vltima ibi: nam hactenus. ¶ † No. primò, quòd illud non videtur quis consequi ex causa lucratiua, quod diminuitur propter onus, vel quod est restituendum alteri, quatenus onus concurrit cum legato ad grauamē de restituendo alteri, diminuit id quod est legatum. concor. tex. in lege, non amplius. in princip. & ibi plene scripsi. suprà eodem. ¶ † Secundò nota. ibi: vsque ad pretium &c. quòd ille qui emit rem sibi legatam, non videtur per hoc renunciare legato:[a] quod est verum, quando emit à tertio quodam. nam si emisset ab hærede, distinguitur: vt in lege, huiusmodi. §. qui seruum. j. codē. & ibi dicemus, referendo dicta Bart. quem refert hic Paul. de Castro in lege, qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. ¶ † Tertiò nota. quòd ille qui est consecutus

[a] ¶ Legato. Adde eūdem Areti. in l. iij. §. ex pluribus. in penul. col. de acquirē. pos. & d. Alexā. de Imo. in l. si à statuto. in princip. j. cod. Benedi. Vad.

est consecutus rem ex causa onerosa, vel ex causa lucratiua habente onus annexum, videtur posse agere ad æstimat. rei licitæ, vsque ad concurrentem quantitatem pretij vel oneris. Sed hoc reuocat hic Bartol. in dubium: nam quædam gloss. videntur velle, quòd possit peti pretium, vt dictum est: quædam videntur velle, quòd agatur ad rem, vt quis consequatur pretium solutum, vel id quod soluit pro onere, & quatenus sibi abest: quas vide hic allegatas per eum. Ipse autē concludit, quòd vterque libellus procederet per legem, si filio. in fine. & per l. illud. ff. de donationibus causa mortis. & per leg. si res mihi. j. de legat. iij. Sed dominus Paul. hic reprehendit ista dicta, dicens quòd imo res quæ fuit legata est petenda, vt quis consequatur id quod ei abest: nec est nouum istud secundùm eum, vt vnum petatur, vt præstetur aliud. allegat gloss. in leg. vinum. ff. si certum petatur. Tu vide text. in l. iij. §. si reddita. & quod ibi per Bar. ff. commo. & leg. Iulianus. §. j. & ibi plenius per Bar. ff. de verb. obligatio. bene facit text. in leg. si seruum. §. fina. de verbo. obligationi. Quòd autem æstimatio solui non possit, seu pretium: adducit ipse tex. in ratione sui in leg. debitor. in princip. j. de legat. ij. vbi iurisconsultus decidens quendam casum ibi positum, fundat se in hoc, quòd pecunia non potest peti, quia non fuit legata: ergo similiter nec pretiū hic, quod non fuit legatum. Non obst. text. in l. si illud. & in l. si filio. quia ibi agitur condictione sine causa, quæ oritur præter intentionem partium, extra id quod agitur: vt l. si is qui. in fi. ff. commo. Si actio quæ cōpetit pro legato, competit pro eo quod est legatū, & de quo est actum, vt veniret in legatum: ergo no competit pro eo, qđ nullo modo fuit legatum. Nō obst. text. in l. si res. quia quando res legatur duobus insolidum, vtrūque est in legato, res & æstimatio: vt vidisti in l. si pluribus. s. eod. Ego propter ista non recederem à sententia communi: quia æstimatio rei nō est omnino aliud ab ipsa re: vnde ille qui petit rem, potest obtinere, vt reus condemnetur in æstimatione, vel interesse: vt plene declarat Bar. in l. j. in princi. de actio. empt. allegat tex. in l. si stipulatus. ff. de fideius. Vnde alibi dixit idem Barto. not. quòd arbitrator assumptus super lite & controuersia, quæ pendet de re, potest condemnare in æstimationem: vt ipse not. in l. cum Aquiliana. ff. de transactio. Vnde non obst. text. in l. debitor. quia pecunia non comprehendebatur sub legato, neque vere neque ficte: quoniam interusurium fundi est in fructibus, non in pecunia & quantitate. Præterea ipse non aduertit, quòd responsio sua, quam facit ad l. illud. & ad l. si filio. expresse reprehenditur per Barto. in dicta, lege, si filio. quia condictio sine causa vel ob causam aliquādo competet ex eo, quod agitur, non extra id quod agitur: puta cùm fuit actum expresse res redderetur. Tene etiam menti quod tangit hic Bartol.[a] in fi. limitando istum tex. quòd pretium solutum pro re, eatenus potest repeti, quatenus est pretium iustum & commune: nam vltra illud nō potuit soluendo pretium legatarius præiudicare hæredi: vt lege, qui concubinam. §. finali. & lege, non dubium. j. de legat. iij.

Si coniunctim. Qui quando non admittitur ad partem, vel admitti speratur, facit partem pro legatario. Secunda est ibi: sed & sic &c. ¶ Not. ibi: ab initio fieri &c. Nam per hoc verbum intelligit hic Paulus de Castr. & etiam inclinat Ioan. de Imo. quòd iste tex. intelligatur, quando duo fuerint coniuncti verbis, & non re: alioquin si fuissent coniuncti verbis, & re, non vocarentur ad partes ab initio, sed facerent sibi partes per concursum: vt vidistis in l. si pluribus. s. eodem. Debes ergo intelligere, quòd testator hic legauit fundum duobus æquis partibus, quo casu sunt coniuncti verbis tantum: nam si intelligeres partes non esse distributas expresse, oporteret dicere alterum de duobus, vel quòd non facerent sibi partes ab initio, cùm essent re coniuncti: quod est contra text. vel quòd hic esset casus contra sententiam communem pro Petr. videlicet quòd quādo duo vocantur simpliciter ad eandem rem coniunctim, non dicantur coniuncti[b] re, sed verbis duntaxat. Sed Bartol. in l. re coniuncti. in tertia quæstione. infrà, de legatis tertio. dicit, quòd totaliter coniuncti ad verba vocantur insolidum: sed quo ad mentem bene vocantur ad partes, in lege, si duobus. §. finali. s. eod. titulo. Sed ista responsio non placet hic Ioan. de Imol. quia illud dicitur esse ex proprietate verborum, quod verba suo significatu important: vt lege, non aliter. de legat. iij. quasi velit, quòd de significatu verborum hoc vocentur ad partes. Sed hoc erat probandum per aliam legem, quia ista hoc non dicit, quòd tacitè & non expresse ex vi verborum vocentur ad partes: probat text. in dicta lege, si duobus. in fine. in versicu. vel si partes expressit. Vnde optime potest teneri opinio communis, etiam intelligendo textum nostrum re & verbis: & sicut ego subtiliter declaraui in lege, si pluribus. s. eodem. in hoc est aliqua differentia inter coniunctos re tantum, & coniunctos re & verbis: quia coniuncti re tantum semper ex proprietate verborum ex mente testatoris vocantur ad solidum, quæ tamen videtur esse vt postea concurrendo faciam sibi partem, ne hæres videatur grauatus duplici protestatione: argumento legis, Titiæ. §. qui in vita, infrà, titulo proximo. Sed quando duo sunt coniuncti re & verbis, quia natura copulæ est distribuere inter coniunctos id, quod in dispositione deducitur: vt in lege, reos. §. cùm in talibus. infrà, de duobus reis. ideo eligitur via media, vt à principio ex mente testatoris omnes vocentur ad partem, sicut hic dicitur. Sed quia testator partem nō expressit verbis: vt text. in dicta lege, si duobus. in fin. altero repudiante, ille qui acceptat immediate ex dispositione testatoris, per ius non decrescendi, vocatur ad totum.

8 ¶ † Secundò not. quòd legatum factum à domino seruo, videlicet aliquo modo, quod qualiter intelligatur, reuocatur in dubium: nam Bartol. hic, & glossę super verbo, testatoris. senserunt, quòd legatum sustentetur, & valeat quadam æquitate, de qua in lege, quidam. §. illo. C. de nece. ser. hære. insti. Sed hic non videtur posse dici: quia cùm illud sit ius nouissimum, iurisconsultus non potuit habere respectum ad æquitatem, de qua in prædicto §. illo. quæ fuit posterior tempore suo, sicut dicunt doctores in simili, reprehendendo glossam in lege, cum filio. suprà eodem. Oportet ergo quærere aliam solutionē. Dominus Paulus hic dicit, quòd pro isto legato competeret retentio hæredi aduersus collegatarium, qui diceret sibi accreuisse. Sed vnde competat ista retentio, vel qualiter impediatur ius accrescendi, si legatum omnino valet, & non est: ostendit regula, quæ est in oppositū, vt patet expresse in §. si duobus seq. in princi. Tu ergo dic, expediendo te breuiter, quòd istud legatum valet inspecto iure naturali: vnde oritur obligatio naturalis inter seruum & hæredem pro isto legato, quæ potest esse inter seruum & dominum: vt l. si id quod. ff. de condi. inde. & l. quibus diebus. §. dominus. de con[a] di. & demon. et quia valet respectu obligationis naturalis, non dicitur omino inutile, nec est incōueniens, quòd quia testamentum sit de iure ciuili, nihilominus hæres ex quasi contractu adeundo ex dispositione iuris ciuilis obligetur ciuiliter & naturaliter: vt patet ex notatis in l. ex hoc iure gentiū. ff. de iustitia & iure.

9 ¶ † Tertiò not. & semper tene menti, quòd quando eadem res legatur vni in primis tabulis, & alteri in secundis, per legatum secundum non videtur ademptum primum, imo sunt re coniuncti, & faciunt sibi partes per concursum: vt hic dicitur no. in l. cohæredi. §. cohæres. in fi. quem tex. not. ibi Bald. ad hoc s. de vulga. & pup. ¶ In gloss. posita super verbo, ab initio, ibi: si disiuncti. Doc. Moder. declarando istam gloss. dicunt, & bene, quo ad effectum est idem: sed quo ad ius non est idem: quia quando duo sunt coniuncti verbis, & disiuncti re, ipso iure à principio vocantur ad partes. sed quādo sunt disiuncti verbis, & coniuncti re, tūc vocantur insolidum in effectu: tamen vnusquisque cōsequitur[b] partem: vt l. j. §. si vero disiuncti. C. de cadu. tol. len. ¶ In gloss. posita super verbo, partem. Ioan. intellexit, quòd legatarius pure vocatus solùm habeat partem suam. Sed Azo, & quidam alij intellexerunt de parte collegatarij vocati sub conditione. Difficultas stat in veritate literæ: quia si sit in litera, dic, & simili. ista litera facit pro Ioā. quia ponit diuersitatem in facto, & identitatem in iure: vt l. sed & si. in prin. de peti. hære. sicut cōclusio in primo casu huius l. quando plures vocātur ad partem duntaxat, interim non possident, & non acquirant sibi partem collegatarij: ita & etiā si sunt coniuncti re, & disiuncti verbis. Sed alij libri habent dict. sed si, sine copula, quæ solet significare diuersitatem in facto, & in iure: vt l. j. §. sed & eum. ne quis eum qui in ius voca. est &c. & secundùm hoc hic esset casus pro Azo. Et ista litera videtur esse verior de iure. Et hanc opi. Azo. in legato sequūtur hic Cyn. Ray. & Bal. & communiter Mod. alleg. casum pro ea, quem adduxi in l. si pluribus. & l. j. §. si vero nō omnes. de cadu. tol. vbi probatur, quòd etiam quando plures legatarij pure vocantur, si vnus præuenit aliū in petitione, debet totum accipere: ergo multo fortius quando vnus pōt petere, & alter nō petere, qui est vocatus sub cōditione. Et licet Bart. teneat hic opi. Io. per l. si domino. j. eo. vbi videtur casus: ipsi tñ nituntur respondere ad illam l. Et primò Ange.

[a] ¶ Bar. Retenta conclusione Bart. quæ est communis, limita eā, quod verum, quando vna res esset legata: secus si duę alternatiuę, & vna esset facta creditori ex causa onerosa: nam tunc non posset agere ad pretiū, quod pro ea re dimēda exbursasset. l. si Stichū aut Pāphilum. in princi. iūcta glo. ij. quæ distinguit. de verb. oblig. limita vt per Bar. in l. Titia Seio. in prin. j. ti. proxi. Bene. Vad.

[b] ¶ Non dicantur cōiuncti. Adde quando dicātur coniūcti re & verbis, vide glo. in verbo, separatim. in l. j. & ibi doct. ff. de vsufruc. Cy. in l. j. §. vbi autem. C. de cad. tol. Bar. in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Nico. Super.

quòd ibi legatum factum seruo erat conditionale, sed non purum, quasi sentiat aliud esse in legato conditionali, & aliud puro, vt in cõditionali legatarius purus interim habeat totum, sed in puro non. Sed istud dictũ est dupliciter falsum. primò, quia licet legatum optionis sit purum, quo ad ius eligendi: est tamen conditionale, quo ad ipsam rem eligendam. ita declarat not. Bartol. post gloss. in l. si Pamphilo. ff. de opti. lega. & idem sentit hic Ioan. de Imo. licet non alleget Barto. in loco allegato. Secundò, quia vt dicit Ioan. de Imo. & bene, etiam in legato puro idem, vt ille qui præuenit alios, accipiat totum: vt patet in dicto §. si verò non omnes. Vnde ipse soluit aliter, dicens, quando iurisconsultus dicit, quòd pars pertinet ad dominum, hoc debet intelligi, quo ad effectum, quod est dicere, quòd seruo manumisso & optãte auferetur pars quæsita prius domino, & applicabitur domino: interim tamen dominus habebit totum. Sed ista est magna diuinatio ad illum tex. & maxime, quia ratio decidendi fundatur ex hoc, quia potest seruus manumitti, & optare, & acquirere sibi partem, vt ergo sola portio, & non totum acquirat domino, sufficit possibilitas acquirendi in persona serui, absq; actu acquisitionis: vnde contrarium videtur difficile. Cogitabam saluo iure melius deliberandi posse dici, quòd ideo ibi non acquiritur domino totum, sed pars: quia si acquireretur totum, licet postea seruus esset manumissus, & vellet optare, non posset abstrahere partem à domino. & hoc ideo, quia si optasset antequam manumitteretur, totũ acquireretur domino. sicut ergo in acquisitione quæ fieret domino, ex persona serui, inspiceretur tempus acquisitionis, & manumissio secuta in his prodesset seruo: vt l. quæ legata. ff. de regul. iur. & per Bartol. in lege, si filius. de verbo. obliga. ita respectu acquisitionis, quæ fit domino: quia seruus ipse propter pendentiam conditionis non potest acquirere, diceremus quòd manumissio postea secuta non prodesset seruo. Aduerte etiam: quia Bartol. dicit hæc esse vera in legato proprietatis, quæ dixit Ioan. Andr. nam in legato vsusfructus concedit, quòd legatarius pure vocatus interim habebit legatum totum per text. in lege, idem si mihi. §. primo. ff. de vsufruct. accrescen. & assignat rationem diuersitatis: quia legatum proprietatis est semper idem: vnde proprietas, quæ acquiritur collegatario tunc, qui est vocatus pure, est illa eadem, quæ debebitur legatario vocato sub conditione: ne igitur ius quod alteri potest deberi, applicetur alteri, interim non vocatur legatarius, nisi ad partem sibi pure debitam: sed in vsufructu ius vtendi & fruendi, quod est tempore aditæ hæreditatis, non est idem cum iure, quod competeret alteri legatario tempore impletæ conditionis: quia vsusfructus quotidie nascitur de nouo. Vnde iste vsusfructus est alius ab eo, qui debebitur impleta cõditione alteri. & ideo cùm nihil de iure alterius vsurpetur, ille qui vocatur insolidum, qui est coniunctus re, poterit interim totum vsumfructum habere. allegat text. in l. j. §. interdum. circa medium. ff. de vsufruct. accre. vbi iurisconsultus videtur hoc dicere, & quod habetur in lege, si Titia in annos. ij. de vsufru. lega. † Sed tu adde: quia in vsufructu reperitur duplex obligatio. vna, quæ competit ad ius constituendum in esse. alia, quæ competit ad præstandam patientiam vtendi & fruendi. & ita subtiliter declarat Bartol. in l. iij. §. earum. ff. de verborum obligatio. & tangit etiam in lege, corruptionem. C. de vsufruct. & ibi plenius per Bald. Prima obligatio habet actum momentaneum, non successiuum, ideo impletum per actum momentaneum per inductionem scilicet, in fundum: vt l. iij. §. dare. ff. de vsufruct. & respectu huius obligationis, per quam ius vsusfructus constituitur in esse, non est verum, quòd quotidie ius vsusfructus de nouo oriatur: quia semel constitutum semper durat. Secunda obligatio respicit executionem iuris constituti, id est, actus vtendi & fruendi: & illa bene habet causam successiuã, cuius respectu, licet improprie, potest dici, quòd quotidie ius vsusfructus causatur de nouo, quotidie videtur legari. Sed quia prima obligatio est principalissima, & similiter ius vtendi causatum ex ea: ideo quo ad tollendum vsumfructum, illa principalis magis consideratur. vnde fit, quòd vsusfructus nõ vtendo perdatur vniformiter spatio longi temporis, & similiter acquiratur: vt l. corruptionem. præallegata. & l. fin. in fin. C. de præscrip. longi. tempo. quod esset impossibile, si tot diceremus esse vsusfructus, quot sunt dies: quia præscriptio cœpta hodie non concluderet ad vsum dierum sequentium, si constituunt diuersum vsumfructum: sicut dicimus in pluribus obligationibus annuis, in l. si quis emptionis. §. primo. C. de præscriptionibus triginta annorum. & per Bartol. in lege, de pupillo. §. si pluribus. ff. de noui operis nunciatione. Vnde ista subtilitas non placet: sed dicendum est simpliciter, quòd quãdo duo legatarij sunt re coniuncti, vnus pure, alter sub conditione: tam in vsufructu, quàm in proprietate, pure vocatus interim habet totum. & licet Barto. adducat in contrarium l. quid ergo. in principio. in secundo responso. infrà, eodem. tamen faciliter potest responderi: quia sicut dicit ibi text. repetitio legati facta à substituto non fuit facta eo modo, quo legatum erat relictum in primis tabulis, fundus erat legatus simpliciter Titio: sed in repetitione fuit legatus coniunctim ipsi Titio, & alteri: & sic quilibet eorum vocabatur ad partem: ideo interim non habet partem alterius, sicut dicimus in hærede ex parte pure instituto: vt lege, cùm hæres. §. final. vbi optimus text. ff. de acquirenda hæreditate. & lege secunda. ff. si pars hæreditat. petat. & hoc concedunt hic doctores. ¶ Super quæstione autem de pluribus hæredibus, quorum alter est institutus pure, alter sub conditione, distingue hic per Bartolum. Petr. autem Rayne. & multi alij, quos sequitur hic Bald. & Ioannes de Imola, videntur indistincte inhærere opinio. Ioan. quòd hæres pure institutus non habeat partem instituti sub conditione: quia secundùm eos licet legatarij vocati in diuersis orationibus ad diuersam rem videãtur vocati insolidum, & faciunt sibi partes, & per conuersum: vt in lege prima. §. si vero disiuncti. C. de caducis tollendis. & lege, si pluribus. suprà eodem. & lege prima. §. interdum. ff. de vsufruct. accrescen. hoc tamen in hæredibus non est dicẽdum: ne si vnus præueniat alium in adeundo, & alius postea adeat, sequatur inconueniens, de quo tetigit hic Bald. quòd qui semel fuit hæres pro aliqua parte, desinat esse hæres, contra legẽ, ei qui soluendo. suprà, de hæredibus instituendis. Censentur ergo à principio vocati pro virilibus: vt lege, quoties. §. hæredis. suprà, de hæredibus instituendis. Sed si aliquis est institutus pro parte, interim non debetur sibi pars cohæredis instituti sub conditione: vt lege, cùm hæres. in fine. præallega. & hoc etiam fatetur Accursius: ergo semper est dicendum idem, secundùm Ioan. vt cohæres non admittatur ad partem cohæredis: nam illud quod dicit Barto. quòd interim hæres habebit partem cohæredis, non quo ad dominium, sed quo ad administrationem, non bene probatur, iure præsertim: quia textus in l. si pars hæreditatem peta. non distinguendo inter institutum ex parte, vel simpliciter, videtur dicere, quòd cohæres pure vocatus vocetur solùm ad partem suam. Bald. tamen in lege, extraneum. C. de heredibus instituendis. diffuse examinans articulum, non bene firmat pedes: nam circa principium videtur concedere distinctionem gloss. & quòd interim pure institutus sit vere hæres in totum: quia licet ex potestate hominis non possit induci, vt qui semel fuit hæres desinat esse hæres: hoc tamen potest induci ex potestate legis: sicut patet in exemplo legis antiquę. si pars hæredita. petatur. & lege, cùm quidam. §. suo. ff. de acquirenda hæreditate. Quòd autem lex hoc possit, est indubitatum: quia concedit hoc militi, vt faciat hæredes ad tempus: vt lege, miles ita hæredem. ff. de testamento militis. & probatur ista conclusio in autentica, de hæredi. & falcid. §. in omnibus. cùm glos. sua. & in lege, ex facto. §. Iulius. in vltimo responso. s. de vulga. & pupilla. & tenet Bartol. expresse in lege finali. ff. ad Tertullianum. Sed postea in fin. videtur residere in sententia Bartol. quam hic ponit, quæ est satis tolerabilis: plus tamen placet opinio Petr. quam refert hic Ioan. de Imol. vt suprà dixi. Et ad argumen. suprà tactum, est dicendum, quòd licet lex possit inducere, vt qui semel fuit hæres ipso iure, desinat esse hæres: hoc tamẽ nõ præsumitur velle, nisi expresse appareat, & aliter dispositio saluari possit. Casus est nota. in lege tertia. §. qui fideicomissaria. de hæredibus instituendis. & tenet gloss. quam sequitur ibi Ioannes de Imola, in lege finali. §. vltimo. de vulgari & pupillari.

Si duobus. Quando hæres in legato est coniunctus extraneo, totum legatum accrescit extraneo: secus si vnus ex duobus legatarijs succedat hæredi, à quo est relictum: & legatarius grauatus restituere hæredibus, videtur grauatus ei restituere pro portionibus hæreditarijs. Secunda est ibi: inde dicitur. Tertia ibi: plene si alter. ¶ † Nota primò ex principio literæ, quòd ille qui nullo iure admitteretur ad partem regulariter non facit partem: de quo plene dicemus post Bartol. in lege, huiusmodi. §. si Titio. infrà eodem. Attende tamen, quia Bartol. hic intellexit istum textum, in princip. quando isti legatarij erant coniuncti re tantum, vel re & verbis: quo casu, si alter est penitus inhabilis, alter trahit ad se totum, per ius non decrescendi. Secus dicit ipse, si isti fuissent coniuncti verbis, & disiuncti re: quia tunc portio quæ respicit hæredem, posset retineri ab hærede: alleg. tex. in §. finali. & clarius in lege, Lucius. in princip. infrà, ad Trebellianum. & hanc sententiam sequitur hic Angel. & Paul. de Castro, qui dicit ita esse intelligendum text. in §. si coniuncti. in prin. in versic. puta. s. eodẽ. Sed Ioan. de Imol. dicit, quòd istud dictum non est verum. Primò, quia iste tex. indistincte loquitur. Secundò, quia videtur esse ratio eadem in vtroq; casu, scilicet quia legatum non constitit ipso iure in persona collegatarij. Sed ad hoc posset responderi, quòd imo est diuersa ratio, quoniam coniunctus re, vel re & verbis, ex dispositione testatoris & verbis ipsius vocatur ad totum: vnde fauorabilior debet esse causa sua: vt patet etiam ex his quæ habentur in l. j. §. si vero non omnes. & §. seq. C. de cadu. tollen. vbi quo ad repetitionem oneris, fauorabilior est causa illorum, qui veniunt per ius non decrescendi, quàm per ius accrescendi, quod procedit immediate ex dispositione legis, non testatoris: vt l. si in testamento. & ibi per Barto. s. de vulg. & pup. Aduerte tamen: quia secundùm istam opi. Bartol. frustra §. si coniuncti. in d. versi. puta. dubitaretur, vtrum seruus aliquo iure admittatur ad legata: quia cùm ille tex. & ver. pręcedens secundùm omnes loquatur in coniunctis verbis tantùm, ergo etiã si legatum nullo iure deberetur seruo, posset retineri ab hærede: sicut in casu nostro. & tamen Barto. ibi dicit, ꝙ ideo retinetur, quia aliquo iure debetur seruo. Item aduerte, quia leges allega. per Bartol, vt dicit Io. de Imo, loquũtur in diuerso casu, & nihil faciunt, & vere text.

re text.j.in d.§.nihil facit.licet em̄ iuriſcōſultus ibi dicat,quòd ille qui legat fundum Titio,vt eum pro parte habeat, non videatur legare niſi partem fundi:per hoc tamen non poteſt inferri, quòd ſi duo vocantur pro partibus ad legatum in vna oratione,& in perſona,minus legatum nō valeat,illa portio nō accreſcat alteri.Sed tex.in lege,Lucius.in prin. & l.fin.§.Lucius.de leg.ij.videtur poſſe induci præſupponendo, quòd in dictis legibus fideicommiſſum videatur datū hæredi pro parte à ſeipſo,& alteri pro alia parte:dicitur enim ibi, quòd ſolùm vna pars debetur alteri: & ſic non accreſcit totum.Hoc autem poteſt elici ex verbis text.dum dicit,φ ibi codicilli pertinent ad filiam,vel vxorem,ſi reuera per iſta verba non colligitur,quòd fideicommiſſum eſſet relictum filiæ à ſeipſa:nam duplici ratione poteſt dici, quòd illi codicilli pertinent ad filiā.Primò quidē:quia vxor quæ erat fideicōmiſſaria pro parte hæreditatis,ex illis codicillis.debebat cōmunicare filiæ bona propria ex diſpoſitione teſtatoris, ſi volebat admitti ad fideicommiſſum: vnde filia ſentiebat cōmodum ex illis codicillis,pertinent etiam illi codicilli ad filiam paſsiue,inquantum in eis grauatur de fideicommiſſo. Vnde illa l.trahitur per capillos ad hoc.& magis placet opi.domi. Ioā. per iſtū text.qui indiſtinctè loquit̄,vt ibi dicit,de qua dicemus in dicto §.ſi Titius.¶ †Secundò not.in verſicul. plane.quòd quando legatum conſtitit in perſona vnius à principio,quo ad ius plenæ exactionis,licet illud ius extinguatur ex poſtfacto per confuſionem,nihilominus nō extinguitur actus retinendi:& ideo illa portio non accreſcit alteri.concor.text. in ſin.quo ad primum dictum,in leg.debitor. in princip.ff. ad Trebel. ¶ Extra gloſſ.tetigit hic Bartol.Bald. Angel. & Imol.poſt eos plures not.quæſtio.ſuper materia legitimæ filiorum.Prima eſt, vtrum ſi duo filij ſint inſtituti,& tertius exhæredatus, legitima duorum inſtitutorum ſit integra tertia totius ſubſtantiæ,an vero ſolùm duæ partes ipſi' tertię.circa quem articulum fueruntopinio.Prima fuit opi.Dyn.quam poſuit hic dicens,quòd legitima ſit integra tertia totius ſubſtantię:quia ex quo exhæredatus ipſo iure non admittitur ad partem,non facit partem alijs:vt lege,ſi poſt mortem.§.exhæredatus.ff. de contra tabu. & litera noſtra.Ex hoc infertur,quòd ſi ex pluribus filijs, qui poſſunt agere ad ſupplementum,vnus repudiauit partem ſuam, illa portio accreſceret alijs: & iſta concluſio videtur probari ſecundùm Dyn. in aui. de naturalibus ſi.ad cu.depu.§.ſi legitimorum. quem titul. pauci libri habent:vt dicunt doc.Sed Bartol.in l.pater filium.in repetitio.ſua diſtinguit ſuper iſto articulo,quòd aut filij ſunt inſtituti vniuerſaliter hæredes,& aliquis ipſorum exhæredatus:& tunc videtur, quòd portio exhæredati accreſcat alijs:quia licet exhæredatus,quo ad ſe,habeatur pro mortuo:tamen quo ad deferendum portiōnem ſuam alijs,non habetur pro mortuo:vt l.qui repudiantis.in princip.& l.ſi proponas.§. final. de inoffi.teſtamen.agitur enim hoc caſu de iure accreſcendi in hæreditate.Vnde licet iſti fratres ſint coniuncti coniunctione legali, poteſt habere locum ius accreſcendi.l. ſi ſeruus communis ab extero.ff.de acquirenda hæreditate. Aut filij non fuerunt vniuerſaliter inſtituti, ſed ſolùm in ſua legitima,vel aliqua re pro legitima ſua:& tunc ipſe concludit,quòd portio exhæredati non accreſcit alijs: quia legitima non eſt quota hæreditatis,ſed quota bonorum,ſecundùm eum:quod patet, quia debetur deducto ære alieno:vt lege,Papinianus.§.quoniam autē quarta.ff.de inoffi.teſtamen.& ſic iſti non remanent coniuncti in hæreditate coniunctione legali,ſed in quota bonorum.inter coniunctos autem coniunctione legali non habet locum ius accreſcendi:vt lege,j.& Proculo.ff.de lega.ij.& per gloſſ.& Bald.in l.j.in principio.de vſufruct.accreſcendo.ergo portio exhæredati non accreſcet fratribus, ſed remanebit penes hæredem, ſecundùm eum.Non obſtat text.allega.per Dyn. ſecundùm eum:quia in §. quod ſi legitimorum. ideo portio deficiens accreuit alijs filijs,quoniam extraneo hæredi inſtituto vltra nouem vncias extraneo non poterat relinqui: ſed ſi legitima non accreſcens filijs poteſt pertinere ad hæredes,tunc ſecus eſt, & quod legitima deferatur ibi non per ius accreſcendi,patet:quia teſtator poteſt partem exhæredati attribuere vni ex filijs,cui vult:quod non eſſet, ſi portio ipſo iure accreſceret.Nec poteſt dici iſto caſu,quòd quia ius ſupplementi ſubrogatur loco querelę, debeat ſapere eius naturam per regulam poſitam in l.j.§.hæc actio. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſ. fue. quia ad hoc reſpondet ipſe,quòd illa regula procedit,quando ius ſubrogatum competit ad idem:ſecus ſi competat ad diuerſum, cuius non eſt eadem natura:vt l.cùm in fundo.§.ſi fundus.ff.de iure dotium.& ita not. ipſe in dicto §.hęc actio. In caſu autem noſtro querela cōpetit ad hęreditatem reſciſſo teſtamento,in qua eſt ſemper locus iuri accreſcendi, vt dictum eſt: ſed ius agendi ad ſupplementum competit,non ad hęreditatem, ſed ad quotam bonorum, in qua inter coniunctos coniunctione legali non eſt locus iuri accreſcendi: vt dictum eſt. Superuenit Guilielmus de Cuneo, cuius dicta ſequitur Baldus, in iſto articulo, vbique,videlicet in lege,vnica.C.quando non petan. partes. & in autentica,nouiſsima.C.de inofficio.teſtamen.& tetigit in lege, omnimodo. in principio.C. eodem. qui dixit noua ratione, quòd filij vocantur ad totam ſubſtantiam teſtatoris in textu noſtro, quoniam filius exhęredatus habetur pro mortuo:vt lege prima §. ſi pater. de coniungendis cum emancipat. liber.ff. ergo perinde eſt, ac ſi non eſſet in rerum natura,& ſic ſolùm duo filij eſſent in rerum natura,qui vocabuntur non ex iure accreſcendi, ſed ex perſona ſua ad legitimam: nam vt d. Bald. in locis præallegatis. in exemplo poſito per Dy.& Bartol.non poteſt eſſe locus iuri accreſcendi,duplici ratione:tùm quia filij venientes ad ſupplementum veniunt diuerſo iure reſpectu portionis filij exhæredati: ſunt enim inſtituti,& filius exhæredatus ſeu portio ipſius non defertur,quaſi portio inſtituti deficiat:ergo non eſt locus iuri accreſcendi:vt lege,ſed cum patrono.ff. de bonorum poſſeſsione. & facit text. in l.ſi poſt mortem.§.liberi.verſicu.exhæredatus.ff. de contratabu.tum quia ius accreſcēdi habet proprie locum in parte deuoluta:tum quia exhæredato nunquam fuit delata aliqua portio: ergo filij inſtituti ſuccedunt in legitima tota: quia iſte habetur pro mortuo, quantum ad ius accreſcendi:vt l.j.§. ſi pater.præallega.Non ob.text.in l.qui repudiantis. & l. ſi proponas. in ſi.quia ibi filij veniunt eodē iure.itē querela erat delata filio repudianti: vnde ibi nō ſit ius accreſcēdi exhęredatione, ſed ex repudiatione:& ideo in filio exhęredato non procedit,ſed in filio repudiante,ſecundùm eum: licet ita formaliter non dicat do.Ioan.de Imo. hic patet ſequi opi. Dy. contra Barto.in ſecundo membro. Primò, quia abſurdum videretur eſſe,quòd portio fratris exhæredati applicaretur potius extraneo hæredi, quàm confratribus ſuis. Secundò, quia caſus noſter videtur eſſe ſimilis caſui l.qui repudiantis.ſæpe allegatæ.quoniam ius accreſcendi inter coniunctos coniunctione legali,videtur inductum in hęreditate potiſsime, ne quis decederet pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus:vt patet ex notatis in l.j.& iij.ff.de acquir.hæredita.Sed iſta ratio ceſſat in lege,qui repudiantis. quia ex poſtfacto teſtamentum poterat expugnari per querelam pro parte, & pro parte non:vt l. circa.ff. de inofficioſo teſtamento.ergo poterat ibi prohiberi ius accreſcendi, vel non habere locum: & tamen habet locum fauore filiorum, quod ſimiliter dicendum in caſu noſtro. Dominus Paulus de Caſtro hic dicit, quòd exhæredatio filij alij fratribus inſtitutis non debet nocere,neq; prodeſſe,ne culpa alterius redundet in lucrum vel iniuriam alterius.Vnde ipſe credit,quòd portio filij exhæredati applicetur hæredi, quando filij ſunt inſtituti ſolùm in legitima: quando autem ſunt inſtituti hæredes vniuerſales, & ſunt rogati reſtituere hæreditatem, quo caſu agitur de detrahendo legitimam de fideicommiſſo vniuerſali:quia filius exhæredatus fuit grauatus contemplatione iſtorum,non aliorum filiorum: ergo ad ipſorum commodum debet cedere iſta priuatio. allegāt gloſſam in autentica, hoc ampſius.C.de fideicommiſsis.& in corpore gloſſæ magnæ,circa medium.Tu autem potes allegare textum,& quod ibi nota Barto.in lege,cùm emancipati. §.ſi duo. de collatione bonorum. & quod habetur in l.vxorem. §.hæres.ff. de lega.tertio. & quod ponit Bartolus in lege ſecunda.§.videndum.ff.ad Tertullianum. & in lege prima.in fine.ff. de contratabulas. Sed iſta ratio non videtur multum ſtringere, quia exhæredatio hic non eſt facta vel contemplatione hæredum inſtitutorum, vel propter iniuriam eis illatam:quo caſu loquuntur prædicta iura, ſed propter iniuriā illatā teſtatori,& offenſam ipſius:vt lege,omnimodo.§.j.C.de inoffici.teſtamento. ¶ Vnde reiecta iſta opin. videndum eſt ex ſupradictis, quis melius dicat. In hac quæſtione valde difficili & dubia videt̄ poſſe concludi, quòd opin.quæ tenet in legitima eſſe locum iuri accreſcendi filio exhæredato,videtur eſſe probabilior de iure.Moueor principaliter per textum in l.ſi vt patronus.§.ex duobus.ff.de iure patrona.vbi patet, quòd in quarta quæ debetur patronis,eſt locus iuri accreſcendi:& tamen patroni ſunt coniuncti coniunctione legali: & quarta quæ debetur patrono, eſt quota bonorum,non quota hæredita. quod patet,quia patronus pro ſua quarta non tenetur ad legata:vt lege, ſi patronus.in princip. de dona.& Inſtitu.de ſucceſ.lib.§.ſinautem. quòd non eſſet, ſi eſſet quota hæreditatis: quia hæredes pro quota tenentur ad legata: vt lege prima.& lege Marcellus.infrà,ad Trebellianum. ¶ Secundò moueor: quia Bartol. non bene videtur reſpondere ad text.§. quod ſi legitimorum. nam licet ibi teſtator poſsit aſsignare partem exhæredati vni ex filijs, cui vult,per hoc non datur intelligi,quòd ſi pater non aſsignaret, portio non deferretur confratribus iure accreſcendi:quia teſtator in hoc caſu bene poſſet prohibere ius accreſcendi in legitima inter fratres,ſi vellet.Vnde dicit Barto.ſingu.in conſilio ſuo xlviij.& in dicta lege, pater.quòd ſi teſtator inſtituit filios pro legitima in certa re, & eos vetuit plus petere, per hoc videtur prohibuiſſe ius accreſcendi,& non habebit tunc locum inter fratres in legitima. Præterea licet de directo non poſſet aſsignari extraneo vltra nouem vncias per viam inſtitutionis: forte tamen potuit teſtator legare partem deficientis alicui cui voluerit.& ſic licet non poſſet relinquere per viam inſtitutionis extraneo, ſi tamen portio non accreuiſſet fratribus,adhuc poterat intereſſe teſtatoris,quòd non accreſceret,vt poſſet illam partem legare.Poſſet etiam dici,quòd quamuis de directo non poſsit relinqui vltra nouem vncias, ex iure tamen accreſcendi hæres non prohibetur accipere, ſecundùm gloſſ. in l.j.C. de ſecun.nupti.quia tamen illa gloſſ.impugnatur per Bartol.in l.j.C.quando non pe.par.ſufficit prima reſponſio.¶ †Tertiò confirmatur iſta concluſio: quia licet reuera legitima ſit quota bonorum: vt dixit Bartol. in lege,pater filium.præalleg.& in lege,gerit. de acquirenda hæreditate.& l.ex facto.la grande.de hæredi.inſtituen.tamen non poteſt negari,quòd in multis legitima non ſapiat naturam quotæ hæreditariæ. quod patet.

¶ Primò, quia debetur hodie iure institutionis: vt in auten. nouissima. C. de inofficioso testamẽto. Item quia filius potest agere cõtra debitores hæreditarios pro consecutione legitimæ, & contra singulos possessores rerum hæredita. vt plenie declarat Bart. in l. in quarta. ĵ. ad legem Falci. Item filius institutus non potest repudiare reliquam hæreditatem acceptando legitimã, nisi habeat substitutum vulgarẽ: vt l. si patronus liberto. §. quid ergo. ff. de ope. liber. & per Barto. in l. j. ff. de vulga. & pupilla. & per Cyn. & alios in l. hæres instituta. C. de impube. & aliĳs substitutio. Præterea videm⁹, quòd filia quæ est instituta in legitima, vel in re certa, admittitur tanquam hæres ad emphyteosim, ad quam vocatur filius, vt hæres, secundùm Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberti. ff. de operi. liber. & per Baldum & alios in leg. ex facto. ff. de hæredibus instituendis. videtur ergo filius institutus in legitima, & quodammodo participare partem de natura quotæ hæreditariæ, ratione cuius mixturæ potest defendi, vt in materia fauorabili: sicut est, quando legitima filiorum sit pinguior, sub dispositione simplici veniat mixtum: vt sicut inter cõiunctos coniunctione legali in hæreditate proprie sumpta, est locus iuri accrescendi, vt fatetur Barto. & omnes: ita in hoc quod participat in quibusdam naturam hæreditatis, iuxta regulam quę ponitur per Barto. & alios in l. ĳ. in princip. ff. de verborum obligatio. Bald. autem in l. j. in §. j. C. de cadu. tollen. dicit, quòd pro ista conclusione est casus in dicto §. cæterum. in auten. vt cum de appell. cogno. vbi probatur, quòd etiam si testator prohibeat, tamen suppletur relictum à testatore vsq; ad debitam legitimam. Sed hoc non est virtute iuris accrescendi, sed quia lex supplet ipso iure id quod deficit, ne testamentum euertatur: contra quam suppletionem legis testator nõ potuit disponere, iuxta regulam l. nemo potest. de lega. j. nam illa ratio, quam assignaui, cùm scriberem l. vna: quando non peten. par. quòd filĳ non vocabantur ad legitimam ex dispositione legali, ex quo erant instituti in legitima, vel in aliquo, non videtur procedere: quia licet sint coniuncti inter se coniunctione legali, ipsi tamen exhæredato sunt coniuncti, qui non fuit vocatus à testatore. Item aduerte, quia etiã illa ratio põtest euitari, quam assignat Bald. in locis s. allegatis, quòd in exemplo filĳ exhæredati non posset habere locum ius accrescendi, quia diuerso iure venit filius exhæredatus, & filĳ instituti. nam ad hoc est dicendum, quòd dicuntur venire eodem iure, respectu coniunctionis legalis, per quam omnes pariformiter vocãtur ad legitimam, ex l. dispositione: quæ quidem coniunctio legalis non est sublata, licet nouum vinculum sit ei adiectum, vel nouum ius, ex quo est vinculum necessitatis. vnde magis dicuntur filĳ habere ex prouisione l. quàm testatoris: vt l. j. §. si impuberi. ff. de col. bo. & l. si arrogatur. in fi. ff. de adop. facit optime text. in l. Papi. §. si quis impubes. ff. de inoffi. testa. & inde est, quòd pater non põt grauare filiũ in legitima: vnde adhuc remanet coniunctio legalis, propter quam filĳ veniunt eodem iure. Sed illa secunda ratio, quam s. retuli ex mente Bald. videtur esse difficilior ad soluendum: quia cùm portio nõ fuerit vnquã delata exhæredato: intellige de eo, qui est iuste exhæredatus, & non habet querelã, non potest considerari in ea ius accrescendi. † Sed ad hoc potest dici, saluando communem sentẽtiam, quòd quia legitima dicitur quasi debita filio, etiã viuente patre: vt l. ratio. de bo. dam. & per Bart. in l. fin. ff. de libe. agno. satis dicatur delata portio filio, saltem quo ad speciem, quæ in filio est considerabilis de iure: vt l. nec ei. §. fina. de adop. & per Barto. in l. is potest. ff. de acquiren. hæredi. vnde dicemus hunc filium exhæredatum, priusquam exheredaretur, esse similem instituto hæredi sub conditione, cuius conditio si deficit, vel si ipse morit̃ viuente testatore, sine dubio in eius portione habet locum ius accrescendi: vt patet in l. j. C. de cadu. tollen. vt potes dicere, & melius, ꝙ imo portio fuit aliquando delata filio exhæredato: quia cùm exhæredatio non sumat effectum, nisi ab adit. hęreditate: vt l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de contra tabul. & l. ĳ. §. si filius. de liberis & posthu. s. antequam hęreditas sit adita, sicut filius non desinit esse suus, illa potuit videri portio sibi delata, licet illud ius postea sit extinctum cõfirmata exhæredatione. ¶ Et quia Moder. post Bald. & Angel. hic tractant aliquas not. & vtiles quæstiones, adde ad primam, inquãtum si sunt quatuor filĳ instituti, & vnus exhæredatus, quanta sit legitima institutorum: & concludunt sequendo Bartol. in l. pater filium. quòd legitima erit semis: secus dicunt si filius esset frater minor,[a] vel aliter ipso iure inhabilis. Adde quòd idem est, si essent quinque filĳ, & vnus ex eis repudiaret portionem suam, secundùm Bald. qui ita not. declarat in l. j. §. in primo: C. de caducis tollendis. Ad secundum dictum adde, quod not. Barto. in l. j. in fin. C. quando & qui. quarta pars debe. libr. x. & in l. j. in fin. §. fin. in fin. quæstio j. de contra tabu. Et vtrum plures filĳ nati ex vno filio, qui succedunt vnà cum patrono in hæreditate aui, augeant quantitatem legitimæ, sicut si essent plures filĳ: vide Bald. in leg. Papinia. §. quoniam autem. in fin. ff. de inof fic. testamen. Secundò principaliter adde, inquantum hic tangunt, vtrũ portio filiæ quæ renunciat in vita patris, accrescat fratribus: nam Bald. hic tangendo quæstio. dicit, quòd quæstio est dubia, propter id quod dictum est superius, vtrum inter coniunctos coniunctione legali sit locus iuri accrescendi. Et attento hic dubio, qui vidistis superius communiter conclusum, quòd sic esset dicendum, quòd accresceret ista portio fratribus, & per consequens quo ad personam filiæ, augeret quotam legitimæ, ex quo portio sua est in consideratione. Sed quod maius dubium facit in materia est, quia filia nõ renunciat simpliciter, imo videtur recipere legitimam in dote: vnde ex quo semel ipsa recepit portionẽ suam legitime, sine dubio illa portio non debebitur fratribus. & ita decidit Bald. expresse, quem ibi non allegat in filia repudiante, in l. vna. C. quãdo non peten. par. Hoc etiam sequitur Ioan. de Imo. hic, quatenus dos recepta concurreret cum legitima, sed quatenus legitima esset vltra dotem, tunc restaret illa sola prima dubitatio, an inter coniunctos coniunctione legali esset locus iuri accrescendi. Ego cùm scriberem in l. j. C. quando non peten. par. dixi simpliciter sequendo sententiam Bal. quòd portio filiæ non accrescit filĳs: nam absurdum videtur esse, quòd pro aliqua parte ipsius filiæ habeat locum ius accrescendi, & pro aliqua non: ne vna & eadem res diuerso iure censeatur. per l. eum qui edes. cum materia. ff. de vsuc. Sed huic rationi posset responderi, quòd alia portio non censetur diuerso iure: quia etiamsi illa vacaret, accresceret fratrib⁹. ideo autem non accrescit, quia cẽsetur soluta filiæ in dotem. Vnde forte ista opinio posset sustineri: & pro veritate huius decisionis vide quod not. ponit Barto. in l. j. in fin. ff. de contra tabul. vbi determinat, quòd si filius qui excludit filiam ex forma statuti, renunciat hæreditati paternæ cum iuramento in vita patris, aliquo recepto pro portione sua, perinde obstat filiæ, acsi totaliter successisset. Vñ ista opi. plus placet, quàm opi. domi. Pau. de Castro, qui hic distinxit, quòd aut filia renunciat viuẽte patre, & tunc tota legitima integra pertinet ad masculos, quia tempore mortis testatoris nulla portio debebatur filĳs: & sic potest facere partem fratribus: & ex hoc etiam sequeretur, quòd filia nõ augeret quotam legitimę, ex quo tempore non computatur in numero filiorum, quo ad legitimam. Nam cum reuerentia potest responderi, quòd licet filię non debeatur legitima in vita patris, pater tamen potest eam soluere voluntarie filię in vita sua: sicut declarat Barto. in leg. Stichus. ff. de peculio legat. & notat Baldus in autentica, si captiui. C. de episcopis & clericis. † Pręterea legitima licet non debeatur filię in vita patris, debetur tamen sibi dos: quia pater tenetur dotare filiam: vt lege, obligamur. § lege. & quod ibi nota. de actionibus & obligationibus. & sicut filia si ipsa succederet in legitima, teneretur sibi imputare dotem: vt lege, quoniam nouella. C. de inofficio. testamen. & l. illud. C. de colla. ita si fratres petant legitimam tanquam portionem filię: aliàs sequeretur absurdum, quòd hæres defuncti grauatur propter eãdem partem legitimę duplici pręstatione: argum. legis, Titia. §. qui in vita. ff. de leg. secũdo. Aut filia renunciat hęreditatem paternam post mortẽ: & tunc dicit ipse, quòd illi acquiretur portio sua, cuius contemplatione filia renunciat: videtur autem renunciare in dubio contemplatione illius, cui facit renunciationem: alleg. text. nota. & Baldum ibi in lege, si actio. C. de pactis. Hoc tamen est limitandum, nisi renunciatio facta vni videretur facta contemplatione aliorum, propter presumptam ęqualitatem affectionis: verbi gratia, cùm fit vni ex fratribus. ita consuluit Dyn. consilio xiĳ. quem refert & sequitur Baldus in lege, pactum quod dotale. C. de collatione bonorum. vbi punctualiter allegat dictã legẽ, si actio. Adde principaliter, & quartò, inquantum Angel. hic, quẽ sequitur Ioannes de Imola, dicit, quòd si sunt tres filĳ, & vna filia dotata, quę excluditur à successione ex forma statuti, illi tres filĳ habebunt tertiam integram. Item si sunt quatuor filĳ, & vna filia similiter dotata, non augebitur propter filiam, quę non potest succedere ex forma statuti: quia cùm ipsa filia non possit succedere ab intestato, nulla sibi debetur legitima facto testamento: qa legitima est tertia portio, vel

[a] ¶ Esset frater minor. Adde cle. exiui de paradiso. de verbo. signi. Nicol. Superan.

tio, vel dimidia eius, quod quis esset habiturus ab intestato: vt leg. cùm
quæritur. & l. parentibus. C. de inoffi. testamen. & in auten. de trien. &
semis. §. j. alleg. Ange. gloss. per hoc in l. Papi. §. vnde si quid. in versicu.
sextans. de inoffi. testamen. Adde quòd idem tenuit Angel. per d. glos.
in eadem l. in §. quoniam autem quarta. & in d. §. vnde si quis. vbi dicit
se ita consuluisse, & verum est, quia ita declarat ipse prolixe in consilio
suo ccxciiij. & ista videtur esse communis sententia. Sed Bald. not. in l.
vnica. §. in primo. C. de cadu. tollen. in fin. quæstio. manifeste tenet con
trarium, dicens, quòd filia quę debet dotari vt excludatur à statuto, nō
penitus exclusa à sua legitima, quam videtur habere in dote sibi con-
stituenda, vel constituta: & ideo facit partem fratribus. & ex hoc seque
retur duplex conclusio contraria præcedenti. Prima, quòd si essent tres
filij, & vna filia, non admitterentur ad totam tertiam partem. Secunda,
quòd si essent quatuor filij, & vna filia, filia augeret quantitatem legiti
mæ, ex quo admittitur ad partem, & facit partem fratribus. & ista opi.
est multum ęqua. De iuris autem subtilitate difficultas stat in hoc, vtrū
quando filia debet dotari ex forma statuti, dos quæ datur sibi surroge-
tur loco legitimæ. Et est subtilis quæstio, in qua variatum est per do-
ctor. & si tenemus opinio. Cyn. & Bartol. quam posuit Cyn. in l. sanci-
mus. C. de nupt. & Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. j. de condi
tio. & demonstra. quòd dos non surrogetur loco legitimæ, licet detra-
hatur quo dam æs alienum per se, vera est opi. Angel. & domin. Ioan.
hic posita. Si autem sequeremur opinio. aliorum, de quo tangit singul.
Ioan. Andr. in additio. Specula. in rubric. de statu monacho. & Bald. in
l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. & Salyc. in dicta lege, sanci-
mus. tunc vera esset opi. Bald. in dicto §. in primo. quam ego sum secu-
tus, licet eam non allegauerim tunc in l. vna. in vltimis verbis. C. quan-
do non peten. par. dic ergo vt communiter tenetur in dictis locis. Vlti-
mò adde ad illam quæstio. quam tangit hic Bald. & Angel. & Moder.
quando mater fuit instituta in aliqua re pro sua legitima, & extraneus
vniuersaliter, & fratres testatoris præteriti turpi persona non instituta,
quanta sit legitima matris: nam Bartol. in leg. pater filium. Bald. & An
gel. hic, & Ioan. de Imo. tenent, quòd legitima matris sit tertia portio,
non totius substantiæ, sed portionis quam esset habitura ab intestato,
& eorum rationes prosequere vt hic per eos. Adde tamen Bald. in au-
tenti. nouissima, in fin. C. de inoffi. testamen. & in dicta leg. j. §. in pri-
mo. pręallegato. videtur sequi opinio. Iaco. Butri. qui tenent cōtra præ
dictos, & ad argumen. istorum cùm dicunt, quòd legitima est tertia por
tio eius, quod quis esset habiturus ab intestato, nititur respondere in
auten. nouissima, quod est tertia portio eius, quod quis posset habere ab
intestato rebus sic stantibus, & se habentibus, prout se habent ex testa-
mento. Cùm ergo stante testamento fratres totaliter excludantur: se-
quitur quòd legitima matris debet esse tertia integra: quia si fratres nō
extarent, res esset in causa intestati: sine dubio mater succederet insoli-
dum. Non tamen bene firmat pedes in dicta autenti. nouissima. sed
ista videtur esse quędam fallacia, cum reuerentia: nam secundùm hoc ha
beremus dicere in simili, quòd filia exclusa à statuto à successione in-
testati, stantibus masculis, posset dicere testamentum nullum. Præte-
rea quòd extranei essent hæredes instituti, & non filij, ita quòd filij es-
sent exclusi: nam rebus sic se habentibus ab intestato filia succederet,
non obstante statuto: iuxta not. per Barto. in l. j. in fin. ff. de contratab.
& tamen communiter tenetur oppositum in l. Gallus. §. quid si tantū.
ff. de liberis & posthum. Præterea ista limitatio non probatur iure per
l. cùm quæritur. & leges suprà allegatæ intelliguntur rebus sic se habē
tibus ab intestato, sicut se nunc habent ex testamento: quo facto fra-
tres nullo modo admittuntur. Vnde sequere communem sententiā,
quæ est verior: & adde ad materiam singulare verbum Bald. quod ipse
posuit in autenti. præterea. C. vnde vir & vxor. vbi voluit, quòd inter
neniētes diuerso iure, de iure ciuili sit locus iuri accrescendi: quod tamē
communiter non tenetur. ¶ In gloss. posita super verbo, hæredes. ibi:
video grauare institutum in xj. hanc lecturam videtur hic approbare
Bartol. & si vera est, continet vnum singulare & pulchrum dictum, li-
mitans l. qui filiabus. in fine. cum l. sequen. in fine. suprà eodem. secun-
dùm Paulum de Castro. ibi enim dicitur, quòd prælegatum factum vni
ex eo hæredibus videtur factum à seipso, & ab alijs cohęredibus: quod
videtur limitandum, quando est factum vni, vt dixi. Sed quando est
factum prælegatum eiusdem rei omnibus, siue omnibus simpliciter,
videtur factum vnicuique pro rata obtinente ad cohæredem, non pro
sua: & habet istud legatum vtilitatis, quando hæredes sunt ex dispa-
ribus portionibus instituti. Secus si essent æqualiter instituti: quia
tunc daret vnusquisque, quantum acciperet, & econtra, & sic præ-
legatum esset inutile: iuxta legē, ab omnibus. §. primo. infrà eodem.
secundùm docto. Sed ista lectur. licet approbetur per Bartol. non pla-
cet sibi: quia sic deberet esse in text. hæredem vnciæ vncias xj. habi-
turum: sed in textu communiter habetur, hæredem vnciarum: quæ
verba sunt pluralis numeri, nec possunt adaptari ad vnam vnciam so-
lam: vt lege finali. infrà, ad Trebellianum. ergo videtur quòd ista lectu-
ra non procedat. Præterea vltra ipsum ista lectura non bene refer-
tur ex primo, siue referas ad primum dictum, siue ad secundum. Sed ta-
men iste versicu. inde dicitur. est illatio ex pręcedentibus: nam primum
dictum continet, quòd legatam relictum hæredi à seipso: vnde ex eo
infertur hoc, quod nunc dicitur, quòd legatum factum modo isto videa-
tur factum pro partibus hæreditarijs, & multo minus potest fieri illatio
ex secundo dicto, in quo agitur de iure accrescendi: quia secundùm hūc
intellectum de iure accrescendi non agitur in isto ver. inde. Vnde præ-
fatus doctor ponit tertiam lectu. quam dicit esse Petri de Bella Pertica,
prout ipse repetit in apostillis suis, videlicet quòd legatum isto casu est
inutile in personam omnium hæredum: vnde hæres institutus in xj. vn
cijs, retinebit eas iure hæreditario, & institutus in vncia similiter illam
vnciam in re prælegata: & secundùm hunc intellectum hic est casus sin-
gu. & vnicus, quòd licet quando legatur vni ex cohæredibus, videatur
legatum ab ipso, & ab alijs cohæredibus suis, & sic prælegatum valet
pro parte cohæredis: secus tamen est, quando legatur simpliciter eadem
res omnibus hæredibus: nam tunc videbitur legatum vnicuiq; factum,
vt illud percipiat pro portione sua, & non à cohærede: & secundùm
hunc intellectum bene fit illatio ex primo dicto, quod quia legatum fa-
ctum hæredi à seipso non valet, & ideo in isto casu non valebit disposi-
tio prælegati, & proprie stabit tex. in ver. vnciarum. Sed iste intellectus
videtur esse rationabilis: nam cùm testator præsumatur scire iure, non
est verisimile quòd voluerit facere dispositionem nugatoriam: sicut di-
cunt Moder. in d. l. si quis filio. s. eod. in princip. in gloss. posita super ver
bo, ijsdem. nemo enim præsumitur eligere viam, per quam infringa-
tur sua dispositio: si verba ita possunt interpretari, vt res magis valeat,
quàm pereat: vt l. ij. s. de testa. mili. & l. quoties. cum si. de reb. du. Præ-
terea nullo modo potest assignari bona ratio diuersitatis, cur quando prę
legatum fit vni ex pluribus cohæredibus, videatur relictum etiam à co-
hæredibus suis: & secus sit, quando prælegatum fit omnibus hæredibus.
Vnde potest dari tertius intellectus ad istum tex. per quem fit illatio ad
ambo dicta præcedentia, isto modo, dicendo quòd quando testator duo-
bus hæredibus dispariter institutis prælegauit prædium, videtur eos ad
æquales portiones inuitasse: sicut videntur inuitati coniuncti in legato:
vt l. si pluribus. s. eodem. Vnde ille qui erat institutus in vna vncia, pro
illa vncia non capit dimidiam iure prælegati, sed pro quinq; vncijs dun-
taxat: alter autem institutus in xj. vncijs, sex vncias non capit iure præ
legati, quia debentur sibiipsi à seipso: & ideo illæ sex vnciæ accrescunt
collegatario, & sic habebit v. vncias iure proprio in legato, & sex vncias
iure accrescendi: septima autem vncia, quæ explebit duodecimam, perti-
nebit ad institutum in vj. vncijs: quia illam vnciam debet habere à cohæ
rede: & sic optime fiet illatio ad ambo præcedentia dicta, & ampliabitur
secundum dictum præcedens positum in prin. §. vt dicamus, quòd non
solùm quando legatum in persona vnius est totaliter inutile, habet lo-
cum ius accrescendi in fauorem collegatarij, sed etiam quando pro par-
te est vtile, et pro parte est inutile, pro ea rata pro qua est inutile accrescet
collegatario. Iste tamen intellectus infert aliqualiter violentiam literæ,
inquantùm oportet exponere verbum, vnciarum, pro vncia, in numero
singulari: & credo, quòd si inspiceretur originale Pandectarum verè, ita
reperiretur scriptum: quia huic intellectui optime consonat illatio ex
præcedentibus, & etiam nihil inducitur contra regulas iuris: sicut in in-
tellectibus præcedentibus. Quid autem si relinquitur omnibus hæredi-
bus ab vno, tangit hic Paul. plene, de quo vide in l. ab omnibus. vel in
princip. j. eod.

Si ita Titio. Quando verba diriguntur ad legatarium, ele-
ctio alternatiua pertinet ad eum, & appella-
tione fundi continetur pars fundi duntaxat, quando ita constat ex dispo
sitione testatoris. h. d. cum §. seq. ¶ † Not. primò, quòd licet alternatiua
summarum, quando datur electio debitori, minor summa sit præcisa in
obligatione: vt l. stipulantem. §. si stipulante. & l. si stipulatus fuerim de-
cem aut xv. ff. de verb. ob. & l. si ita relictum. §. fina. j. ti. proxi. & econtra
si electio datur creditori, sola maior summa sit in obligatione: vt in
dictis iuribus nota. & tangit do. Paul. hic, non tamen ita in alternatiua
speciei, quæ ponitur inter totum & partem integralem: est enim vsusfru
ctus pars integralis ipsius fundi, & plenæ proprietatis: vt solenniter de-
clarat Barto. in l. qui vsumfructum. ff. de verborum obligationibus. Et
quot modis accipiatur hoc verbum, pars, vide per Barto. in l. recte dici-
mus. in fi. ff. de verb. signi. & per Bald. & Ange. in l. in rem actio. §. j. ff.
de rei vendi. Differentia autem istorum casuum est, secundùm Paul. de
Cast. & bene, in nummis & summis non cadit affectio respectu qualita-
tis, sed solùm respectu maioris numeri: vt l. nummis. de in lit. iur. ff. vn-
de l. habet voluntatem debitoris vel creditoris in alternatiua summa-
rum pro certa & explorata: sed in alternatiua, de qua in text. nostro,
potest cadere affectio respectu qualitatis: quia potest interesse mea ma-
gis habere vsumfructum fundi, quàm proprietatem, propter onera quæ
debent solui à proprietario, nisi sint valde leuia: & propter magnas ex-
pensas, quas sumit proprietarius: vt patet in his quæ habentur in l. quę-
ro. j. de vsufru. lega. & in l. si pendentes. §. si. quis. de vsufruct. & de ex-
pensa. vide per Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. & in
l. j. in fi. ff. de noui operis nunciatione. & in l. ad eum. C. de vsufruc. vbi
etiam Bald. Et idem etiam posset dici, licet Moder. non tangant, quan-
do alternatiua poneretur inter totum & partem quotitatiuam: ver-
bi gratia, lego fundum vel dimidiam eius: etiam hoc esset verum indu-

bitanter, quando legaretur certa regio fundi, in quam posset interesse legatarii, propter aliquam qualitatem cohaerentem illi parti, magis habere illam partem, quam totum. Vbi aut portio fundi legaretur, non determinata certa regione, sed pro indiuiso tertia vel quarta, tunc esset maius dubium: sed forte posset dici idem, quia legatarius esset impotens ad sustinendum onera totius fundi, & expensas, sicut dicimus s. in vsufructu: & tamen pro illa quota posset sustinere: facit optime tex. in fi. sui, in l. in fundo. ff. de rei ven. ¶ † Secundò not. ibi: duo esse legata &c. quod legatum alternatiuum non dicitur esse vnum, sed continere plura legata: quod intellige, vt plene declarat Bar. & Moder. in l. si ex toto. §. fi. & ibi dixi. ¶ † Tertiò no. ex §. sed & si quis. quod appelatione fundi[a], cōtinetur & pars fundi, pro indiuiso: dūmodo appareat etiam de mēte testatoris: & ita intelligunt hic Moder. Et licet bene gl. videatur aliter intellexisse, facit ad illam q. quam tradidi in l. serui electione. s. eo. vtrum dictum testis sit obscurū, qui deponit quod vidit Titiū talem rem possidere, nec dicit in totū, vel in parte. ¶ In gloss. posita super verbo, arbitrio. Doc. hic optime soluunt cōtraria hic in glos. de quibus plene dicemus in l. legato generaliter. j. eod. Sed extra glo. Io. de Imo. opponit fortiter de l. qui concubinam. §. j. j. de legat. iij. vbi probatur maxime in ratione decidendi, quod licet verba sint directa ad legatarium, per istud verbū, habeat, nihilominus electio non cōpetit sibi, sed debitori. i. haeredibus, de quibus ibi in tex. & soluit dupliciter, licet dubitando. Primò, quod hic testator ponit verbum imperatiui modi, habeto sibi &c. quod magis importat verba executiua, & dirigit ad legatariū, quàm in cōtrario, vbi nō est verbum modi imperatiui. Sed ista solut. non multū placet: quia licet istud verbum, habeat, possit inueniri in futuro optatiui, vel presentis subiunctiui, hic tamen accipitur sub modo imperatiuo: praecipit enim testator, vt habeat illā partem. Praeterea quātum ad modū legandi, nō est differentia, siue testator dicat, rogo, siue mādo: & sic vtatur vno modo verbi magis, quàm alio: vt patet, in l. omne verbū. C. cōmunia de lega. Vnde ipse soluit secūdo modo, quod ibi loquitur in alternatiua summarum, in qua id quod est minimū, est in obligatione: vt s. dixi in isto §. in notabilib[9]. quasi dicat, ideo debetur ibi quod est minimum, quia sumus in alternatiua summarū. Sed hoc non est bene dictū, duplici ratione. Primò quidē, quia si verbū, habeat, facit quod verba videantur directa ad legatariū, & sic ad creditorē: tunc nō deberetur id quod est minimū, sed id quod est maximū: vt s. dixi in no. Secundò, quia ibi nō est alternatiua summarū, sed diuersarum partiū vnius speciei est haereditas quoddā ius vniuersale: vt l. haereditas. ff. de peti. haere. & sic spēs quaedam: vnde perinde idē videtur esse, ac si testator alternatiue legarit hoc modo, lego tertiam, vel quartam, vel dimidiam: quo casu per ea quae diximus in notabilibus, forte nō esset idē, quod in alternatiua summarū. quia posset interesse debitoris vel creditoris praestare magis vnam partem, quàm aliam, vel accipere: licet pars quae praestatur esset maior quantitate, vel quae accipitur esset minor. Vnde ego multū dubito in solu. huius contrarij, maxime quia Iurisconsultus ibi expresse dicit, quod electio est debitoris, & sic praesupponit legatum esse alternatiuum: quod nō esset verum, si essemus in alternatiua summarū. est igitur cogitandum. Sed pro nunc saluo iure melius deliberādi, pōt dici, quod hic verbum imperatiuum ponitur personaliter: hic enim dixit, habeat sibi: vnde propter verbum, vt aliquid addat ad verbum, habeto, executio videtur directa in persona legatarij. Sed in contrario fuit positum impersonaliter. dixit enim, habeat tamen vnam partem &c. quod potest intelligi, habeat, scilicet per suam electionem, & à seipso eligendo, vel habeat, scilicet ab haerede. facit optime pro primo dicto quod habetur in leg. Titia. §. j. j. de legat. ij. & quod ponit Barto. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. in illa quaestio. quomodo compendiosa cognoscatur esse directa vel obliqua. Et pro ista solutiōe mea facit tex. in l. fideicommissa. §. si filio. j. de leg. iij. vbi probatur, quòd verbum, habeat, pōt importare dispositionem obliquam, id est, quòd quis habeat de manu alterius. Vnde Barto. dicit per illum tex. in l. centurio. in vlti. colum. de vulg. & pupil. quòd est verbum cōmune, additio eiusdem. ¶ † In gloss. posita super verbo, pro parte. not. ex tex. iuncta glos. quòd etiam ex dispositione testatoris nomen partis[b] in dubio significat dimidiam: & hoc satis innuit tex. allegatus in gloss. Hoc tamen intelligendum, nisi nomen partis proferatur cum nomine numerali: verbi gratia, vnam partem, vel duas partes: tūc enim vna pars importat vnam, vtique totius rei, secundùm Bartol. & Moder. qui ita not. declarant in l. interdum. s. de haere. insti. super quo vide omnino quod not. Ang. in l. etiam. & in l. defuncta. §. fina. ff. de vsufru. Secundò adde, quòd etiā cùm fit mentio de parte vniuersitatis, in dubio intelligitur de dimidia, secundùm gloss. not. xxviij. distin. c. priusquàm. Tertiò adde, quod nomen particulare non significat dimidiam, secundùm Bartol. in l. ij. C. quādo & quib. quar. pars de. lib. x. aliquando tamen significat minus ex mente dispositionis: super quo vide text. & quod ibi ponit Bald. in l. si quis in suo. in princi. C. de inoffi. testa. Sed aduerte, quia contra istam conclusionem multum facit tex. in l. qui concubinam. §. j. praeallegata. vbi testator relinquit, quantula portio: & tamen non debetur minima ex virtute verborum, sed quia electio cōpetit debitori, vt dixi in voce. Quartò adde, quod etiam in materia statuti & cōsuetudinis, quae est stricti iuris, verbum, portio, significat dimidiam, in c. j. de alie. feud. quem text. not. ibi Bald. ad hoc. Vltimò adde, quòd quando in dispositione l. vnà cum verbo partis adijcitur ista dictio, aliqua, legis dispositio verificatur in qualibet minima particula. glo. est not. in clemen. j. de foro competē. in verbo, parte aliqua. quàm ad hoc solenniter adducit do. Abb. in c. super eo. de eo qui cog. consan. vxo. suae. & similis glo. est in cle. j. de re. eccle. non alie. Facit optime quod ponit glo. in c. auaritiae. de elec. lib. vj. & ad materiam vide glos. not. quando nomen exprimitur in libello, in l. si in rem agat aliquis. ff. de rei vendi. & quando exprimitur in contractu, in l. tale pactum. §. fina. cum gloss. sua. ff. de pact.

[a] ¶ Appellatiōe fundi. Adde an cōprehenditur domus, vide in l. j. in §. illud. ff. de vi & vi ar. & an continuantur prata cōtigua, vide in l. Seiae. in fi. circa me. ff. de fun. instru. & an contineat petias terrae postea ēptas, vide per Bar. in l. si ita. ff. de auro & ar. lega. do in l. quod est. ff. de verb. sig. Dy. in regu. nullus pluribus. de reg. iur. li. vj. Nico. Super.

[b] ¶ Nomē partis. Adde Bart. in l. j. C. quando & quibus. li. x. d. in c. ij. de decimis. libr. vj. Abb. in c. cū sint homines. eod. tit. in antiquis. Abb. in c. super eo. de eo qui cogn. consan. vxo. suae. Phi. in c. indēnitatibus. in §. caeterum. de elect. li. vj. Nico. Superan.

SVMMARIVM.

1. Dictio, praeter, ponitur quandoque exceptiue & exclusiue: & nonnunquam ponitur inclusiue, & pro vltra.
2. Paria sunt, aliquem excipere, & obscure & inepte excipere.
3. In materia fauorabili sub simplicibus continetur mixtum, secus vero in materia odiosa.
4. Quantitas quando debetur sub ratione aestimationis rei, dicitur semper deberi respectu speciei.

Titiae textores. Si legantur diuersae species duobus, & testator nihil excipiat, ob scurae res, in quibus illae duae qualitates concurrunt, quae faciunt per se considerare diuersam speciem, sunt communes ambobus legatarijs. Secus si tutor excipiat, & clare res illas: quia tunc non comprehenduntur in legato. Secunda est ibi: haec enim. Tertia ibi: quod si hic. ¶ † Nota primò ibi: praeterquam &c. ista dictio, praeter, aliquando ponitur exceptiue & exclusiue: aliquando ponitur inclusiue, & pro vltra. de qua vide text. cum gloss. & ibi per doctores, in l. j. ff. de pigno. actio. ¶ † Secundò not. & semper tene menti, quòd paria sunt aliquem non excipere, & obscure & inepte excipere. concor. text. in lege, prima. §. Labeo. ff. de flu. & in l. iij. §. si duabus. j. de alimen. legat. & l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. de quo vide per Bartol. in l. j. ff. de exceptio. & etiam hic aliquid. Et antequam inducam istum text. ad quaestio. not. secundùm Bald. & Modernos. declarandum est primū, quare Iurisconsultus dicat istam exceptionem fuisse obscuram: super quo refert hic Paulus de Castro, quosdam dixisse istum textum esse obscurissimum, & non posse intelligi: ipse autem bene & eleganter declarat dicens, quòd hic iurisconsultus ponit, minorem autē omittit forte tanquam notam, & similiter consequentiam formaliter: dicit enim, quòd exceptio fuit obscura, & hoc est antecedens. Sed quomodo probetur esse obscuram, non dicit: quod erat ponendum in minori. Ipse autem hoc declarat hoc modo: quia si respicias primum legatum, testator excipit textores, quos alij non legauit: si ergo dicas, vernas & textores non deberi Titiae, quia fuerint legati Plotiae, hoc non potest dici, nisi quòd videntur legati Plotiae, quia erant vernae. Sed ista qualitas non sufficit, ad ostendendum quòd Plotiae sint legati: quia isti serui habebant aliam qualitatem, quae conueniebat verbis primi legati, quoniam erant textores: vnde quia vtrique legatariorum conueniebat ista qualitas, non potest magis dici istos seruos duarum qualitatum videri legatos vni, quàm alteri. Et ideo exceptio relinquitur obscura: quia Plotia similiter dicet, si Titia praetendit istos seruos esse sibi legatos, quia sunt textores: & ego praetendo eos esse legatos mihi, quia sunt vernae. vnde res remanet in incerto. Et hoc declarato, inducit Bald. istum text. contra practicam aduocatorum, qui in termino dato ad excipiendum proponunt aliquas exceptiones specifice,

specifi ce, deinde adijciunt clausulam generalem, & omnes alias exceptiones, quomodolibet sibi competentes. Nam cũ ista oppositio generalis sit incerta & obscura, habetur pro non facta. Vnde infert, quòd si post termini lapsum reus opponens velit declarare de quibus exceptionibus intellexit, non audietur, sicut si nihil omnino proposuisset. Dicit tamen, ꝙ ista generalitas est vtilis, quo ad hoc quòd taliter opponens non videatur se restrinxisse solùm ad exceptiones propositas: vnde infra terminum poterit alias proponere. & hoc sequuntur Ange. & Moder. Sed ista vtilitas videtur esse nulla: quia etiamsi non fuisset facta ista oppositio in genere, sed solùm aliqua exceptio specialiter fuisset opposita, nihilominus idem esset, vt durante termino posset alias proponere: vt l. propter lit. §. primo. suprà, de excu. tut. & Institu. eod. §. si plures. vel §. si autem. Sed responde, quòd intellectus Bal. fuit bonus hic, & in l. scire oportet. §. sufficit. vbi idem dicit suprà, de excu. tutor. voluit enim dicere, quòd si aliquis proposuisset exceptionem qualificatam: verbi gratia, quòd testis dixit falsum corruptus, & non posuisset istam oppositionem generalem, videretur se restrinxisse ad probandum exceptionem propositam, cũ qualitate: iuxta l. diuus. cum materia. ff. de regu. iur. & c. licet causam. & quod ibi plene. extrà, de proba. Ponendo autem istam generalem oppositionem, nõ esset opus probare, quòd testis dixisset falsum corruptus, vbi si probaretur sola corruptio sine falsitate, aliàs sola falsitas sine corruptione, sufficienter esset probatum: quod est valde notabile ad materiam d. l. diuus. maxime quia communiter Moder. hoc approbant hic. †Sed aduerte, inquantum doct. dicunt, quòd post lapsum termini non potest fieri declaratio neque specificatio exceptionum, quæ trahatur retro ad tempus oppositionis: nam hoc videtur esse contra ea quæ not. Io. And. in tit. de test. §. nunc dicendum. ver. hoc etiam no. & Anto. de Butr. in c. licet causam. de prob. & Bal. in l. edita. in repe. Perusina. C. de eden. quos ego sum secutus, & declaraui in d. l. edita. & in l. hæredes palam. §. sed si notam. s. de testa. in quibus in effectu concludunt, quòd declaratio libelli positionũ & articulorum potest fieri post lapsum termini, & trahitur retro ad tempus propositionis: pro qua opin. facit optime tex. quem ibi not. Bald. ad hoc in l. sed & si quis. §. primo. ff. de vsufruct. vbi probatur, quòd declaratio actionis potest fieri etiam eo tempore, quo actus non potest geri. & idẽ tenuit Bal. in l. j. §. huius fundi. ff. de iust. & iu. Sed possumus distinguẽdo concordare opin. & dicere quòd aut exceptio, libellus, vel positio proposita infra terminum, non est omnino obscura: quia lex præsumit ex illis verbis, quid sit dictum ab tali ponente: cùm tamen verba possint habere alium intellectum, & tunc indubitanter procedant opin. Ioan. Andr. & aliorum, quia ista propositio non potest dici haberi pro nõ facta. Aut obscuritas exceptionis propositæ nascitur in verbis ineptis ipsius proponẽtis, ex quibus nullus potest elici sensus: & tunc vera sit opin. Bald. hic, & aliorum: quia aut dicit hic tex. hoc casu exceptio habetur pro non facta. aut exceptio est obscura, vel positio, seu articulus, quia est nimis generalis & incertus: sicut in exemplo hic posito per Bal. propono omnes alias exceptiones mihi competentes, & tunc q. est magis dubia: qa videtur ꝙ ista expositio non sit in illo iure nulla & inutilis: nam cùm reus in exceptione sit actor: vt l. prima. ff. de exceptio. & in l. exceptionibus. eod. titu. sicut libellus generalis procedit parte non opponente, vt l. si ex multis. C. de an. excep. & est glo. not. in l. si quis intentione ambigua. in glo. magna. in prima lectura. & ibi Bald. suprà, de iud. & plene in l. prima. suprà, de eden. per Bartol. & alios. ita videtur exceptio procedere, si non opponatur à parte replicando: vnde videtur, quòd libellus generalis possit declarari post terminum ratione prædicta, & etiã exceptio, sicut libellus generalis nullo assignato termino posset declarari in processu: vt dicitur in lege prima. præallegat. bene facit textus cum gloss. in lege prima. §. si qs argentum. ff. depo. & quod not. in lege, in actionibus. ff. de furt. & ideo posset dici concordando opin. ꝙ opi. Bald. hic sit vera, quando actor replicauit, & dixit hanc oppositionem generalem non esse admittendam: secus si nihil. ¶ †Tertio not. quòd in materia fauorabili sub simplicibus cõtinetur mixtum[a]: secus est in materia odiosa: vt l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adulter. & in l. si ita scriptum. s. de liber. & posthum. & tradit Bar. in l. ij. in princi. ff. de verbo. obli. & ideo in quæstio. quã hic tangunt Ray. & Bal. verior videtur determinatio Ioan. de Imol. de qua statim in voce dicam. ¶ Extra glo. induxit hic Bald. & Ioan. de Imo. hunc tex. ad not. quæst. videlicet si ex forma statuti aliquis est deputatus iudex in causis pupillorum, & alius in causis à centum libris infra, & pupillus conueniatur vel agat in causa, quæ est à centum libris infra, quis erit iudex in determinatione causæ? Et determinat per istum tex. ꝙ vterque poterit esse iudex: quia istæ qualitates sunt compatibiles in eadem causa, & in eodem subiecto: ergo vtrique competet ius, vt in text. nostro. Sed aduerte, quia ista inductio facta ex tex. nostro, concludit quòd vterque iudex simul debeat cognoscere simul: vt quidam dixerunt, per l. iurisperitos. §. pe. vel si. ff. de excu. tu. Bal. autẽ videt intelligere, ꝙ vnusquisq; possit cognoscere insolidum, & præuenire alium: quod clare dixit Cy. tenens hãc conclusionem in lege, Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthum. & ibi Bald. refert. Dominus Ioan. de Imo. hic dicit, quòd pro ista doct. Bald. facit, quod not. Bar. in l. j. C. de offi. præ. vrb. vbi dicit, quòd iurisdictio specialiter concessa vni non derogat iurisdictioni vniuersali. Ipse tamen dicit, quòd ille textus facit in oppositum: quia nisi esset reseruata specialiter iurisdicto vniuersalis, fuisset ei derogatum per iurisdictionem specialem. Tu autem dic, quòd iste articulus nihil ad propositum, de quo plene scripsi in lege, quod in rerum. §. si quis post. s. eod. nam in casu nostro istæ duę iurisdictiones non habent se vt vniuersalis & specialis, sed vt duæ specie distinctæ, & diuersæ, quæ habent se vt excedentia, & excessa, quoniam quęlibet iurisdictio dicitur specialior altera, quo ad quid, & aliquo respectu: sicut declarat Bart. in simili quæstio. in extrauagãti ad reprimen. in verbo, non obstantibus. Vnde dominus Ioan. finaliter dicit esse distinguẽdum, vt ibi per Barto. Bald. autem ponens istam quæstionem in diuersis locis, vbiq; contradicit his quæ dicit hic, diuersis tamen medijs: nam in l. executorẽ. in tertia char. C. de exec. rei iu. ipse tenet, ꝙ solus iudex pupillorum cognoscet de causa: mouentur ex eo, quia inter has duas causas illa dicitur specialior, q̃ competit & habet locum in paucioribus, & talis videtur esse causa pupillorum: quia ista ætas restringitur ad pauciores personas, quàm causa à cẽtum libris infra, ĩ qua iudex potest cognoscere respectu omnium personarum. Sed ista ratio est ridicula cum reuerentia: & ipsemet reprehendit eã alibi, videlicet in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthu. nam respectu personarum ratio est vera, sed respectu generis causarum est falsa: quia specialior est iurisdictio cognoscẽtis à centum libris infra, vt de se patet. & ideo ipse idem Bald. in l. j. ver. v. quæro. ff. de offic. consul. dicit, ꝙ cũ ista habeant se vt excedentia & excessa in specialitate, illa dicetur causa specialior, quæ habet fauorabiliorem causam, & maiorem specialitatem: & ista est causa, propter quam conceditur priuilegium ætati: quia fauor respiciens personam est maior regulariter, quàm fauor causæ: ar. l. iustissime. de ædi. edict. & quod habetur in l. j. C. quando Imperator inter pu. & viduas. Vnde solus iudex pupillorum poterit cognoscere secundùm eum, alle. quæ tradit Bart. pro decisione in d. extrauaganti ad reprimen. in verbo, non obstantibus. & per hanc rationem inclinat in hanc sentẽtiam. in dicto §. ille casus. quem alleg. & sequitur Pet. de Anch. in rubric. de regu. iur. in vj. & idem tenet in effectu in l. j. §. vbi autem. C. de cad. tollen. ibi tamen addit solum hoc verbum: quia dicit, quòd causa iudicis pupillorum est fauorabilior ex eo, quia communiter istę causæ solent committi peritioribus, ne pupilli opprimantur. cognitio autem à centũ libris infra solet committi leuioribus iudicibus: vt patet, licet ipse non alleget, in authenti. de defen. ciuitatum. § iudicare. & §. audient. & in l. placet. cum ibi not. C. de peda. iudi. Vnde fauendum est magis iurisdictioni, quæ acquirit, vel in quam p̃sumit̃ esse deputatus peritior iudex. Tu autẽ aduerte in ista materia: quia dicta Bartol. in verbo, non obstantibus. non videntur conuenienter allegari ad quæstionem nostram: nã ipse ponit ibi casum, in quo in eadem causa duæ qualitates duorum statutorum sunt incompatibiles, videlicet ꝙ ꝓcedat̃ ordinarie, & sine strepitu, & figura iudicij. Vnde tunc bene est concedendum, quòd illa causa præualet, quæ habet fauorabiliorem causam specialitatis: vt ipse ibi optime probat, & sequitur Bal. licet ipse eam non alleget, in l. hac cõsultissima. C. qui testa. facere poss. in quæstio. qualiter cęcus possit testari inter liberos. Sed iste non est casus noster, quia in vna causa non est incompatibile, quòd duo habeant iurisdictionem insolidum, vel simul: vt l. j. cum ibi not. ff. de offic. consul. & lege, Imperatores. §. magistratus. ff. ad munic. vnde alius est casus noster: & ideo Barto. met in lege, in sacris. C. de proxi. fac. scrj. libr. xij. tenet, quòd etiam iudex in causis à centum libris infra, poterat adiri in causa pupillorum, & videtur sentire quòd vterque iudex possit cognoscere: sicut dixit hic Baldus & Cy. in dicto §. ille casus.

[a] ¶ Mixtũ. Pro quo vide Dy. & do. Ias. May. Insti. de act. §. omniũ. in iiij. co. & quod p eundem in l. j. de acq. possess. circa fi. iiij. colũ. & qđ ibi dixi ĩ apost. Bene. Va.

Et ista opin. videtur verior, pro qua adduco tibi tex. valde not. cum glo. in l. prima. in fin. C. ne lice. po. maxime in ratione decidendi, in versicul. nec timeat. dicitur enim ibi, quòd quia præses prouinciæ specialiter est deputatus ad cognoscendum contra eos, qui vtuntur patrocinio potentiori, pro hoc videtur data sibi iurisdictio in personas clarissimas: quæ tamen ex priuilegio particulari concesso personæ non possunt conueniri, nisi sub certis iudicibus: vt lege prima. & ij. C. vbi sena. vel cla. & ita exponit in glos. pondero principaliter quòd hoc est ideo, quia habet specialiorem iurisdictionem respectu causæ: vnde ibi videtur casus decidẽs quæstio. pro sententia Bartol. in dicta lege, in sacris. Ille tamen text. nõ aperit, vt etiam iudices deputatis clarissimis personis illo casu possent ipsi cognoscere. Sed videtur posse distingui concor. opinio. quòd aut pupillus ipse in quæstio. nostra vult agere coram alio iudice, & hoc posset: & etiam coram iudice pupillorum, & hoc ne concessum sibi ad fauorem conuertatur ad eius odium, iuxta l. quod fauore. C. de ll. & idẽ si sponte velit conueniri coram alio iudice: si autem non sponte conueniatur, videtur quòd solùm coram iudice pupillorum posit conueniri per rationes assignatas, per Bald. in locis allegatis. Sed ista opinio videtur confundi in dicta lege prima. in fine. vbi specialitas & maior ratio causæ omnino dat iurisdictionem iudici contra eum, qui habebat iudicem specialiorem ratione personæ: prout tenet Bartol. in dicta lege, in sacris. Et ideo teneamus sententiam Bald. hic simpliciter, quæ etiam videtur esse de mente Bartol. in l. præallega. quòd ex quo istæ qualitates sunt compatibiles, licet vna sit fauorabilior altera, tamen non excludant se adinuicem: sicut videmus, quòd dispositio legis vniuersalis concurrit cum dispositione legis specialis, quando sibi non contradicent, & ad inuicem: licet secus sit, quando aduersantur sibi: vt l. prima. §. ad hoc autem edictum. & ibi per Bartolum ff. de noui ope. nuncia. In quæst. autẽ quam posuit Bart. in ver. non obstantibus. & pro decisione sua ibi allego tibi tex. valde notabilem in capitulo primo. extrà, de iuramẽ. calum. dicitur enim ibi, quòd cùm essent duæ ll. quarum vna dicit, quòd principalis cogitur per se iurare de calumnia, & alia quòd clericus prohibetur omnino iurare, ista secũda præualet primæ: vnde clericus non tenetur iurare per se de calumnia, quamuis istæ ll. habeant se vt excedentia & excessa: quia vna est specialior respectu causæ, & alia respectu personę. quia restringitur ad clericum tantùm. & ista sufficiant pro isto articulo.

Nihil distat. Inter &, & cùm, non est differentia, quo ad effectum coniunctionis: & qui tenetur ad quantitatem respectu speciei, interitu speciei à quantitate liberatur. hoc dicit ☞ cum sequen. ¶ † Not. primò, quòd dictio, &, & cùm, sunt eiusdem efficaciæ, quo ad inducendam coniunctionem, & ius accrescendi: differunt tamen, quãdo ponuntur inter personas honoratas in hoc, quia si inter illas cadit ordo affectionis inuitati, per dictionem, &, videntur inuitati ordine successiuo: sed inuitati per dictionem, cùm, videntur inuitati simul: vt l. si mulieri cum Titio. ff. de vsufru. accrescẽ. & plene declarat Bald. in l. Gallus. §. quidã recte. ſ. de libe. & posthum. quem etiam hic refert domi. Paul. de Castr. Si verò istæ dictiones ponantur inter personas, quæ computantur vt res, vel inter res ipsas: tunc quæ sit differentia inter istas dictiones, vide plene per Bartolum in l. si cui fundum. infrà. de fundo instr. 4 quæ hic allega. in gloss. pro contrario. cuius dicta refert Pau. hic. ¶ † Secundò not. quòd quando quantitas debetur sub ratione æstimationis rei, semper dicitur deberi respectu speciei: & ideo specie perempta ante moram debitor liberabitur. concor. text. in lege, quidam. & ibi per Bartolũ, ĩ. eod. Hoc tamen limitat singul. Pau. de Cast. in dicto §. si tibi. dicit ẽm, quòd istud est verum, quando quantitas est incerta, quæ venit certificãda per æstimationem rei. Secus est, si quantitas quæ debetur respectu speciei sit certa: quia tunc non perĳt per interitum rei. allega. text. not. in l. vir vxori. infrà, de dote præle. vbi dicitur, ꝙ si testor prælegat certã quantitatem vxori pro dote, quã vxor habebat in mãcipĳs, licet illa mãcipia moriantur viuente marito, nihilominus quantitas debetur. Sed tu aduerte, quia ista sua conclusio videtur contra casum clarũ in lege, in naue Saufeli. ff. locat. vbi certa quantitas debebatur ex cumulo frumenti, qui erat in naui: & sic respectu certæ speciei debitor liberatur, vt ibi dicit Barto. & omnes. Præterea Barto. ibi pro ista conclusione alleg. text. qui similiter concludit hanc opin. in lege prima. C. de iure emphyteu. vbi probatur, quòd si emphyteuta tenetur ad certam quantitatem respectu rei, re perempta liberatur ab obligatione quantitatis. Vnde istud videtur expressum contra mentem Bart. in dicta lege, vir vxori. quia secundũ Bal. not. in lege, quod te. ff. si cer. peta. tunc quantitas dicitur deberi respectu certæ speciei, quo ad hunc effectum, quando ipsa species est in eadem obligatione, per quam debetur quantitas: secus si sola quantitas sit in obligatione propter speciem, quia tunc interim speciei debitor quantitatis non liberatur: alleg. text. not. in lege, hominem. ff. manda. & ita potest intelligi text. in lege, vir vxori. quia in prælegato facto vxori erat sola quãtitas, propter speciem: vnde licet actione de dote species posit peti, nõ tamen act. ex testamento tanquàm prælegata. Sed contra istam differẽtiam videtur casus in dicta l. quidã testa. §. si tibi. vbi legatari⁹ cui erat legata species, erat grauatus dare quantitatẽ alteri, vsque ad pactũ æquiualens speciei: vnde respectu illius tertĳ sola quantitas erat in obligatione, & tamen perit interitu speciei. Sed potest responderi, quòd quãtitas ibi non erat certa, sed certificanda per æstimationem rei. Vnde quæres, quæ non est, non potest æstimari, merito extinguitur legatum: sed in l. vir vxori. restringitur quãtitas, quæ tamẽ sola erat in obligatione: vt suprà dixi Sed ista solutio videtur contra text. in dicta lege, hominem. vbi patet, quòd fideiussor agebat ad pretiũ rei solutæ per se, & sic ad quãtitatem incertam, & nihilominus obligatio quantitatis non perĳt perempta specie. Sed potest responderi, quòd ideo ibi interitus speciei non liberat debitorem quantitatis: quia quantum ad ipsum debitorem, qui cõuenitur ad quantitatem, res seu species non habetur pro perempta, quoniam iam erat soluta creditori per fideiussorem: vnde quia iam debitor, pro quo erat soluta, erat liberatus, & sic erat consecutus effectum liberationis, merito nõ consideratur, si postea species perĳt penes alium, quo ad hoc vt fideiussor nõ posit habere regressum contra principalem: satis est enim, quòd & fideiussor soluendo speciem fuerit passus damnum, & debitor liberatus ex ista solutione.

Legato generaliter. In legato generis ecclesiæ. pertinet ad legatarium, ita tamen, vt nõ leget optimum: & quando testator legat certum de certis, & tamen non apparet quod sit illud, declaratio pertinet ad hæredem. hoc dicit, secundùm communem intellectum. Secunda ibi: quæ sententia. Tertia ibi: si de certo. Quarta ibi: aut ☞ si appareat. Vltima ibi: sed et si lance. ¶ † No. primò ibi: accipiat. iũcta gl. prima. sicut diximus etiam in summario, quòd in dubio electio generis subalterni pertinet ad legatarium. concor. sunt in glo. Sed quæritur pro declaratione literæ, quem intellectum habeat text. noster, cùm dicit, ne optimus vel pessimus accipiatur: nam si per verbum, accipiatur, datur intelligi, vt vult gloss, quòd electio hic pertinebat ad legatarium: tunc ridiculũ videt esse dicere prima facie, quòd legatarius ad sui pręiudiciũ nõ posit eligere pessimum: quia quilibet potest renunciare fauori proprio: vt lege, si quis in conscribendo. C. de pactis. cum alĳs simil. Vnde super hoc fuerunt opin. nam Angel. dixit, quòd quia ex mente testatoris in hoc legato generis videtur inesse homo vel seruus mediocris, optimus & pessimus, non videntur esse legati: vnde ex hoc infert, quòd aut hęres non consentit quòd soluatur pessimus, tunc legatarius pessimum nõ potest eligere: quia cùm non sit legatus inuito debitore, aliud pro alio solui non potest, seu accipi à legatario: sicut econtra inuito creditore aliud pro alio non soluitur: vt lege secunda. §. appellata. ff. si certum petatur. & nota. in autenti. hoc nisi. C. de solution. Aut hæres consentit soluere pessimum: & tunc de concordia vtriusque bene poterit solui aliud pro alio, vt in dictis iuribus. Sed docto. Mod. reprehendunt istud dictum: nam secundùm eos hoc, quòd non posit præstari pessimus ab hærede legatario, est introductum in fauorem legatarĳ: sicut econtra in fauorem hæredis est inductum, vt legatarius non posit eligere optimum. nihil allegat: sed est casus expressus in lege fina. §. sed si quis. versicu. nedum commodis. C. communia de legatis. ergo & legatarius poterit accipere pessimum, renunciando fauori suo, & hæres soluere optimum, renunciando similiter suo fauori, quando ad ipsum pertineret electio: vnde iste textus est intelligendus secundùm eos, vt ista duo verba, optimus vel pessimus, referantur ad diuersos casus, & diuersas personas: & erit sensus, quòd si electio pertinet ad hæredem, non posit soluere pessimum inuito legatario. si verò pertinet ad legatarium, non poterit eligere optimum inuito hærede, & ita videtur exponere iurisconsultus illud primum in lege, si hæres generaliter. infrà eodem. quam l. etiam adducit Ioannes de Imola hic, pro opinione Angel. facit in tex. nota. in capitulo, cui de non sacerdotali. §. final. de præbend. libro sexto. vbi dicitur, quòd si Papa mandat conferri beneficium maioris summæ, prætextu talis mandati non potest acceptari beneficium minoris summæ: & sic videtur, quòd habens gratiam non posit fauori suo renunciare, eligendo illud quod non fuit concessum. Sed illud est in dispositione, quæ strictissime interpretatur, in qua licet concedatur id quod est maius, non sequitur, ergo videtur concedi id quod est minus: vt est casus not. in lege, si pupillorum. §. primo. ff. de rebus eorum. vbi licet prætor concesserit per decretum rem pupilli posse vendi, quod est plus, non tamen potest pignorari, quod est minus. & hanc legem alleg. Bartolus, in l. Papinia. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testamen. si bene memini. Vnde opinio Modern. videtur melior. Intellectus tamen Angel. est singul. in iure, & ideo tenendus menti. ¶ † Secundò nota. ibi: actorem &c. ☞ quòd in dubio seruus qui gessit negotia domini, præsumitur esse vtilior domino, quàm cæteri, propter notitiam maiorem patrimonĳ, & rerum domini. ¶ Tertiò nota. in versicu. si de certo. iuncto versicul. seq. aut si appareat. nam videtur probari, quòd sicut in legato alternatiuo non transfertur dominium ante electión. vt lege, huiusmodi. §. qui Stichum, infrà eod. & per Bartolum in lege prima. suprà eodem. ita quando testator consensit de certa re leganda, & tamen si non appareat quæ sit illa, de qua sensit, ante declaratio. hæredis non transfertur dominium: hoc patet ex text. dum dicit, quòd hæres eliget quem velit dare: & sic apparet, ꝙ ante electio. nõ sequitur datio, id est dominĳ trãslatio: vt l. si seruũ. §. final. de verborum obligatio. & Institut. de action. §. sic itaque. quod

etiam

etiam declaratur melius ex versicu.sequen.vbi dicitur,quòd quando con
stat de quo testator senserit,fundus potest vendicari:quod non dixit in
primo casu, sicut dixit in sequenti,ratione præmissa. quod semper tene
menti.

¶ In glo.posita super verbo,vel pessimos.ibi:id quod minimum est.Hāc
glossam approbant communiter scribentes hic, sed Moder. opponunt
contra eam dictā legē,si quis argentum.in secundo responso.C.de dona.
Et pro intellectu illius legis, quam adducebat Roger. contra oppositio-
nem glos.vt hic glo.refert,debes aduertere: quia quantum ad propositū,
text.ille habet tria responsa. In primo loquitur,quando legatur certum
pondus argenti.& in isto non determinatur,quia non declaratur ibi re-
mota consuetudine regionis,cuius ligæ argentum deberetur, optimæ,
mediocris,vel minimę:& ideo Moder.inducunt hic secundum respon-
sum illius l.in quo erant legati certi redditus, & agri donatoris: & dici-
tur ibi,quòd donator non tenetur præstare,neque optimum ex fundis
suis pro isto redditu,nec etiam prętare minimum seu pessimum,sed me
diocrem fundum.& tamen secundùm Ioan.de Imol.& Paul. de Castr.
ex quo fundus minimus poterat reddere quantitatem relictam à testa-
tore,apparet quòd fundus non erat omnino inutilis,ita quòd tamen ex
pediret eum habere.Dominus Paulus de Castro per illam lecturam re-
cedit ab opi.glo.& dicit quòd non est facienda differentia isto modo:sed
solum vtrum in patrimonio testatoris sint duæ res tantùm, vel plures.
Primo casu de necessitate debetur id quod est minimū: quia inter duos,
quorum vnus est melior altero,non potest dari medium : nam id quod
est minus bonum,erit minimū ex illis duobus:& ita intelligit ipse text.
in l.apud Iulianum.§.scio.infrà eod.& in l.qui duos.s.eodem.quem in-
tellectum ad legem,qui duos.tetigit etiam Dyn.& Ioan.de Imol. Sed li
cet prima responsio ad ista duo iura sit probabilis,nihilominus ad alia nō
videtur probabilis,videlicet ad tex.in lege,qui domos.in principio.infrà
eodem.diuinat enim, & nimis restringit textū intelligendo, in casu quo
testator non habebat nisi duas domos in patrimonio,& similiter ad tex.
legis,qui concubinam.§.primo.infrà,de lega.iij.not.enim ibi constat, ꝙ
secundo tantùm hæredes essent instituti:& sic non potuerit fieri relatio,
nisi ad duas partes,cū numerus pluralis ibi positus posit comprehende-
re plures.Præterea ista positio videtur contra textum in lege,nummis.j.
de lega.iij.& in lege,cùm certū pondus.j.de vi.triti.& oleo lega.versus fi
nem.Et licet Dyn.dicat,vt refert hic Barto.in secunda parte gloss. quòd
illę leges non faciunt ad istam materiam, quia loquuntur in quantitate,
in qua semper minimum debetur: veritas tamen est,quòd faciunt opti-
me:quia inter speciem & quantitatē non est ratio differentiæ bona,quo
ad qualitatem ipsius quantitatis vel speciei in vtraq; modo se habet quā
titas. vnde iura quæ dicunt, quòd quantitas vilissimæ qualitatis potest
præstari eidem,si modo possunt adduci à specie.Dominus Ioan.de Imo.
hic sequitur distinctionem gloss.& communem sententiam,& ad tex.in
lege,si quis argentum.respondet,quòd ibi vnus inducitur in fauorem do
nationis:videlicet vt id quod debetur in genere,inducatur ad debitū spe
ciei:ergo non est mirum,si aliud inducatur contra eum:regula legis,eum
qui.ff.de iureiurand. Et vt intelligas dictum suum,non est verum,ꝙ de-
bitum promissum esset simpliciter in genere: quia quantitas debebatur
ex agris dona.vnde non erat debitum quantitatis absolutum:iuxta ea q̄
declarat Bartol.in lege,inter stipulantem.§.sacram.ff.de verbor.obliga.
& in l.quoties.§.qui maximos.ff.de publi.quia tamen debebatur ex plu
ribus possessionibus:& tūc restringitur ad vnam possessionē duntaxat.
& ideo dicitur reduci ad speciem in fauorem donatoris.Et licet ista solu
tio sit tolerabilis:nō tamē videtur esse de mente literæ in ver.Simili quo
que mō,vbi Imperator dicit,scd̄m & tertiū casum esse similes, & tertiū
casum decidit ex ratione proprie hic assignata in glo.scilicet quia si præ
staretur minimus seruus,forte expediret eum non habere:vnde ego con
siderabam,quòd si in casu illius l.appellatio fructuū intelligitur deductis
sumptibus,difficile esset aliter respondere,ꝙ dicat Io. nisi forte fundus
haberet tota tributa,ꝙ etiam deductis sumptibus,qui fiunt pro colligē
dis fructibus,donatarius nihil lucraretur:& eadem ratio esset,si fundus es
set in loco periculoso,vel pestilenti,ita ꝙ verisimiliter remanet vt pluri
mum incultus,vel satis si possunt coli,non expediret donatario accedere
ad illum fundū per se,vel per aliū. Hæc tamen sunt de raro contingenti
bus,bene, sicut dixit,tutior esset solutio do.Io.Si autē teneas,ꝙ qn̄ certa
quantitas fructuum debeat percipi ex agro,fructus non intelligantur de
ductis sumptibus:qd̄ videtur tenere Bar.in l.fructus.ff.solut.matri.licet
glo.contradixerit in l.si quis argentū.tunc responsio esset facilior : quia
possent esse plures sumptus,qui fierent in cultura & collectiōe fructuū,
quàm fructus qui colligerentur,aut saltem æquales:ita quòd non expe-
diret habere agrū.& isto modo nihil esset ibi species.

¶ In eadem glo.sed quis habeat elect.&c.quæritur pro declaratione hu
ius glo.& distinct.Ioan.quæ approbatur cōiter,quæ sit ratio differen-
tiæ inter hos duos casus.Bart.hic assignat duas rationes.Prima est mul-
tum obscura:dicit enim,ꝙ ideo competit electio legatario,quando gen⁹
est in patrimonio testatoris,quia testator legando genus videtur voluis-
se,quòd electio pertineat ad legatarium.Sed ista ratio nihil videtur im-
portare,nisi aliter exponatur:quia tūc ego quæro incontinēti,quare ma
gis testator videtur hoc voluisse in hoc casu, quàm in sequenti.Posset ta
men forte intelligi,ꝙ mens sua fuerit ista,ꝙ quia legatū generis est quę
situm legatario,ita quòd habet dominium in hoc legato,sicut si legare-
tur sibi grex,vel armentum,vel similis tenoris:ideo tanquā habēs ius rea
le in ista vniuersitate facti competat sibi facultas eligendi vnūquodque,
quod continetur sub illo genere:sicut dicimus in l.si cui.ff.de ser.ti.gene
rali.vbi conceditur electio loci legatario,qui habet ius seruitutis in toto
agro.Sed illud non videtur posse dici,duplici ratione.Primò quidem,qa
Bart.in l.Meuius.§.duobus.j.de legat.ij.in vers.iiij.opponitur.reprehen
dit illos,qui dicunt,quòd cùm legatur homo,vel similis species,illa spe-
cies generalis sit in legato:nam hoc est impossibile,& quo ad obligat. &
quo ad dominium secundùm eum:ergo non potest dici quæsitū aliquod
ius in isto genere legati.Secundò,quia istud dictum posset procedere, qn̄
omnes de genere essent legati:sed hic legatur vnum de omnibus,nō to-
tum genus:ergo videtur,quòd in toto genere non sit quæsitum aliquod
ius,maxime reale.sed imo ex genere illo indeterminato:vt declarat Bar.
in loco allega.Sed ad istud potest responderi,sustinendo hanc responsio
nem,quòd quamuis verba simpliciter contineant legatum generis incer
ti:ex mente tamen testatoris restringitur ad genus certum,& determi-
natum,scilicet ad seruos,vel ad hominęs,qui sunt in patrimonio testato
ris,si aliquos habet. Sicut ergo si testator legaret gregem vel armentum
suum,vel seruos suos,esset acquisitum dominiū ipsius vniuersitatis facti:
vt lege,si grege.& quod ibi diximus.suprà eodem. ita poterit dici in ca-
su nostro.Acquiretur autem dominium vniuersitatis non quidem ad ef
fectum consequēdi omnes quos voluit testator,sed vt ius legatarij sit po
tentius,vt ipse posit eligere vnum de pluribus.Hæc tamē subtilitas nō
placet multum:quia non reperitur,ꝙ plures serui vnius constituant vni-
uersitatem:sicut grex,vel armentum,vel turma:vnde in legato hominis
vel seruorum in genere hoc non posset habere locum.Præterea non vi-
det̄ esse de mēte testatoris,qui voluit legare vnum ex pluribus,ꝙ domi-
nium totius vniuersitatis acquiratur legatario.Vnde ibi Barto. assignat
aliam rationem,quam dicit esse iurisconsulti in l.si seruus legatus.§. non
homo.j.e.videlicet ꝙ ideo cōpetit electio legatario in primo casu,qa si cō
peteret hæredi,& non legatario,impediret̄ in legatario electio remedio
rū,qd̄ ius non patitur:vt l.cùm filius.§.varij.j.c.& Insti.de leg. §.nostra
autem.Ne ergo auferatur legatario electio in legatarijs,concederetur etiā
eius electio in rebus:& isto modo argumentatur iuriscōsultus in simili,
in l.iij.§.generaliter.ff.de eo quod certo loco.Sed ista ratio d.Bar.cum re
uerentia non videtur esse sufficiens:quia si etiam electio competat hære
di,non est verum,quòd impediatur in persona legatarij facultas eligendi
circa medium:nam poterit agere legatarius ad hominem in genere, & pe
tere assignari terminum hęredi,vt infra terminum eligat hominem,quē
vult præstare:& si non eligat,vel transfertur potestas in legatarium eli-
gendi,vt dixit Rog.vel habebitur electio pro facta in detrimentum ipsi⁹
hæredis:ita not.declarat Barto.post Iaco.de Aret.in l.eum qui certarū.
§.fina.ff.de verbo.obliga.facit quod ipse idem not.in l.si quando.§. hæ-
res.infrà eod.Primum dictum posuit originaliter Ioan.And.in addit. in
titu.de citatio.§.sequitur.versi.sed pone.in fin.additionis.Vnde ista non
videtur fuisse mens iurisconsulti,in d.l.seruus legatum.§.cùm homo.sed
potius videtur hoc sensisse,quòd sicut pro consecutione legati lex conce
dit plura remedia legatario,quæ secundùm iuris regulas non erant bene
cōpatibilia,vt fiat latior interpretatio in fauorē vltimæ volūtatis, iuxta
l.in testamentis.de regu.iur.ita etiam fuerat legatario in hoc per eandem
rationem,vt in dubio sibi videatur concessa electio rerum:& sic erit in ef
fectu eadem ratio,quæ assignatur in l.Titio.j.titu.proxi.per Bar.& alios
in legato alternatiuo,in quo in dubio electio videtur concessa legatario,
vt ibi not.In contractibus autem indubitatum est,ꝙ qn̄ aliquid promit
titur in genere,electio pertinet ad debitorē in dubio:ita probat tex.clare
Insti.de actio.§.præterea.& in c.j.de plus peti.nisi expresse electio fue-
rit collata creditori,secūdùm glo.in l.si vnus.§.generaliter.ff.de pac. Sed
ille textus potest intelligi in legato generis,non in stipulatione. Et ad-
uerte:quia si bene respicias ad illum tex.in §.præterea.& maxime ad ver.
fin.quin etiā ibi videtur clare probari,ꝙ qn̄ promissio est facta in gene-
re,siue sit facta de re,quæ etiam si sit minima potest afferre aliquam vti-
litatem,siue sit facta de homine,semper cū electio pertinet ad debitorē,
intelligatur ꝙ posit præstari id qd̄ est minimū:ponitur em̄ ibi simile ex
emplū de vtroq; genere rerū, & determinatur,maxime in ver.qd etiam.
in verbo,liberū.ꝙ in his debitor potest præstare qd̄ est minimū:nā esset
in eius libera voluntate p̄stare quod vellet,vt ibi dicitur,si teneretur præ
stare qd̄ est mediocre:illud enim respicit arbitriū boni viri:vt l.fi.§. sed
& si quis.C.cōia de leg.Præterea tex.satis dicit,ꝙ si est cōmodius hęredi,
potest præstare qd̄ est minimū:& tunc est dicendū ad §.si quis. sed qui
probat cōtrariū,quod speciale est.ibi:ne donatari⁹ decipiatur.in l.libera
litate sibi concessa.& eadem ratio est in legato,qd̄ est quædam donatio:
vt l.legatum.j.eo.Si tamen velis sequi cōem sentētiā,etiā in contractib⁹,
oportet te dicere,sed est diuinatio,ꝙ ille vers. quin etiā.nō referatur ad
primum casum,qn̄ homo est legatus in genere.Aduerte etiā,quia tex.di
cit ibi not.ꝙ si aliquid est promissum in genere,stipulator non potest a-
gere ad certum quid de genere,etiā si sit minimū in illo genere: quoniam
potest interesse debitoris frequenter,citius præstare mediocre,quàm mi-
nimum,ex eo quia habet maiorem cōmoditatē præstandi,quod est me-

diocre. & ex hoc videtur comprobari opinio Angel. quam tetigi suprà, in nota. quòd quia in legato generis videtur venire id quod est mediocre, hæres non cogatur præstare id quod est minimum, si non vult, & vere ille text. optime facit pro ista parte, quem tenebis menti. ¶ † Extra glo. tangunt hic Moder. qõ. quam posuit glo. in lege secunda. infrà, de optim. lega. quid si expresse relinquitur legatario electio vnius rei in genere subalterno, vtrum possit eligere optimum, vel potius debeat eligere mediocre? Et in effectu cõcordando opiniones, de quibus hic per eos, distinguunt, quòd aut id quod est præstandum, est in patrimonio testatoris, aut est extra patrimonium. Primo casu vera est opin. Roge. & Cy. & aliorum, quòd legatarius possit eligere optimum, vt electio expresse collata in eum, plus operetur, quàm si tacite ei concederetur: sicut videmus, quòd repetitio legatorum expresse facta, operatur plus, quàm tacita: vt l. si cui serui omnes. §. si à filio, infrà eodem. & aliquid fuit tactum ĩ lege, si quis à filio. §. si quis plures. suprà eod. Pro ista conclusione adducit ipse text. per locum à speciali in l. fi. §. sed & si quis. C. communia de lega. vbi quando facultas eligendi transfertur in legatarium de iure speciali, præter voluntatem testatoris, debet eligere mediocrem: ergo secus videtur, si competat sibi de iure communi ex expressa testatoris voluntate. Ista conclusio placet maxime per textũ in l. ij. ff. de opti. leg. quem Bartol. ibi inducit pro se: dicitur enim in primo respõso, quòd si relinquitur optio serui, potest legatarius eligere quem voluerit. postea subiungit: sed si homo legetur, arbitrium erit legatarij quem velit. Vnde pondero, quòd in primo casu vtitur verbo, voluntatis, quod importat voluntatem liberã, non regulatam arbitrio boni viri. l. fideicõmissa. §. quãq̃. ff. de lega. iij. in secundo autem casu ponitur verbum, arbitrium, quod significat arbitriũ boni viri: vt lege prima. infrà tit. prox. Vnde per ista duo verba datur intelligi, verum esse, quod not. Ioan. de Imo. ad intellectum illius legis, licet ipse non ponderet ista verba, videlicet quòd illa dictio implicatiua, sed & si, implicat idem esse in primo & secundo casu, quo ad substantiã electionis, sed non quo ad qualitatem: sicut alibi dicitur de dict. alius, in l. mutus. §. cùm quærit. suprà, de procura. & dictio relatiua, quę non semper refert substantiam & qualitatem: vt not. in lege iij. C. de negot. gest. & in l. interdum. s. de hæred. institu. In secundo casu tenenda est opinio Bartol. in gloss. in dicta lege secunda. quia si diceremus, quòd de his qui non sunt in patrimonio testatoris legatarius posset eligere optimum, nimis grauaretur hæres, si forte legatarius eligeret aliquem seruum pretiosissimum alicuius magni viri: vnde esset liberalitas captiosa, quã l. in dubium non admittit: vt lege, cum Aquiliana. ff. de transact. Et quia hic tãgitur de electione vnius ex genere, scias quòd quando est imponẽda pœna corporalis reo, & plures possunt imponi, iudex non potest concedere reo elec, vt eligat vnam quam vult: ita determinat singul. Bald. in l. j. C. de his qui ad libertatem peruenire nõ possunt.

LEgatarius. Hæredes possunt repudiare partem sibi delatam ex legato, sed non primus legatarius: & repudiato legato perinde est, ac si nunq̃ retro fuisset relictum. hoc dicit. ¶ † Nota. primò, quòd repudiatio legati non solùm trahitur retro ad tempus mortis, sicut acquisitio: sed trahitur etiam ad tempus testamenti: quia perinde est, ac si legatum non esset factum. concor. text. in lege, seruum filij in princip. infrà eod. per quæ iura ego solui difficile contrarium in lege, qui filiabus. §. fina. suprà eod. ¶ † Secundò nota. secundùm Modern. & bene, quòd quando dominium fundi seruientis acquiritur domino fundi dominantis, reuocabiliter non confunditur seruitus, neq̃ extinguitur: sicut si esset irreuocabiliter relictum: iuxta notata in lege, si communi. de serui. rustic. prædio. Reperitur tamen casus, in quo seruitus extincta resuscitatur, scilicet quando hæreditas venditur alteri per eum, qui successerat in fundo seruiẽti: vt est tex. in lege, si ei. ff. cõmu. prædio. Quid autem iuris esset, si legatum fuisset acceptatum, & fuisset postea ablatum legatario tanq̃ indigno, vide text. in simil. & quod ibi ponit Barto. in lege, propter veneni. §. ne quis. ff. ad Syl la. & in lege, heredem. & ibi per Bartolum. ff. de his qui. vt indig. Et aduerte, quia in casu posito in princi. l. nostræ. si vnus ex hæredibus legatarij repudiaret, portio eius non accresceret alijs cohæredibus, qui sunt coniuncti inuicem coniunctione legali, quæ in legatis non inducit ius accrescendi: vt lege, & Proculo. infrà titul. proxi. secundùm Bartolum, qui idem no. in l. re cõiuncti. in vlt. char. j. de lega. iij. Quod vtrum sit verum, non prosequor nunc.

SVMMARIVM.

1 Hæres præstare debet operam in persequendo seruum fugitiuum.
2 Fructus rei legatæ possunt in eodem libello deduci in quo petitur res.
3 Appellatione fructuum, nõ veniunt fructus industriales.
4 Legatum non extinguitur mutatione dominij, quando dominium transit in eum qui legauit.
5 Venditor quando pretio non soluto tradit rem, tunc de pretio fidem habere videtur, nisi aliud protestetur, & transfert dominium in emptorem.
6 Merum factum quando est in legato, ita cohæret personæ, quòd medium non transit ad patrem vel dominum, sed etiam non transit ad hæredem.
7 Feudum transit ad hæredes sanguinis, etiam si nihil dicatur.
8 Ob difficultatem præstationis, non videtur impleri legatum, nisi quando difficultas oritur, quia alienatio illius rei pendet à voluntate principis.
9 Ex qualitate dispositionis seu verborum cognoscitur quis sit furiosus.
10 Res priuatæ quæ sunt redactæ in patrimonium Cæsaris, alienari nõ possunt sine speciali mandato principis.
11 Fratres mendicantes sunt incapaces rerum immobilium.

CVm seruus. Si seruus est in fuga, vel in loco longinquo, hæres tenetur eum tradere legatario suo opere & sumptu. hoc dicit, cum princip. l. apud Iulianum. Secunda est ibi: nam & sumptum. ¶ † Not. primò, quòd hæres debet pręstare operam in persequendo seruum fugitiuum. & hoc videntur intelligere docto. & glos. expresse in secundo membro, & cùm tenetur eum persequi sumptibus suis, sicut in casu legis, si seruus legatus. in princ. j. eo. Ego aũt de hoc dubito, quia regulariter qui tenetur facere aliquid, ĩtelligitur q̃ teneatur facere suo sumptu: vt l. suo victu. & l. quę nisi. j. de oper. lib. & est regula quã ponit Bald. in l. liberti libertæq̃. C. de oper. lib. facit quod habetur in l. quoniam liberi. C. de test. in gl. & ibi per Bald. Vnde probabilius videtur dici posse, quòd eo casu quo hæres non tenetur ad sumptus, non teneatur eum persequi: & pro hoc videtur facere tex. in d. l. seruus legatus. in ratione literæ. in versicu. qm̃. ibi dicitur, quòd ideo hæres non tenetur ad sumptum, neq̃ ad peculium, quia debet pręstare rem in loco, vbi erat tẽpore testamenti, & sic videtur quòd tunc tantum teneatur, quando res fuit reducta ad locum vbi erat. ¶ Not. secundò ibi: exigatur. q̃ non solùm quãdo res est in loco longinquo potest agi ad ipsam rẽ actione personali, sed etiã quãdo nescitur vbi sit: quod est, quãdo seruus est in fuga: & sic patet, q̃ quãdo actio personalis ad rem dari est cõiuncta cum actione reali, id est, cum dñio rei, si res perit, potest agi ad ipsam rem, vt quis consequatur æstimationem: potest etiã agi ad ipsam ęstimationem: vt j. declarabitur in glo. vbi referemus dicta doc. ¶ In glo. super verbo, exigatur. ista glo. iuncta cũ tex. videtur velle, q̃ qñ seruus est in fuga, possit agi pręcise ad ipsum seruũ: sed in gl. sequẽ posita super verbo, ad hæredem. in versic. si autẽ post mortẽ. expresse dicit, q̃ hæres teneatur ad æstimationem: & sic videtur sentire, q̃ æstimatio sit petenda: vt videtur probare tex. in l. cũ res. §. itaq̃. j. eo. Bartol. hic declarans istam varietatem dicit, q̃ practica erit, vt legatarius petat æstimationẽ: sed si hæres conuentus cõpareat, & petat sibi dari terminum ad reducendũ seruum, & tradendũ, iste terminus debet ei assignari, allegat tex. in simil. in l. si constante. §. si vxor. s. solu. matr. facit quod habetur in l. ij. si ex noxa. causa agetur. Ex cuius practica semper tene menti, q̃ quãdo re perdita successit obligatio ad interesse, si petitur æstimatio per actorem, reus potest petere terminum ad perquirendam rem, vt rem tradendo liberetur ad interesse: quod est addendum ad nota. in l. stipulationes non diuiduntur. vt s. de verbo. oblig. Ang. autem hic, & Io. de Imol. dicũt q̃ legatarius põt agere ad ęstimationẽ si vult: sed si vult agere ad rẽ, & cogere hæredem vt prosequatur suo sumptu: vt hic in tex. videtur q̃ possit, vt hic videtur probari, & ista sunt verba Bart. in l. cùm res. §. itaque. j. eo. per regulam quam tangit hic, & plenius in l. stipulationes non diuiduntur. & in l. j. §. illud. de donat. cau. mortis. quæ est quãdo actio personalis ad rem dari cõcurrit cum dominio & iure reali: sicut in legatario in quem transfertur dominium rei legatæ ipso iure: tunc si res perit, succedit obligatio ad interesse. & istud optime procedit. Sed aduerte, quia Angel. & Moder. videntur sentire, q̃ hic hæres possit cogi pręcise ad persequendam rem, & reddendam. quod dictum, videtur prima facie contra regulam prædictam: quia quando res perijt, agitur ad rem in obligatione rem dari, vt reus condemnetur in æstimationem: vt l. si seruum. §. fina. de verborum obligationi. vel saltem vt fiat executio in ęstimatione. vt ibi declarat Barto. Sed potest sustineri hoc dictum, declarando hoc modo, q̃ quãdo seruus est in fuga, nondum est certum rem omnino perijsse: & ideo videtur, quòd hæres possit cogi præcise ad persequendum seruum suo sumptu, vt declaretur & innotescat iudici, vtrum res perijt, vel non: & si seruus inueniretur, fiat condẽnatio vel executio ad æstimationẽ. ita debent declarari ista dicta doct. ¶ In eadẽ glo. in verbo, ab hærede. ibi: distingue ergo &c. ista gloss. solenniter explicat suam materiam: sed tamen primũ dictum suum, dum intellexit istum textum in seruo, qui erat in fuga, vel de longinquo tempore testamenti, reuocatur in dubium per doctores: quia verum est, quòd res debet præstari legatario in loco, vbi erat tempore testamenti: vt lege, cùm res. in princip. j. eodẽ. ibi: quod legatum est. & gloss. ordina. ff. de iudic. ergo videtur, maxime quãdo seruus est in certo loco, bene longinquo, quòd debeat ibi pſtari per hæredem legatione, cogatur hæres sua opera & sumptu reducere ad locum, vbi legatarius facilius consequi posset. Barto. hic, quem sequuntur communiter docto. dicit, quòd illa regula limitatur per istum textum, ex eo quia in illis duobus casibus, de quibus hic, si sumptus pertineret ad legatarium, esset adeo magnus, quòd exinaniret legatum, & per consequens non præsumitur testator voluisse hoc onus pertinere ad legatarium. allegat textum in simili in lege, si res obligata. in secũdo responso. infrà codem. ¶ Tu vide textũ optimum, quem isti non allegant, in lege,

qui

qui concubinã.§.qui hortos[a].j.de legatis.iij. quẽ adducit Dy.
& Barto. in simili quęstio.in l.his verbis.§.idem testator.eod.
titu.facit optime quod videbis in l.si sic. §. j. j. eodem. ¶Sed
ista ratio potest intelligi dupliciter, vel quòd restringat text.
nostrum ad casum, quando esset tantus sumptus, quòd exina
niret legatum: vel quòd in his duobus casibus semper præsu-
matur esse tantus, quòd legatum euacuetur. ¶Si intelligis pri
mo modo, nimis restringis tex. qui simpliciter loquitur: hoc
tamen habet nimis absurditatis, quia l. restringitur aliquando
per rationem, & ampliatur vt l. quòd dictum. cum materia. ff.
de pac. Si autem intelligis secundo modo, tunc ista ratio non
videtur vera generaliter: quoniam duplici respectu potest con
tingere, quòd sumptus non extinguat legatum, vel quia licet
locus sit longinquus, nõ tamen est remotissimus, ita quòd non
cum multo sumptu poterit recuperari legatum. Vel quia etiã
si locus sit multum remotissimus, quantitas legati poterit esse
tanta, vel æstimatio, ꝙ legatum habebit lucrũ deducto sum-
ptu: nam locũ esse remotum vel propinquum potest conside
rari multipliciter, respectu diuersarum causarum, per quas dis
positio de loco remoto fit, vt declarat Bart. solenniter in extra
uaganti. quoniam nuper. in verbo, prouincia. & bene facit qđ
tradunt cano. in c. cũ inter vniuersas. de elect. Vnde ista ratio
non videtur generalis, nedum ad locũ remotũ, sed etiam ad fu
gam. Quid enim si seruus fugiens esset in loco vicino, ita ꝙ
cum modica inquisitione posset inueniri? Vnde primus intel-
lectus magis placet, ex quo nõ apparet alia melior: ideo & qa
vt hic vides, aliquando hæres cogitur p̃stare operam, sed lega
tarius sumptum. quod est regula. qñ quis altero petente tenet̃
præstare operam ad vtilitatem petentis: vt l. prætor. §. fina. ff.
de eden. Ideo pro declaratione eorũ quæ hic dicuntur, debes
scire primò, ꝙ istud est regulare, quando quis altero petente:
vt l. prætor. §. fin. ff. de eden. Ideo pro declaratione eorũ, quæ
adducuntur hic, debes scire primò, quòd hic est regulare, quòd
quando in præstatione reali debent fieri aliqui sumptus pro
itinere, pro equis, & similibus: verbi gratia, cùm legatur quã
titas in redemptionem captiuorum, semper isti sumptus de-
trahuntur de legato, nec pertinent ad hæredem. ita not. decla
rat Ioannes Andre. in titulo, de instrument. editio. §. si ve-
rò aliqua. in char. pen. vltima columna. vbi ponit ad hoc vnã
singularem limitationem. Secundò debes scire, ꝙ Bald. in l. j.
C. de sacrosan. eccle. in sua repetitione dixit, quòd quando te-
stator mandat restitui male ablata, vel vsuras extortas in cer-
to loco, vt legatum aliquid operetur, intelligitur ꝙ hæredes
debeant soluere suis sumptibus: & ista dicta allegant quidam
Moder. in c. cũ tu. extrà, de vsur. Istud etiam tenebis menti, ꝙ
quando quis tenetur reducere rem ad certum locum sumpti-
bus alterius, intelligitur de omnibus alijs sumptibus, præter-
quam de cibo & potu illius rei reducendæ. secundùm distin-
ctionem, quã ponit Pet. & Ange. in l. si res mobilis. in fine. ff.
de rei vendi. vbi est casus. Vbi autem aliquis ex dispositione l.
tenetur ad expensas, alter præstandi operã, intelligitur si expẽ
sæ ab eo petantur: vnde non tenetur eas sponte offerre. gloss.
est nota. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. li. vj. quã
ad hoc allegat Bart. not. in l. vna. C. ne lice. in vna eademq́ cau
sa ter. pro. in casu nostro, quando hæres tenetur præstare ope
ram, vel legatarius sumptum ex legis dispositione: vtrum te-
neatur præstare duntaxat illud, quòd plus expenderet hæres
in itinere, q̃ domi, vel integraliter totum sumptũ: vide omni
no quę not. ponit Angel. in l. sed & si. §. quod autem. in fin. ff.
de peti. hæred. Item aduerte, quia cogitaui ad intellectũ l. no-
stræ posse dici, quòd quia l. communiter taxat æstimationem
serui mediocri pretio: vt patet in l. fin. in prin. C. cõmunia de
lega. & in l. si quis argentum. Specu. alleg. in præcedenti l. pro
babiliter potest dici respondẽdo ad obiecta, quæ feci superius,
quòd quia seruus taxatur, vt dixi, mediocri æstimatione: ideo
præsumit l. quòd quando est in fuga, vel de longinquo expen
sa, aut in totum, aut in magna parte, exinaniret legatũ: & ideo
statuit ita præsumendo præsumptione iuris, & de iure, ꝙ testa
tor voluerit imponere onus expensæ hæredi: & idem est dicẽ
dum in similibus rebus, puta in animalibus, quæ communiter
non debent esse maioris æstimationis, q̃ serui. In alijs autem
rebus, quæ propter sui qualitatẽ frequenter possunt esse mul
tæ æstimationis, dicerem hoc non esse admittendũ indistin-
cte, sed solùm quatenus probaretur per legatarium, quòd ex-
sæ æquiualerent legato.

Fructus. Post moram fructus debentur legatario, & omnis commoditas proueniens occasione
rei legatę, nõ solũ percepti, sed qui percipi potuerũt ab ipso le
gatario. Secunda est ibi: & idem. Tertia ibi: in vsurarum autẽ
quantitate. Quarta ibi: ipsius quoque rei &c. Vltima ibi: item
partus. ¶ 2 †Not. primò, secundùm veram expositionem, ꝙ fru
ctus rei legatæ videntur posse deduci in eodem libello, in quo
petitur res, & petuntur tunc officio iudicis, non rei vẽdicatio:
vt solenniter declarat Barto. in l. ex diuerso. §. primo. ff. de rei
vendi. Vtrum autẽ cũ petantur vnà cum re, debeat exprimi in
libello certa quantitas fructuũ, est quęstio quotidiana, quam
tãgit hic Bal. & dicetur vltimo loco in expeditione materiæ.
¶Secundò not. in vers. hoc & in pensionibus &c. quòd id qđ
dictum est suprà de fructibus, videlicet ꝙ restituuntur post
moram percepti, & percipiẽdi à legatario, seruatur etiã in pẽ
sione domus: & sic videtur, ꝙ etiam in ipsa pensione posit es-
se differentia inter personam legatarij, & hæredis. Cuius con
trarium sentit Bart. hic, & in l. domum. C. de rei vendi. vt j. di
cetur plenius. 3 †Ex eodem etiam versi. & præcedentibus not.
ꝙ propriè appellatione fructuum[b] nõ veniunt fructus omnino
industriales, in quibus nihil cooperatur natura. concord. tex.
in l. & ancillarum. ff. de peti. hæred. facit quod habetur in l. fru
ctus. C. de actio. emp. Bald. ¶Tertiò no. ibi: iudex igit̃ vsura-
rum modum &c. Nam ibi videtur probari expresse, ꝙ dato ꝙ
vsurę possunt peti vnà cũ sorte in eo. libello, non expressa cer
ta quantitate: iudex tñ debet semper in certa quantitate dedu
cta in libello ferre certam sentẽtiam. idẽ probatur in l. in sum-
ma. §. cum sortis. ff. de re iud. per quẽ tex. Ange. ibi dicit se ob
tinuisse, ꝙ non valet sententia, p quã iudex condẽnat ad rẽ cũ
fructibus, intelligitur respectu fructuum: nisi sit expressa cer
ta quantitas in condemnatione: de quo quia est not. quæstio.
tradã tibi remissiones in lectu. seq. ¶Quartò no. ibi: si post mo
ram. ꝙ etiã in obligatiõe ad rem dari, licet posit agi ad ipsam
rem præcise, quãuis perierit post morã, tñ de necessitate exe-
cutio fit in æstimatione, videbis in l. cũ res. §. itaq;. j. eo. & ple
ne in l. si seruũ. in fi. de verbo. obliga. ¶In gl. posita super ver
bo, deducuntur. ibi: id est detrahuntur. Ista glo. loquitur mul-
tum obscure: sed mens ipsius videtur esse ista: dictũ fuit in l.
præcedenti secundùm primã lecturam, quòd persecutio serui,
qui est in fuga, vel in longinquo, pertinet ad operam & sum-
ptum hæredis: dicit ergo glo. fateor quòd si intelligimus tex.
§. nostri in illo casu, & secundùm illã lectu. verbum, deducun
tur, hic significat, ꝙ fructus non soluuntur legatario, sed detra
huntur de præstatione legati: quasi dicat, quando expẽsæ pos
sent fieri de fructibus, legatum in illo casu non remaneret in-
utile, si expensa pertineret ad legatarium: quia lucraretur ad-
huc ipsam rem, vel eius æstimationem: & ideo tunc hæres fa-
ciat expensas de fructibus pertinẽtibus ad legatariũ: & in effe
ctu expensa non pertinebit ad hęredẽ. & erit not. limitatio ad
l. pręcedẽtẽ, secundùm primam lect. vt dicamus, ꝙ expẽsa per
tinet ad hæredẽ, nisi posit detrahere de fructibus restituẽdis
legatario. Vel dic, & iste est melior intellectus, ad gloss. istam:
intentio glo. est, ꝙ quando seruus erat in fuga tempore testa-
menti, vel in longinquo, quia nulli fructus interim potuerũt
percipi de seruo, ideo nulli fructus restituantur. Sed istud non
videtur rectè posse dici, quia iurisconsultus loquitur hic post
moram cõtractam: vnde præsupponitur, quòd hæres interpel
latus fuit negligens in reducendo seruum: licet ergo nulli fru-
ctus potuerunt percipi, debuit tamen condẽnari hæres de per-
cipiendis, id est de his quos percepisset, si reduxisset seruum à
fuga, vel à loco longinquo. ¶†Extra glo. tangit hic Barto. no.
quæstio. quando fructus debent restitui à malæ fidei possesso
re, non solùm percepti, sed percipiendi, vtrum debeant fru-
ctus, quos potuit percipere ipse possessor, vel quos potuit
percipere ipse petitor. De qua quæstione vide per Bartolum
qui sensit idem quod hic in lege, domum. C. de rei vendicatiõ.
& per eundem plenius, vbi aliter distinxit, in lege, fructus. ff.
de rei vendicatione. in sua repetitione. cuius distinctionem se
quitur Angelus hic, & in lege, si nauis. in fine. ff. de rei vendica
tione. Quorum dictis adde secundùm Ioannem de Imol. hic,
quòd primum membrum Bart. in dicta lege, fructibus. in quã
tum facit differentiam, vtrum agatur contra possessorem alia
ratione, q̃ ratione dñij, vel agatur rei vendi. dominij, nã scđm
eũ etiam quãdo agatur alia actione, & causa, quàm ratione do
minij, videtur dicendum, quòd inspiciatur persona petitoris,
non possessoris. pro hoc inducit istum textum. cùm enim dicat
iste §. quòd fructus debentur hic post moram, apparet secun-
dùm eum, quòd hic fuit legata res, ad quam legatarius
non potest agere rei vendicatione, sed actione personali. Sed
ad hoc faciliter respondetur, vt ad hoc tangit hic Paulus
de Castro, quòd ideo fecit mentionem de mora, vt osten-
deret per moram auferri effectum in restitutione fructuum:
quia ante morã teneretur de perceptis duntaxat. vt l. Heren

a ¶§. qui hortos. Quẽ tex. reputat singu-
larẽ idẽ in l. huius-
modi. de verb. obl.
& ad hoc alle. hic p
d. Alexan. de Imo.
Bene. Va.

b ¶Appellatiõe fru-
ctuum. Adde an ve
niãt actiones, vide
ĩ l. si nauis. ff. de rei
vẽdi. tex. in l. videa
mus. la j. ver. p̃ter-
ea. ff. đ vsu. Bart. in
l. ex aduerso. in j.
col. ff. de rei vendi.
Bal. in l. vbi adhuc.
in pen. col. C. de iu
re dot. Ant. de Bu.
in c. grauis. de rest.
spol. & an veniant
distributiones quo
tidianæ, vide glos.
in c. final. de deci.
Capra in c. fin. ĩ ij.
not. de rescri. li. vj.
& ibi Phi. in j. no.
Ni. Super.

nius. ff. de vsuris. post moram verò tenebitur etiam de percipiendis, & quos poterat petitor percipere. Secundò adducit ipse contra hanc differentiam text. l. sed & si l. §. quod ait senatus. ff. de pet. hæred. vbi dicitur, quòd possessor tenetur ad fruct⁹ quos percipere potuit & debuit. Ex isto autē verbo, debuit, apparet quòd non solùm tenetur ad eos quos ipse percipere potuit: sed etiam ad eos, quos quicunq; alius percipere potuisset. Sed parcat mihi reuerētia sua, ista expositio posset tolerari, si iurisconsultus loqueretur ibi impersonaliter dicendo, & qui percipi debuerunt: & tamen adhuc posset euitari ille textus, sed tex. loquitur personaliter, quos percipere poterāt, & debuerint; vnde ista verba non significant, quòd isti teneantur ex debito ad omne id, quod alius potuisset percipere, sed ad quod ipsi potuissent, si fecissent diligētiam suam: alioquin esset iniustissimum, si imputaretur eis, quòd non fecerunt id, quod non poterant facere. Vnde glo. in l. j. in fin. C. de fide instrumen. & iu. hastæ fisc. libr. x. vbi ponitur simile verbum, interpretatur verbum significare, quòd malę fidei possessor [a] teneatur non solùm de perceptis, sed de percipiendis simpliciter. Et si dicatur, quare ergo post verbum, quasi percipere potuerunt, additur verbum, debuerunt, in illo §. quod ait. Dico quòd illud est declaratiuum verbi præcedentis, vel potius redditio causæ: quare malę fidei possessor tenetur ad fruct⁹, quos percipere potuit: videlicet quia cùm potuerit percipere, debuit velle res pcipere, ne damnificaret verum dominium rei: & ideo si omisit debitum, punitur ex negligentia ad legē, domum. responde multipliciter, vt ibi per cum. Ego in hac difficili quō. ex parte sequor verba Barto. in l. fructus. ff. de rei ven. & ex parte non sentio secum: nam inquantum facit differentiam vtrum agatur ratione dominij, vel alia ratione, ista sua differentia videtur expresse contra text. in l. si de possessione. C. vnde vi. & in l. j. §. ex dic. ff. de vi & vi ar. vbi agitur interdicto recuperandæ ratione possessionis: & tamē habetur ratio fructuū, quos petitor erat percepturus. Sed forte posset responderi, quòd in illis iuribus esset speciale in odium spoliatoris, & in vi expulsiua, quæ est atrocior cæteris. Sed ista responsio confunditur per duo alia iura: videlicet per text. in l. sed & partus. in princi. ff. quod me. cā. vbi dicitur idem in agēte act. ex vi compulsiua. & in l. ait prætor. §. per hanc. el secundo. ff. quæ in frau. cre. vbi agitur actione personali contra possessorem participem fraudis, & habetur ratio fructuum, non quos ipse percipere potuit, sed quos potuit percipere autor suus, in cuius ius petendo succedit creditor. & est sic perinde, acsi autor suus peteret. Et ad tex. in l. item veniūt. allegatum per Bald. potest dici, non destruendo literam aliquo modo, quòd specialiter hoc statuitur in peti. hære. in qua aliqua statuūtur magis, q̃ in actione reali, & in alijs actionibus contra malæ fidei possessorem: vt patet in l. sed si l. §. si ante. ff. eo. tit. vbi per solam cōtrouersiam quis efficitur malæ fidei possessor: quod non est in alijs actionibus, vt not in l. moræ litis. C. de rei vendi. & in l. ij. §. penul. ff. pro empt. per Bartolum. Inquantum autem Bart. dicit, respondendo ad l. domum. in dicta l. fruct⁹. quòd hodie est in electione petitoris, vtrum velit restitui sibi fructus, quos ipse erat pcepturus, vel quos erat pcepturus possessor. Credo sentētiam euis esse verissimā, quam ipse fundat per l. quoties. C. de actio. & oblig. Pro cuius dicti intelligentia habes considerare, quòd l. domum. quæ dicit quòd restituuntur fructus, qui poterant percipi à possessore, primò non continet simpliciter minus q̃ l. antiqua, quæ dicit quòd restituuntur illi qui poterant percipi à petitore: quoniam aliquādo potest contingere, q̃ plures esset percepturus possessor, q̃ petitor: & econtra quandoq; pōt contingere, q̃ plures petitor, q̃ possessor: vnde nō releuat per hoc possessorem ab onere iuris antiqui, imo ampliat ius antiquum in fauorem petitoris, vt ipse possit eligere ex his duobus, quod est sibi vtili⁹, quod olim glo. negabat, in l. si nauis. de rei vendi. vbi tenet expresse, q̃ si petitor vult sibi restitui fructus, quos esset percepturus possessor, & non ipse, non debeat audiri. Vnde istæ duæ leges sunt cōpatibiles adinuicem, & habent æquitatem, quam iurisconsultus inducit, contra malæ fidei possessorem, in casu si. in l. item veniunt. §. fina. ff. de peti. hære. Præterea posito q̃ absolute si cōsideretur persona possessoris, minus debeat soluere, q̃ si consideretur persona petitoris: adhuc tamē istæ leges non sunt incōpatibiles: vt patet ex l. qui sepulchra. cum ibi nota. ff. de sepulchro vio. & expresse declarat Bart. in qō. statuti, q̃ pro homicidio imponit pœnam pecuniariam, in l. j. ff. vi bono. rap. & probatur ex exemplo posito per Barto. in l. senatus. in ij. lectu. ff. de accus. vbi patet, q̃ l. Cor. de fal. quæ imponit maiorem pœnam, regulariter concurrit cum l. Iulia. repetundarum. quæ vt in pluribus imponit minorem pœnam: vt patet in l. Iulia. §. hodie. ff. ad l. Iulia. repetun. Vnde ista opin. placet, per quam melius respondetur ad l. domū. q̃ per aliam responsionem. hæc tamen cōclusio videtur limitanda tripliciter. Primò quidem per tex. solennem & singularem in lege, cæterum. in fin. cum l. seq. ff. de rei vendica. quem ibi not. Bal. & Ang. ad hoc, vbi probatur, q̃ si malæ fidei possessor meliorauit prædium vel seruum respectu melioramenti, malæ fidei possessor non tenetur de percipiendis, sed de perceptis tantū. ¶ Secundò videtur limitanda ista doctrina, quando quis tenetur ad restitutionem fructuum, non ratione doli, & malæ fidei suæ: sed ꝓpter priuilegium speciale ꝑsonæ: sicut quando minor petit restitu. in integrum, nam tunc tenetur possessor de percipiendis à se, nō à petitore: casus est not. in l. patri pro filio. §. si pecuniam. versus fin. ff. de minor. Tertiò videtur posse limitari, quando vsufructuarius ipse ageret contra malę fidei possessorem pro iure vsusfruct⁹: quia tunc non videtur teneri possessor, nisi de fructibus perceptis. casus est not. in l. cuiuscū que. in princi. ff. de vsufructu. glo. tamen nota. ibi tenet oppositum: sed verba textus faciunt ꝓ isto dicto. ¶ Quartò limitat hoc Barto. quem referunt hic Moder. in malæ fidei possessorē ficto, qui non tenetur nisi de pceptis & percipiendis à se: vt l. ij. C. de fructi. & litis expensis. & ibi per Bartolū, cui adde tex. nota. & quod ibi ipse not. in l. illud. in princ. ff. de peti. hæred. per quem Barto. ibi concludit, q̃ dispositio quę fit de vero malæ fidei possessore, nunquam trahetur ad fictum, quando cessat equitas, ꝓpter quam est inducta fictio: hic autem videtur cessare æquitas, q̃ quis teneatur restituere id quod nō habuit, neq; percepit, vel quod alius percipere potuit, non ipse: sicut in casu illius l. filium. cessat æquitas, vt res quæ perijt post litem motam, & quæ non est amplius penes possessorem, restituatur. Item aduerte: qa etiam de iure Digestorum possessor tenetur restituere fructus, quos vere pcepit, etiam si illos tales petitor nō fuisset percepturus: vt est casus in l. cùm hereditas. & ibi per Baldum. ff. de petit. hære. Hoc tamen limitat singulariter Bald. in l. si traditio. in pe. col. C. de act. emp. q̃ istud est verum, quando fructus petuntur sub ratione fructuum: secus si petantur sub ratione interesse: quia tunc nunquam veniunt fructus, quos ipse non potuisset percipere: licet eos possessor pceperit. alleg. Bart. in vnum locum, quē non potuit reperire. Sed pro ista doctrina do casum not. vltra ipm in l. loci corpus. §. si cōfessorio. ff. si ser. ven. vbi quia in iure seruitutis vel libertatis non veniunt fructus, nisi sub ratione interesse, nō condemnatur possessor agenti, nisi quatenus eius interest, scilicet petitoris: & sic patet, q̃ non inspicitur quam cōmoditatem perceperit possessor: sed solùm quid fuisset percepturus petitor: sed solùm si fuisset prohibitus vti seruitute. ¶ Tangit etiam hic Bald. illam qōn. not. vtrum quantitas fructuum accessorie possit deduci, nō specificata, neque certa: verbi gratia, peto rē cum fructibus, & remittit ad nota. per Cynum in l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi. & per Innoc. in c. tanta. de excess. prælato. & in alijs locis hic adductis per Ioan. de Imol. qui remittit ad nota. per se, vbi plene scripsit in l. si homo. ff. de re iudica. & quia forte non sumus scripturi super illo titulo, attingendo breuiter articulum, hic dico duo esse videnda. Primò vtrum libellus prædictus procedat. Secundò, vtrum si petuntur fructus percepti & percipiendi, iudex possit condemnari super fructibus percipiendis post sententiam ante sentētiæ executionem. Super primo cōmunis practica, & communis sententia est, q̃ procedat libellus: pro qua bene facit text. & quod ibi nota. Moder. in ca. cùm venerabilis. de except. & in cap. ij. circa princi. de ordi. cogni. & hanc sententiam sequitur Ange. & Ioan. de Imo. in dicta l. si homo. idem tenet Bald. in l. si filius. §. cùm fundum. ff. de verbo. obliga. vbi etiam ponit Ioā. de Imol. ibi in l. solemus. ff. de iudi. & ibi Ang. & idem sentit in l. non queadmodū. eo. tit. & in l. edita. in char. char. in repe. Patauina. C. de eden. & vbique. Sed Barto. in l. ex diuerso. §. j. de rei vendic. videtur dicere, q̃ in fructibus perceptis ante lit. contes. debeat exprimi quantitas. mouetur, quia tex. in l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edi. & in l. item si serui. in glo. sua, eodem titulo. quam adducit Ioan. de Imo. in dicta l. si homo. dicit, q̃ fructus percepti ante litem contest. sunt petendi in libello: ergo si sunt petendi, debent peti secundùm regulas iuris, expressa qualitate & quantitate rei: vt l. si in rem agat aliquis. ff. de rei vendit. & ista opinio de iure est multum nota: pro qua facit tex. & quod ibi not. Bald. & Angel. post eum in l. Marcellus. §. Archimedoram. ff. de rei vendicatione. vbi dicitur, q̃ instrumētum domus vel nauis, quod est accessorium ad domum, vel ad nauem, non potest peti vnà cum naui, sed

[a] ¶ Malæ fidei possessor. Adde an possessori malæ fidei debent restitui sumptus, quos fecit circa possessionē, vide glo. fin. & ibi doct. in l. itē cū quis. C. de resti. spol. Nico. Super.

debet peti separatim,& per se:& sic videtur, quòd accessoriũ non possit deduci in iudicio singul.non specificato. & eadem ratio videtur in fructibus.Sed saluando communem sententiam possumus dicere,quòd fructus accedunt magis rei propriè petitæ in libello , quæ oriuntur ex re , q̃ ea quæ sunt facta accessoria ex destinatione habentis rem:vnde facilius ad mittitur incertitudo in istis accessorijs .facit optime text. & quod ibi ponit Bartol.in lege,quod si ex Pamphila.in fi.ff.de legat.iij.Ad rationem Barto.potest dici,quòd lex,si in rem.loquitur quando id quod deducitur in libello,deducitur principaliter,& iure actionis,nõ quando accessoriè. Aduerte tamẽ, quia ad illa iura canonica allegata contra Bartol. faciliter põt dici,quòd ibi intentabatur iudicium vniuersale:quia petebatur castrum,vel ecclesia:vt patet ex his quę nót . Innocen. & Moder.in c.cũ ad sedem.de restit.spol.In iudicio autẽ vniuersali satis est deducere ipsum ius vniuersale, absq; eo quòd res specificetur,secundùm gloss.Bartol.& omnes in lege prima. in principio.suprà,de eden.vnde forte de iuris subtilitate melior esset distinctio Bartol.Sed quia minime sunt mutãda &c. ideo sequamur communem opinionem,quæ potest defendi, vt dixi.¶ Circa secundum articulum concludit Bartol.not. ꝙ iudex potest condemnare in fructibus percipiendis post sentẽtiam,ante executionem,per legem primam.C.de senten.quæ si.cer.quan.Non obstat l.prima.suprà,de vsur.quia secundùm eum iudex non tenetur se intromittere de tractu futuri temporis,licet habeat dependentiam à iure de pręsenti,potest tamen si vult.ita concludit ipse in l.prima.C.si secundo nup.mulier.Vel potes dicere,secundùm Bartolum ad legem primam. ff.de vsuris.quòd ibi iudex volebat cõdemnare super vsuris, cùm non esset petita sors.Sed in l.prima erat petita sors cum vsuris.& ideo creditor fecit,quicquid potuit,vt finiretur obligatio de p̃senti,si non stat per eum,quòd finiatur,poterit fieri condemnatio in vsuris futuris,& multofortius in fructibus futuris:quia vt dicit Bal.in dicta lege prima.est accessio fructuũ vsurarum:quia immediatę oritur ex re.Aduerte tamen, quia Angel.in illa lege,Iulia.§.primo.ff.de rei vendicatione.in vltima glossa.nota. contra istam sententiam: & ita determinat per legem primam.de vsuris.prællegã.Sed pro sentẽtia Bal. facit optime textus secundùm intellectum Barto.in lege, qui restituere.ff.de rei vendicatione.vbi probatur singula. secũdũ Barto.quòd etiam si nulla sit facta condemnatio de fructibus percipiendis post sententiam à iudice latam,& iudex ipse in executione potest cogere reum,ad restituendos fructus perceptos:& ita loquitur.¶ Si ergo & nulla facta condemnatione in executione hoc potest iudex,multofortius poterit condemnari in diffinitiua.Sed ille intellectus Barto.non placet ibi Angelo,& vere ex ordine literæ apparet contrarium : quia primò dicit tex.quòd res auferetur manu militari,deinde fiet cõdemnatio ad fructus,nec dicit per quem:vnde potius ostenditur ex ordine,quod non executor,sed alius iudex debet condemnari:quia si hoc pertineret ad executorem,conuenientius deberet fieri declaratio,antequàm executio super re principali esset finita,vel saltem æque bene. Prætereà secundùm Angelum ibi,si executor in fructibus non deductis in condemnationem posset condemnare in executionem,tunc officiũ mercenarium seruiret officio nobili: quia fructus veniunt accessoriè iudicis officio mercenario:hoc autem inconueniens est, ꝙ officiũ seruiat officio,secundùm gl.not.in l.hæres.§.fructum. ff.de petitio.hæred.ergo talis declaratio non poterit fieri per executorem.Et istum intellectum ego sequor,tanquàm magis verùm,secundùm quem illa l.non facit pro opin.Bald.sed potius contra.Potest tamen responderi,tenendo opin.Bald.ꝙ quia tractus futuri temporis potest pertinere ad iudicem,vt dictum est:si iudex condemnauit in sententia diffinitiua,valeat condemnatio,& possit fieri executio per eum:secus si omnino esset omissa condemnatio in sententia diffinitiua: quia tũc in executione iudex hoc declarare non posset.¶ †Et aduerte, quia plus est petere in libello rem cum fructibus,& omni causa,quàm cũ fructibus simpliciter:nam illud, cum omni causa, importat vltra fructus,vt omnis commoditas quæ esset restituenda petitori,& omne lucrum quod non posset computari in fructu,esset restituendum.casus est not.in l.pręterea.ff. de rei vendicatio.& in lege, Iulia.§.fina.& ibi hanc practicam ponit Angelus ff.eodem titul.Vtrum autem sicut possunt deduci in libello fructus incerti:ita etiam iudex possit ferre sententiam super fructibus,est not.quæstio,quam tangit Angelus & Ioannes de Imol.post eum in l.in summa.§.cum sortis. ff. de iud.& Bald.in dicta lege,cum propria.C.si quis alteri vel sibi. & in dictà l.j. C.si secundo nupserit &c.quã quotam adducit Paul.de Castr.in hac materia.

Si Titius. Valet legatum factum domino rei legatæ,quando illa res debebatur testatori actione personali.& quid sit in legato,futurus euentus declarabit.& si testator legat rem alterius,ad quã habet actionẽ personalem,videtur legare act.quam habet ad ipsam rem.h.d.& sunt duæ partes principales.Secunda est ibi:si nondum.Tertia ibi:idemq; subiungit.¶ Not.primò ibi:sed ex empto actio. liberatus.ꝙ emptor qui tenetur rem tradere,quia non tenetur transferre dominium,nisi sit dominus,per solã traditionẽ, liberatur ab obligatione ex empto, intellige, etiam si nõ transtulerit dominium: quia forte nõ erat dñs.idem probatur in l. ex empto.in princip.ff.de actio.empt.Vnde si res postea euincitur,non agit ex antiqua obligatione,sed ex noua:secus esset in eo qui est obligatus ad rem dari:vt subtiliter declarat Bart. in l.si quis aliam.ff.de solu.& in l.eleganter.in princi.ff.de pi. act.& Bal.in l.libera.C.de senten.¶ †Secundò not.ex eodem versi.sed ex empto.ꝙ res mea potest mihi legari,quando non est irreuocabiliter mea.Nam hic debebatur testatori,qui eam relinquit:facit tex.in l.in bello.§.si quis seruũ.ff.de pac.& q̃d habetur in l.ex sextãte.§.Latinus.ff.de excep.re.iudi.¶ †Tertiò not.secundùm Bald.hic,ꝙ mutatione dominij non extinguitur legatum,quando dominiũ transit in illum qui legauit: secus si transiret ab illo,qui legauit in tertium: & sic loquitur l.fideicõmissa.§.si rẽ.j.de lega.iij.per mutationem em̃ dominij in persona testatoris fortificatur potius ius legati,secundũ eũ: argu.l.quod in rerum.§.si quis post.s̃.eodem.¶ †Quartò not. ibi:sed si nondum &c.quòd quando venditor non soluto pretio, tradit ,rem , tunc videtur habere fidem de pretio , nisi aliud protestetur,& transfert dominium in emptorem: quod tenuit glo. in lege,quod vendidi.ff.de contrahen.emp.& doc. communiter in l.inciuile.ff.de rei vendicatione.Hoc probatur subtiliter hic isto modo:quia si per traditionẽ non fuisset trãslatum dñium,legatum,non cõsisteret in ipsa re:quoniam semper duraret venditio,sicut erat tẽpore testamenti: vnde esset dicẽdum idem,q̃d in tertio casu,ꝙ videretur sibi relicta liberatio ab act.ex empto.& sic etiam soluto pretio non cogeretur tradere rem,id est trãsferre in eum dominiũ,imo possessio esset sibi restituenda:hic autem dicitur,ꝙ legatum cõsistit in re: ergo de necessitate præsupponit,ꝙ q̃uis res fuerit tradita pretio.non soluto,nihilominus dominium fuit trãslatũ.¶ †Quintò not.in versi.idem.quia subiungit,quòd legatũ quod à principio valet super re respectu vnius iuris,potest conuerti ex euẽtu,vt valeat tanquam aliud legatum respectu alterius iuris:nã sicut vides ex hoc vers.quando res nondum erat tradita rebus sic stantibus,i.non secuta traditione videbatur legata liberatio ab actione personali ipsi legatario.si autem postea traditur res,videbitur legatum dominium rei.Ex hoc potest argui ad quæstionem quæ tangitur per Barto.in l.iij.§.si sub ea.j. de bo.poss.contra tab.videlicet ꝙ si tenuta à principio fuit data valida ex vna causa,ex euentu postea contingẽti ipso iure,possit cõmutari in aliam causam,absq; noui decreti interpositiõe. Quid autem iuris sit, si prima causa à principio fuisset inutilis, vtrum possit peti confirmari ex noua causa, tangitur ibi per Barto.& per Bald.in l.j.C.ad Carbo.¶ Sextò not.in versicul. idem Iulianus.ꝙ quando quis legat rem alicui,non solùm videtur legare ius,quod habet in re,& nihil vltra:vt vidisti in l. serui elect.§.fin.s̃.eod.sed etiam si habeat ius ad rem tantùm, illud solum videtur legare. & hunc tex.adduxi tibi in dicta lege,serui elect.§.fin.¶ Vltimò no.singulariter in verbo,vel hęredi.quòd quando res debita est legata alicui tertio,non obst. legato facto tertio,illa res potest solui hæredi,nec extinguitur tunc legatum factum legatario,etiam si hæres exegerit illam rem,secundùm Bartolum hic,quem sequuntur communiter doct.de quo postea dicam.Et aduerte diligenter:quia solutio quæ fit hæredi,non potest videri legitime facta,nisi ex altero de duobus capitibus:vel quia in isto legato nominis debitoris, quando legatur res debita,& non ipsum nomen debitoris expresse non sit translata actio vtilis ipso iure in legatarium : cõtra regulam positam in lege,ex legato nominis.C.de leg. q̃d tenet ibi Bald.not.per illum text.& secundùm hoc hic erit casus singula.limitans illam regulam.Sed ista limitatio vel intellectus non placet Paul.de Castro, qui etiam refert Bald.hic, quoniam quando legatur res debita secundùm eum,ita videtur legari nomen debitoris,sicut si ipsum nomen expresse legaretur:vnde idem est dicendum vtrobique.Sed salua reuerẽtia sua videtur esse magna differentia : quia quando legatur res debita simpliciter ex proprietate verbi , importatur dominium ipsius rei, non actio ad rem : vnde iurisconsultus dicit in lege, si rem aliquam. ff. de acquirenda possessione : ꝙ nomen rei de sui natura significat dominium ipsius rei, ꝑprie

sumendo, & ꝓbatur ibi secundùm Bar. & in l. si duo. in fin. ff. vti pos. Quòd ergo in isto legato veniat nomen debitoris, & actio personalis ad rem, hoc non est ex ꝓpria significatione verborum, sed ex tacita mente defuncti, per quam impropriantur verba: ergo hoc legatum est tacitum, & nō expressum: sed in tacito legato non transfertur dominium ipso iure, sicut in expresso; vt l. seruum filij. §. fina. j. eo. ergo similiter ipso iure non transfertur vtilis actio, quia ista duo æquiparātur, per doc. in dicta l. ex legato nominis. & propterea intellectus Baldi est multum probabilis ad istum text. & secundùm hoc erit hic casus singul. ꝙ non solùm ex tacito legato, quod nullo modo est expressum in testamento, sed venit in consequentiā ad legatum expressum, nō transfertur dominiū ipso iure: sed etiam ex tacito legato, quod dicitur tacitum: quia ex proprietate verborum non continetur, sed ex mente tacita testatoris, per quam improprianṫur verba, dominium non transfertur ipso iure. Sed quia ista limitatio esset periculosa, non affirmo eam pro nunc: sed dico iuxta regulam l. ex legato nominis. actiões vtiles fuisse trāslatas in istum legatarium isto iure. Sed tunc obst. fortiter: quia si sic est, ergo non videtur res potuisse solui hæredi: quia debitor cuius nomen est legatum nō potest soluere hæredi, si scit legatum esse factum. vnde sola scientia impedit solutionem. ita declarat Bald. in dicta l. ex legato. & colligitur ex text. & ex his quæ tradit Barto. in l. facta. §. si hęres. j. ad Trebel. nisi restringas istum text. quòd solutio fuit facta à debitore ignorante. Sed ista est nimis magna restrictio, cùm text. simpliciter dicat, hæredi posse solui. Vnde possumꝰ dicere limitando singul. illa iura, quòd ideo ibi potuit solui hęredi contra regulam illarum ll. quia solutio non præiudicabat legatario. quoniam legatum nominis conuertebatur ipso iure in legatum rei. & ideo legatarius non potest conqueri de solutione facta hæredi. ¶ Extra glo. quærunt hic doct. nūquid in casu istius §. hæredes cogentur soluere pretium rei. Quibus adde, quòd ꝓ ista quæstio. est casus in terminis, secundū Bartol. ibi in primo & vlti. responso. in l. his verbis. §. alūno. & §. sequēt. j. de lega. iij. Secundò adde, ꝙ istud est verum, etiā si portio pretij fuisset soluta per testatorem, & portio esset soluenda, secundū Bald. not. in l. cum aliena. C. de leg. Licet enim esset prima ratio assignata hic per docto. videlicet quia expensa æquiualeret legato: non tamen cessat ratio secunda, quam tāgit hic Barto. quia nomen debitoris debet dari sine except. vt l. si nomen. de hære. vel actio. ven. Vnde quādo hæres ex facto suo parat exceptionem aduersus ius eligendi, ille cui est legatum nomen, etiam si hoc faciat ex ordinatione testatoris, tamen tenetur legatario ad æstimationē. casus est singula. quē ibi not. Barto. ad hoc, & Bald. in l. qui duos. infrà, de legatis ij. quem semper tene menti. Tertiò adde, inquantum Pau. de Castro hic limitando dicta Barto. dicit, quòd licet quando legatur species debita, si species ipsa exigitur à testatore, nō extinguatur legatum: vt in tex. nostro. secus tamen est, si legatur quantitas debita, vel aliud debitum in genere: nam tunc si illud debitum exigitur, extinguitur legatum. allega. text. in l. si sic. §. j. in vltimo responso. infrà eodem titul. Sed tu considera, quòd istud exemplum male potest adaptari ad limitationem §. nostri: quia aut legantur decem in genere, non facta mentione de debito: & tunc manifestum est, quòd non illa decem debentur, quæ sunt exigenda, sed est legatum generis, quod perire non potest: vt l. in ratione. §. certe. & in l. incendium. cum vulgaribus. C. si certum petatur. Aut legantur decem à testatore, quæ sibi debentur: & tunc non legatur quantitas simpliciter, sed ꝓut est nomine debitoris: vnde solum nomen debitoris videtur legatum. & ita loquitur l. si sic. Et ideo si in casu §. nostri testator legasset speciem, quæ sibi debetur, indubitanter crederem, quòd per actionē extingueretur legatum: quia res non legatur, nisi prout est debita: & sic est in legato, vt nomē debitoris. ergo per exactionē extinguitur legatum: vt l. fideicōmissa. §. si rem. de legat. iij. Quartò adde, inquantū do. Pau. hic tangit, vtrū quando testator mandat emi rem alienam, ipsa res sit in legato, vel potius factum & quantitas, vbi hæres sit in mora, vel res emi non possit. nam ipse dicit, quòd in hoc differentia est in modo legandi; si enim testator mādat emi rem, quātitas est in obligatione. alleg. tex. not. in l. Titia texerat. in princ. j. titul. ꝓxi. Si verò testator simpliciter legat rē alienam, tunc ipsa res est in legato, secundū eum alleg. Barto. ita distinguentē in dicta l. Titia. Tu autē aduerte: quia in isto secūdo mēbro Barto. ibi loquiṫ, quādo legantur res ꝓpriæ testatoris, quo casu etiam si æstimatio sit præstanda, ipsa res dicitur esse in legato: & ita loquantur iura, quæ ipse allegat. potes ponere exemplū in l. si pluribꝰ. §. eo. & in l. si res mihi. j. de lega. iij. Vbi autē legaretur res aliena, Barto. dicit totū opposi-

a ¶ Si Papa concessit castrū. Adde doct. in l. ij. C. d' iure emphy. Nico. Super.

b ¶ Trāsit ad hæredes sanguinis. Addē an trāsit ad hęredes extraneos, vid' p Paulum de Castr. in l. j. C. de bonis. lib. Nico. Super.

tum in l. legato generaliter. circa mediū. §. eo. nā quia legando rem alienam hæres videtur dānatꝰ eam emere, aut soluere æstimationē: vt l. nō dubium. in fin. j. de leg. iij. ideo licet in verbis legati cōtineatur res, dicitur tamē legatū quantitatis, quia omni casu hæres obligaṫ ad quantitatē soluendā, secundùm Barto. ibi. Sed tu potes dicere, defendendo istam opin. d. Pau. ꝙ licet hæres qui dānatur emere rem, teneaṫ soluere quantitatem ꝓ emendo rem, nō tamē teneṫ eam soluere legatario, sed tertio ipsi aut legatario teneṫ soluere rem, si potest redimi. Sed ista respōsio nō videtur tuta: quia secundū hoc quādo hæres esset iussus emere rem, & tradere legatario, quia pretiū nō soluit legatario, sed tertio, nō deberet dici legatū quantitatis à princ. & tñ contrarium dicit tex. in d. l. Titia texerat. Præterea ex quo in legato rei alienæ tacite inest, vt hæres emat rem. ergo si exprimitur per eum modū. per quē inest, nō videṫ plus operari, iuxta regulā l. iij. §. eo. Vnde iste articulus est dubius, maxime ꝓpter autoritatem Barto. in dicta l. legato generaliter. & est cogitandum.

Si quis alicui. Quādo factum exēplificandum à legatario est in legato, nō trāsit ad hæredē, nisi fiat mētio hæredis. h. d. ¶ † No. primò, ꝙ quādo 6 factū merum est in legato, ita cohæret personæ, ꝙ nedum nō transit ad patrē vel dñm, sed etiā nō transit ad hæredē. & per istum tex. hic, & in l. si sic stipulatus fuerit. de verbo. oblig. Ioan. de Imo. dicit, nō esse oīno veram cōclusionem Bartol. quā ipse posuit in l. præalle. dum dixit, ꝙ stipulatio continēs factū affirmatiuū regulariter transit ad hæredes: nā si transiret ad hęredes stipulatio, multo fortius legatum, quod est fauorabilius. Vnde ipse multū insistit in intellectu istius §. & in effectu cōcludit ibi, ꝙ licet de iure Digestorum hoc esset dicēdum in stipulationibus, arguēdo à fortiori, vt dictū est, tamē de iure Codicis stipulatio erit transitoria ad hæredē, per l. veteris. C. de cōtrahē. & cōmittē. stipul. Dicit tamē, ꝙ quia in materia correctiua nō fit extensio in vltimis voluntatibus, iste §. remaneret incorrectus, quia lex vetus loquitur in cōtractibus: de quo vtrum sit verū, vide quod plene scripsi in d. l. si sic stipulatus. ¶ † Et ex isto tex. arguit hic Pau. de Ca. & Bald. post eum ad no. & quotidianā qō. Si Papa concessit castrum[a] in feudū, vel emphyteusim alicui: vtrū ista cōcessio transeat ad hæredē? In qua qō. distinguit not. vt hic per Bald. cuius dicta declarādo, quatenus est opus, aduerte: quia quādo ipse dicit, ꝙ concessio trāsit ad hæredē, quādo ceditur in titulū vtilis dominij: hoc vult dicere in effectu, ꝙ si castrum sit concessum in emphyteusim, vel in feudum, ex quibus vtile dñium causatur, vt traditur in l. iij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. sine dubio concessio transibit ad hæredes: quod est verissimum, & ita dicit ipse expressius, faciendo mentionē de fundo in l. liberti libertęq;. C. de o- 7 per. lib. hoc est enim secundū regulas †, ꝙ feudum trāsit ad hęredes sanguinis[b], etiam si nihil dicatur: vt in c. j. §. cū vero. qui feud. dare poss. & in emphyteusi ecclesiastica, in auṫ. de alienatione emphyteusis. §. licentia. & plene per Moder. in c. in præsentia. extrà, de proba. & in auṫ. si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccle. & in l. etiam. in princi. ff. solu. matr. Secundò adde: quòd Bald. in l. liberti libertæq;. & in l. fina. in colū. penul. & vlti. dicit, quòd constitutio principis aliter videtur dicere, quàm hic dicat: nam hic vult, quòd in dubio concessio censeatur realis, sequendo dicta Barto. in l. penul. j. de serui. legata. vbi Barto. posuit istam qō. Sed in locis prædictis tenet totum oppositū. mouetur in lege, liberti. quòd quia concessio talium castrorū est res ardua, & non fit, nisi cū magna deliberatione, videtur electa industria personæ. Sed quicquid ipse dicat, opinio sua hic, & Bartoli in dicta lege penult. videtur esse verior: quia fundatur ex regula posita in dicta l. beneficium. & in cap. cùm dilecti. de donatio. & in lege, si quando. C. de bon. vacan. libro x. quòd beneficia principum sunt latissime interpretanda, in quibus non reperitur facta ista distinctio de quæst. vtrum id quod conceditur, sit arduum, vel nō. Et hanc opin. sequitur Petrus de Anch. solennis doctor, qui distinguit punctualiter, vt Bald. hic, eum allegans in regula, priuilegium. in vlti. charta, extrà, de reg. iur. ¶ Sed aduerte ad vnum duntaxat: quia Bar. in dicta l. penul. videtur velle, quòd concessio sit realis: quia videtur facta potius territorio, quàm personæ: quod non placet Bald. in dicta lege fina. de constitu. princi. nisi quando apparet, ꝙ cōcessio fit personæ ꝓpter locū: sed in dubio dicit, ꝙ concessio videṫ facta psonę, nō territorio: & ista opi. placet, qa regula est, ꝙ cōcessio quę fit alicui, ī dubio, censeṫ facta contēplatiōe ipsius, cui fit, nō psonę q̄ nō est noīata; vt l. si. in fi. & ibi plene p Bar. C. de vsufr. Cū ergo hic territoriū capiaṫ ꝓ psona, cui fit cōcessio, scđm Bar. dico ꝙ cōcessio nō vr̄ facta cōtēplatiōe territorij, cui nō fit cōcessio ex verbis; sed illius, cui fit concessio

cōcessio ex verbis concessionis. Per hoc tamen non sequitur, qđ credit Bald. in d. l. fina. quòd quia concessio est facta personæ, ideo fit personalis, vt non trāseat ad hæredem: quia modo isto respectu dicetur realis eo modo quo appellamus obligationem, in l. si pactum. ff. de probatio. & in l. iuris gentium. §. pactorum. & in lege, qui in futurū. §. primo. ff. de pact. Et ad præmissa adde text. & gloss. & quod ibi not. Bald. & Angel. in l. j. in prin. ff. si ager vecti. vel emphy. pet. vbi probatur id quod diximus in prim. q. ꝙ emphyteusis priuatim reipublicæ transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos. Et quia ibi text. dicit, quòd ista facultas, de qua in litera, non transmittitur ad hæredes, ex hoc arguit Paul. de Castro, ꝙ ipsi legatario cōpeteret facultas, non tantum semel cedendi lapidem, sed singulis annis. In contrarium adducit regulā, quæ ponitur in l. boues. §. hoc sermonē. de verborum significa. & in l. hæc conditio. infrà, de cōditio. & demonstratio. in quibus probatur, quòd quando test. tor facit mentionē de aliquo actu iterabili, intelligitur de prima vice. Vnde relinquit articulum dubium: dicit tamen. quod crederet esse distinguēdum, secundū qualitatem personarum. Pro ista quæstio. videtur casus in terminis, quē Bartol. ibi valde not. in l. cū quidam. infrà, de an. leg. vbi videtur probari, ꝙ legatum sit annuum. Barto. tamen ibi distinguit in effectu eo modo quo sensit hic dom. Pau. & istum articulum tangit Rapha. Cu. in l. eum q ita. §. qui ita. de verbo. obligat. vbi etiam alleg. tex. prædictū. dic ergo, vt per Bart. in loco alleg. Iste tamen tex. modicum facit: quia pro hoc quòd ista facultas negatur hęredi, bene infert, quòd est concessa ibi legatario: sed non infertur, quòd sit concessa plus quàm semel & c. dic ergo vt dixi. ¶ In glos. posita super verbo, alicui. ibi: hoc ergo non habebat prædium. In istis verbis glo. videtur sentire, quòd si iste habuisset prędium vicinū, ipso iure videretur constituta seruitus ad vtilitatem prædīj, etiam si hoc non esset dictum expresse: sed verba præcedentia in principio possunt declarare ista, vt intelligantur, quando expresse ad vtilitatem prædīj ista facultas esset relicta. vbi autem hoc non exprimeretur, tunc Barto. dixit in l. penul. j. de serui. leg. quòd quando conceditur facultas per verba facti, non censeretur constituta seruitus. de quo vide quod scripsi plene in l. si quis sit stipula. s. alleg. vbi etiam retuli vnum aliud dictum suū in d. l. penul. quando concessio esset facta per verba iuris, vtrū videatur constituta seruitus, quod etiam reuocaui in dubium, vt ibi potes videre. ¶ In eadem gloss. ibi: non dico seruitus. tetigit hic gloss. difficultatem, quā plenius posuit in l. pecoris. ff. de serui. rusti. præd. & in l. Mela. j. de ali. & cib. leg. videlicet vtrum quando conceditur facultas alicui pascendi in agro, vel cedendi lapidem, & sic de similibus, qui non habet fundū vicinū, videatur creata quædam seruitus personalis vsus dictæ rei, vel potius simplex actio personalis ad illud consequendum. In qua quæstione glossa. discordat à Rog. qui dixit, quòd videtur constituta seruitus personalis: de qua dic vt per Barto. plene in dicta l. Mela. in fi. qui sequitur opi. glo. licet Cyn. & vltra sequantur opi. Roger. in rub. C. de vsufruct. Ioan. de Imol. hic videtur sequi opi. Roge. qñ esset concessus aliquis vsus indeterminatus respectu quantitatis: exemplum in §. nostro. & in d. l. pecoris. Si autem esset concessus vsus determinatus: verbi gratia, quòd tu posses incidere duos currus lignorum in nemore singulis annis: tunc sit vera opin. gloss. secundùm eum. Ego non recederem ab opin. glo. & Bartol. si non viderem aliud. Posset tamen dictum suum esse verum, quando relinquitur vsus indeterminatus certæ speciei, & res illa nullum alium fructum producit, vel vtilitatem, nisi illum qui est expressus. hoc tamen non discutio pro nunc, sed remitto te ad notata in locis prædictis. ¶ †Extra gl. inducitur iste tex. per Bald. ad quęstio. de patre, qui recepit emphyteusim pro se & filijs suis, vtrum pater alienando possit filijs præiudicare? & similiter ad quæstio. quam tetigit hic Dy. & Angel. vtrum possit ista emphyteusis vel feudum renunciari in manibus domini concedētis. Super qua q. do. Pau. de Cast. hic dicit se consuluisse, & tenet in effectu sententiam Ange. & Dyn. hic, qui dixerunt, argu. huius literæ, ꝙ in præiudicium filiorum renunciatio ista non valeret: alleg. pro ista conclusione ea quæ ponit Cyn. in l. ij. C. de liber. & eorum liber. vbi dixit, quòd si pater recepit emphyteusim pro se, & filijs & c. delictum patris[a] non nocebit filijs, quia filij non veniunt vt hæredes patris, sed ex prouisione ipsis facta per patrem, tanquam filijs, traditur in l. iurisiurandi. §. si liberti. ff. de oper. lib. Sed ista dicta Cyn. non approbantur communiter, imo in alienatiōe feudi, vel emphyteusis, & in delictis quæ de directo committuntur contra dominum, reprehendit ea Bartol. expresse per optima iura in l. iij. ff. de interdictis & rele. vbi est omnino videndum. Fundamentum tamen melius pro parte ista est, quia per alienationem vel refutationem non videtur posse præiudicari iuri quæsito filio vt filio: vt l. fin. ff. de pact. & in l. si per. ff. quemad. serui. amit. Pro ista conclusione adduco tibi duo iura optima in c. j. de alie. feu. paterni. & in capi. j. §. j. de success. feud. vbi probatur, quòd agnatus qui habet feudum antiquum, non potest alienādo vel refutando in manibus superioris pręiudicare agnatis sequētibus, ad quos defertur feudum, non ex persona alienantis vel refutantis: sed ex persona aui, & maiorum, Sic ergo videtur dicendum in proposito, quòd quia filius, cui pater isto modo stipulatur, non capit emphyteusim vel feudum à patre, sed à concedente ex mortis causa capione, id est propter mortem patris, vt declarat Bartolus in lege, si mihi & Titio. de verborum obliga. ideo non possit præiudicari istis filijs modis prædictis, quia capiunt hoc ius ab alio, quàm à patre. Et licet Bald. in l. quoties. C. de suis & leg. dixit, quòd feudum potuit refutari in manibus superioris in præiudiciū cuiuscūq;, hoc non videtur verū p iura præallegata. & cōtrarium tenuit ipse in d. c. j. §. hoc quoq;. de succes. feu. In contrarium facit fortiter: quia licet inuestitus renunciēdo feudo non possit pręiudicare agnato alienādo, vr̄ tamen posse præiudicare filio, & descendenti. & videtur probari in d. c. j. §. hoc quoq;. quem inducit Bal. ad hoc in prima q. Præterea ista consequentia non videtur bona, est quæsitum ius alteri, ergo feudum non potest refutari in manibus superioris, in præiudicium illius tertij: quia contra istam consequentiam videtur tex. in c. j. §. rursus. quib. mod. feu. amit. vbi dicitur, ꝙ si vasallus dedit feudum ad libellū, potest postea renunciando feudum in manibus domini extinguere ius illius cōcessionis ad præiudiciū illius: ergo similiter poterit extinguere ius filiorum, quod filij habēt ex ꝓuisione paterna, absq; alio suo onere. & per illum tex. credo Bal. dixisse id, qđ suprà dixit, quia illū allegat, & credo ꝙ induxerit à simili. Vnde q. relinquit dubia, & vt sit dubitabilior, adhuc arguo contra istam partem: quia secundū Bal. in aut. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles. & in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. filij in casu nostro nō capiunt ex mortis causa capione: vt dixit Barto. sed ex tacita donatiōe paterna: sicut videtur probari in l. filiæ cuius. C. famil. er. ergo si filij erāt in potestate tempore concessionis, & iurauerunt vsq; ad mortem, ista donatio non valuit: vt l. ij. C. de inof. do. & l. iij. C. si quis alteri vel sibi. ergo potuit eam reuocare. videtur autem eam reuocasse sine dubio, vel renunciando in manibus domini, vel alienando rem: vt patet ex his quæ habentur in l. cū hic status. §. ij. de donatio. inter vi. & vxo. ergo in filijs in potestate ista determinatio non potest esse vera. Dominus Ioan. de Imo. hic dicit, quòd determinatio quæst. pendet ab his quæ ponit Bart. & Moder. post eum in l. qui Romæ. §. Flauius. de verborū obligat. videlicet vtrum ego possim auferre ius quæsitū tertio ex facto meo. Et licet illa materia valde bene faciat, supqua ibi scripsi: videtur tñ posse euitari ī casu nostro: quia iura quę ibi allegantur, loquūtur quando ius acquiritur tertio ex beneficio nostro. vnde non est mirum, si facilius permittitur reuocatio ab eo, qui concessit beneficiū. Sed hic filij non videntur recipere beneficiū feudi à patre, sed à cōcedente beneficiū ministerio tamē patris, qui potest stipulari filijs suis: ergo non sumus in casu illarum legum, & sine dubio determinatio in ista q. est difficilis. Ego tamē pro nunc pono in ea aliquas conclusiones. ¶ Prima conclusio sit ista: quando filij succedūt in istis iuribus, ex mero beneficio concedentis, quia pater nihil dedit de suo pro eis obtinendis, tunc filij veniūt ex mortis causa capione: & ex hoc sequit̄, ꝙ cū nihil habeāt à patre, ius qđ habent ex ꝑsona alterius, pater nō pōt eis auferre p iura s. inducta. Quòd aūt filij veniāt ex mortis causa capiōe, isto casu tenet Bal. expresse vltra Bar. in l. j. in fin. C. p quas ꝑsonas nobis acqui. Nō ob. text. in c. j. de succes. feu. per quē vr̄ posse præiudicari filio: q̃a pōt intelligi, sicut tāgit hic d. Pau. qñ inuestitura fuisset simpliciter accepta de feudo, ita ꝙ solus pater esset nominat⁹, vel etiā vltra ipsum, quando pater recepisset pro se, & filijs, & hæredibus: sed qñ recepisset pro se & filijs dūtaxat, tūc secūdm cū filius pōt acceptare feudū, & nō esse hæres: vt tenet Bal. in c. j. in ij. charta. an agna. vel fili. Nō ob. text. in §. rursus. quia ibi resoluit̄ ius eius, q habuit à libello, ꝓpter naturā ipsius feudi, quæ est, ꝙ resoluto iure datoris, resoluat̄ ius acceptoris: vt l. res vectigalis. ff. de pig. ¶ †Secūda conclusio sit talis: si pater accepit feudū vel emphyteosim, exponēdo. aliquid de suo, tunc videtur quòd filij habeant feudum vel emphyteosim ex tacita donatione pater

[a] ¶ Delictum patris. Adde Ab. in c. q̄ uit. de his quæ fiūt à maio. parte ca. & an nocet quo ad feudū, vide per Io. An. Anto. de But. & Ioan. de Imo. & Ab. in ca. ex parte. de feu. Dy. in regula, non debet. de regu. iur. li. vj. Bar. i l. iurisiurandi. in §. si liberi. ff. de operis liber. Nico. Super.

na, secundùm Baldum qui ita optime declarat in dicta l. j. in fi. per quas personas nobis acquiri. Vnde est distinguendum, vtrum filij tempore mortis sint in potestate, vel non: si sunt in potestate, videtur reuocata ista tacita donatio, per ea quæ s. deduxi: & sic valuit alienatio & refutatio. si autem sunt sui iuris, saltem tempore mortis, tunc iste casus proprie pendet ab his, quæ ponit Bartol. & Moder. in l. qui Romæ. §. Flauius. de verborum obligation. super quo aliàs consului solenniter, & consilium retuli in d. §. Flauius. vnde dic vt ibi. Aduerte tamen, quia Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. dicit, quòd pater renunciando feudo simpliciter in manibus superioris videtur renunciare ius suum duntaxat, non ius filiorum, nisi expresse promitteret pro se & filijs. quo casu, vtrum ista renunciatio præiudicet filijs, est distinguendum eo modo, quo distinguitur in rebus proprijs filiorum alienatis per patrem, in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. & in l. cùm à matre. C. de rei vend. Ex quibus verbis manifestissime patet, ꝙ Bald. reputat istud ius quæsitum filijs ex feudo vel emphyteosi noua esse propriũ filiorum neq; posset ei pìudicari, nisi sicut in alia re, quæ sine dubitatione esset filij, in qua non præiudicatur filio aliquo modo, si non sit hæres patris. Si autẽ sit hæres, distinguitur vtrum fecerit inuentariũ, vel non, vt in iuribus præallegã. Et aduerte: quia quando pater dedit pecuniam pro habendo feudum, vel emphyteosim, resuscitaretur tacita donatio emphyteosis: vt s. dixi. Ita tamen indubitanter esset dicẽdũ, quando apparet ex forma concessionis, vel alio modo legitimo, ꝙ concedens concessisset istam emphyteosim filijs recipientibus contemplatione ipsius: quia quicquid datur filio contemplatione patris, profectitium est. l. sed si plures. §. si arrogati. & ibi plene. ff. de vulg. & pupi. & l. fi. cum ibi not. C. de vsufructu.

Hæres cogitur. Onus reale preteritum pro re legata pertinet ad hæredem. hoc dicit. ¶ †In gloss. posita super verbo, præteritum. Pro declaratione glo. quia alij docto. hic nihil fere scribunt, quærit hic Paulus de Castro & vtiliter, quid si collecta fuit imposita, anteq; res traderetur legatario. Sed tempus solutionis statutæ elapsum est, postquam res fuit tradita legatario, ad quem pertinebit solutio tributi vel collectæ? Respondet, quòd pertinet ad hęredem in effectu, ex quo cessit obligatio tẽpore vitę testatoris: licet solutio fuerit delata in aliud tẽpus: iuxta l. cedere diẽ. ff. de verborũ significatio. Vnde vere dicitur imposita collecta, ex quo iam obligauit. alleg. text. & quod ibi per glo. & Bar. in l. incola iam. ff. ad muni. Adducit etiam tex. cũ glo. in l. defunctã. ff. de vsufru. & quod not. Ioan. And. in regula, non est in mora. de reg. iur. dum dicit, ꝙ impositio collectę facta episcopo Bononiẽsi, pertinet ad ecclesiam Bononiensem: licet ante solutionem seu tempus soluendi ille fuerit translatus ad aliam ecclesiam. Sed ista minus faciunt vt dixi in voce, & maxime illa doct. Ioã. An. decisio tñ est verissima: qa etiam si collecta fuisset imposita cõditione, tñ inspiceret tempus impositionis, quo ad hoc vt diceret imposita, anteq; res perueniret ad legatarium: licet conditio fuerit impleta, postq; res fuerit tradita legatario: nam illud dicitur esse quæsitum ante mortẽ, vt cõprehendatur sub onere imposito à l. quod est acquisitum post mortem per implementũ conditionis, dummodo contractus conditionalis præcesserit mortem. ita probatur in l. ij. §. id quod. ff. de colla. bono. iuncta l. prima. §. si ab ipso. eod. ti. Et hoc est ideo in dictis iuribus, qa conditio impleta retrotrahitur, & fictẽ videtur facta acquisitio ante mortem. Si ergo conditio vel dies incertus non impedit, quia inspiciatur terminus contractus facti: multominꝰ dies certa deposita executioni, & nullo modo suspenditur obligatione: vt plene declaratur in l. ita stipulatus. ff. de verbo. oblig. Pro ista conclusione adduco tibi tex. no. quem ibi ponderat Barto. ad hoc in l. sancimus. C. de consuli. lib. xij. per quem ibi dicit, quòd si ex forma statuti de quolibet contractu debet solui gabella, & fiat contractus conditionalis, statim debebit solui gabella, non tempore quo impletur conditio. Et ideo putarem in casu nostro, quòd etiam si collecta fuisset imposita sub conditione, vel die incerta, adhuc vera esset opi. do. Pau. per iura prædicta. Vnde Ang. consi. ccvij. dicit, quòd etiam si collecta sit imposita sub conditione, nihilominus dicetur res effecta, ita quòd cum onere suo transibit ad ecclesiam. Vnde Bald. in l. j. §. quod si nemo. quod quisq; vniuer. no. vult in casu prædicto, quòd sufficiat deliberatum esse collectam imponi. Sed relinquitur mihi vna dubitatio: quia do. Pau. hic, dum ponit exemplum in collecta, præsupponit quòd post impositam collectam res ipsa sit obligata & hypothecata pro solutione collectæ. Sed quomodo hoc ꝓbet nõ intelligo: quia iura hic allega. per glossam loquuntur in onere mere reali, de quo non est dubium, quod sequitur rem, quocunq; vadit, in capitu. primo. de cen. in anti. xij. quæst. j. c. si tributum. cum multis alijs. Sed collecta imponitur personę cum rebus: vt lege, rescriptum. in fin. & ibi per Barto. de mu. & hono. vnde principaliter obligatur persona. Vt ergo ꝓbetur, quòd isto casu oriatur tacita hypotheca, istud est dubiũ. Bal. tamẽ hoc tenet vbiq;, sed maxime in capitu. j. §. nos Romanorum. de pa. Constan. & in dicto §. quod si nemo. vbi alleg. tex. qui bene facit in l. murilleguli. in fin. C. de murilegulis. lib. xj. Sed potest dici, quòd ibi est speciale propter beneficium, quod conceditur possessori, vt non teneatur restituere rem male alienatam: vnde qui in vno releuatur, in alio grauabitur: iuxta l. eum qui. ff. de iureiur. Remota autem illa l. aut loquimur in fisco imponẽte collectam, aut in ciuitate quæ non habet fiscum. Primo casu non inuenitur, quòd fiscus habeat tacitam hypothecam, nisi quando cõtraxit cum aliquo priuato. ita loquitur tex. in l. ij. C. quib. mod. pig. ta. cõtra. cum alijs concor. in l. j. de priuile. fisci. Sed non videtur eadem ratio in isto iure singulari, quod conceditur fisco, vt si cõceditur in contractu, habeat etiam locum in casu nostro: quia collecta imponitur præter consensum onerati. ergo non debet fieri extẽsio. l. lege Iulia. §. hoc caput. ff. ritu nuptia. In ciuitate autem quę non habet fiscum, videtur esse minor dubitatio, quia illa etiam pro contractibus initis cum priuato, non habet tacitam hypothecam: vt l. ij. C. de iniur. reipub. libro xij. & bene declarat Bart. in l. j. C. de debi. ciui. & in l. fin. C. quo quisq; ordi. con. in eodem libro. & tangitur in l. simile. ff. ad muni. Vnde Bar. in auc. item nulla cõmunitas. C. de sacrosan. eccl. presupponit, quòd erat statutum in loco, quòd pro collectis bona essent obligata: vnde de iure quęstio remanet dubia. Potest tamen dici, defendendo communem sententiam, quòd hoc ipso ꝙ res est posita in æstimo, videatur tacite destinata & obligata ad collectas soluendas. & hoc sentit Bar. in d. l. fi. C. si sine cen. vel reli. sed de iure nõ bene probatur. & ad materiã vide tex. no. in d. l. ij. C. si sine cẽ. vel reli. quem ponderat ibi Bart. & etiam Bald. qui probat, ꝙ vnaquæq; res est obligata pro onere respiciente ipsam rem, non pro onere imposito alijs rebus. Et sicut pro futuro tempore onus collectæ & tributi pertinet ad fructuarium, ita pertinet ad maritum & vasallum, qui habet fundum à fortiori. De primo vide tex. & quod ibi ponit Bart. in l. neq;. s. de impen. quẽ adducunt Moder. hic. De secundo vide Bal. in c. j. per quos fiat inuesti. quẽ adducit dñs meus, in l. imperatores. ff. de pub. vide etiam ad materiam quod not. Bald. in l. si negocium. C. de nego. gestis. & in dicta lege fi. in princ. C. si sine cen. vel reli. quem etiam adducit dominus meus in loco præallegato.

Scio. In legato generis, in quo quælibet res potest expediri, legatario venit id quod est minimum. hoc dicit, secundũ intellectum glo. in l. legato. s. eo. Vel sic, secundũ aliũ intellectũ, quem ibi tangunt Mode. In legato generis, seu speciei, venit id quod est minimum, quãdo res sunt in patrimonio testatoris. Vel tertiò, potest intelligi scdm Mod. ꝙ hic erat legatũ incertũ de certis, sed non apparebat de quo: vnde cùm declaratio pertineat ad hæredem, potest præstare id quod est minimum, vt l. si quis alio. §. si plures. s. eod. & per hoc habes expeditum tex. de cuius intellectu diximus in l. lega. s. eod. ¶ In glo. posita super verbo, fatebatur. ibi: sed si vellet hęres dare maiorẽ &c. per istam gl. & aliam in l. si ita scriptum. §. fin. j. tit. proxi. quę dicit idem, videtur destruere doct. Ange. in l. legato generaliter. s. eod. quam ego finaliter sum secutus, per tex. sing. Insti. de act. §. preterea. ver. quinetiam. Sed potest respondere, ꝙ in casu econuerso, de quo loquitur Ange. videlicet quando electio pertinet ad legatariũ, hęres qui non vult prestare minimũ quẽ petit legatarius, potest pretendere aliquod interesse: vt dicitur in dicto versiculo, quinetiam. Sed in casu nostro cessat illud interesse, nec video aliud interesse, per quod possit diminui lucrum legatarij: vnde casus non sunt similes.

Constat. Res quæ non est in cõmercio, vel est in cõmercio cum magna difficultate, non potest legari, etiam quo ad effectũ ęstimationis consequendę. Si autẽ est in commercio, non cum magna difficultate, vel est in cõmercio & patrimonio testatoris, si legatariꝰ tamen eã acquirere non potuit, & sine culpa sua, tunc debetur ęstimatio, si res non potest haberi. Secunda est ibi: si vero. Tertia ibi: sed & prædia Cęsaris. Quarta ibi: sed si res. quę est l. sequens. ¶ †Not. primo ibi: etiã si difficilis &c. ꝙ propter difficultatẽ pręstationis non videtur impediri legatũ, nisi quando difficultas oritur: quia alienatio illius rei pendet à volũtate principis. & ideo bene infert hic Io. de Imo. cõtra Bal. & ꝙ hic non probat id q̃d dicit Bal. absolute, ꝙ quicquid pẽdet à voluntate vnius, dicat ita difficile, ꝙ sit impossibile, nisi forte penderet à voluntate dñi in tẽporalibus illius loci, in quo res sit posita, quia tunc videatur eadẽ ratio. Et dictũ suũ sine dubio est verissimũ, quia res q̃ est in dñio alterius cuiuscunq;, dicitur pendere à volũtate sola illius: vt l. nec emere. C. de iure deli. & l. dudũ. C. de contra. emp. ¶ †Scdò no. ibi: si vero Salustianos &c. ꝙ res q̃ sunt in patrimonio principis, non videntur posse legari, etiã si nõ sint redactæ sub patrimonio rei priuatæ, & sub ꝓcuratore illius patrimonij: hoc enim vr̃ dicendũ necessario, ne tex. in ver. sed & prędia. qui ponitur in fi. iterum repetat, quod dictum est in ver. si vero. Et nunc fortiter obstaret contrarium positum in glossa posita in versic. æstimatio. hoc etiam videntur significare verba illius ver. in prin. vbi ponitur dictio aduersatiua, cum copula, quæ sicut implicat idem esse in casibus præcedentibus & sequentibus, ita necessario præsupponit casum, qui subijcitur, esse diuersum ad casus, ad quos fit implicatio. sed tamen soluemus, vt videbis in illa gl. ¶ †Tertiò nota, quòd ex qualitate dispositionis seu verborum cognoscitur quis sit furiosus: sicut etiam ex factis, quæ non pertinent ad vsum rationis, & ad commodum: vt lege, an vitium. ff. de ædil. edicto. simile in lege, quidam in suo. ff. de conditio. instit. & vide Bartolum in l. j. ff. de bonorum possess. infant. & fu. delata. aliquid etiam tangitur in capitulo fina. de succes. ab intesta. ¶ †Quartò not. quòd res priuatæ, quę sunt redactę in patrimonium Cæsaris, nõ possunt aliena

ri sine

ri sine speciali mandato principis.concor.tex.in l.j.in secundo responso.ff.de offi.procon.Cæsaris.Quid autē sit in rebus fisci,quæ pertinent sub alia ratione ad Cæsarem ,declarabimus in glo.præallegata,& allegatur super ista litera in fi.quòd ea quæ dependent à potestate principis,dicuntur imposibilia ꝓpter nimiam difficultatem.Et ex hoc arguit hic Barto.solenniter,ꝙ si testator relinquit fratribus Prædicantibus certū locum,vt ibi cōstruāt ecclesiam:quia hoc nō possunt facere fratres sine licentia pontificis:vt in c.j.de reli.do.lib.vj. iste modus dicatur imposibilis,& per consequens non valeat legatū, & modus vitietur tanꝗ imposibilis,iuxta not.in l.j. §.de cō di.insti.Mod.dicunt hic,ꝙ quamuis ille modus reijciatur, res tamen relicta conuerti debet ad alium vsum pium, ex quo in vsum destinatum conuerti non potest,per l.legatum.in prin. & quod ibi plene per Bar.j.de vsufru.lega .Sed ista sunt verba Bal.in l.cū alienā.C.de leg.quem etiam adducit domi.Pau. hic,& Pe.de Anch.in loco statim allegando.Ipse autē Bal.alibi,videlicet in l.j.in fi.C.de his quæ pœnæ nomine.quem isti non viderunt.Sed Pet.de Anch.bene vidit eum in regula,nemo potest.de reg.iu.vbi solenniter attingit istum articulum: dicit vnum verbum singulare,videlicet ꝙ cū summa ratio sit, quæ facit pro religione:vt l.sunt personæ.ff.de reli. & sumpt. fune.verisimile est, ꝙ de facili poterit obtineri dispensatio & gratia à summo pontifice,& ideo iste modus non videtur esse imposibilis.quod dictum tanꝗ singulare semper no. quia limitat istam l.mirabiliter,& quod habetur in l. continuus . §. cùm quis.de verbor.obli.videlicet ꝙ ea quæ pendent à potestate principis, non censentur imposibilia,vel nimis imposibilia,si est verisimile aliquo respectu principem faciliter fuisse concessurum.Pro ista conclusione do tibi text.singula.qui hoc probat in duobus locis in l.j.§.permittitur. de aqua quo. & æsti.vbi text.dicit,quòd beneficium consuetum concedi à principe,dicitur impetrabile.i.de facili posse interpretari : & ita exponit glo.illum tex.punctualiter in l.sed & si per prætorem.§.j.ff.ex quib.cau.ma.quod etiam ostendit ille §. in alio ver.dum dicit,ꝙ id quod est consuetum concedi. l. præsumit indubitanter impetrari. Sicut ergo quando impetratio præsumitur facilis ratione consuetudinis , non dicitur continere multam difficultatem,quamuis solus princeps hoc possit concedere:ita si sit valde verisimile ex magno fauore causæ principem esse concessurum:& sic possit saluari illa doct. Bald.Vnde dicebam pridie respondendo de facto , quòd officialis qui acceptauit officium,quod non poterat exercere per se,quia erat infirmus,non dicitur esse in culpa,quasi non debuerit acceptare,quod exercere non poterat,si erat consuetum cum similibus dispensari. & allegaui illum tex.singula.cum illa glossa. ¶ In gl.posita sup verbo,nec æstimatio.ibi:sed dic inter ignorantes.Prima solu.primò diuinat ad illum tex.quia non dicitur ibi,quòd emptor ignoraret rem esse fisci.Secundò est contra text.in l.sed Celsus.in prin.ff.de contrahenda emptio.quē alle.glo.in l.contraria.vbi in casu,in quo dicitur, ꝙ liber homo & res seruiens vsibus publicis non potest alienari, etiam excipitur res pecuniaria,quę pertinet ad populū , vt ponit ibi gloss.exemplū molendini alicuius populi,quod tanquam patrimonium ipsius potest alienari.†Fiscus autē nihil aliud est[a], quàm matrimonium populi,quod quidem pertinet ad Cæsarem tanquam patrimonium publicum , quia in eum fuerunt translata iura populi: vt patet in l. ij.de origine iur.& sic patet,quòd res fiscales sunt in cōmercio ,& possunt alienari. Vnde glo in dicta l.pacta conuenta.in fi.hic alle. sentit aliam solu.quòd hic loquitur in rebus quæ sunt priuati patrimonij principis,& nō possunt alienari sine speciali permissione principis. Vbi autem loquitur in rebus fiscalibus,in quibus non requiritur specialis cōmissio principis.ita dicit gl.nota.in l. j. de fide instrumē.& iure hastæ fisca.lib.x.& est gl.parua,per quā ista solutio firmatur.Sed contra istam sol.faciunt duo.primò id quod dicit Barto.in d.l.j.per l.fiscus.in fi.ff.de iure fisci. vbi vult reprehendendo illam gl. ꝙ etiam res fiscales nō possunt alienari sine speciali permissu principis. Sed cum reuerentia sua ille textus non probat hoc:quia licet ibi dicatur, ꝙ omnia priuilegia,quæ habet fiscus:intelligitur habere priuatum patrimonium Cæsaris:non tamen sequitur , ecōtra ergo omnia priuilegia quæ habet patrimonium priuatum Cęsaris , habet fiscus:vt patet ex his quæ not.idem Bart.in l.j.§.eo.in illo articulo,vtrum priuilegia concessa legatis competant fideicommissis.Vnde ego teneo simpliciter illam no.glo.tum quia in rebus fisci hoc non reperitur iure cautum:quia text.in dicta l. sed Celsus.simpliciter videtur dicere,quòd res fisci sunt in cōmercio:intelligendo ibi de populo Romano,sicut debet intelligi.Secūdò obst.hic solutioni:qa si text. in ver.si verò. intelligitur de redactis in patrimonium priuatum principis : ergo versiculus,sed aggrediar,repetet idem,& sic videbitur superfluus.quod in dubio non est concedendū:vt in § . quibus . in prima consti.C.Præterea non videtur,quòd possit repetere idem propter dictionem,sed & prædia & c. quæ est dictio implicatiua,sicut vidisti declaratum in l.plane.§.si rem.vel in §. si coniuncti.§.eodem.& in l.si quis in fundi vocabulo. implicatio autem quæ fit de casu sequenti ad præcedentes,necessario præsupponit casus esse diuersos:ergo text.in versicu.si vero. de necessitate loquitur,quando non erant in priuato patrimonio principis,sed erant sua:sicut alia res fisci.Sed ad primū potest dici,quòd ideo repetitur idem in versi.sed & prędia.vt limitetur ver.si vero.qđ nō habet locum in omnibus prædijs principis.Ad secundum potest dici,quòd illa dictio implicatiua implicat ad casum proxime præcedentē,qui ponitur in versiculo,item campum &c.Et licet ista responsio aliqualiter restringat tex.pōt tolerari melius,quàm aliæ solutiones.¶ Extra glo.tangit hic Barto.duas quæst.super quibus aliquid est dicendum.deinde ponit do.Paul.aliam not.questio.super qua dicit se consulisse,in qua etiam erit scribendum.Sed anteꝗ veniam ad istas quæstiones,addendum est aliquid ad ea quæ diximus in not.super illa quæstio.quando fratribus mendicantibus fuit locus relictus,vt ibi ædificarent ecclesiam nouam. nam Bart.dicit,ꝙ modus remouetur vt imposibilis:sed ipse non declarat,vtrum legatum quod remanet reiecto modo imposibili,valeat,vel non.Super quo ipse in tractatu minoricarum dicit id,qđ superius retuli dixisse Bald.ꝙ conuertetur in alios pios vsus licitos.Sed Bald.licet hanc sententiam teneat in l.cū aliena.& in authen.ingressi.C. de sacrosanc.eccle. tenet oppositum in vltima charta.dicit enim,quòd tunc quando modus est imposibilis,legatum conuertitur in alios vsus, qn̄ essentia legati non penderet ab appositione modi,quādo legatum simpliciter factum valuisset:& ita loquantur iura allega. in l.legatum.ff.de vsufruc. leg.Sed in casu nostro si res immobilis simpliciter fuisset relicta mendicantibus, legatum nō valeret:†quia ipsi sunt incapaces[b] rerum immobilium: vt in d. c.j.de relig.dom.lib.vj.ergo fiat conuersio tunc in aliū vsum. Hanc opin.totidem verbis sequitur Ange.in consil.suo ccxxiiij.vbi probat eam similitudine bonorum iurium:dicit enim quòd quando legatum factum simpliciter sine adiectione causæ esset nullum ipso iure propter incapacitatē personę,cui relinquitur:tunc si fiat simpliciter,non cōuertitur in causam licitam.quod patet in legato facto deportato & dato in metallū, quod est nullū ipso iure,nec conuertitur in causam alimentorum in quo potest aliquid legari:vt l.si in metallum.ff.de his qui pro non scrip.hab.& l.si deportati seruo.in princi.j.de legat.iij.cū similibus.similiter ergo in casu nostro,secūdùm eū, si causa apposita in legato est imposibilis,legatum quod remanet simplex non conuertitur in aliam causam concessam: vnde in eodem consilio postea infert,ꝙ si legatur fratribus mēdicantibus res immobilis simpliciter,nō intelligitur relicta ad vsum concessum,nisi expresse ad vsum licitum fuerit relicta. & ad l.legatum.cū similibus,responde,prout respōdet §. Bal. in authen.ingressi.Tu autē aduerte : quia Ioan.de Imol.hic addendo ad dicta Bar.inquantum Barto.voluit quòd si legatur fundus simpliciter fratribus mendicantibus,debeatur ęstimatio,dicit ꝙ potest dici melius, videlicet quòd quādo fundꝰ relinquitur simpliciter talibus,videatur relictus ad vsum licitum,ad quem potest relinqui.allegat Ioan.And.in c.j.de reli. domi.lib.vj.& Cy.in l.deo nobis.ad fin.C. de episc.& cle.quē ibi alleg.Ioan.And.Volui videre Ioan.Andr.in fonte, & referendo se ad dicta Cyn.satis videtur sentire hoc, quod dicit do.Ioan.& videtur posse probabiliter dici,arguendo de re ad tempus[c].iuxta l.miles ita.§.& quia diximus.ff.de testa.mil. dicamus,ꝙ sicut quando verba modo aliquo patiuntur, institutio videtur delata in tempus,quod fieri potest:vt l.Gallus.§.quidam recte.suprà,de liberis & posthum.ita videatur legatum factum in eum casum,in quo licitè potuit valere.Facit ad præmissa text.secundùm verā lecturam.in l.cum filio. §.eodem. & l.fideicom.§.si filio.infrà,de legat.iij.facit optime text.in l. Proculo.& quod ibi not.ff.de vsufruct.vnde quia quando res immobilis relinquitur, simpliciter non repugnat verbis legati, quòd videatur relicta in eum casum , in quo relinqui potest, & ex ea causa : & per consequens , quòd legatum valeat . Et ista opinio placet pro nunc . Non obstat argumentum, de deportato, & dato in metallum : quia rem immobilem,prout est legata, nō prohibetur frater mendicās absolute capere:sed cum modificatione vendat,& conuertat pre

[a] ¶Fiscus autē nihil aliud est.Adde Frāciscum Lucanū de Parma in tracta.de priuilegio fisci . in j.volu. versicu . est autem fiscus.Nico. Super.

[b] ¶Sunt incapaces. Adde Cy. & Bald. in l.deo nobis.C.de episc.& cleri.Bal.in aut. nisi rogati . C. ad Treb.Abb.con. xxvij.incip. dubiū. super quo in ij. volu.Raph.Cu. cons. clxix.inc.viso test. Nico.Super.

[c] ¶Arguendo de re ad tēpus. Adde an valet arg.de re ad tempus,vide doct. in l.vinū.ff.si cert. peta.Rapha.Ful.in l.C.de testa. milit. Bal.cōs.xxxviij.in cip.d.Tho.in iij.volum.Ni.Super.

tium in suos vsus, & ideo forte posset dici, quod si deportato vel damnato in metallum relinqueretur quantitas vel redditus, qui possent esse proportionati ad legatum alimentorum, in dubio interpretarentur relictum ad alimenta. Sed quando relinqueretur aliqua species, id est aliqua res immobilis, quae immediate non posset proportionari ad alimenta: tunc ne fieret digressio de vna re ad aliam in legato, legatum simpliciter esset nullum. Sed quia ista solutio non probatur iure, non multum placet. vnde possumus dicere, quod in fratribus minoribus, qui sunt penitus incapaces ex regula: vt in clemen. exiui. §. ad haec. de verb. signi. & sunt maxime similes deportatis & damnatis in metallum, quo ad incapacitatem, procedat doct. Bal. in auth. ingressi. qui proprie loquitur in fratribus minoribus. In alijs autem, qui sunt mendicantes, ex constitutionibus etiam approbatis ex sede apostolica, procedat opi. Bar. & aliorum. Et reuera iste articulus est dubius in decidendo, & esset melius cogitandum. & ad materiam l. nostrae vide omnino pulchram quaestionem, quam ponit Innocent. in capitu. super eo, de conditi. appo. † vbi tenet, & communiter Mod. quod inter impeditos contrahere sponsalia,[a] non possunt contrahi sponsalia sub conditione, si princeps dispensauit: quia censetur conditio impossibilis. Sed dominus Antonius ibi tenet oppositum, super quo feci solenne consilium, vbi singulariter limitaui istum §. in causa illustrissimi domini mei, domini ducis Mediolani, quod hodie vidi. Adde etiam quod nota. ponit Bald. in l. ab eo. in fi. C. de fideicommiss. ad intellectum l. legatum. ff. de vsufru. lega. & aliud quod ipse idem ponit ad intellectum dictae materiae in l. si quis ad declinandam. in prima charta. & in vlti. col. C. de epis. & cle. Et vt reuertamur ad primam q. quam tetigit hic Barto. vtrum res dotalis possit legari, ita quod saltem debeatur aestimatio, adde dictis eius secundum Baldum hic, & Io. de Imo. quod doct. glo. quae dicit in lege, dotalem. §. de test. mil. quòd non debetur aestimatio, posset esse vera, quando vir legaret rem dotalem, non pro ratione gloss. sed quia cùm vir habeat ius in re dotali, legando eam non videtur legare aestimationem, sed solum ius, quod habet in re, licet sit finiendum morte: per legem, vxor patrui. C. de lega. & hanc opin. sequitur hic Imo. quam Bald. etiam vltra eos ponit in duobus alijs locis, videlicet in lege iij. C. de iure dot. vbi est omnino videndum: quia ibi eleganter declarat, qualiter res non dicatur esse in nostro commercio. & idem dixit in d. l. dotalem. §. alleg. Et pro hoc alibi infert ipse notabiliter, quòd si vasallus legat rem feudalem ad pias causas, nec res debetur, nec aestimatio: ita ponit ipse in l. j. C. de sacrosan. eccle. in lect. & in c. j. §. donare. qualiter olim feud. alie. pos. ¶ † Secunda quaestio, quam tangit hic Bart. est difficilior, videlicet nunquid si legatur res ecclesiae[b], debeatur aestimatio, sicut cùm legaretur quaelibet res aliena. Et sequendo Innocen. in capitulo, filius. de testamen. vbi videtur casus quaest. tenet, quòd non debeatur aestimatio. & ita intelligit Innocen. illum textum. Hoc autem est propter magnam difficultatem, quae est in alienatione rei ecclesiae. & idem tenuit gloss. xij. quaestione j. capi. si episcopus. Sed iste intellectus In. ad illam decretalem non est verus, neque quo ad verba literae, neque quo ad rationem: nam si bene respicias ad fi. tex. colligitur ex eo euidenter, quod ibi res ipsa legata erat tradita legatario: vnde dicit Grego. ibi, quod clericus ille non debet retinere rem alienam: quia res alienas alijs debet restituere. Vnde ex fine literae satis apparet, quòd in princi. non est locutus de aestimatione, sed de re ipsa: dum dicit, quòd leges seculi in hoc dissentiunt à canone, & volunt legatum valere. & hanc lectu. prolixius impugnat dominus Abb. Moder. & bene in dicto capitu. filius. vbi poteris videre. Et aduerte: quia sicut dixi s. in no. non omnis difficultas impediret rem esse in commercio, etiam si oriatur à voluntate vnius, sed sola difficultas quae oritur à voluntate principis. Et quod ista ratio non sit vera, probo: quia facilius potest alienari res ecclesiae, quam res pupilli: quoniam sufficit in ecclesia euidens vtilitas: vt not. xij. quaest. ij. in summa. sed in pupillo requiritur necessitas aeris alieni, cum multis alijs, de quibus in l. magis puto. supra, de rebus eorum. & tamen Bart. hic & communiter Mod. tenent, quòd si legatur res pupilli, quia est in commercio, debetur aestimatio. Pro quibus do tibi casum nota. in l. magis puto. §. si fundus. in secundo responso. ff. de rebus eorum. vbi probatur, quòd si testator legat fundum pupilli haeredis instituti, ille fundus non potest solui legatario, nisi causa cognita, & interueniente praetore: & sic dicatur intelligi, quod legatum subsistit, aliàs etiam illis interuenientibus non posset solui, quia praetor non potest interponere decretum in donatione rei minoris: vt l. fi. in fin. C. si maior factus. Praeterea etiam in venditione rerum fisci non potest fieri venditio sine multa solennitate: de qua in glo. ordina. in lege j. C. de fide instrumento. & iur. hastae fisc. super verbo, ordine. & tamen res fisci potest legari, vt debeatur aestimatio: sicut dixi in tertia gl. superius. alias etiam lectu. positas ibi per gloss. & alios optime reprehendit ibi domi. Abb. in loco praeallegato. Ipse autem ponit vnam lect. quae nullo modo congruit menti istorum iurium: dicit enim, quòd ideo leges non seruantur in foro canonico contra regulam positam in capi. j. de no. oper. nunciatio. quia petitio aestimationis, quae fit per legatarium, est lucrum odiosum, quasi petatur contra voluntatem testatoris. cuius contrarium ipse dicit in princip. commenti, quod petitur ex voluntate testatoris, & istud est verum. nam ideo distinguitur inter testatorem scientem & ignorantem in l. cum alienam. C. de leg. quia quando testator ignorat, praesumitur deesse voluntas: vt patet in d. l. cùm aliena. Ergo manifeste datur intelligi, quòd quando testator scienter legat, ideo debetur aestimatio, quia hoc praesumitur velle: sicut videbis in lege, si res obligata. j. eod. vbi est bonus textus in simili. & ideo dicendum est aliter ad intellectum illius capituli, prout tetigit hic Io. de Imo. licet nimis breuiter, & nude, dicit enim, quòd in dicto c. filius. non est differentia inter leges & canones, in hoc, quòd de iure canonico non debeatur aestimatio: sed in hoc, quia de iure ciuili haeres rem alienam legatam poterat tradere legatario, licet adhuc non esset redempta à domino rei: quod potuit contingere, si res aliena erat penes haeredem. sed de iure canonico hoc prohibetur: vnde traditio & acceptio est licita, secundum eum. quae verba bene exposita sunt verissima, sed indigent declaratione: vult enim in effectu, quòd si haeres tradit rem alienam legatam, adhuc non redemptam ex traditione, transferatur possessio in re illa, titulo ex legato: ex quo si legatarius egit, erit in bona fide, in effectum curret praescriptio: vt in toto titulo. ff. pro lega. Sed hoc non patitur aequitas canonica in his quae sunt de iurisdictione sua: imo vult, quòd titulus lucratiuus habeatur pro non titulo: & consequenter res non poterit praescribi spatio longi temporis: quod est singulare verbum, limitans mirabiliter materiam capituli, si diligenti. de praescriptio. & l. Celsus. de vsucapi. & vere ad istum intellectum melius vadunt verba textus. & per haec est expedita ista difficultas. Dicit tamen hic Paul. de Cast. quod ista doctrina Innocentij posset habere locum in praelatis, qui iurant non alienare inconsulto pontifice, nam tunc essemus proprie in casu §. nostri. nam tunc res non esset in commercio, sine voluntate princi. allegat tex. in c. ego Nico. de iureiurando. & non bene, quia in illo iuramento ibi non continetur hoc, sed est consuetudo inducta praeter sanctionem canonis, in quibusdam ecclesijs: quòd eorum praelati iurant modo praedicto: de qua consuetudine, & quem effectum habeant, vide no. per Ioan. And. & ibi plenissime per Mod. in c. fin. de eccle. aedi. De iure tamen bene est statutum, quod praelati non possint subijcere loca sua principibus secularibus, sine speciali permissione pontificis: vt in capi. hoc consultissimo. in princi. de reb. eccle. non alienan. in vj. Et per istum textum dicit hic Paulus vltra alios doctos. se consuluisse in ciuitate Bononiae, quòd si testator, qui moritur in vno loco, mandat corpus suum transferri in alium locum infra annum, & priuat haeredem, si non transtulerit dicto tempore, & relinquit haereditatem alteri, quod istud praeceptum videtur continere vnum impossibile, ad quod implendum haeres non tenetur: quia corpus semel sepultum in vno loco, non potest ad alium transferri, sine licentia principis: vt l. fina. C. de relig. & sump. fune. Vnde cum hoc pendeat à sola voluntate principis, dicitur impossibile, & per consequens haeres non obligatur, nec potest sibi imputari, cur non petijt licentiam à principe: vt est text. no. secundum eum in l. ij. §. tractari. j. ad Tertu. & hoc tenet Bar. in fi. q. in l. j. in vlti. col. ff. de reg. Cato. vbi dicit, quod non imputatur testatori, nec dicitur esse in potestate eius, quod filius legitimetur à principe. Dicit tamen Ful. consuluisse contrarium, sed nullum voluisse subscribere, praeter vnum doct. Et quia non est credendum, quod tantus doctor ita enormiter errauerit, attende diligenter vltra ipsum: quia forte istud consilium est verius: cum enim testator ex voluntate sua voluerit transferri corpus suum, quod non poterat fieri, si fuisset perpetuo sepultus, à principio, dico quòd aut haeres sepeliuit defunctum, vt ibi perpetuo esset, aut vt esset temporaliter transferendus alibi. Si primo modo, tunc haeres fuit in culpa sepeliendo taliter defunctum, quòd non posset transferri, iuxta voluntatem defuncti: vnde ipse dedit causam impossibilitati, cùm potuisset sepelire aliter: vt j. videbis. & tali modo, quòd translatio non impediretur. Sed quando culpa est praeordinata ad casum, ille qui tenetur ad aliquid, non excusatur per casum: vt l. ij. §. haeres. ff. commo.

[a] ¶ Inter impeditos contrahere sponsalia. Adde consi. d. Fran. de Are. co. cxliij. in capi. ex facto, ppo. nitur quòd illustrissimus & excellens princeps Fran. For. Nico. Super.

[b] ¶ Nunquid si legatur res ecclesiae. Adde diffuse per Bar. in ca. filius. de test. Nico. Sup.

commo.& per Barto.in l.quod te.ff.si cert.peta.Si vero sepe liuit,vt ibi esset temporaliter,tunc potuit transferri sine iussu principis:vt l.si nec dū.C.eo.& l.diui fratres.cum l.seq.ff.eod. titu.vnde à sufficenti diuisione hæres conuincitur in culpa, si non transtulit.Præterea etiam quando aliquis esset tutus, vt ibi sit perpetuo,hoc non pendet ex solo arbitrio principis: quia etiam pontifices poterant dare hanc licētiam:vt l.ossa.in principio.ff.de reli.quinimo glo.tenet ibi,vel in l.diui fratres.prea al legata.q hoc possit permittere præses prouinciæ causa cognita:quod tamen non placet, quia text.in l.iij.de sepul.vio. quē allegat,loquitur in alio casu,in quo datur arbitrium præsidi, videlicet vtrum quando corpora licite transferuntur de loco ad locum,possunt ingredi ciuitates,& castra,an vero debeant ire per territorium extra ciuitatē.Et per hæc sit expedita ista quæstio cū alijs,quæ pertinent ad hunc §.

SVMMARIVM.

1 ☞Nomina debitorum,sunt quædam species à rebus corporeis distinctæ.
2 In legatis conditionalibus non habet locum regula Catoniana.
3 Dictio,idest,ponitur quandoque declaratiue,& exemplificatiue,& non restrictiue.
4 Fieri quod non potest directo per viam legati,non potest fieri indirecto per viam reseruationis.
5 Verbum, quodammodo, significat quandam improprietatem.
6 Affixa ædibus vt possunt euelli,non permittitur,non solùm pro debito priuato,sed etiam publico.
7 Appellatione ædium continetur omne genus ædificij.
8 Dictio,ad,significat iuxta.
9 Cùm res perit sine culpa hæredis,& ex facto suo, non liberatur hæres à præstatione æstimationis.

VEtera igitur. Regulariter corpora & iura possunt legari, præter illa corpora,quæ sunt affixa ædibus:& legatū quod à principio est inutile,si sit purum,non conualidatur ex postfacto. secus est in legato cōditionali,in quo non habet locum regula Catoniana . hoc dicit, vsq; ad §.item quæri.Secunda ibi:secundùm ea.Tertia ibi: tractari. Quarta ibi:queadmodū.Vltima ibi:sed sub cōditiōe.¶ †Not.ibi:& iura & seruitutes possunt . q nomina debitorū sunt qdā species distinctę à rebus corporeis,id est à mobilibus,& immobilib⁹, & etiā à iure corporeo,qd afficit rē, sicut est seruitus. Et ista est veritas:licet aliquando,quo ad quosdā effectus, cōputent loca.mobiliū vel immobiliū: de quo vide plene per Bar. in l. pupillus.ff.de auto.tut.¶ Secūdò not. q regula Catoniana habet locū etiā in dispositionibus,vel in habilitatibus inductis p senatusconsultū,quod tangit hic Bart. & plenius in l. prima. ☞infrà,de regula Catoniana.¶ † Tertiò not.quòd quando legatum est nullum à princi.ratione rei,vel mixta consideratione rei,& personæ legatarij,isto legato habet locum regula Caton.vt quod à principio esset nullum, postea non cōualescat. Quatuor alios casus prosequere post Dyn.& Barto.in dicta l. prima.præallegat.inter quos est vnus,quem attingit do.Paulus,referendo dicta Barto.in dicta l.prima.in vlti.col.quando legatum tempore testamenti est nullum,solùm propter qualitatem personæ legatarij:tunc enim non habet locum regula Catoniana,sed inspicitur tempus mortis:vt l.nō intelligitur. §.an autem.ff.de iure fisci.quando est tale impedimentū , cui testator non poterat per se prouidere. aliàs secus:vt lege, quia ratio.ff.de condi.institu.Et pro hoc infert ibi Barto.q si pater legat filio spurio aliquid in testamento, simpliciter reconualescit legatum,si filius facit se legitimari ante mortem patris per leges suprà allegatas.Bald.autem dixit,& not.in lege,certum.C.vnde legi.quòd non solum legatum,sed etiam institutio facta de filio spurio conualidatur, si postea facit se legitimari.quod dictum est valde dubium:quia in hæreditatibus inspiciuntur tria tempora,& maxime tempus testamenti,in l. si alienum.§.in extraneis.de hæredib. institut. quod ergo non potuit fieri tempore testamenti, quomodo valeat non intelligo. Ipse tamen videtur sentire, quòd in filio sufficit perseuerantia voluntatis ipsius testatoris: vnde satis est, quòd testator durauerit in prima voluntate,vsque ad mortem: nam per hoc videtur quodammodo reprobasse voluntatem post legitimationem.Angelus lege, cùm tacitam.ff. de probatio. Sed ille textus parum, vel nihil facit:ibi enim præsumitur durare voluntas testatoris,& habet effectum,licet fiat secundum testamentum, quia erat datum tacitum fideicommissum, in quo plerunque dicit iurisconsultus ille,qui semel confidit de aliquo occulte,videtur idem voluisse in quacunque dispositione.Vnde ratio non sumitur ibi ex fauore filij,sed ex qualitate dispositionis. Regula autem est in oppositum, quòd quando testamentum est nullum ex defectu personæ testantis,sola continuatio voluntatis cessante impedimento non ratificat testamentum:vt l.j.§.si filius.de leg.iij.& no.in l.qui ex liberis.§.testamento.ff.de secun.tab.Eadem ergo rōne,erit idē quando institutio est nulla propter incapacitatem instituti.nā ☞illud dictum pro nunc approbo.¶ † Quartò no. q regula Cato.habet locum etiam si legatum quod sit à principio , aliquo modo valeat.nam legatum,hic factum,licet non valeat in re, valet in æstimatione:vt videbis j.in §.si duobus.& tangit gl. iij.hic in prin.& tamen quo ad ipsam rem legatum inutile à princi.non recōualescit.contra quam conclusionem opponit Bar.hic de l.apud Iulianum.§.si Titio.s.eod.vbi quia legatū factum super re valebat aliquo modo,potest ex postfacto sub alio modo conualescere.Ad quod responde, q ibi secundùm omnem modum res semper erat in legato : quia etiam si non fuerit tradita ante mortē testatoris,breui manu,fingitur fuisse tradita ipsi testatori,& re tradita legatario per hęredē:& sic saltem ficte res videtur esse in legato, quod nullo modo validum à prin.alle.l.iij.§.si debitorem.ff.de do.inter vi.& vxo. & l.licet.§.j.ff.de iure do.Sed ista solu.non videtur sufficiens, duabus rationibus.Prima est,quia quando debetur ęstimatio rei,sicut in casu nostro,res ipsa videtur esse ficta in legato: vt colligitur ex l.si stipulatus.ff.de fideiusso.quam optime inducit Barto.ad hoc in l.j.in prin.ff.de actio.emp.Præterea illa fictio,quam inducit Bart.in §.si Titius.si bene respicias tex.nō videtur esse possibilis:quoniam si re non tradita testatori per legatarium,bene fingeretur tamen tradita:& iterum re tradita legatario per hæredem,tunc per illam primam fictam traditionem legatarius est liberatus ab actione ex vendito:sicut in §.si debitorē.debitor liberat à creditore suo: & in d.l.licet.§. j.Sed hoc est falsum,cū tex.ibi dicat,q cōpetit actio legatario vt liberet ab act.ex vēdito, ergo per istū modū res non dicitur esse in legato. Posset autem dici , & melius , q ficte esset in legato:quia qui habet actionem personalem ad rem, videtur habere rem,vt l.qui ac.de re.iu.intellige ficte & interpretatiue, non vere.vnde in materia statuti non admitteretur ista interpretatio,vt singul.declarat Bartol.in l.Gallus.§. videndum.in fi.ff.de lib.& posthu.Sed tamen prima ratio obstat s. alleg.quia etiam hic res ficte videtur esse in legato.oportet ergo soluere aliter,& subtilius:& est dicendum, quòd quando inspecto tempore testamēti rem esse ficte in legato, vel vere, est eiusdem effectus,quo ad materiam,de qua agitur:tunc satis est, q legatum fuerit validum,prout referat ficte in legato,& non vere.Sed in casu nostro non est eiusdem effectus: quia causa propter quam res vere prohibetur esse in legato in tex.nostro,scilicet ne vrbs deformetur ruinis,non habet eundē effectū in casu,quo res ficte est in legato,p æstimationem ipsius:qm licet soluat æstimatio, q ficte videt res, cessat causa prohibitionis senatusconsulti:quia vrbs non deformat ruinis.¶ † Vltimò no. q regula Cato.nō habet locū in legatis cōditionalib⁹:sed qritur de ratione. Dy.dixit, q ratio est, qa cū legatū cōditiōale adhuc nō sit legatū, nō pōt infringere & annullare illa regula,ad quod nō erat:vt l.nā & fi.§.rumpendo. ff.de iniu.test.Sed ista rō nō placet Bar.qa p istā rōnem possem⁹ etiā dicere, q etiā nō annullaret legata plura, q viuēte testatore nullam habēt essentiā. Sed ratio Dyn.pōt defendi ab ista ipugnatiōe:quia licet mors testatoris sit vltima pfectio testamēti, nō tñ sequitur, q ante mortem dispositio testatoris non dicatur habere aliquod esse.qd patet , vt s.dixi,in institutione hęredis, q inspicitur tempus testi.Sed qñ dispositio cōditionalis ex ipsa voluntate testatoris non habet esse vsq; ad euentū cōditionis:vt lege, si quis sub. conditione.s.de testamen. tute. plus tamen placet ratio gloss.quam sequitur hic Bart. q ideo non habet locum regula,quia testator differendo in euētum conditionis euentum legati, videtur considerasse habilitatem in illo tempore.Vnde ex psumpta voluntate testatoris regula Cato.cessat.

Item quæri potest. Licet dño duarū ędium, qui sit eas redēpturus, si concedit de iniūctis ędib⁹, trāsferri aliquid in aliā: secus si vna ex domib⁹ transeat ad aliū.& qd dictū est s. habet locū in eo qui est dñs vtriusq; ędis insolidū:& sicut non valet legatū,vt aliqd detrahat de ędibus testatoris trāsferēdū in ędes legatarij, ita nō valet reseruatio eius,quod est inductum ędibus, si ędes legantur. In prædictis tamen casibus debetur æstimatio. Se-

cunda est ibi: mouet quæst. Tertia ibi: nunquid ergo. Quarta ibi: si duobus. Quinta ibi: & qd si quis domum. Vltima ibi: sed melius. & hoc dicit, vsq; ad §. scilicet censi. ¶ Not. primo, q habenti duas domos licet propter coniunctionem dominij, vt inquit hic Bal. qd aliàs non liceret, & est verũ istud, etiãsi illæ duæ domus sunt in diuersis ciuitatib9: vt videbis j. in §. sed & si quis, vt vna sit in rure, & alia in ciuitate, intellige secundũ Moder. hic, quòd ornaméta de domo, quæ est in rure, possint transferri in ciuitate ad ornamentum domus, quæ ibi est: vt l. senatus. §. Marcellus. j. sed non econtra, secundũ Mod. de quo ibi dicetur. ¶ †Secundò no. ibi: id est, non distracturus. iuncto ver. sed legandum. q ista dictio, id est,[a] aliquando ponitur declaratiue, & exéplificatiue[b], & non restrictiue, & ista erat ratio dubitandi in text. nostro: quia licet domum quam legabat alteri testator eo tempore quo erat facienda translatio, non esset possessurus vnus & idem, nihilominus non videbatur ista translatio prohibita: quia solùm videbatur prohiberi ille qui transferebat vnam ex domibus suis per venditionem: sed trãslatio quæ fit per legatum non est huiusmodi: ergo non videbatur impediri ex senatusconsulto, de quo in lege, senatus. ff. de contrahenda emptione. Tamen determinat iurisconsultus, & bene: quia cùm causa sit vniformis ad omne genus translationis, f. ornatus reipub. idem debet iudicari in omni translatione, & verbum distrahẽdi est positum exempli causa: quod nõ restringit l. vt l. j. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma. ¶ Tertiò not. in §. si duobus. ibi: quia dominus est. nam ex isto versiculo clare videtur probari, quòd res mea dicitur proprie mea, & vere hoc, est, significat istud verbum, dominus est, si tamen dispositio quæ fit de re nostra, vel de re cuius sumus domini, habet diuersam rationem in toto & parte: quia ratio legis nõ æque bene habet locum in eo, qui est ex parte dominus, sicut in eo qui est in totum dominus: tunc dispositio quæ loquitur de domino, restringitur ad dominum insolidum Casus est no. hic, vbi patet, quòd non licet testatori legare: vt ex ædibus cõmunibus legatarius possit transferre in proprias: quia si hoc possit fieri, præiudicaret socio in re communi: quod est inconueniens, iuxta not. in lege, si ædes. & lege, Sabinus. ff. communi diui. Sed si domus esset tota legatarij, soli sibi fit præiudicium, qui ita vult. Aduerte tamen, quia dominus Paulus hic clare, & etiam hoc sentit Ioannes de Imo. licet non ita clare vult, q in casu nostro de ędibus proprijs legatarij non posset trãsferri aliquid in ædes communes, etiam volente socio. Sed hoc non videtur bene dictum: quia verba rescripti Imperatoris conueniunt, videlicet quòd legatarius est dominus & possessor vtriusque: quia vt s. dixi, tex. innuit quòd dominus pro parte dicatur vere dominus: cessat ratio diuersitatis intra dominum totius domus, & partis domus, saltem socio consentiente, non videtur quòd habeat locum prohibitio: sed potius exceptio facta ab imperatore. Moder. tamen vt dixi, aliter sentiunt. ¶ †Quartò not. in versicu. & quid si quis. quòd id quod non potest fieri directo per viam legati, non potest fieri indirecto per viam reseruationis. sicut enim testator non potuisset iniungere legatario domus, vt euulsis marmoribus de domo præstaret illam hæredi: ita non potest legare domos deductis marmoribus. & inducitur iste textus per Iacobum de Aret. & Ioannẽ de Imo. ad quæstionem de eo qui ingreditur monasterium[c], vt non possit reseruare sibi aliquid de bonis suis, sicut non posset offerendo expresse bona sua apponere onus vel pactum, quòd Abbas teneretur sibi pręstare vnum ex prędijs oblatis ad ius & proprietatem ipsius, de qua quæstio est valde vulgaris & trita. vide plene Barto. in autenti. ingressi. C. de sacrosanctis eccle. & quod not. Moder. post eum in l. si alienam. in prin. s. de hæ. insti. & plenissime Cano in c. in pręsentia. extrà, de prob. & in c. fi. de condi. appo.

Sed & si quis. Translatio de priuato potest fieri ad opus publicum, non tamen potest fieri ad opus publicum alterius ciuitatis: licet ille qui est dominus duarum ædium, quæ sunt in diuersis ciuitatibus, possit infixa transferre ad ædes, quæ sunt in alijs ciuitatibus. hoc dicit vsq; ad §. hoc senatus. Secunda est ibi: nam Papinianus. Tertia ibi: sed videamus. Quarta ibi: quanquam constitutum sit &c. ¶ †Nota ex princip. literæ, quòd vbicunque aliquid statuitur causa publicę vtilitatis, non habet locum, si illo obseruato impeditur maior publica vtilitas. & p hoc potest inferri not. ad ea quæ ponit Bartolus in lege, ambitiosa. de decret. ab ordi. facien. videlicet quòd habentes arbitrium super abundantiam non possunt statuere aliquid, quod licet pertineat ad abundantiam, tamen redundaret in maius detrimentum publicum: vbi alibi dicitur, quòd ille non frangit votum, qui mutat votum in melius: vt in capitulo, scripturæ. vel in capitulo, non est. extrà, de voto. ¶ Secundò not. in versiculo, nam Papinianus. quòd potest argui etiam in materia exorbitanti, & contra regulas iuris de contractibus ad vltimas voluntates: sed hoc est ideo in casu nostro, quia agitur de fauore pub. propter quem facilius fit extensio: vt lege, & hoc modo. j. de conditioni. & demonstrationib. & lege, si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sylleianum. ¶ Tertiò nota, quòd non licet ornare vnam ciuitatem in detrimento, seu diminutione ornamenti alterius ciuitatis. vnde secundùm Moder. hic probatur, quòd non licet discooperire vnum altare, vt aliud cooperias. ¶ †Vltimò not. argumen. secundùm Bartolum, & tene menti, quòd prohibitus extrahere frumentum de certo territorio, non intelligitur prohibitus, si illud extrahit causa vsus sui: quod vtrum sit verum, dicam in lectione sequenti. ¶ In glossa posita super verbo, commercij. ibi: quodammodo ex negociatione &c. glossa ista reprehenditur per Bartolum & doctores communiter, quia legatum non potest dici proprie negociatio, cùm possit relinqui extraneo penitus ignoto: vt lege, si extraneum. C. de hæredibus instituen. item & posthumo alieno: vt Institu. de lega. §. posthumo. & lege, penulti. j. eodem. vnde glossa in lege, si vxorem. C. de conditio. insert. dicit, quòd legatum non est ex nostra opera. ¶ Sed glossa habuit bonum intellectum, secundùm Ioannem de Imo. videlicet quòd non proprie sit negociatio, sed largo modo. † vt ostẽdit, ponẽdo verbũ, quodãmodo,[d] quod significat improprietatẽ quandã: vt lege, si me in vacuã. in principio. ff. de acqui. possess. Sed quare improprie possit dici cõmerciũ, licet nõ pprie, hoc non declaratur, nisi ex lege alle. in gl. cuius mens est, quòd quamuis legatũ possit fieri, & fiat nullo præcedente merito legatarij: quia tamen plerunq; & frequentius contingit, quòd legatum fit propter merita præcedentia legatarij, vel alterius, cuius contemplatione fit legatum: ideo attento eo, quod frequentius agitur, quod est argumentum conueniens de iure: vt lege, certi condictio. §. quoniam. si certum peta. dicetur negociatio quædam: quia propter id quòd recedit testator, videtur velle satisfacere legando obligationi illi generali, quæ dicitur ad antidora, id est, ad retributionem. quæ sicut non est proprie obligatio, sed largo modo: vt lege, sed & si lege. §. consuluit. cum ibi not. de petitione hæredita. & lege, si testamento. de fideiussori. ff. ita non dicitur proprie negociatio, sed largo modo, quasi hincinde aliquid interuenerit, & fuit præstitum. Sed tunc obstat contrarium: quia si legatum non est proprie commercium, vel negocia. ergo cùm sit prohibitum vendere res infixas ædibus negociationis causa, in ista materia prohibitiua & pœnali: vt patet in lege, senatus. de contrahenda emptio. non debet fieri extensio: vt in regula, in pœnis. de regulis iuris. Sed ad hoc respondet Ioannes de Imo. & est etiam de mente Barto. forte, quòd ista extensio fit duplici qualitate concurrente. vna est fauor publicus, ex quo facilius fit extensio: vt s. dixi in not. & probatur in §. hoc senatus. el secundo. j. eodem. vt ibi faciam te notare. Secunda est, quia facilius fit extensio in casibus, qui possunt comprehendi sub verbis legis, & larga vi vocabuli: vt patet ex not. in clementina prima, in gloss. & per Baldum in lege, quod vero. ff. de leg. & penissime per Ioannem de Imo. in lege, si vero. §. de viro. ff. solu. matrimonio. Quia ergo in legato remanet eadem ratio, quæ in his, quæ distrahuntur cõmercij causa, scilicet ne vrbs deformetur, ideo iunctis qualitatibus fit extensio. Et ex his quæ diximus infert hic Barto. q si statutum vult solui gabellam de negociatione vel mercantia, nõ debebit solui de legato: quia ista nomina important contractum frequentem, vt j. dicã: facit optime quod not. Baldus in lege, testamento. C. de testamen. Sed quæritur pro declaratione eorũ quę tetigit hic, & plenius in lege, legatis. in princ. j. de leg. tertio. quis dicatur proprie negociator, vel mercator. de qua quæstione ponit ibi plene, & tangit etiam solẽniter in j. quæstione Digestorum. in princi. & not. in lege, mariti. §. qui quæstum. ff. de adulte. & in rubr. C. de naui. libro vndecimo. cuius dictis adde breuiter. Et primò, inquantum dicit, quòd ille nõ dicitur proprie mercator, vel negociator, qui exercet contractus, qui non sunt vltro citroq; obligatorij, per legem, in eũ. in principio. ff. de insti. & per legem, si pecuniam. C. quod cũ eo. nam hoc dictum non videtur verum simpliciter: licet enim ego concedam, quòd præpositus accipiendis pecunijs mutuo non videtur proprie negociator, non tamen concedo, quòd pręppositus pecunijs mutuandis alijs sub vsuris, vel sub interesse licito, non dicatur negociator, imo contrarium probatur expresse in textu & glossa, in lege, cuicunque. §. Labeo. ff. de instito. vbi est glossa not. in verbo, fœnerandis. & est ratio differentiæ inter istos casus: quia pręppositus recipiendis

---

[a] ¶ Dictio, id est. Lege, tres fratres. ff. de pact. tex. gl. & Bar. in l. ij. ff. ad l. Aqui. Nic. Super.

[b] ¶ Et exéplificatiue. Adde l. pe. ff. de annu. leg. l. si familiæ. C. fa. erc. & in l. qui liberis. in §. hęc verba. ff. de vul. & pupi. Nic. Super.

[c] ¶ De eo q ingredit monasteriũ. Adde Iaso. in d. aut. ingressi. in fi. iiij. col. ver. & p clariori intelligẽtia. vbi dicit se reperire quatuor opinio.

[d] ¶ Verbũ, quodam modo. Adde l. si pr̃ impuberes. ff. de vul. & pup. l. ante tẽp9. in §. fi. ff. de vsu. l. in suis. ff. de li. & posthumis.

dis pecunijs mutuo, ex hoc actu immediate non consequitur lucrum, licet mediate possit consequi, emendo forte ex pecunijs mutuatis merces, & similia. sed ille qui præponitur mutuandis pecunijs, vt s. præponitur negocio, ex quo immediate sequitur lucrum: licet non celebretur contractus vltro citroq; obligatorius. ¶ Secundò adde, quia inquantum ipse dicit, quod ille qui conducit possessiones alterius, non negociatur, hoc non videtur bene dictum: quia iste intendit propter industriā & laborem suum lucrari aliquid cum re aliena. vnde non intelligo, quare istud non possit dici negociatio, cùm frequenter fiat, iuxta diffinitionē Isidori in capitulo, forus. §. primo. de verborum significatione. quem textum adducit hic Bartol. ¶ Tertiò adde, quòd quamuis in istis nominibus regulariter requiratur frequentia actus, hoc fallit, nisi præcedat possessio & descriptio in matricula: quia tunc etiam si non sit secutus ibi vnicus actus, dicetur factus à mercatore, vel à negociatore. ita determinat singulariter Baldus, limitando dicta Barto. super rubric. C. de constit. pecu. in vltima quæstione. quod tamen dictum forte esset temperandum, quando ille vnicus actus esset secutus incontinenti, vel saltem non ex longo interuallo: nam aliàs posset esse suspitio fraudis: & idem crederem, si act⁹ incontinenti esset secutus, & postea per longum interuallum nihil amplius egisset. videretur enim velle vsurpare priuilegium, non exercendo artem, vel mercantiam, contra legem, super §. negociatores. & quod ibi not. ff. de iure immu. & contra legem, qui sub prætextu. C. de sacrosanc. eccle. hoc tamen non affirmo pro nunc, sed prima facie videtur rationabile. † Quartò adde, quòd proprie & strictissime loquendo ille dicitur negociator, seu mercator, qui emit rem, & eam vendit spe lucri, non mutata forma priori: ita dicit tex. expresse lxxxviij. distinctione. capitu. eijciēs. & ita tenet Ioannes And. per illum textum in c. quāq;. de cen. libro vj. facit quod habetur in gl. xiiij. quęstione iij. in summa. & ex hoc infertur, vt ibi probat tex. clare, quòd artifex, qui vendit rem mutata priori forma, non dicitur proprie mercator, seu negociator: vnde in materia in qua verba sunt strictissime intelligenda, forte isti soli comprehenderentur appellatione mercatorum, & negociatorum: in alia autem materia possemus sequi regulas Barto. cum additionibus prædictis, pro quibus facit textus in clementina finali. de censi. vbi patet, quòd ille qui defert res proprias ad vendendum, dicitur negociari: & tamen ibi non distinguitur, quæ sint illę res proprię, & vtrū fuerint emptæ & venditæ sub eadem forma: ad idem adducitur textus in lege, senatus. de contrahenda emptione. vbi commercium vel negociatio dicitur de rebus proprijs vendendis, quę prius fuerant in ædificio dissoluto. & sic non fuerunt emptæ, vt reuenderentur. Præterea si bene respicias tex. in l. legatis. in prin. & continuabis §. j. sequentem ad principium l. sicut videtur debere continuari, quoniam in §. j. non ponitur noua forma legati, quod ibi dicitur extingui per mutationem artificij in officium, satis ibi probatur, quòd etiam artifex venit appellatione mercatoris seu negociatoris. Et quia Bart. hic tetigit, vt dixit in nota. vtrum prohibitus extrahere frumentum de loco videatur prohibitus vsus sui causa. adde quòd licet istud dictum sit æquum in se, non tamen bene probatur hic: quia hic non erat aliquis prohibitus transferre de loco ad locum, sed de domo sua in aliena. Vnde si trāsfert de domo sua in suā, licet extra locū non incidit in aliquā prohibitionē, quia prohibitio non erat facta de loco, sed ratione qualitatis rei, per quā fiebat translatio. potest tamen induci ista litera, & textus in §. item queri potest. s. eodem. isto modo. Et ista fuit forte intentio Barto. quòd sicut prohibitus euellere res affixas domui, vt transferat in aliam domum, non videtur prohibitus id facere, vt commodius habitet in alia sua domo, vel euertatur, ita prohibitus extrahere frumentum de loco, non videatur prohibitus, quando facit vsus sui causa, sicut videmus, quòd gabella non debet solui de iure de rebus, quas quis portat vsus sui causa: vt lege, vniuersi. C. de vecti. & commis. & lege, censoria. ff. de verborum signification. & per glossam in clementina finali. extrà, de censi. sicut etiam quis non tenetur soluere gabellam, quando propter maximam necessitatem famis transueheret frumentum suum de loco ad locum, secundùm Bartolum not. in l. j. C. de naui. li. x.

Hoc senatus. Hoc dicit vsq; ad §. sed si. Propter debitū publicum non debent affixa domibus euelli, & dispositio senatusconsulti prędicta habet locū in quolibet genere ædificij, vt affixa ædificio, vel q̄ sunt ibi posita, vt ibi sint perpetuo, non possint legari: secus in his quę nō sunt affixa, nec sunt posita, vt ibi perpetuo maneant. Secunda est ibi: sed & diuorum. Tertia ibi: hoc senatus. Quarta ibi: item hoc prohibetur. Quinta ibi: sed si cancelli. Sexta ibi: quid ergo. ¶ Nota primò ibi: sed & alius &c. quòd quando lex facit mentionem de vrbe vel ciuitate, & causa condendi l. est communis. & bene potest adaptari ad alias ciuitates, & non bene fit restrictio ad Romanam solam. secus si fieret mentio reipublicæ: quia sola vrbs Romana dicebatur habere rempublicam: vt lege, cum qui vectigal. ff. de verborum signification.

6 ¶ † Secundò nota, & semper tene menti, quòd nedum pro debito priuato, sed etiam pro debito publico non permittitur, vt possint euelli affixa ædibus. vnde etiam pro collectis, vt dicunt Bartolus & Moderni, non licet eleuare ostia domus, vel auferre tegulas ex tecto, & similia: licet hoc male seruetur Romæ: vt dicit Paulus de Castro, in qua istæ leges fuerunt conditæ. & ex hoc patet, quòd licet in dispositione generali non comprehendatur respublica, quoniam si comprehenderetur, tolleretur maius bonum publicum: vt feci te notare in §. proximo præcedenti. tamen secus est quando si comprehenderetur respub. lęderetur ipsa respublica in aliquo: sed tamen bonum publicum, quod aufertur ei, non esset maius bono, propter quod l. est inducta, quod hic verificatur illa singularis doct. Barto. quam heri dixi in voce in l. prima. C. de nauicu. lib. xj. iuxta finem. qui voluit, quòd si ex forma statuti de quolibet contractu debet solui gabella, etiam debebitur de cōtractu facto à fisco: quia licet sic interpretando aliquando aliter lædatur respublica, maius est, quod inducitur ex illa liberali ordinatione.

7 ¶ † Tertiò not. in §. hoc senatus. quòd appellatione ædiū[a] cōtinetur omne genus ædificij. Vtrum autem appellatione domus singulariter omne genus ędificij cōtineatur, dic vt hic per Bar. & pondera text. dum dicit, vel porticus in ædibus: quia videtur probare, quòd illud quod est iuxta ædes, dicatur esse in ædibus. & per hoc arguit hic Bald. quòd si statutum punit inuentum de nocte sine lumine, pręterquam in domo propria, vel inuētum extra domum, ille qui ambulat in porticu sua, quæ est contigua domui, non debeat puniri. Sed contrarium tenet hic Bart. expresse dicens, quòd ex proprietate sermonis id quod est factum iuxta domum, nō dicitur factum in domo: vt l. j. §. in flumine. ff. de flumin. sed bene dicitur factum ad domum:

8 † quia dictio, ad, significat iuxta[b]: vt lege, quidam Iberus. ff. de serui. vrb. præ. & hæc dicta sequitur hic Ioan. de Imo. Tu autem dic de ista quæstione, vt plenissime scripsi post Baldum, & Moder. in lege, Gallus. §. ille casus. s. de liber. & posthu. vbi allegaui dicta Bal. in varijs locis, & maxime super rubrica, solut. matrimo. & Ioan. Andre. in titul. de iniurijs, in additionibus Spec. vbi singulariter limitat dicta aliorum. Et ad ea quę tunc scripsi. & ad distinctionem Barto. vide optimum text. in lege, si mihi. §. ij. de serui. rusticor. pręd. vbi punctualiter distinguitur aliud esse, opus fieri iuxta riuū, & aliud in riuo. Aliquando tamen ista dictio, in, ponitur pro iuxta, vt hic, & etiam lege, fundi. §. si in suæ. cum glo. sua ff. de actio. empt. vnde testes possunt reduci ad concordiam, si vnus dicit, quòd insultus fuit factus in domo, & alius iuxta domū, secundùm Barto. in dicto §. ille casus. & in l. statuas. ff. de iniur. ¶ † Quartò not. in versic. quid ergo. & in versicu. si vero aliter. quòd dispositio prohibitiua & pœnalis extenditur ad alium casum in fauorem publicum, etiam si ille casus non possit cōprehendi sub verbis, & sic ampliatur id, quod diximus in §. sed & si quis. verba enim senatus loquuntur de his quæ sunt adiuncta ædibus: quod verbum significat affixionem factam in ædibus, vt in primo §. patet. & tamen extenditur ista dispositio ad statuas, quæ sunt positæ in ædibus, & non affixę. Et aduerte, quia do. Pau. hic vult, quod per istum versi. veruntamen. corriguntur præcedentia, quæ sunt dicta in versicu. sed & si cancelli. vbi dicitur, quòd coniuncta ædibus, non tamen affixa, non continentur in prohibitione huius l. Sed hoc in dubio non est sentiendum, nec est verisimile, quod incōtinēti iuriscō. se corrigat. ar. d. l. nō ad ea. ff. de cōd. & demon. Possumus ergo dicere aliter, videlicet quod in statuis positis in domo pręsumit quod fuerint positæ, quod ibi perpetuo sint ad domū ornandā: sed in alijs superioribus non est ista pręsumptio. & ista videtur fuisse magis mēs huius literę.

Sed & si parauerit. Hoc dicit secūdū vnā literā: Destinata ędib⁹ possunt legari, & extinguit legatū, si sunt postea ędib⁹ affixa à testatore: sec⁹ si sunt affixa ab herede: quia tūc debet ęstimatio legati, & hęres ea euellēdo icidit ī pœnā. h. d. cū l. seq. vsq; ad §. Marcel. Sed ibi: sed si ea. Tertia ibi: sed si hęres. Quarta ibi: i l. sen. ī ver. sed si distraxerit.

[a] ¶ Appellatiōe ędiū. Adde l. qui ædes. ī prin. ff. de incē. rui. naufr.

[b] ¶ Dictio, ad, significat iuxta. Add Barto, in l. militis. ff. de testa. mil. & in aut. vt non luxuriet cōtra naturā. in principio. col. vj.

¶ † Nota secundùm quod in litera est, parauit, quòd ea quæ sunt destinata ad ædificium, non censentur pars ędificij, nec habetur pro impositis & affixis ædificio. Et occasione hinc sumpta Bartolus hic solenniter declarat & distinguit, quomodo id quod erat destinatum, habeatur pro facto, ita quòd transeat in aliam speciem, in quam erat transiturum, si destinatio fuisset impleta: de quo dic vt hic per eum. & secundùm hunc intellectum arguunt hic Bar. & alij, quod sequitur Ioã. de Imo. & refert, quòd si ex consuetudine ciuitatis vxore moriente bona mobilia pertineant ad virum, immobilia vero pertineant ad consanguineos vxoris, & inuenitur pecunia in patrimonio vxoris destinata ad comparationem prędiorum, nihilominus pertinebit illa ad virum: quia destinatio non faciet, vt illa pecunia inducetur tanquam res immobilis. Pro qua conclusione do tibi textum nota. quem ipsi non allegant in l. tertia. §. quid ergo. ff. de cõtrario iu. tute. vbi dicitur, quòd si pecunia fuit deposita ad comparationem prędiorum, põt de licentia iudicis cõuerti in aliã causam: puta vt soluatur debitũ ipsi tutori: vnde põdero ꝙ in alienãda illa pecunia licet requirat̃ licẽtia iudicis, nõ tñ requirant̃ tot solennitates, quot in alienatione rei immobilis ipsius minoris. ¶ Si vero iste textus habet verbum, separabit, quod magis videtur conuenire sequentibus: vt hic declarat Bar. tunc hic probatur singulariter, quòd ille non dicitur facere contra prohibitionem senatusconsulti, qui separabit aliquid ab ædibus, translaturus in alias ædes suas, licet postea mutato proposito illa res separatas transferat in ædes alterius: satis est enim, quòd à principio animus & actus fuit licitus. Et ex hoc arguit hic solenniter Bartolus, quòd si ex forma statuti non licet alicui emere frumentum in platea, nisi vsus sui causa: & scholaris emit frumentum pro victu suo: sed postea mutato proposito, quia forte erat recessurus, vendidit frumentum, non incidit in pœnam: alleg. Guliel. de Cu. hoc tenentem in l. prima. §. vnde Offilius. ff. de exercito. vbi est similis tex. Sed contra istam determinationem videtur casus in l. quis sit fugitiuus. §. idem ait. ff. de ędi. edict. vbi dicitur, quòd si seruus fugitiuus duxit seruum vicarium, qui secutus est fugitiuum bona fide, credens eum non fugere, iste non potest dici fugitiuus: nisi postea re intellecta, mutet animum, & consilium non redeundi: & sic patet, quòd non sufficit à principio habuisse bonum animum, & licitum, si postea malus animus superuenit: vnde decisio non transit sine dubio, sed in lect. seque. declarabitur. Sed ad illum tex. potest responderi, quòd in casu Barto. animus bonus fuit in specie circa id, de quo agitur: sed in §. idem ait. allegato in proposito, licet seruus à principio non habuerit animum fugiendi, non tamen cogitauit in specie, quòd etiam si principalis suus fugeret, ipse non vellet fugere: & quamuis ista responsio non placeat omnino, tamen pro nunc videtur posse euadi isto modo ille text. ¶ † Tertiò nota ibi: extinctum enim legatum &c. secundùm intellectum Bart. quòd quãdo res legato extinguitur vere vel ficte, quia non censetur amplius esse in sua prima substantia, semper extinguitur legatum, non distinguendo vtrum ista extinctio fuerit facta de necessitate, vel voluntarie: sicut distinguitur in alienatione rei legatæ: vt in l. fideicommissa. §. si rem. j. de legatis tertio. quod esset valde not. si esset verum: sed hoc esset contra §. dictum, si rem. vbi in nomine debitoris extincto, quod erat legatum, videtur fieri similis distinctio. Vnde iste textus videtur intelligendus secundùm illum, & in hoc videtur residere hic Ioannes de Imola. Potest tamen defendi ista singul. sol. domi. Bartol. & erit nouum dictum, quòd quando res legata extinguitur, nec reperitur aliquid, quod possit dici sub rogatum loco ipsius: tunc proprie procedat iste text. vt non fiat distinctio, vtrum testator fecerit hoc necessario, vel voluntarie. Sed in §. si rẽ. licet nomen debitoris esset extinctũ, præsupponitur quòd testator depo suit pecuniam: quod depositum videtur subrogari loco nominis extincti: & ideo tunc legatum non extinguitur, etiam si voluntarie fuerit facta exactio. vbi autem depositum non esset factum ex mente illius text. in versiculo, nisi forte. est, quòd siue voluntarie, siue necessario pecunia fuisset soluta, extingueretur nomen debitoris. Aut ergo res non fuit extincta, sed alienata: & tunc distinguitur inter alienationem voluntariam & necessariam: vt ibi. Aut fuit penitus extincta: & tunc distingue, quòd aut nihil fuit subrogatum loco rei legatę: & tunc legatũ penitus in omni casu distinguatur. ita probatur hic singulariter, vt in dicto versic. nisi forte. Aut aliquid fuit subrogatum loco rei extinctæ: & tunc non extinguitur, vt in dicto §. si rem. in quocunq; casu. vt patet ex versicu. maxime. ibi posito. Et per hanc distinctionem saluatur singu. doct. Iacob. de Are. quam refert & sequitur Bartol. in lege, seruus. §. qui aream. j. eodem. vbi dixit, quòd si testator legat vxori frumentum, quod est domi, & postea illud consumit, vel alienat, & reponit aliud frumentum loco primi, non extinguitur legatum: & ista sunt menti tenenda. ¶ † Quartò nota ibi: sed si hæres &c. cum lege sequen. quòd quando res perit sine culpa hæredis, & ex facto suo non liberatur hæres à præstatione æstimationis. de quo dicemus in glossa, quia est vtilis articul⁹, posita super verbo, siue scit. Et per istum textum limitatur singulariter l. finalis. §. vltim. j. de lega. ij. vbi probatur singulariter, secundùm Bartolum, & communiter doct. quòd quando hæres grauatus fideicommisso vniuersali alienat rem subiectam fideicommisso ignoranter, propter probabilem ignorantiam, valet alienatio. nã istud videtur verum, quando res relicta fideicõ. vniuersali: secus si sit relicta per fideicom. particulare: & hoc tenuit ibi Ioannes de Imo. Sed tu aduerte: quia licet istã differentiã sim secutus in l. si seruũ. §. de illo. de verbo. obli. vbi est similis casus in ista differentia, non probatur istis iuribus. Primò quidẽ, quia hæres hic tenetur ad æstimationem: sicut in dicto §. fi. & sic videtur etiam, quòd hic alienatio valeat, sicut in fideicõmisso vniuersali. Sed vere ista iura non faciunt ad propositum: qa hic res per alienationem fuit extincta in dicto §. de illo. vnde non potest esse quæstio, vtrum res alienata possit reuocari, & sic vtrum valeat alienatio respectu ipsius rei: vnde iste est casus diuersus. Et hoc adde ad ea ꝙ̃ scripsi in dicto §. de illo. ¶ Quintò & vltimò not. ver. sed & si distraxit. in l. senatus. arg. secundùm Bal. & Ang. quòd si ex forma statuti non potest alienari res in forensem sub certa pœna, hæres alienando ex iussu testatoris incidet in pœnam per istum text. & ita dicunt terminasse Iacob. Bu. in disputatione publica. Sed salua reuerentia iste tex. nihil facit: quia hic testator tempore quo legauerat istas res, separauerat eas à domo licite: vt s. vidisti. & si non fuissent iterum affixæ domibus per hæredem licite potuissent ex voluntate testatoris: sed hæres fecit præceptum illicitum, affigendo eas ædibus. In quem casum non habeat voluntatem præceptum testatoris, quia in dubio voluntas committentis non extenditur ad casum illicitum: vt lege, si procurator. & ibi per Bartolum. ff. de cond. inde. & l. iij. §. si procurator. ff. quod quisq; iur. Præterea Iaco. Bu. in disputatione publica determinauit totum contrarium, sicut refert Ioã. An. no. in additio. Specu. super rubri. de rerum permuta. vbi est omnino videndum. & ita refert ipse idem Ange. tenuisse But. in l. si ita quis. §. ea. l. ff. de verborum obligationi. vbi plene scripsi super isto articulo, & allegaui dicta Bal. & Ang. hic. ¶ In glo. super verbo, siue scit. ibi: de condi. indebi. l. in summa. §. penultimo. Istud contrarium soluitur optime hic, per Bartolum in l. si seruo. §. de illo. ff. de verbor. obligatio. & licet solutio Barto. ad §. de illo. sit necessaria, ad textum tamen nostrum non est necessaria: sicut tangit hic no. Pau. de Cast. in vltimis verbis: nam etiam si essemus in condi. inde. in casu nostro, hæres teneretur ad æstimationem: quoniam licet res, quo ad alios, respectu censeatur extincta: hæc tamen extinctio cessit in vtilitatem hæredis: quia fecit domum suam pretiosiorem, & sic reperitur locupletatus: ergo debet teneri. Sed in §. de illo. non fuit locupletatus in aliquo manumittendo seruum: & quia Bart. in d. §. de illo. iterum opponit contra ista iura, & soluit vt hic, & ibi p eũ: ideo ex his quæ scripsi in dicto §. de illo. adde dictis eius: nam ibi videtur velle, quòd quando res perijt sine culpa debitoris, ad quem res peruenit ex causa hæreditaria, & sic vnà cum lucro hæreditatis: tunc debeatur æstimatio, & fit recompẽsatio huis oneris cum lucro, quod percipit ex hæreditate: argu. l. sed an vltro. ff. de nego. gest. Aut debitor non habebat titulum lucratiuum, cum quo possit fieri compensatio huius oneris: & tunc si res perijt sine culpa sua: licet ex facto suo non tenetur ad ęstimationẽ, per regulam positam in l. si ex legati causa. ff. de verb. ob. & in l. non amplius. §. j. s. eo. Tu autem aduerte, & primò quantũ ad istum tex. ꝙ secundũ considerationem Pau. de Ca. quæ est verissima, res non dicitur perijsse omnino, ex quo conuersa est in vtilitatem debitoris: & ideo sine vlla distinctione in hoc casu debitor teneretur ad æstimationem, quia habet ea in effectu penes se. Sed quantum ad §. de illo. remanet dubitatio, in quo aduerte. §. de illo. distinguit, vt s. dixi: sed hic simpliciter videtur dicere, qcunque. ¶ Secundò aduerte: quia ego scribendo in dicto §. de illo. nõ sum secutus istam differentiam Barto. quam suprà tetigi, quam etiam ipse sequitur hic. Moueor primò, quia ista differentia diuinat ad principi. illius tex. vbi ponitur casus de quolibet debitore simpliciter, licet decisio probetur per exemplum debitoris, qui erat hęres. Secundò, quia prędicta differentia surgit ex æquitate recompensationis: sed ista æquitas non inuenitur semper in eo, qui est hæres, cùm hæreditas possit esse non soluendo, vt plenius dixi. Præterea allegaui tex. in ratione decidendi, qui optime facit in l. quidam ita. §. si quis filium. ff. ad Trebel. vbi dicitur, ꝙ manumissio non potuit præiudicare fideicom. ne ex facto hæredis læderetur ipse. quæ ratio pariformiter habet locum in quolibet debitore, per regulam positam in l. si. ff. de pact. & in l. si post mortem. §. fi. ff. de contra. tab. videlicet quòd ius meũ non potest extingui facto tertij. Vnde simpliciter tenuit sublata ista differentia, ꝙ licet res pereat facto debitoris, duntamen pereat ex facto suo, semper tenet, ꝙ teneatur ad æstimationem. Vna tamen ratio, quam ibi assignaui contra Bartol. potest euitari: quia ego dixi, ꝙ regula erat in l. quod res. §. sed si culpa. j. eod. quòd quando res periret sine culpa hæredis, hæres non tenebatur, & sic non videbatur facienda differentia inter hæredem & debitorem, ex quo non erat in culpa, & alium debitorem: nam ista ratio non concurrit, quia tenendo dicta Bar. posset dici, ꝙ illa regula procedit, quando res perit sine culpa, & sine facto hæredis. secus si sine culpa, & cum facto hæredis. Cætera dic vt ibi scripsi.

Marcellus. Prohibitio senatusconsulti non trahitur ad domunculas paruas, quæ sunt in rure. Secunda est ibi: ergo si non est. ¶ In gl. vnica super verbo, quæ vsitatius &c. Ista gl. nota. declarat text. in decisione sui, dum dicit, quòd huic destructioni senatusconsulti non est impedimento: super quo inuenio in ea tres intellectus. Vnus est Pet. Bald. & Ange. qui videtur esse communior, quòd ista

ista non erat domus magna, sed tantũ domuncula, quæ erat posita extra ciuitatem. vnde ex eius destructione non præsumitur euenire aliqua deformatio vrbis notabilis, seu cõsiderabilis. Secus ergo esset, secundum eum, si ista domuncula esset in ciuitate: tunc enim maritus non posset eã destruere, sed posset eam retinere soluto matrimonio pro impensis, iuxta no. in l. si rem. §. fina. ff. de rei vẽdi. & in l. pro voluntarijs. s. de impẽ. allega. hic in glo. Secundus intellectus est Ioan. de Imo. qui vult, quòd cùm iste text. non astringat se ad domunculam, quę erat extra ciuitatẽ, quoniam horti etiam reperiuntur in ciuitate, non est facienda ista restrictio, quæ diuinat ad text. sed dicendum simpliciter, quòd prohibitio senatusconsulti non habet locum in domo parua: quia leue detrimentum, quod posset peti respu. non consideratur: argumen. l. scio. ff. de restitu. in integr. & iste intellectus etiam potest celebrari. pro quo facit text. cum gloss. & quod ibi not. xij. q. capit. terrulas. Domi. Paul. ponit hic tertium intellectum, q non sit facienda differẽtia inter domũ & domunculam: sed solùm vtrum domus sit in ciuitate, vel extra, quantum ad prohibitionem senatusconsulti. Vnde per istum textum ipse ponit hanc conclusionem, quòd domus quæ est extra vrbem, potest semper destrui, vt ornetur ædificium ipsius vrbis: sed non econtra ex ædificio, quod est intra vrbem, potest ornari ędificium quod est extra: vt l. si quis posthac. C. de ędi. priua. Quantum tamen ad casum positum in text. bene fatetur, quòd respectu ipsius vxoris, in cuius solo fuit ædificatum, est differentia inter domũculam, & domum magnam: quia domunculam potest auferre absolutè maritus: ædificium autem magnum non, si mulier vellet offerre æstimationem, vt in iuribus s. allega. & similiter si non posset fieri remotio sine damno necessario, esset soluenda æstimatio. Sed istæ lectu. vt vides, omnes aliquo modo diuinant ad text. nam primæ duæ diuinant, inquantum restringunt text. ad domunculam, quod hic non exprimitur. tertiam lectu. restringit text. ad domum, quæ est extra ciuitatem, quod etiã hic non dicitur. Omnes tamẽ aliquo modo possent saluari: quia põt dici, quòd ista restrictio hic est ex mente senatusconsulti. quia istis casibus cessat ratio senatus: vt l. adigere. §. quamuis. de iure patro. & l. quod dictum. ff. de pact. cum vulga. Ego tamen credo posse poni aliam lectu. quæ nihil diuinat ad tex. & dico, quòd qui ędificat in solo alieno, ratione alicuius iuris, quod habet in eo, quod tamen est resolubile, & aliquando potest redire ad alium, semper potest, vbicunq; sit istud ædificium, illud euellere, & destruere, vt dicitur, sui commodi causa, domino permittente, intellige, nec videtur fieri contra mentem senatusconsulti: sicut in cęteris casib⁹. Et ratio potest esse, quia finito isto iure, cuius prætextu quis ædificat ex permissione iuris, posset contingere, quòd istud ædificiũ posset euelli & destrui: vt patet ex no. in iuribus hic alleg. in gl. Vnde quia semel est concessum, quòd taliter ædificãtes possint illud ædificium destruere, finito iure eorum, vt dictum est: eadem ratione videtur concedẽdum accedente voluntate domini, quòd tale ædificiũ etiam durante illo iure possit destrui. Bald. tamen in his terminis tenet oppositum in c. j. §. si quis de manso. de controuer. inue. in vsib. feu. vbi dicit in emphyteota, quod non potest destruere ædificium contra prohibitionem. l. cętera. ff. de lega. primo. & tamen ista lect. videtur satis rationabilis. Sed tutius est tenere communem sententiam. Ex his quę s. diximus, arguit hic Bal. & alij quos refert Ioan. de Imol. quòd si vasallus vel emphyteota fecerunt melioramenta in rem, possunt retinere ista melioramenta, si concessio est finita sine culpa eorum: puta, quia fuit facta cõcessio ad certum tẽpus, vel in certam generationem: secus si feudum vel emphyteosis esset commissa à vasallo, vel emphyteota: tunc enĩ non retineret melioramenta: vt l. ij. in fin. C. de iure emphy. quorum dictis adde, quòd licet istud vltimum sit verũ in emphyteota & vasallo: in colono tamen, qui colit nũmis ad tempus, hoc non est verum: quia repetit expensas, & sic cadat à iure suo propter suum delictum. Casus est singu. quem ibi not. Bartolus ad hoc, vbi facit hanc differentiam in l. colonus. in princip. ff. loca. vbi ponit vnum aliud singulare verbum, de quo j. dicam. Secundò adde, quòd in vasallo ista quæstio determinatur expresse in c. 4. §. si vasallus. hic fini. l. deinde inci. consue. re. vbi dicitur, quòd si vasallus ędificauit, & feudum est finitum propter lineam deficientem, aut debet soluere æstimationẽ ædificij, aut permittere ædificium destrui. In emphyteota autem di. Bal. idem seruari, etiam si sit emphyteota ecclesiæ. Et credo quòd moueatur, quia est similis ratio in istis contractibus: & ita dicit esse tenendum, licet sit emphyteota ecclesiæ, aliàs dicit se consuluisse: ita ponit not. & multũ diffuse in authenti. excipitur. C. de bo. quæ libe. & in d. c. si vasallus. licet in c. j. §. si quis de manso. s. allegato. relinquat aliqualiter sub dubio, finaliter tamen inclinat in hanc partem. Et cùm ista quæstio hoc anno fuisset de facto, & petens consilium vellet consuli pro ecclesia, vt melioramenta non repeterentur, dicebatur quòd hoc erat contra istas doctri. iste tamen locus non fuit allegatus tunc, qđ sciam, & erat valde dubius. Ego dixi tunc ex improuiso, quòd Barto. singulariter in dicta l. colonus. ff. loca. in fin. videtur not. limitare istas doctri. quòd non habeat locum, quando esset appositum pactum in concessione, quòd res conceditur ad meliorandum, & non deteriorandum: quasi illud verbum & aliquid operetur, & importet quòd ecclesia vel concedens lucretur melioramentũ. Hoc tamen non dicit Bart. expresse, sed sentit in verbis suis. qđ vtrũ sit verum, non determino nunc. Tene tamẽ istum articulum: quia quotidiãnus est. & quando melioramenta non possunt separari à solo, vel à re cõcessa modis prędictis, quid iuris sit, dicendum est. quòd absolute tunc debent refici, & possunt peti act. neg. gest. quia est gestum negocium meũ vtiliter re ipsa, secundùm Bald. qui ita declarat in d. §. si quis de manso. Tetigit etiam hic Cyn. quem refert & sequitur Ioan. de Imo. quæstionem satis vtilem, videlicet vtrum ille cui sit facta locatio imperpetuum ab ecclesia, quæ tamen non transibat ad successorem, quia non erat facta iuxta formam positam in capi. fin. de præben. licet suus successor vult reuocare hanc concessionem, possit retinere expensas vtiliter factas in dicta re. Et concludit distinguendum esse: vt superius fuit dictum in casu lc nostræ, videlicet quòd aut melioramentum factũ potest separari: & tũ. dabitur electio domino, vtrum velit permittere ædificium auferri, vel soluere æstima. Si verò melioramentum non potest separari, poterit res retineri pro expensa. ¶ Sed tu aduerte: quia quando concesio & locatio non fuissent perpetua, neque ad magnum tempus, ista q. posset procedere, & decisio sit vera: quia quousque successor nõ reuocauit locationem, colonus iuste tenuit rem, quoniam locatio ad non magnum tempus non requirit solennitatem, quæ requiritur in alienatione, sed sufficit simplex concesio rectoris: vt in capi. nostra. extrà, de locat. & per glos. in clemẽ. j. de re. eccl. non alienan. Sed in exemplo posito per Cy. & Ioan. de Imo. hoc videtur male posse procedere: quia locatio perpetua vel ad magnũ tps, si non interuenit autoritas superioris, & aliæ solennitates requisitæ in alienatio. regulariter non potest fieri, & non valent: vt in c. nulli. de rebus eccle. non alie. & in l. iubemus. & aut. hoc ius porrectum. C. de sacro sanct. eccle. Vnde quando contractus esset nullus, iste qui fecit expẽsas, præsumeretur esse in mala fide: vt est text. cum gloss. sua not. in l. ij. C. si quis igno. rem mi. & in l. si prædium. C. de prædi. mino. & satis colligitur ex regula tradita ita per Barto. in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hære. Ille autem qui est malæ fidei possessor, regulariter expensas vtiles non repetit, preterquam in iudicio petitionis hæreditatis: vt plene distinguit Barto. in l. in fundo. ff. de rei vendicatione. ¶ Vnde nisi probaretur bona fides, vel saltem error iuris, qui inducit lucrum fructuum, ista dicta non viderentur posse procedere.

Qui ab hostibus. Legatum factum homini libero redẽpto ab hostibus de se ipso valet, & importat liberationem à iure pignoris. hoc dicit. Secũda est ibi: & proficiet. ¶ Not. primò casum specialem, in quo liber homo potest esse obligatus, & in commercio: quinimo isto casu transfertur dominium in redimentem reuocabiliter: vt l. in bello. §. si quis seruum. ff. de cap. & potest concurrere tale dominium reuocabile cum iure pignoris: vt ibi dicitur, & in fi. in l. ex sextante. §. Latinus. ff. de ex. rei iudi. Aduerte tamen, quia tex. in §. si quis seruum. loquitur in seruo alieno redẽpto ab hostibus, in quo potest dari dominium reuocabile: vnde in homine libero redempto non credo quòd causetur ius pignoris, vt hic dicitur, & in l. qui testamento. in princip. s. de testamẽ. ¶ † Secundò not. quòd verba legati, quæ prima facie videntur inepta & impossibilia, reducuntur ad bonum sensum, si fieri potest, impropriando verba. hic enim non poterat attenta forma verborũ aliquis legare sibi ipsi, sed resoluitur legatũ, vt videatur remissum legatarium ius pignoris, qđ testator habebat in eo. concor. text. in l. Proculus. & quod ibi not. ff. de vsufruct. & quod habetur in l. cum filio. j. de legatis iij. & in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. j. de conditionibus & demonstrationibus.

SVMMARIVM.

1. Legans rem videtur legasse ius, quod habet in re, vel ad rem.
2. Verbum, videtur, & verbum, retro, videtur importare fictionem translatiuam.
3. Mutatio vna vt rei legatũ non extinguit, ita nec multiplex mutatio, dũmodo præsumitur voluntas testatoris durare.
4. Proprietas corporis instrumenti, in quo est nomen debitoris, videtur etiam pertinere ad legatarium.
5. Nomen debitoris cùm legatur, hæres non tenetur ad aliud, quàm ad cedendas actiones.
6. Testator in dubio videtur legare, legando rem, ius quod habetur in re.

Seruum filii. Regula Catoniana nõ habet locum, quando impedimentum cessans post testamentum factum retrotrahitur, id est quando trahitur retro ipsa cessatio impedimenti. hoc dicit, vsq; ad §. si quis rẽ. Secunda est ibi: cum enim. ¶ † In gloss. super verbo, constat. ibi: non valet, quia ius &c. hanc gloss. not. hic singu. Ang. & Modern. post eum, ad ampliandum ea quæ habentur in l. serui electione. §. fina. s. eodem. dum dicitur, quòd qui legat rem, videtur legasse ius, quod habet in re, vel ad rem: vt patet in l. apud Iulianum. §. si Titius. s. eod. nam per istam gloss. possumus dicere, quod etiam ille qui non habet ius in re, vel ad rem, sed solùm spem, videatur legare illam spem, & nihil aliud. Et potest poni exemplum secundùm Ioannem de Imol. in eo cui debetur res sub cõditione, qui habet spem probabilem ex causa de præterito, & quæ est

derogatoria [a] tacite præcedēs reuocat̃ p dispositionē simplicē sequentē: & tñ non remouet̃ expresse, vt ibi per Bar. sicut econtra videmus, ꝙ tacitū pactū nō idem operatur ipso iure ad tollēdā actionē, qđ expressū, secūdū glo. in l. qđā si tibi. §. de pignore. ff. de pac. Præterea pōt etiā dici, ꝙ qñ testator expsse legauit, videat̃ velle fortius durare suā dispositionē, q̃ quādo tacite: sicut videmus in substitutiōe pupillari expssa et tacita, de qua in l. ij. s. de vul. & pup. Vñ adhuc vr̃ esse differētia volūtatis ipsius testatoris. Tu autē aduerte, ꝗa in tex. nostro alienatio inutilis facta fuit p vltimā voluntatē: vnde sequeretur secūdū hoc, inutilis translatio facta ĩ vltima volūtate, nō tolleret legatū expssum p̄cedens: qđ est manifestū cōtra l. plene. ĩ prin. s. eo. Vn quo ad istum tex. ego nō video, ꝙ si legatū fuisset hic tacitū, magis deberet tolli, q̃ expssum p translationē inutilē: ꝗa ista differentia est cōtra tex. præallegatum. Si autem diceres, ꝙ licet in translatione inutili facta in vltima volūtate non esset dr̃ia inter istos casus: sed bene sit differētia, quādo alienatio sit inutiliter inter viuos, vt p eam tollat̃ legatū tacitum, sed nō expressum: istud est peius dictū, ꝗa fortius reuocatur legatū p̄cedēs per alienationē inutiliter factam inter viuos, quàm per trāslationē factā ĩ vltima volūtate: vt est casus nota. quē ibi notat Bar. ad hoc in l. legatum. §. fi. ff. de adi. lega. † Præterea nō solueres cōtrariū literę nostræ: ꝗa hic trāslatio fuit facta p vltimam volūtatē, in qua non est differētia inter legatū tacitum & expssum, [b] vt s. dixi. Vñ si gloss. itellexit, ꝙ in casu isto p translationē inutilē factā in vltima volūtate male dixit. Si autē voluit facere differētiam inter alienationē inutilē inter viuos, & translationē inutilem factam in vltima volūtate: vt in primo casu distinguat̃ inter legatū expressum, & tacitū, in secūdo non: tunc bene soluitur cōtrariū, quo ad illam l. vt dicamus, ꝙ iste tex. loquit̃ in transla. inutiliter facta per viam vltimę voluntatis: quo casu nō reuocat̃ legatū ibi in alienatione facta inter viuos inutiliter: quo casu distinguit̃ legatum tacitū ab expsso. Sed ista differētia est inanis & falsa, vt s. ostēdi: vñ ista solut. non videtur posse procedere. Præterea aduerte diligēter: ꝗa in l. iij. in fin. erat legatū generis id, qđ pręcedebat, in quo per translationē inutilem sequētem factam vltima voluntate nō fit reuocatio legati, licet legatū in specie reuocet̃: vt ĩ l. plane. s. alleg. Casus est fin. quē ibi no. Bart. ad hoc ĩ l. fi. §. vlti. ff. de aur. & argē. lega. & sic patet, ꝙ difficilius reuocat̃ legatū generis, quàm legatū speciei. Si ergo per inutilem alienationē factam inter viuos reuocatur legatum generis, qđ est difficilius ad reuocandū: multofortius reuocat̃ legatū speciei. Et pro intellectu huius articuli vide Bartol. in l. legatū. §. finali. s. allega. Vñ ista solut. non placet aliquo modo. Duas alias solutio. ponit hic Pet. quarū vnam tangit Barto. & tamē recedit ab ea in fi. cōmenti. & ambę reprobant̃ hic per Ioan. de Imo. vnde dic vt ibi per Barto. quæ fuit glossa. in l. q testamēto. j. titulo proximo. sed aliqualiter diuinat ad textū, vt dicunt Modernio. & quod est deterius, nimis restringit istū textum, qui simpliciter dicit ꝙ præualet legatū, si libertas est relicta inutiliter, non distinguendo vtrū præcedat legatū, & sequatur libertas, vel ecōtra. Vnde Bald. quem sequitur hic Angel. in duobus verbis ponit nota. solut. ad contrarium dicēs, ꝙ quando translatio inutilis sequitur in diuersa scriptura: tunc tollitur legatum præcedens. ita intelligitur l. & si transferam. j. de adi. leg. cum si. Sed quando traslatio legati fit in eadem scriptura, tunc si translatio est inutilis, nō tollit̃ primū legatū: & sic mirabiliter limitant̃ omnia iura p̄dicta; & ita intelligitur textus noster, q remanet casus singula, secūdū hunc intellectū. Paul. de Castro hic variat. nā summādo istum §. videtur sequi hūc intellectum. Sed postea in fi. sequitur lectu. Bar. quam etiā Io. de Imo. dicit esse tutiorē. Mihi non placet ista sol. licet sit singularis in se, ꝗa si bene respicias ad tex. l. si plurib⁹. ver. qđ si separatim. s. eo. ille tex. loquitur, quādo in eodē testamēto fuit facta trāslatio animo adimēdi, ad quē tex. cōtinuat̃ tex. in l. plene. in princip. exponēdo illū ver. vbi loquit̃ de trāslatione inutiliter facta. Præterea ista ratio nō est generalis: quia si trāslatio esset facta in eodem testamēto, aliquibus actionibus interpositis inter primū legatū, & translationem: ita præsumit̃ mutatio voluntatis, sicut si esset facta in alia scriptura: vt patet in lege, non ad ea. in prin. de cōditio. & demonstra. Præterea ista conclusio nō probatur iure, cū tñ regula sit posita in cōtrariū, in d. l. & si transferā. Et ad istum tex. do tibi nouā & elegātē respōsionē, absq; diuinatione. & dico, ꝙ speciale est in casu isto, ꝙ translatio inutilis quæ sequit̃, nō tollit legatū præcedēs: ꝗa vnū ecōtra inducit̃ speciale fauore libertatis cōtra legatū, videlicet ꝙ etiam si libertas præcedat, vel legatum sequatur, pręualeat legatū libertatis: vt l. si idem seruus. j. titu. proxi. Sicut ergo vnū inducitur contra legatarium, vbi adest fauor libertatis: ita vnū inducetur pro ipso, cessante fauore libertatis, vt translatio vtilis non impediat legatum. Et per hæc habes declaratā glo. tu am optime. ¶ In glo. sup verbo, pignore. ibi: vt̃ tibi, de ęqtate. Ista sol. videt̃ cōtra mentē istius tex. & primò diuinat, imo est contra illam literam. quod probo: quia tex. in d. §. si quis seruum. dicit ꝙ legatum non valet de rigore, sed de ęquitate: quia verba directa trahuntur ad fideicommis. ergo seruus nō fuit datus generaliter pignori, quia libertas valeret directo de rigore iuris. l. ab eo. s. alleg. in glo. Sed ista solu. est contra nostrā literā, qđ probo. ꝗa hic in vna oratiōe determinat̃ tres casus, ĩ qbus dicit̃, ꝙ legatū præualet libertati: ergo vniformiter vr̃ determinare: vt l. si legatarius. de lega. iij. l. iam hoc iure. s. de vulgari & pupillari. Sed in primis duobus exēplis legatū libertatis nullo modo habet effectū: ergo similit̃ debet intelligi in vltimo casu. Vnde potest dari alia solutio, & melior, vt dicamus quòd verba directa non trahuntur ad fideicommissum isto casu, sicut in §. si quis seruum. quia istud priuilegium in casu nostri §. fieret cum iniuria alterius: quoniam pro hoc in effectu annullaretur legatum: priuilegium autem in dubio sic debet interpretari, non solùm vt non damnificet alium, sed etiam vt alteri non auferat lucrum, quod aliàs sibi deberetur, siue commodum. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ne quid in loco publico. & lege, cùm filius. ff. de testamē. mi. Et ista solu. optime p̄cedit, intelligēdo text. in §. si quis seruum. in legato facto de seruo pignorato ab ipso debitore: sicut videtur intelligere gloss. hic, & lex, seruo tuo. C. de ma. te. dum alleg. illum text. pro contrario nostro, qui loquit̃ proprie de debitore legante libertatem seruo pignorato. Sed in dicto §. si quis seruo. glos. reprehendit istam lect. ad istum textum: dicit enim, quòd est cōtra istam l. expresse. vnde intelligit, quòd ibi libertas fuit data seruo pignorato à creditore, qui habebat seruum pignori, in quo propter ius quod habet in re speciale est, quòd verba directa trahuntur ad fideicommissum, & sic illa l. non obstaret huic §. Et hunc intellectum sequitur Ioannes de Imola in l. centurio. ff. de vulgari & pupillari. in illa difficili quæstione, vtrū substitutio facta verbis directis obliquetur post pubertatem. Et ibi tenet expresse per istum §. quòd quādo libertas relinqueretur à debitore seruo pignorato, verba directa non traherētur ad fideicommissum. Sed contra istā differētiā arguo sic: si verba directa trahūtur ad fideicommissum p̄pter ius pignoris, qđ habet creditor in re: ergo multofortius trahēda erunt ad fideicommissum p̄pter ius dominij, qđ habet debitor in seruo pignorato: qđ est fortius sine dubio, q̃ ius pignoris: maxime ꝗa vere debitor possidet, & non creditor: vt l. j. §. p seruum q pignori. & l. qui filium. ff. de acqui. posses. Vnde ista differētia videt̃ inanis cum reuerentia: & ideo melior videt̃ intellect⁹ glo. quē ponit hic, & in d. l. seruo tuo. & ad istū tex. ĩnde, vt s. dixi, & facit text. p̄ opi. Ioan. And. ĩ c. si pater. de testa. lib. vj. de qua per Bar. in d. l. cēturio. in j. qſtione. & ibi plene scripsi post Moder. ¶ In eadē gloss. ibi: hoc nisi seruus luat &c. illa iura loquūtur in seruo instituto hærede cū libertate: vnde fauore testamenti, vt cōfirmetur, & testator habeat hæredē, videt̃ permitti, ꝙ valeat institutio, si seruus seipsum luat, siue redimat à pignore. Sed ista ratio non videt̃ esse, nec tātus fauor, quando sola libertas relinquit̃ p viam legati: vnde forte illa iura nō haberent locum in isto casu: & hoc sentit Ioā. de Imo. sup ista glo. Et ad ea quæ diximus in secunda glo. super verbo, in fraudem. aduerte declarationem: causa, quia posset dici ꝙ non interest legatarij legatū habere effectum, si testator efficeretur soluendo: nam illo casu cū testator efficeretur soluendo, etiam cōualesceret legatū libertatis, sicut cōualesceret institutio vtiliter facta. secūdum Bart. ĩ l. j. ff. de regu. Cato. ad intellectū l. q soluendo non erat duos Apollonios. s. de hæredi. insti. & sic legatū nō haberet effectū: ꝗa pręualeret libertas. vñ hoc interesse nō videt̃ cōsiderabile in legatario. Sed ad hoc pōt respōderi bene, sicut diximus in vlti. glo soluendo cōtrariū l. generaliter. §. si qs seruū. ꝙ libertas quæ à princip. fuit nulla in isto casu, nō cōualidaret̃ in isto casu, ne fieret iniuria legatario, cuius legatum semper fuit validum.

Si statuliberum. Expedit̃ hæredi rem, cuius dominiū est resolubile, magis soluere, q̃ æstimationē rei: ꝗa resoluto dominio hæres in nullo remanet grauatus. hoc dicit. Scđa ibi: ipsū vero. ¶ † No. istum textum iuncta glo. prima, ꝙ sicut omnino aliud pro alio non potest solui inuito creditore, quādo id quod soluit̃ est penitus diuersū ab eo, qđ erat in obligatiōe: vt l. ij. §. appellata. ff.

a ¶ Clausula derogatoria. Adde Bal. in l. sancimus. C. de test. & vbi ius habet clausulam derogatoriam ad rescripta, non valent ipsa rescripta, nisi expressam mentionē faciant de illo iure. de quo vide p Abb. ĩ c. nonnulli. ĩ j. & ij. col. de resc. Nico. Super.

b ¶ Differentia inter legatū tacitū expssum. Adde & an differt inter legatū & donationē mortis cā, vide gl. no. in l. qui p̄tio. in prin. ff. de do. cā mor. & in l. mortis cā. eo. ti. Nic. Super.

ta.ff.si cert.peta.ita nec id quod fingitur esse idem cum re,quæ est in obligatione,sicut est æstimatio respectu rei,quæ ficte censetur idem cum re: vt l.si stipulatus.ff.de fideiussor.& per Bart. in lege prima.in princip.ff. de act.emp.& tetigi in l.cætera.§.si duobus.s.co.¶ †Secundò not.ꝙ quã do hæres soluit æstimationem rei legatæ,cuius ius est resolubile propter cõditionis euentũ,licet postea illud ius resoluatur,ęstimatio semel resoluta non repetitur.& est ratio secundùm Ioan.de Imo.& bene,quia hęres qui scit rem legatam habere ius resolubile,per quod extinguitur legatũ, non soluet veram æstimationem rei:sed quãtum æstimaretur illa res hoc modo affecta in isto dubio euentu.Vnde qui soluit æstimationem,nunc videtur quodammodo emisse dubium euẽtũ futurũ:sicut dicitur in l.Lucius.§.fin.j.ad Trebel.& ideo si euentus male eueniat,quia ius in re resoluatur,debet sibi imputare,qui emit euentum incertum,secundũ Moder. & bene per l.si iactũ.cũ materia.ff.de contrahen.empt.Et hoc est verũ,si hæres qui soluit æstimationem,sciebat conditionem & qualitatem rei:si autẽ ignorabat,tũc quia videt̃ emisse rẽ simpliciter,& pleno iure,soluẽdo æstimationẽ deberetur euictio,& sic æstimatio esset restituẽda à legatario.& hanc distin.dicit Pau.de Cast.esse ęquã,& ad hoc secundũ membrum addit quæ habentur in l.litis æstimatio.ff.pro empto.Tu potes adducere ea quæ scripsi post eum in l.serui electione.§.finali.s.eodẽ.vbi sequendo dicta Bald.in rubric.de contrahen.empt.dixi,quòd ille qui emit rem à venditore,credens eam esse propriam venditoris, videtur eã emere pleno iure,non respectu iuris,quod habet venditor in ea re,& sic si ius illud resoluitur,videbitur euicta res:vt s.dixi.¶ †Vltimò no.ꝙ in dubio testator videtur legare,legando rem,ius qđ habet in re: vnde si ius illud extinguit̃,extinguit̃ legatũ.concor.l.vxor patrui.& qđ ibi no.C.de leg. hic tamen extinguitur ius,postquàm res peruenit ad legatarium,id est extinguebatur per mortem testatoris:sicut in l.quod in rerum.§.j.s.eod.

Si duos. Si testator legat vni fundũ,& alteri vsusfructus, alteri fundi hæres cogitur redimere legatario vsusfructus,viã & fundum accedere non potest.Secunda ibi:sed hæres.¶ In gloss.super verbo,redimere.ibi:idem est si fundum alienasset.Ista glo.loquitur obscure,quia non apparet quòd alienauerit.Ioan.de Imo.& bene, dicit ꝙ gloss.potest exponi dupliciter.Vno modo,quòd intelligitur de legatario,cui fundus simpliciter fuerat legatus:& isto modo intelligendo clare procedit ista litera,quia per alienationem à se factã non minus remanet obligatus hæredi per conditionem indebiti vel sine causa:non enim extinguere poterat ius tertij,vt l.fina.de pact.Secundo modo potest exponi,quòd ipse testator in vita sua alienasset:& tunc debes exponere gloss. isto modo,ꝙ idem esset,ac si non esset facta alienatio, quo ad hoc vt hęres cogatur redimere viam &c.sed non quo ad modum redimendi:quia si res non fuisset alienata, & fuisset legata alteri, redimeretur à legatario sine pretio, vt dictum est. In hoc autem casu ab eo in quem fuit alienata per testatorem inter viuos, non redimeretur sine pretio, quia in actu inter viuos non videtur reseruata seruitus alienati, etiam si per alium fundũ non possit accedi: vt lege, in vendendo. ff.de contrahen.empt.& l.via cõstitui.§.fundus.de serui.rust.præd.& per Bar.in l.j.j.de serui.lega. & idem esset si intelligeremus rem esse alienatã ab hærede per eandem rationẽ.¶ Extra glo.opponit hic Iacob.de Are.& Barto.fortiter vt hic per eum:quorum dictis inquãtũ faciunt differentiã inter legatũ tacitum & expressum,ista differentia videtur confundi,per tex.in l.si fundũ.§.q fundum.j.eo.& per l.pe.in prin.ff.si serui ven.vbi dicitur, ꝙ seruitus in fundo legato videtur constituta ipso iure,fundo remanẽte penes hæredem:nec valet responsio,quã dat glo.in §.si in fundo.exponẽdo verbum ipso iure,qđ etiã sequitur ibi Bart.qa illa est magna impropriatio ad tex. & etiã videt̃ contra mentẽ literæ in verbo,non est secus.vbi dicitur,ꝙ in casu præcedẽti,de quo nunc dixi,ita censet̃ constituta seruitus, acsi duorum fundorũ dñs alterum legauerit,ita vt alteri seruiret.quæ verba vidẽtur significare legatũ seruitutis expressum:& tñ ibi dicitur,ꝙ idem est in casu pcedenti,in quo fuit tacitũ.Fateor tñ,quòd ille vers.põt etiã impropriari,vt intelligat̃ ꝙ vnus fundus fuit legatus,vt alteri seruiret.s.ex tacita voluntate.sed hoc non videntur sonare verba literæ. Præterea tex. in l.pen.si serui vend.dicit in eo casu,quòd seruitus debetur fundo.in casu autem sequenti,vbi dominiũ nõ fuit trãslatũ ipso iure in fideicommissa. dicit ꝙ seruitus debet cõstitui per hæredẽ in traditione: & sic manifeste datur intelligi,ꝙ in primo casu erat constituta ipso iure:aliàs non esset differentia inter primum casum,& secundum. Hoc etiam important verba literę,dum dicunt,seruitus debet̃ fundo in primo casu:nam per hoc datur intelligi,ꝙ ipso iure erat acquisita: nam actio personalis ad constituendũ seruitutem faceret debitum deberi personę,cuius esset res,non ipsi rei. ¶ Vnde potest dari alia solutio elegans ad istum textum, quòd quando relinquitur via vsufructuario,non censetur sibi relicta seruitus:quia seruitus seruitutis constitui non potest: lege prima.& ibi notat. infrà, de serui.legat.sed quædam facultas eundi per locum, in quo via relinquitur. ita probat textus in lege secunda.§.recte.ff.si serui.vẽdi.& hoc est quod dicit gloss.quam ibi approbat Bald.in lege iij.§.qui habet haustum. de serui.rust.præd.Quia ergo facultas quæ non est seruitus,habet plus facti ꝙ̃ iuris,sicut difficilius transit de persona ad personam:vt in §.sed factũ. Institu.de stip.seruo.& plene in l.quod dicitur.de verbo.obliga.& in l.si quis stipulatus fuerit.eo.titu.ita non causabitur ipso iure ex vltima voluntate ita faciliter,sicut seruitus,quæ cõtinet plus iuris: sicut plene declarat Bar.in l.ij.in princi.vel in §.j.de verb.obli.& sic limitabitur singu. l. si patrem.§.si per fundũ.ff.quemad.serui.amit.Si tamẽ velis tenere opi. Iaco.de Are.& Bart.& impropriare iura in oppositum allegata:tunc est respondendum ad dicta do.Io.quibus respondeo breuiter duobus modis,& primò,ꝙ quamuis legatum censeatur statim acquisitum post mortem legatarij:ordine tamen intellectus,non temporis,prius videbitur cõstituta seruitus in re legata:deinde fingetur translatum dominium in legatarium,vt sic constitutio seruitutis valeat:sicut dicitur in simili casu in l.quoties.§.si quis ita.ff.de hær.insti. quòd quando libertas & hæreditas relinquitur seruo.licet ista simul tempore competant, prioritate tamen ordinis & intellectus,secundùm Bald.& Ang.ibi censetur procedere libertas:aliàs secus non posset esse hæres.& ista est optima responsio.Vel potest dici,vt dicebam heri in voce,quòd à tẽpore mortis legatarius nõ fingitur vniuersaliter esse dominus: sed quo ad quosdam effectus: sicut plene declaraui in ista eadem l.§.j.&sic relinquitur,quòd res reperitur in dominio testatoris tempore mortis,nec videtur imposita seruitus rei alienæ.Sed fortius obstat opin.Barto.quia si seruitus videtur imposita tempore mortis,tunc rei testatoris videtur sequi absurditas,ꝙ sit imposita seruitus rei testatoris,vt seruiat alteri rei ipsius testatoris:quoniam cũ dies legati vsusfructus non cedat nisi ab adita hæreditate:vt l. j. quando dies vsusfruct.leg.ce.& l.siv[?] susfructus.in princi.j.quando dies leg.ce.cum si. ergo ante aditam hæreditatem reperitur in hæreditate plena proprietas, & dominium rei,in qua est legatus vsusfructus:& sic videbitur cõstituta seruitus in re testatoris rei eiusdem testatoris,quod est impossibile: vt l. quicquid.ff.communia præd.& † l.in rẽ cõmuni.de ser.vrb.præd.Sed ad istud potest dupliciter responderi.Primò quidem,quòd seruitus non videbitur constituta pure,& simpliciter,sed sub conditione,cùm dies vsusfructus legati cedat.potest autem constitui seruitus sub conditione suspẽsiua,licet non sub conditione extensiua:vt plene declaratur per gl.& Bartol.in l.seruitutes.la prima.ff.de ser.& est casus in l.existimo. §.j.de ver. obli.& maxime cùm apponitur conditio,sine qua constitutio seruitutis nõ valeret,sicut cùm stipulatur rem meam,si mea esse desierit:vt l.si rem meam.& quod ibi per glo.ff.de verbo.obli.Videtur autem in ista constitutione subintellecta ista conditio:quia cùm testator videatur legare iter cum vsufructu ex ipsa causa,limitatur & restringitur oppositio seruitutis,vt videatur facta in eum casum:vt lege,cùm pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.& lege,pater.§.prædium.ff.de leg.iij.maxime quia sic debet interpretari dispositio,ne reddatur inutilis,si esset inutilis, vbi non videretur apposita conditio,vel tempus:vt plene declaraui post Bartolum in l.cũ filio.s.eo.& ista responsio est optima.Vel posset dici,quòd licet tempore mortis vtraq; res esset testatoris:tamen quia respectu vsusfructus res erat necessaria de bonis testatoris incontinenti, scilicet post aditam hæreditatem,habeatur perinde,quo ad hoc,vt possit constitui seruitus, acsi iam exisset patrimonium testatoris:sicut dicit tex.not.in simili in l. fina. §.pe.C.de bo.quæ liber.per quem Bal.in l.vlt.ff.de con.insti. ad intellectum l.placet.ff.de acqui.hæred.dixit vnum notabile verbum,vt ibi per eum.Et licet gl.in hoc teneat contrarium in l.si quis duas.§.duas.ff.cõia prædio.vbi in declaratione textus manifeste ostendit, quòd proprietas vtriusq; rei,quæ est statim trãsitura ad alium,consideratur ad impediendam constitutionem seruitutis.ego tamen in casu,quẽ ponit ibi glo.sum solitus tenere contrarium,per l.si cùm duas.ff.eod.tit.& per dictam l. fi. in fi.s.allegatã. Ista tamen sol.nõ est tuta in casu nostro:quia cùm incertum sit, quando debeat adiri hæreditas,non põt dici esse certum, cũ res sit incontinenti necessaria de patrimonio testatoris: & sic videtur impediri constitutio seruitutis.ar.l. sufficit.de cond.inde.Tene ergo primam solutio.quæ est tutior.

SVMMARIVM.

1 Testator quando legat rem simpliciter,non obligatur hęres ad rẽ dari,sed simpliciter ad rem tradi.

Si a substituto. Si res legata sub cõditione emit̃ à legatario,non extinguitur legatũ etiam si legatarius easdem res alienat.hoc dicit,secundũ communem intellectum.¶ In glo.super verbo, antequam.ibi:ma xime.scilicet subaudi.Aduerte diligenter ad tex.quia ista dictio, anteꝗ, non ponitur ad actum emptionis ipsius rei legatæ factæ per legatarium: nam tunc bene esset subaudiendum,maxime,nam idem esset si scienter emisset: sed ponitur ad actum alienationis factę per ipsum legatarium, in quo non est subaudiendum,maxime,salua reuerentia glo.nec iura allegata hic in glo.in isto casu aliquid probant,quòd post alienationem factam à legatario scienter legatum duret.Vnde possumus dicere, & erit iste casus not.quòd si alienatio fieret à legatario post sententiã legati sibi facti,siue adhuc pendeat conditio,siue sit purificata:tunc legatum extinguitur:& quia alienando videtur fecisse adueniente conditiõe,res testatoris nõ possit sibi præstari eo modo,quo testator præstari voluit, scilicet tanquàm rem ipsius testatoris.Vnde sicut aliàs res periisset culpa & facto legatarij,sine dubio nihil sibi deberetur:ita ex quo per factum suũ

est sublata facultas fictæ traditionis, quæ videretur fieri de re testatoris ex causa legati; vt l. fundū. ff. ad l. Falci. imputet sibi legatarius. si eñ nunc hęres cogeretur soluere ęstimationē, vel redimere rem alienam, grauaretur in plus, quàm si solueret rem testatoris: vt patet ex not. Instit. de leg. §. non solum. & in l. cū alienam. C. de leg. & sic limitatur singulariter l. fundo. j. ad l. Falci. quod not. Barto. in l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquir. pos. vt intelligamus, quòd causa emptionis cōuertitur in casum legati, quādo res tempore cōditionis existentis erat penes legatariū, vel quādo nō erat penes eum absque sua culpa, quia fuit alienata ignoranter ab eo. quod semper tenebis menti, quia optime probatur in isto text. & est dictum nouū. Tetigit etiam hic Ioā. de Imo. quādo res fuit legata pure, & legatarius emit eam ignoranter vel scienter, quid iuris? Et in vno casu reprehendit dicta Dyn. qui plene distinxit in ista materia in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obliga. de quo dic vt ibi per Barto. qui plene examinat articulum, & traditur in l. huiusmodi. §. qui seruum. j. eo. vbi melius cadit materia.

Hæres seruum. Qui tenetur ad præstādum rem in genere ex vltima voluntate, vel ex cōtractu, debet cauere, ita quòd res efficiatur irreuocabiliter eius, cui datur: secus si legatur certa res simpliciter, vel promittitur tradi per stipulationē. hoc dicit. cum l. seque. Secūda est ibi: sanitas autem. Tertia ibi: si verò. Quarta ibi: quæ de legato. quę est l. seq. ¶ †Not. quòd licet hæres teneatur, quādo est grauatus ad præstandum rem in genere soluere rem mediocrē: vt l. legato generaliter. §. eo. nō tamē videtur minus soluere rem mediocrē, si offert animal vel hominē nō sacrum: de quo mirantur hic Mod. quia res quę offertur, posset esse taliter infirma, quòd non solùm posset dici mediocris, sed nō expediret eam habere. vnde ipsi intelligunt istum tex. quādo prima facie, seruus nō videbatur infirmus, & hæres ignorabat infirmitatē ipsius. ita supplet do. Pau. hic. Vnde nihil est, quod imputetur hæredi, si soluit eum, qui videbatur esse sanus, nec postea detecta īfirmitate legatarius ageret redhibitoria: quia illa actio nō habet locū rebus quæsitis ex causa lucratiua: vt l. ad res donatas. de ædili. edict. secundùm Paul. de Castro hic. & hæc dicit posse esse vtilia: qa aliquādo testator vxori suæ legat vnam seruam, & potest dubitari in traditione, vtrum hæres teneatur promittere quod sit furtis & noxis solum. item vtrum teneatur tradere eā suā, ita quòd non ægrotet. nam decisio colligitur ex expressis. ¶ †Secundò not. singulariter, & semper tene menti, secundùm Barto. quòd quādo testator legat rem simpliciter, hæres nō obligatur ad rem dari, sed simpliciter ad rē tradi: & ideo si res auocetur à legatario, nō tenebitur heres de euictione. ¶ Secus est secundùm Bartol. si testator expresse iussisset hæredem rem dare, quia tunc teneretur promittere de euict. Et ex hoc datur singularis limitatio ad ea quæ ibi habentur in l. ij. C. de euict. & in l. j. C. de iure do. & in l. Aristo. in princ. vbi per Barto. j. de don. videlicet quòd licet donator, quādo donatio incœpit à promissione, teneatur de euictione: vt in dictis iuribus: istud est verum, si promittat rem dare: secus si promittat rem tradere, quia tunc non tenebitur: vt in tex. nostro, & maxime in l. sequent. ¶ In glos. posita super verbo, dare. ibi: id est, tradere. ista expositio impropriat text. sicut vides: licet docto. communiter sequantur eam. Præterea præsupponit, sicut dixi in notabilibus, sequendo dicta Barto. quòd quādo testator legat rem simpliciter, videatur grauare hæredem ad rem tradendam, & non ad rem dandam: & dicitur esse falsum, quia si in dubio in legato esset rem tradi, & non dari, ergo quando res esset extincta culpa hæredis, non posset peti ipsa res tanquam existens in obligatione: qa hoc pertinet proprie ad naturam obligationis rem dari: vt solenniter declarat Bartol. punctualiter in legato in l. si filio. ff. de donatio. causa mortis. & in l. stipulationes non diuiduntur. de verborum obligatio. Sed hoc est falsum: quia imo re perempta potest peti ipsa res: vt l. cùm seruus. §. eodem. propter naturam obligationis dandi, secundùm Bartolum, in dicta l. si filio. & videbis statim in l. cùm res. §. itaque. j. eodem. Ergo nō est verum, quòd in legato in dubio sit obligatio ad rem tradi: quia tunc re extincta succederet obligatio ad interesse, etiam in contractu emptionis: vt plene declaratur in l. prima. ff. de actio. empt. per Bartolum. Vnde Petrus de Bella Per. subtilis doctor, cuius dicta refert hic Ioan. de Imol. & Barto. in loco statim allegando, dicit quòd ille qui tenetur ad rem dari ex causa lucratiua, sufficit quòd transferat dominium dando: vnde licet postea tale dominium auferatur ab eo, cui res est data, non tenebitur de euictione: quam opin. impugnat hic Ioan. de Imo. per l. Iulianus. §. j. de verbo. obliga. Sed ille tex. non loquitur expresse de causa lucratiua. vnde posset intelligi de causa onerosa. fortius ergo facit tex. quem isti non allegāt, qui proprie loquitur in legato in l. etiam. ff. de solut. vbi dicitur, quòd si res euincitur, debetur euictio. Præterea secundùm Bartol. in dicta l. Iulianus. §. primo. referendo ista dicta Petr. quando titulus lucratiuus incipit à præcedenti promissione: sicut in legato & stipulatione: de quibus hic: semper ille qui tenetur ad dandum, tenetur de euictione: vt not. in lege secunda. C. de euict. & in l. Aristo. in princip. vbi per Bartolum. de dona. Sed ista ratio posset euitari, licet sit multum colorata: quia ego intelligo illa iura, quādo ille cōtra quem agitur de euictione nullo modo trāstulit dñium in recipientē: tunc eñ ideo tenetur, qa nullo mō implebit id ad quod erat obligatus. Ergo pristina oblig. nō debet esse sublata, ex quo nihil est impletū: sed qñ quis transfert dominiū plene, quod tamē postea auferatur ab eo, cui sit facta traditio: sicut in casu §. nostri, inspecto tempore implementi, dicitur implesse id, quod promisit: quia vere inspecto illo tempore recipiens est dominus, quod importabat verbum, dare: vt l. vbi autem. in fin. hic alleg. Licet autem inspecto euentu de futuro non dicatur implesse promissa, ex quo res potest auocari. similis distinctio fit in tex. & gloss. in l. sed & si quid. §. interdum. ff. de vsufruct. & in l. Gallus. §. videndum. ff. de libe. & posthum. Vnde quia aliquo modo dicitur implesse, & tenebatur ex causa lucratiua, mitius agitur cum eo, vt satis sit implementum fuisse factum inspecto tempore implementi. pro hoc facit, quia in illo, qui tenetur ad rem dari, est aliqua differentia, si trāsfert dominium, licet reuocabiliter: vel si nullo modo transfert: quia primo casu, si ille qui tradit, promittit de euictione, liberatur à pristina obligatione, & tenetur euicta re ex noua obligatione. Secundo casu non liberatur: ita solenniter distinguit Barto. in penul. colum. in lege, si quis aliam. ff. de solu. vbi omnino est videndum ad intellectū horum iurium, & eorum quæ tangit hic Paul. de Castro. & quod ponit idem Bartol. in l. qui concubinam. §. si hæres. infrà, de legatis tertio. Multum tamē obstat huic opinio. text. in dicta l. etiam. de cuius intellectu dicam tibi in lectu. sequ. Sed solutio Petri multum applaudit literæ nostræ, & est amica textui. Et quia vt vides est differentia inter eum, qui promisit rem dare, & qui promittit tradere. adde secundùm Baldum hic, & Ioan. de Imol. quòd si res promittitur simpliciter: verbi gratia, promitto tibi fundū meū: in dubio intelligitur quis promittere rē dare, nō rē tradere, nisi stipulatio interponatur super contractu, de cuius natura venit rem tradi. Primū probatur secundùm eos in lege, si ita distrahatur. §. fina. ff. de cōtrahen. emptio. Secundum in l. si stipulatus. ff. de vsu. Sed ista est distinctio Barto. de verbo ad verbum in l. si fundum certa die præstari. ff. de verbo. obliga. vbi al leg. l. si ita. præallega. & l. si filius. in fine. cum gloss. sua. ff. de verborum obliga. quod dictum est, & ego prius videram; & postea inueni allegatum etiam per Paul. de Cast. qui optime commentauit istum §. Et quia suprà allegaui l. etiam. ff. de solut. potest responderi fatendum esse, quòd quando aliquid quod erat præstandum, non est præstitum, potest agi actio. ex testamento, id est prima act. vt illud præstaretur: sed per hoc nō sequitur, quòd ille qui tenetur ad dandum ex causa lucratiua, non liberetur, sed dedit rem, quæ actione personali potest auocari. Quòd autem in legato simpliciter facto de specie veniat dari, & non tradi: vt sentit Bartol. probatur non destruendo literam in l. si domus. §. de euictione. in principio. infrà eodem. vbi dicitur, quòd si res legata est euicta, agitur prima actione ex testamento. Sed hoc nō esset verum, si legatarius esset obligatus ad rem tradi: vt plene declarat Barto. in lege, si quis aliam. præallegat. & in l. eleganter. in princip. de pign. actio. & in l. qui concubinam. §. si hæres. infrà, de legat. tertio. ergo in legato simpliciter facto venit rem dari, nisi restringas text. in §. de euictio. ad casum, quando fuit factum legatum in genere. Sed ista est magna diuinatio ad illum textum, & etiā verba literæ sunt in contrarium ibi: res legata euincitur. quæ videtur significare, quòd legatum fuit factum in specie: nam quando legatur aliquid in genere, res non est simpliciter in legato. Sed facta specificatione seu alienatione rei, illa videtur fuisse legata magis, quàm alia, quia vere fuit legata: vt plene declarat Barto. in l. Meuius. §. duobus. infrà, in titul. proximo. & minus ista restrictio diuinat ad illum text. Sed posito sine præiudicio veritatis, quòd hic intelligatur esse in obligatione ad rem tradi ex causa lucratiua: & sic nō debeatur euictio, secundùm Bartolum. aduerte diligenter, quia domi. Paul. de Cast. hic dicit istum textum esse intelligendum, quando seruus obligatus ad noxam fuit legatus ignoranter à testatore: nam si ipse fuisset legatus scienter, tunc si euinceretur propter noxam, teneretur hæres de euictione: per l. cùm alienam. C. de le. & per legē, si res obligata. infrà eod. Et licet ipse dicat hoc in testatore sciente, de mente tamen sua videtur esse, per ll. quas allegat, quòd idem esset, si testator legasset ignorāter: & tñ deberetur euictio: sicut cū legatur personæ cōiunctæ: vt dicitur in d. l. si res obligata. in scdo responso. & in d. l. cū aliena. Sed iste intellectus nō videtur stare posse scdm eum: quia qñ res aliena, vel quę pōt auocari, legatur extraneo ab ignorāte, regulariter legatū dicitur esse nullū: vt l. cùm alienam. C. de leg. Vñ text. dicit in §. nō solum. Instit. de leg. quòd res aliena ignoranter non pōt legari, si legatum est nullū: ergo res legata nō debuit præstari. Cuius contrariū hic dicitur. † ad istud ipse respōdet not. quòd legatū rei alienæ factū ignorāter, nō valet, quo ad hoc vt quis teneatur redimere vel præstare æstimationē: sed bene valet, quo ad hoc, vt si res est penes testatorē, vel herędē, eam teneatur tradere, prout est: nec tunc tenetur de euictione. Sed ista rñsio non erat necessaria ad istum tex. nec ad l. si res obligata. j. eo. quia in istis iuribus res nō erat aliena, sed testatoris & heredis, tēpore traditionis: vñ licet possit auocari, quia tñ ius cōpetebat tēpore testamēti, & traditionis, non est dubium, quòd legatū valebat: & ideo tex. in l. si res obligata. j. eo. nō dicit, quòd in casu illo legatum nō valeat, sed quòd onus soluendi pertinet ad legatarium, nisi legatum remaneret oīno inutile: vt ibi dicitur. Relinquitur tamē elegans dubitatio, quo ad intellectū l. cū alienam. vtrum valeat legatum saltē respectu possessionis, quæ est penes testatorē & hæredē. super quo do. Paul. tenet, quòd si fundat se cum isto tex. qui loquitur in alio casu, vt mō dixi. Tu verò cōsidera tres casus sup isto nouo art. nā aliqñ testor, qui nō est dñs aliquo mō, nec habet ius in re, habet tñ actionē realē pro re: sicut est ille, qui possidet tit. & bona fide cui cōpetit Publ. Et tūc dicendū est

fine dubio, ꝙ legatū valet, per quod transfertur ipso iure Publiciana in legatarium, quæ cõpetebat testatori. Casus est clarus in l.j.in fi.cum l.seq.ff.de pub.per quā tex.ita tenet Ang. reprobando ibi gl.in l.cū sponsus.§.j.eo.tit. Aliquando nulla cõpetit actio realis: & tunc considera, quòd aliquando ille qui habet solam possessionē, habet eam taliter, ꝙ per remedium possessoriū põt auocari ab altero: & tunc quia nõ videtur possessio esse penes hæredes, sed penes illū qui potest reuocare: vt l.nõ videt.ff.de acqui.poss. potest dici, ꝙ legatum nullo modo valeat: sicut dicit tex.in l.si in emptione.§.rei suæ.& quod ibi per Bar.ff.de contrahē.emp.vbi est casus not.ꝙ ille qui põt auocare possessionē, & ab eo emere, quia videtur esse sua. Sed forte posset dici, ꝙ ista fictio habet locū, & consideraẽ respectu eius, qui potest auocare possessionē, sed nõ respectu tertij. Vnde forte põt dici in hoc casu, vt in casu sequenti, videlicet quando possessio non põt auocari p remediū possessoriū. In quo videẽ esse distinguēdū, ꝙ aut testator expresse legat ipsam possessionē, vel ius possessionis ipsius rei: & tunc vera sit opi.do. Paul. ꝙ valeat legatū, & tenebiẽ tunc hæres defendere legatariū respectu possessionis, secundū Bart.in d.§.rei suæ. Aut testator legat simpliciter rem: & tunc videẽ, ꝙ illud debeatur, quia ius possessionis nõ videẽ ius in re. Vnde sicut ille, q emit rē simpliciter, videtur habuisse respectum non ad possessionē, sed ad proprietatem: vt dicit tex.not.in d.§.suæ rei.& probaẽ optime, & ibi hoc declarat Bar.in l.si rē aliquam. secūdo responso.ff.de acqui.possess.ita dicendum erit in legato, arguendo de contractibus ad vltimas voluntates: iuxta l.seruū filij.§.dominus.s.eo. Et aduerte: quia sicut hic per hanc interpretationem annullatur legatum: ita in d.§.suæ rei.annullatur venditio.& per hæc habes istum articulū declaratum. Mihi tamen placet lectu. quam prius tenui, videlicet ꝙ hic in vtroq; casu intelligatur esse in obligatione ad rem dari ex causa lucratiua: & tamē liberetur quis, si dicta res possit auocari. intellige qñ res nõ erat affecta aliquo iure reali, propter quod posset in totum auocari: sed ad eam poteraẽ agi personali actione, vt hic. nã quã do res esset affecta iure pignoris vel hypothecæ, quia tempore traditionis res non traditur libera, ideo non videtur plene tradi.& ita est, ꝙ licet regulariter nõ possit agi de euictiõe nisi post rem euictam, posset tamen agi, vt res obligando liberetur: vt traditur in l.j.& l. ex prædijs.de euictionibus. plus est ergo rem esse affectam iure reali, quàm rem posse peti actione personali. Vnde licet, quo ad effectum, postꝙ res fuit auocata, ista remedia æquiparentur, vt videtur velle tex.noster in ver.sicuti.quantum tamen ad liberandum hęredem à principio, non est idem.

SVMMARIVM.

1 ☞Pecunia cū debetur in specie, etiam ex mora veniunt vsuræ pro illa pecunia relicta.

2 Res legata præstari debet in loco, vbi relicta est.

CVm res legata. Diuidiẽ tota ista l.in duas partes principales. In prima parte ponitur, qualiter res legata debeat tradi. In secunda, qualiter culpa hæredis, per quam perit res legata, debeat æstimari. Prima pars vsq; ad §.sed si Stich⁹.subdiuidiẽ in tres. Quia in prima poniẽ qualiter res legata in specie sit soluēda. In sc̃da ibi: si petatur. ponitur vbi sit soluenda res in genere. In tertia ibi: itaq;. poniẽ, qñ res non potest præstari ex culpa, vel sine culpa hæredis, quid iuris. ¶ 1 †No.tex.ibi: vsuras &c.iūcta prima glossella, ꝙ etiam qñ pecunia debetur in specie ex mora, veniunt vsuræ pro illa pecunia relicta: idem probatur in l.ij.& iij.C.depo.& in hoc pecunia quæ relinquiẽ in specie, non sortitur omnino naturā speciei, sed in alijs sic: vt l.sed si certos.j.eo.& in l.si creditor.§.j.ff.de pecu.& l.plane.§.sed si certos.s.eo.nã si sortireẽ naturã speciei in hoc vsurę non conuenirent: vt videbis in gl. ☞¶ †Secundò no.ex isto tex.iuncto princi.cum si.ante ver. sed si res.ꝙ quamuis fructus ex re legata, quæ est propria testatoris, debeatur ante moram à die aditæ hæreditatis: vt l.Herennius.ff.de vsur.& l.si tibi homo.§.cùm seruus.j.eo.vsuræ tamen quę sunt fructus penitus industriales, & ciuiles, non debentur, nisi post moram.& idem videtur esse in alijs, qui accessorie venirent ad legatum: vt videtur probare ista litera, quæ loquitur proprie de rebus testatoris: & tñ contrarium videtur dici, in §.cùm seruus.vnde dic vt ibi. ¶ 2 †Tertiò not.ibi: vbi relicta est sic.ꝙ res legata debet pręstari in loco, vbi relicta est.quod verbum potest ᵃexponi dupliciter, secundùm verum sensum. Vno modo secundū gl.hic, & vbiq;, vt exponamus, vbi res relicta est, id est vbi res ipsa tempore iudicij extitit, nisi aliunde fuerit translata per dolum hæredis: vt infrà dicitur. Sed ista expositio non videtur bona: quia iste casus ponitur postea particulariter in vers.seq.sed si aliter & c.vnde melius potes exponere, quòd debet solui, vbi relicta est, id est, vbi testator moriēs eam reliquit, hoc est vbi erat tẽpore mortis testatoris: & tunc verbum sequens determinabit nouū casum, quid si tempore mortis erat in vno loco, & postea transferatur ad alium. ☞†Quartò not.ibi: vel vbi verisimile est &c. ꝙ illud dicitur proprie esse ex voluntate alicuius, quod colligitur ex verbis dispositionis, quam facit. illud autem quod ex mente potius, ꝙ̃ ex verbis colligitur, non dicitur esse ex volūtate proprie: vt patet ex isto tex.in quo inter ista duo ponitur alternatiua tanquam diuersa. Licet ergo illud dicatur esse ex l. quod est ex mente l.vel ex testamento, quod est ex mente testatoris: vt l.tertia.in prin.& ibi per Bart.ff.de leg.tut.& per eundem & Moder.in l.prætor.§.hoc interdictum. ff.de noui oper.nuncia.non tamen dicitur ex volũtate proprie. quod est menti tenendum. ¶ Quintò not.in ver.sed si alibi: quod hæres qui transtulit rem per dolum, non solùm ponitur in hoc, vt cogatur reducere rem ad locum, vnde est facta translatio, si legatarius vult: sed etiam legatario petente cogitur eam exhibere in loco iudicij: & idem probatur in l.quod legatur.ff. de iudi. ¶ Sextò not.in versi.itaque.quòd quando res legata perit culpa hæredis, videtur posse peti æstimatio, non solùm res ipsa: & hoc tenet Bart.hic, & in l.si filio.de don.cau.mort. & in l.stipulationes non diuiduntur.de ver.obli.de quo diceẽ in gloss. ¶ In gl.super verbo, relicta.aduerte, quia ego suprà in notabilibus exposui, id est vbi erat tempore mortis defuncti. Sed glo.in l.cùm seruus.s.eod.videtur exponere, vbi erat tẽpore testamenti.& ista expositio est vera, & probatur in l.si seruus legatus.in princip.j.eod.in ratione literæ, quam ibi assignat: dicitur enim ibi, ꝙ si seruus legatus fuit post testamentum factum in vita testatoris, hæres debet eum persequi sumptu & periculo legatarij. Et quare sumptus & periculū pertineat ad legatarium, assignat rationem: quia ipse erat obligatus dare rem legatam, vbi erat, qđ est de necessitate intelligendū, scilicet tempore testamenti, vt ratio concludat. nam si intelligeremus, vt tempore mortis: tunc quia mortis tempore iã seruus erat in fuga, sequeretur totū oppositum, ꝙ hæres teneretur persequi sumptibus proprijs, & periculo: vnde vt ratio concludat, ĩtellige vt dixi, & expone isto mõ tex. debet p̃stari res, vbi est relicta, subaudi, præstari, id est, vbi testator voluit eam p̃stari.& hoc significat verbum, relicta. videtur aũt voluisse eã præstari, vbi tunc erat, scilicet tempore testamenti: ideo autē subaudio verbum, præstari, ne si non subaudiretur hoc verbū, ista verba viderentur significare, quòd in loco vbi testator fecit actum legandi, id est vbi fecit testamentum, res pręstari debet ei. qđ non est verum: vt l. quod legatur.in princip. ff. de iudi. ¶ In glo.super verbo, petitur.ibi: de iure &c. Hanc glos. scilicet cum tex.inducit hic Ange.ad quæstio.de eo qui promisit generaliter soluere in quocunque loco. nam dicit, quòd per istã clausulam generalem non tenebitur soluere, si reperiatur in loco tanquã aduena statim recessurus: verbi gratia, nauigãdo: vt l.hæres absens.§.fin.ff.de iudi.vel si locus ille nõ sit tutus ad manendum ibi: vt l.de ætate.cū ibi not.ff.ad Trebellia. Sed do.de Imo.inclinat contrarium ex eo, qa debet imputari sibi, qui sic generaliter se obligauit: arg.l.si quis domū.§.primo.ff.loc. Tu autē aduerte, quia intentio Ang. est declaranda aliqualiter, priusquam videamus, vtrum sit vera. Nõ em̃ voluit Angelus, dum ponit exemplum de eo qui transit naui per locum, ꝙ prouisio facta de soluendo vbiq; restringatur ad loca idonea, vel non valeat: imo vult ex hac promissione generali constitui forum in quolibet loco, sed nõ in omni casu. Et ista est communis opinio, quòd ista promissio generalis sufficiat, etiam si nullus locus sit specificatus: vt plene declarat Bar. in l.si cõuenerit.de iurisdi.om.iudi.& plenissime per do.Ant. in c.j.extrà, de iudi. Vnde intentio Ang. est, quòd si ille q promisit soluere ᵇvbique reperiretur in alio loco nõ recessurus in continenti, posset ibi conueniri virtute talis promissionis. secus si esset recessurus incontinenti: & hanc opinionē clarius isto modo ponit dominus Bald.in dicta lege fin.§.sed & si qs. C.communia de lega. Et potuit esse motiuum eorum tale: sicut colligitur ex l.quam allegat. quia ille qui promittit soluere in loco, videtur ibi cõtraxisse, quo ad hoc, vt ibi sortiaẽ forū: vt l.iij.de bo.auto.iudi.poss.& l.cõtraxisse.de act. & ob. Sicut ergo, si vere qs cõtraheret in loco, nõ posset ibi cõueniri, qñ esset statim recessurus: vt l.hæres absens.§.pe.& fi. de iud.ita ille q fictē vr̃ cõtraxisse, nõ cõtraheret forū, nisi sic cõtraheret, sicut si ibi cõtraxisset vere.i.qñ nõ esset statim recessurus post cõtractū. Sed cõtra ipsum est gl.ordi.in c.Roma.§.cõtrahetis.

a ¶ Verbū põt. Adde gl. ĩ c.faciat homo. xxij.q.ij.glo. in regula j.de re iud.lib. vj. Inno.in c.sciscitat⁹.de rescrip.Bar. l.Gallus.in prin.ff. de libe.& posth. & dic ꝙ ista dictio de notat actum mediatum & immediatum, scđm do. in c. j.in ij.not.de const. lib.vj.

b ¶ Ille qui promisit soluere. Adde Bar. in l. Titiū & Meuium.in §.tutor.ff. de adm.tut.

ver.respondere.de fo.cōpe.li.vj.ꝙ dicit,ꝙ contrahēs qui est recessurus de loco,potest ibi cōueniri,si promisit ibi soluere.Sed dicta Bal.possent euitari:quia ibi interuenit vtrunqꝫ.s.contractus verus,& promissio de soluendo. hic autem non interuenit nisi promissio de soluendo .Hæc tamen opinio confundit per ea ꝙ scribit Bart.no.in l.hæres absens.§.j.versus fi.vbi dicit,ꝙ licet statim contrahēs sit recessurus de loco,nihilominus pōt conueniri in loco pro his,de quibus vr̄ actū,vt ibi expediantur.Et id eo infert,ꝙ ille qui promittit soluere in certo loco,semper sortitur ibi forum,non distinguēdo vtrū sit recessurus incontinēti,vel non;quia propter destinatā solutionē in loco videtur actū,vt qñ quis inuenitur in loco,ibi soluat.alle. tex.in §.fi.eiusdē l.& ista est mēs iuriū sine dubio,ꝙ simpliciter voluit,ꝙ in loco destinatæ solutionis possit cōueniri,si ibi inuenit.†In scd̄o aūt exēplo posito per Ang.de eo qui inuenit in loco:sed non pōt ibi morari tute,vt respondeāt agnati, vel propter pestem, [a] vel propter rusticitatem,vel inimicitias. Credo dictum suū esse verū,qñ non esset in causa,in qua non tenerer̄ constituere procuratorē:de quibus in c.querelā.extrà, de procu.vel quando subesset eadē causa in procuratore, quæ in domino:quia in generali promissione non videtur venire id,qđ in specie quis nō esset concessurus:vt l.obligatione generali.ff.de pign.& in c.in generali.si de feu.fuerit cōtro.inter do.& agna.vnde non videtur iste generaliter promittēdo velle includere hūc casum. Et ista opi.potest sustineri,& est multum ęqua,& tene menti ista duo dicta ad notata in locis s̄.alleg.Et pro isto vltimo dicto facit quod ponit do.Ant.de But. in c.j.de iudi.s̄.alle.vbi dicit,ꝙ ista generalis promissio restringat̄ ad arbitriū iudicis,vt non comprehēdat locū , qui si esset cōprehensus,faceret resultare aliquid absurdū.Cū ergo hęc ꝓmissio restringat̄ ad arbitriū boni viri,manifestū est,ꝙ bonus vir nō arbitrarer̄ respōdēdū esse in hoc loco.& hoc semp tenebis menti.¶In ea.glo.ibi:vbi est maior pars hæreditatis.petitio legati siue sit in genere,siue sit in specie, sine dubio potest fieri,vbi est maior pars hæreditatis,vel vbi hæres habet domicilium:quinimo secundū Bal.singulariter in l.fi.§.sed & si qs. C.cōia de leg.potest fieri ī omni loco,si testator ita disposuit. Sed de præstatiōe legati facti in genere siue in quantitate, est aliqua dubitatio,vbi debeat fieri.Nā Io.dixit in d.l.qđ legatū.ꝙ licet petitio possit fieri in domicilio hæredis, præstatio tamē debet fieri solū,vbi est maior par hæreditatis,per l.fidei commissum.in princ.eod.titu.Sed istud repugnat valde huic textui.& l.qđ legatum.§.j.ff.de iudi.in quibus simpliciter dicitur,ꝙ ibi debet solui legatum vbi petitur.& hoc tenet gl.in d.l.qđ legatum.& ista dicitur esse veritas.Non obst.text.in l. fideicommissum.in princ.quia si bene respicias ad illū tex. videbis ꝙ ideo vbi est maior pars hæreditatis,debet fieri prestatio:qa ibi potest peti tale legatum. dicir̄ eñ in primo respōso, ꝙ legatū debet præstari,vbi est maior pars &c. postea subiungit,& ita multis rescriptis responsum est, vt ibi debeat peti, vbi est maior pars hæreditatis.Sed ista rescripta nihil facerent ad propositum præstationis,si alibi posset peti legatū in genere,& alibi deberet præstari.quod est contra illum textum,qui ex pluribus rescriptis confirmat dictū præcedens:ex quo datur intelligi,hanc fuisse intentionē iurisconsulti:vt ideo deberet præstari,vbi est maior pars hęreditatis:quia ibi poterat peti,quinimo secundū aliqua tēpora debebat ibi peti:sed postea additum est,ꝙ ibi etiam posset peti,vbi hæres habet domicilium:ergo etiam debebit præstari.vt expresse dicit text. noster.Quod autē dicitur,ꝙ si agatur reali,potest peti res,vbi est sita:dic ꝙ si res esset mobilis,non semper posset peti res , vbi inueniretur,sed ita demū,si non esset inde transferenda incontinenti:de quo dic,vt plene not.in l.fi.C.vbi in rem act.& per Ang.elegāter in l.sed & si susceperit.§.fi.ff.de iudi.& aliquid tangit Bart.in l.non alias.§.fi.ff.eo.titu.¶In glo.posita super verbo,de restitu.gl.non soluit contrariū.Sed Bar.soluit dicēs, ꝙ imo illæ leges concordant cum ista:quia hæres tenetur cauere de restituendo,sed non de persequendo.Do.Pau.de Ca. hic subaudit ad tex.ꝙ hæres tenetur cauere de restituēdo, supple & de persequendo.Sed ista subauditio est contra glo. in l. cū seruus.s̄.eod.quia in casu.§.nostri,videlicet quando seruus fugit post mortē,& aditā hæreditatē,non tener̄ cauere nisi de restituēdo.Sed si fugisset ante mortē testatoris, quia tunc tener̄ cauere de persequendo,per l.si seruus legatus.in prin.j.eo. Mihi tñ plus placet opi.do.Pau.primò per text.hic allegatū ꝑ Bar.in l.si filius.§.si quis.solu.mat.vbi in contractu, qui celebratur gratia vtriusqꝫ:debet etiam præstari cautio. Scd̄ò, quia tex.in l.seruo legato.§.fi.j.eo.ꝑ quē se fundat hic d. Pau.nō loquit̄ magis,qñ erat incertū ante mortē testatoris, vtrū res esset in rerū natura,qꝫ qñ post.Preterea si hæres tener̄ persequi,vel cauere de psequendo,qñ seruus fugit ante mortē testatoris,& post testm̄ factū:vt in d.l.seru' legatus.in prin.j.e.nō apparet diuersitas rationis:vt eodē modo non teneatur,qñ fugit post mortē,& aditā hæreditatē,quo tpe debitū erat iā productum in esse per aditionē hæreditatis, & quasi contractum.Vnde multo fortius debet teneri,quàm eo casu,cùm seruus fugit in vita testatoris.& sic anteqꝫ legatum deberetur.

Sed si Stichus.

Electio quæ cōpetit hæredi in ternatiua,debet interpretari, ita vt non afferat moram legatario.& si ambæ res positæ in alternatiua sunt in fuga,debeat caueri de soluendo altero,si vnum eorū in potestate redierit.& qñ res perit sine culpa hæredis, solū tener̄ cauere: si vero cum culpa,condēnatur ꝓ re legata. Tener̄ autē hæres de leuissima culpa,& post moram de interitu rei simpliciter.h.d.vsqꝫ ad fi.Scd̄a ibi:toties.Tertia ibi: sed si ambo.Quarta ibi:item si fundus. Quinta ibi: culpa autem. Vltima ibi:item si fundus.¶†No.primò ibi:toties &c.Nā hic videtur probari,ꝙ in dubio ī alternatiua electio pertineat ad heredem.cōtra ea quæ tenet gl.& cōiter doc.in l.Lucio.j.ti.ꝓ xi.Mod.hic diuersimode respondēt.Pau.de Ca. dicit, ꝙ istud est intelligendum,qñ verba erant directa ad hæredē,quæ sol. aliqualiter diuinat ad tex.Io.de Imo.dicit,ꝙ ideo isto casu videtur data electio hæredi,ne si darer̄ legatario,posset afficere hæredē incommodo,ꝙ teneretur seruum electum persequi, qui est in fuga.Sed posset dici, ꝙ etiā si electio competeret legatario,legatarius non posset eligere seruum fugitiuum,vt ꝑstaretur ipsa res:sed vt præstaretur sibi æstimatio, ne electio sibi concessa redundaret ad præiudicium alterius:sicut hic constituitur in hæredem respectu legatarij.Vnde si teneres communem sententiam,quam tenet glos.& communiter doct.in l.cùm seruus.s̄.eod.ꝙ quando seruus est in fuga post mortem & aditam hæreditatem,non tenetur illum persequi : de quo diximus in §.præce.in casu isto,non sequeretur istud inconueniens:quia hic loquitur de fuga facta post mortem . Si autem tenes opi.Pau.de Cast.quam sum secutus in §.præceden.tunc istud inconueniens bene sequeretur:sed esset respondendum, vt bene dixi. Tutior ergo est opi.d.Pau.licet aliqualiter diuinet.¶†Secūdò not.ibi:fortassis.&c.ꝙ quando hæres nō fuit in mora,& altera res ex alternatiua perijsset, potest præstare æstimationem pro illa re . & ex hoc datur intelligi, ꝙ ille qui soluit æstimationem rei,quando res non pōt præstari,non videtur soluere aliud pro alio:quia si videretur soluere aliud pro alio omnino,tunc potius deberet præstari res , quæ superest ex alternatiua, & limitatur per istum textum id quod habetur in l.si domus.§.qui confitetur.j.eod.vbi dicitur,ꝙ regulariter quando hæres potest præstare rem,legatarius non tenetur recipere æstima.quia istud est verum,si illa eadem res possit præstari,pro qua quis vult soluere æstimationem. Secus si alia res possit prestari,per quā heres liberetur ab obligatione: tunc enim nō prohibetur solui æstimatio illius rei, quæ præstari non potest.¶†Tertiò not.ibi:cū danatus est statim.nam hoc verbum,statim, [b] hic non intelligitur sine dilatione : imo debet dari modicū tēpus hæredi ad acquirendū seruū , qui est in fuga,qñ fugit culpa,& non dolo hæredis:scd̄ū Bartol.s̄. eo.§.itaqꝫ.per l.si constante.§.si vxor.s̄.sol.mat.Ex quo text. iuncto cū isto, probanr̄ duæ conclusiones.prima conclusio ꝙ probatur in d.§.si vxor.in primo responso est ista:Dictio, statim,de sui ꝓprietate significat sine tēpore & dilatiōe,etiā modica:vnde in d.§.si vxor.mulieri,quæ fuit in dolo, nulla assignatur dilatio:qđ significat verbum, statim, ibi positū: facit optime quod habetur in auc.de incest.nup.in tex.in gl.§. j.& tex.in l.in criminali.C.de iurif.om.iud.& in l.imperatores.ff. de pub.Secunda conclusio notabilior & pulchrior elicitur ex isto versicu.iuncto d.§.si vxori.secundo responso.videlicet ꝙ verbū, statim,significat aliquādo dilationē temporis,sed modicam secundū subiectam materiam:& ex hoc probatur not. doct. Bart.quam ipse posuit in l.res quæ.§.j.ff.de iure fis. vbi dixit,ꝙ istud verbum,statim , appositum in l.facit iudicium esse summarium.alleg.tex.cum glo.in l.momentaneæ.ff.vnde vi.in quo,vt scis,abbreuiantur tempora:vt in clemen. sæpe.de verborum significa.Per ista etiam iuta videtur posse reprehēdi id quod dixit Bart.in l.pen.C. depo.videlicet, ꝙ quia depositum debet reddi illico,vel statim:& ideo de iure communi actio depositi habet executionem paratam:nam ista verba possunt interpretari,ꝙ iudicium depositi sit summarium, & quòd possit interuenire modica dilatio , licet non longa. Et potest etiam reprehendi doctr.Bald. quam posuit ibi in principio,& in l.quoniam iudices.C.de app.ꝙ vbicunqꝫ lex iubet statim,vel mox,vel per similia verba fieri executionē,de negat̄ iudicatis tēpus quadrimestre ad soluendū. Posset tamē dici,

---

a ¶Vel ꝓpter pestē, Adde Abb.in c.cū dilecti,de dolo & cōtu.qđ de inquilino,an ꝓpter pestē possit dimittere domū,vide per Abb. in c.ꝓpter sterilitatē.de loca.& qđ de clerico beneficiato, an excusetur à residētia tpe pestis, vide per Doct.in c.fi. de cle.nō resi.doc.ī cle.ne ī agro.de statu mo.sup verbo,rationabili. Ab.in repeti.c.cùm esses.de testa.Barb.cō.lxxxvij.inci. ꝓpe est.in iiij.vol.Nic. Super.

b ¶Verbum,statim. Adde ꝙ hoc verbum quandoqꝫ importat valde longi' spaciū xx. annorū.vt est text.in l.j. in §.fin.& ibi gl.in ver.statim.ff.de iu. fis. qñqꝫ vero magis, qñqꝫ vero minus,scd̄m subiectā materiā:vt est gl.ī verbo,statim. lxxvij.dist.& gl.in c.j. de mu.pe.Barto.& alij in l.j.in §. qui ꝑ sens.ff.de verb.sig. tñ ꝓpria & de sui natura verbū , statim, intelligit̄ sine aliquo interuallo.l, ædiles.in §.idē scd̄ū.ff.ædi.edi.& firmat expresse.Io.de Imo. in l.diuortio, ff.so.mat.Itē istud verbū, statim, iportat ipso iure, scd̄m Bart.ī l.imperator. ff.de iure fis.Bar.in l.iubemus.in §.sane.C.de sac.san. ec.

dici, ꝙ istæ dictiones operabuntur hoc, quòd vbi aliàs iudex tempus
quadrimestre non potest abbreuiare: vt l.iiij.§. si quis condemnatus. de
re iud.tunc poterit abbreuiare istud tempus, vt ista verba quæ signifi-
cant celeritatem, aliquid operentur.¶ † Quartò not.in versicul.itē fun-
dus.ibi:potuit enim &c.ꝙ ad hoc vt res post moram pereat periculo de-
bitoris indistincte, satis est, ꝙ si fuisset tradita creditori ante moram, po-
tuisset eam vendere, si voluisset. & sic res eodem modo non periret a-
pud eum, licet non probatur, ꝙ eam fuisset omnino venditurus. Vnde
istum textum allegant docto.nostri, ꝙ vbicunq; agitur actione persona
li post moram debitoris, debitor etiam si res eodem modo sit peritura pe
nes creditorem, quòd potuisset non perire, si creditor voluisset. de quo di
cemus in vltima gloss. ¶ In gloss.posita super verbo, diligentia.ibi: sed
Vgolinus hic dixit &c. Ista opi. Vgoli.approbatur communiter hic, &
merito: quia vere expositio glossæ in principio est ineptissima. Vnde
Barto.hic in ista materia, quem sequuntur communiter Moder.conside-
rat tres casus. nam aliquando secundùm eum maior pars hęreditatis de-
bet transire ad legatarios. aliquando maior pars debet remanere penes
hæredem. aliquando tantum datur legatarijs, quantum remanet hęredi,
vel modicum plus, vel minus. Primo casu hæres non tenetur, nisi de do
lo, & lata culpa duntaxat: ita probatur in l. si seruus legatus. §. cū quid.
infrà eodem. Secundo casu tenetur de leuissima culpa: quia quasi con-
tractus aditionis simpliciter celebratur gratia ipsius. ita intelligit textum
nostrum. Tertio casu tenetur etiam de leui culpa, sed non de leuissi-
ma: vt probatur in dicto §. cùm quid. Pro primo membro videtur e-
tiam textus in lege, mulier. §. sed enim. infrà, ad Trebel. sed primum
membrum, si bene inspicias, est valde dubium: quia tex. in §. cùm quid.
in quo se fundat Barto. fortiter vrget in oppositum in duobus locis: sci-
licet in verbo, nihil. & in verbo, solummodo. in quibus iurisconsultus
dicit, quòd legatarius non tenetur fideicommissario de leui culpa, quan-
do ipse nihil percipit emolumenti. & similiter in fin. quando vnus solus
ex contrahentibus percipit commodum. In casu autem primo supradi-
cto hæres percipit commodum, licet non tantum, sicut legatarius: ergo
videtur teneri etiam de lęui, ex mente text. in dicto §. cùm quid. ex con-
trario sensu: & hoc videtur magis consonum rationi. quia in contractu
locationis, quando quis tradit rem custodiendam pro certa mercede, nō
vertitur par commoditas vtrinq;: nam si custodiens amittat rem, tene-
bitur ad magnum interesse, & modicum lucrabitur. vel si res periculum
locantis apparet, ꝙ maius est interesse in isto contractu cōducentis ope-
ras, q̄ locantis operas: & hoc posset inueniri, si quis cogitaret in multis
exemplis: & tamen contractus dicitur initus gratia vtriusq;, & locans o-
peras tenebitur de culpa leui: vt l.j.§.si quis seruum. ff. depo. Non ob.
text. in l. mulier. §. sed etenim. quia mulier inquantum ad dispositionem
& voluntatem testatoris dispositio fuit facta tota ad commodum fidei-
commissarij: quia quarta Trebellianica vel Fal. retinetur contra volun-
tatem testatoris: vt l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de dona. inter vir.
& vxorem. & l. Titia. in fi. ff. ad l. Fal. Vnde quia dispositio fuit principa
liter facta in fauorem fideicommissarij, & quantum ad animum testato-
ris, hæres nullum erat percepturus commodum: ideo videtur tacite vo-
luisse releuare hæredem à periculo interitus, à dolo, & lata culpa. Secus
est, quando commodum remaneret penes hæredem ex volūtate defun
cti, vt in casu nostro. & hanc responsionem ad l. mulier. §. sed etenim. ff.
ad Trebel. inuenio fuisse Bald. qui clare eam sentit in l. quæ fortuitis. in
penul.col.C.de pig.act. ibi tamen sequitur in effectu distinctionem Pe.
& Bart. quam solennius refert Bar. & etiam approbat in l. quod Nerua.
in vlti. quæstio. ff. depo. Sed contra opi. meam pro opi. Bar. facit: quia si
dicimus in primo casu hæredem teneri de leui culpa, non attenta inæ-
qualitate commodi, necessario dicendum erit in tertio casu, scilicet quan
do plus est relictum hæredi, quàm legatarijs, quòd ex quo etiam hæres
aliquid percipit de voluntate defuncti, ꝙ hæres non tenebitur de leuissi
ma culpa, sed de leui tantùm. Vnde aliter est dicendum in ista materia,
si nolumus diuinare ad ista iura. & ad l. domos. cum l. seq. infrà eodem.
qui videtur velle, ꝙ tunc hæres non teneatur, quando in nulla est culpa:
& sic videtur, ꝙ vt obligetur, sufficiat culpa leuissima, ꝙ aliud esset in le
gatario rogato restituere alteri, in quo est seruanda distinctio posita in
l. si seruus legatus. §. cum quid. infrà eodem. & aliud in hærede particu-
lari ratione: quia cùm institutio hæredis sit caput testamenti: vt l. iube-
mus. C. de testa. & validitas legatorum pendeat ab aditione hæreditatis,
siue ex testamento, siue ab intestato: vt l. eam quā. C. de fideicōmi. & l.
ij. C. de fideicommis. lib. non potest dici, quòd testamentum principaliter
videatur factum gratia legatariorum, cū illa sit dispositio accessoria ad
insti. quod patet, quia nō potest valere sine ea: vt probatur in l. ij. §. ad-
eo. ff. de vul. & pu. & ideo attēto iuris rigore dispositio testamenti sem-
per principaliter dicitur esse facta gratia hæredis. Sed quando testator,
quo ad animū suum, habuit hæredem pro nudo executore; sicut est in §.
sed enim. sicut esset, quando legata absorberent totum assem, ita quòd
contra voluntatem testatoris detraheretur Falcidia: tunc æquitas præ-
ualet rigori ex mente testatoris: vt hæres non teneatur, nisi de dolo &
lata culpa: sicut & alibi videmus, quòd de rigore iuris actio pro legato
competit ei, cuius principaliter interest: quia eius contemplatione vide-
tur factum; vt l. seruo legato. §. si testator. j. eod. & tamen de æquitate
cōpetit etiā ei, cuius non interest principaliter, dūmodo aliqd intersit: vt
ibi no. in gl. & per Bar. in l. Titio cētū. §. Titio genero. de cōdi. & demō.
Nec est istud incōueniens, ꝙ quāuis quo ad interesse cōtractus videatur
factus gratia creditoris duntaxat, vel gratia vtriusq;: nihilominus pro-
pter aliquā qualitatē rei, super qua cōtrahitur, aliquis teneatur de leuissi
ma culpa, vbi aliàs nō teneretur: sicut patet in procuratore ad iudicia: vt
plene declarat in l. quod Nerua. ff. depo. Itē in eo, qui locat operas suas
ad custodiam, quia ipsa qualitas custodiæ videtur requirere exactissimā
diligentiam, secundùm glo. no. in l. qui mercedem. in fi. cum l. seq. ff. lo-
ca. quam sequitur Io An. in addi. Specu. in rub. C. depo. licet do. Ant. cā
non sequatur, & aliqui alij, vt ipse ponit in c. grauis. extrà, de depo. Si
cut ergo in dictis casibus propter qualitatem rei, quæ deducitur in con-
tractu, propter naturam contractus venit latissima culpa: ita propter na
turam dispositionis testamenti: idem potest dici in casu nostro. Si tamen
velles tenere communem sententiam, posses dicere, quòd ideo iuriscon-
sultus hic simpliciter dicit hæredem teneri de leuissima culpa: quia vt
in pluribus contingit, quòd plus lucratur hæres de hæreditate, quàm le
gatarij: vnde inspecto eo, quod communiter accidit, iura dicunt aliquan
do aliquid esse simpliciter, quod postea distinguitur. casus est expressus
in l. rebus. in princip. ff. commo. iuncta l. si vt certo. §. interdum. eo. titu.
¶ In glo. posita super verbo, vendere. ibi: sed contra &c. iste articulus est
valde tritus, & longum esset referre dicta omnium, quæ plenissime re-
tuli in l. quod te. ff. si cer. petatur. duo duntaxat breuiter sunt tangenda.
Primum pertinet ad intellectum l. si plures. in fine. ff. depositi. Secundū
ad intellectū legis, si cum exceptione. §. si homo. ff. quod metus causa.
Quo ad primum aduerte: quia nulla so. quę datur ad dictam l. si plures.
videtur bona: nam illa quę dicit, subaudiendum esse, maxime, est impos
sibilis ad illum textum. dicitur enim ibi, quòd si res erat peritura eodem
modo penes deponentem, sicut penes depositarium, depositarius absol-
uitur. Si ergo subaudias ibi, maxime, non sequitur id, quod volunt do-
cto. sed vnum aliud, quod est absurdissimum, videlicet quòd etiam si res
non sit eodem modo peritura penes deponentem, depositarius debet ab
solui. quod est falsissimum. Intellectus tamen gloss. & doct. videtur fu-
isse, quòd subauditio fiat ad casum, qui elicitur à cōtrario sensu, qui est
quòd si res non erat peritura eodem modo &c. depositarius teneatur: &
tunc potest subaudiri, maxime quia etiam tenebitur, si eodem modo es-
set peritura. Sed ista est nimis magna impropriatio: vnde gloss. soluit
ibi aliter, quòd depositarius habebit causam litigandi. Sed ista non pro
cedit: quia tunc non esset iniuria, vt dicit gloss. in lege, item si verbe-
ratum. in fin. de rei vendicatione. Præterea si poterat retinere rem pro-
pter sumptus, multominus si est in mora: vt in regula, non est in mo-
ra. de regulis iuris. vt lege, si pupillus. in fine. de verborum obligationi.
Vnde Baldus hic, & in lege, item si verberatum. in fine. dicit, quòd ibi
est speciale, quia concurrunt duo: videlicet quòd contractus est factus
gratia creditoris tantum, & quòd agens erat dominus ipsius rei. Vnde
facilius inducitur, quòd periculum pertineat ad eum. Sed ista positio vi
detur contra textum in lege, si in Asia. §. secundo. ff. depositi. vbi quo
ad periculum interitus, æquiparatur actio depositi actioni ex stipula-
tu, vel actioni ex testamento. Vnde Angelus in dicta lege, item si
verberatum. in fine. dicit, quòd speciale est in dicta lege, si plures. in fine.
quia contractus fiebat gratia creditoris tantum, & erat contractus bonę
fidei, & res perijt naturaliter, non per casum. Secus si perijsset per ca-
sum: quia tunc diceremus idem, quod in alijs actionibus personalibus,
quæ descendunt ex contractu, vel quasi. Et ista solu. melius posset to-
lerari: non tamen videtur multum de mente iuris: quia siue res pereat
casu fortuito, siue morte naturali, ex quo iura quæ distinguunt, vtrum
res esset eodem modo peritura, vel non, fundatur in hac æquitate: quia
quando erat eodem modo peritura, nullum damnum videtur datum ex
mora creditori: ideo non videtur esse facienda differentia, maxime quia
diuinat ad text. in dicta l. si in Asia. Quòd autem in omni actione etiam
personali sit facienda distinctio, vtrum res esset eodem modo peritura,
probat text. quem induxi in dicta l. quod te. & in l. si cum exceptione.
§. quod si homo. hic allega. in gloss. in versiculo, sicut. vbi iurisconsultus
dicit, quòd sicut in act. quod metus causa. distinguitur eo modo, quo di-
xi: ita in interdicto, vnde vi. & quod vi aut clam. Modo arguo sic, à for-
tiori: maior est mora prædonis, quàm mora debitoris simpliciter non sol
uentis: vt lege, merito. in fine. ff. de vi & vi armata. sed in tali distingui-
tur modo prædicto: ergo multo fortius in alijs morosis: vt probat textus
in dicto versiculo, sicut. Et licet glossa ibi, & doctores legant illum tex.
per saltus, referendo ver. sicut. à prin. §. item dicant, ꝙ dictio, sicut, nō re-
petit qualita. præcedentis responsionis: tamen vnicuiq; patet, ꝙ ista di-
cta manifestissime diuināt ad text. & sunt contra regulas iuris. nā ꝙ simi
litudo, quæ adducitur per ver. sicut. ad probandū dictū præcedens, refera
tur per saltū à princ. tex. ista est diuinatio manifesta. Quòd autē dictio,
sicut, quæ est dictio relatiua, non repetat qualitatem præcedentis dispo-
sitionis, istud est contra regulas iuris: de quibus in l. interdū. in prin. ff. de
hære. insti. per Bar. & alios. & per eundē in l. si quis seruū. in fi. j. de leg.
ij. Vnde ista non sunt facienda, vbi hoc non est necessariū, propter vitan
dam aliquam absurditatem: sicut etiā sine dubio doc. facerent, sed causa
istius impropriętatis fuit, quia ipsi habuerunt pro cōstanti, quòd quādo

mora est commissa in faciendo, vt in fure, & prædone, & similibus, non distinguatur eo modo, quo s. dixi. Sed iura quæ allegantur pro illa conclusione, non probāt hoc, licet enim dicatur in eis, ꝙ res pereunt periculo furis, & prædonis: hoc tamen potest intelligi, cū distinctione prædicta: quia illa iura non dicunt, hanc distinctionem non debere fieri, quinimo text. in l. j. §. rectissime. ver. deniq; manifeste probat, quòd periculū interitus pertinet ibi ad prædonem, per regulam communem moræ commissæ in omittendo. dum dicit, ꝙ ideo tenetur, quia per eum videtur stetisse, quominus res restituatur: ergo ita distinguendum est in isto casu: sicut in alijs. Vnde possumus dicere secundū Paul. de Cast. hic, ꝙ quando esset certum rem esse perituram penes agentem, sicut perijt penes reum conuentum: tunc in nullo casu debitor teneretur. in dubio autem, quando non erit certum de hoc, vel de contrario, præsumeretur ꝙ agens fuerit rem venditurus, vel alienaturus: & sic res non fuisset peritura penes hæredem: & ita intelligit istum textū, & bene iudicio meo. Oritur autem ista præsumptio in odium morosi & delinquentis, vbi aliàs non oriretur, & hanc distinctionem ego posui in l. quod te, ff. si cer. petatur. licet non allegauerim istum doc. qui idem tenet. Vtrum autem in foro conscientiæ supposita communi opin. pro vera, si res esset eodem modo peritura penes agentem, debitor teneatur de interitu, vide Pet. de Ancha. qui no. hoc declarat in regula, peccatum. in sua repe. de regu. iur. lib. vj. Et quia in præceden. lec. multa diximus de culpa, adde secundū Bald. & Ray. hic, quòd eo modo quo distinguitur in legatarium in l. si seruus legatus. eodem modo dicendum est idem in executore testamenti, vt si cut nullum sentit commodum, non teneatur nisi de dolo & lata culpa. pro qua conclusione vide text. & quod ibi not. Bald. & Angel. in l. iij. §. si executor. ff. de neg. gest. Facit etiam quod not. Spec. & Ioan. And. in titu. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. ver. v. vbi plene declaratur, cui competit executio, vtrum negociorum gestori, vel tutori, vel procuratori. Adde etiam ad eam quam ibi scripsimus glo. not. in auč. de non alie. §. scire. quam approbat Baldus in auč. qui rem. C. de sacrosan. ecclesi. quæ vult, ꝙ non teneatur domino, nisi pro lata culpa, & leui: & tamen manifestum est, ꝙ si emphyteosis concedatur gratis, & non pretio, cùm pro ea soluatur modicus census: vt not. Bart. in l. j. C. de iur. emphy. maior est cōmoditas emphyteotæ, q̃ concedētis, & nihilominus non tenetur nisi de dolo & lata culpa. Ista est maior inductio, q̃ tex. quē induxi in l. prima. §. si quis seruū. ff. depo. quia ad illum textum posset dici, ꝙ ex parte domini committentis custodiam rei non consideratur interesse respectu valoris rei: sed quantum æstimaretur periculum amisionis, si res non custodiretur: credo tamē indubitanter, ꝙ in multis exemplis iuris inuenires in contractibus, qui celebrātur gratia vtriusq; non considerari æquiualentiam commodi hincinde. & ista sufficiant.

SI hæredis seruus. Si seruus hęredis subtrahit rē legatam contra hæredē, competit actio in factum, vel potest agi noxaliter: & delictū vnius ex pluribus hæredibus circa rem legatam, non nocet alteri cohæredi. Secunda est ibi: vel noxę. Tertia ibi: si vnus ex hæredibus. ¶ In glo. super verbo, in factum. ibi: vel vocat hic in factum actionem. Ista gloss. potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd sit quædam actio in factum generalis, quæ concurrit cum alia actio, alio modo, & hoc magis videntur sonare verba gloss. quòd qualibet actio possit vocari actio in factum. sed vtrunque est falsum: vt patet in l. quia actionū. de præscrip. ver. & l. quoties. eod. titu. & ex his quę plene tradit Barto, in l. j. ff. de condi. ex lege. Vnde Bald. hic reprehendit istam gloss. & merito, & similiter sequens solu. vbi vel dic, nihil valet, quia nimis impropriat text. exponendo act. in factum, id est actionem furti, vel condictionem furtiuam, propter factum, Vnde Azo posuit aliam solutio. quæ est vera in se, dicens quòd hic res legata erat hæredis: vnde non fuit translatum dominium in legatarium: & ideo non potuit competere legatario condictio furtiua, quæ non competeret, nisi domino: vt l. sed legatarius. & l. siue manifestus. ff. de condi. furti, & ideo datur actio in factum. Et ista gloss. quo ad dictum suum, inquantum vult ꝙ rei legatæ non transferatur dominium, quando res est hæredis, approbatur & communiter hic ab omnibus, per ll. hic allegatas p Bar. quibus addo tex. no. in l. magis puto. §. si fundus legatus. s. de rebus eo. vbi dicitur, ꝙ si à pupillo hærede legatur res testatoris, nō requiritur in traditione solennitatis illius tituli: quia dominium fuit translatū ipso iure, & alienatio legati non videtur interdicta ex illo titulo: vt l. iij. §. item quæri pōt. cū l. seq. eo. titu. Si vero legatur res ipsius pupilli, non potest tradi sine permissu prætoris. & ex hoc apparet manifeste, quòd dominium non erat translatum ipso iure: quia si fuisset translatum ipso iure, sicut dixi, alienatio legalis non impediretur per illum titulum. Nec dicas, quòd ibi sit speciale in minore: quia sicut modo dictum est in alienatione, quæ fit per l. nulla specialitas est in eo. Quod autem dicit hic Azo, est verum, etiam si testator leget rem hæredis de consensu suo: vt est casus not. & ibi per Bartol. in l. cùm quis decedens. in princip. j. de lega. iij. & ita determinat Bald. in hærede, in l. j. C. communia de lega. Pe. autē hic dixit, quòd licet non transferatur in re hæredis dominium directum, transfertur tamen vtile, sicut testator specialiter obligando rem hęredis in testamēto posset causare ius vtile hypothecę: vt l. vnum ex familia. §. si rem. infrà titu. proximo. Et credo, q̃uis ille tex. nihil prima facie loquatur de hypotheca, & sic non videat̃ facere. ad qđ alleg. secundū Cy. in l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. & Moder. hic, ꝙ intētio Pe. fuerit ista: quia in §. si rem probatur, ꝙ in re hæredis testōr pōt inducere obligationē personalē: ergo hypothecaria, quæ est obligatio accessoria ad personalē: vt declarat̃ in l. vsuca. C. de pign. quasi id qđ est depositū de principali, videat̃ etiā cōcessum in accessorio: vt l. ij. & iij. ff. de pe. leg. & l. si ego. §. quartus. cum ibi not. ff. de publi. Sed ad hoc potest respōderi, ꝙ hæc est diuersa ratio in accessorio, & in principali: vnde nō sequitur, accessorium venit concesso principali: vt not. declarat Bar. in simili materia in l. ij. ff. de iuris. om. iud. nā ideo hæres pōt obligari personaliter tradendo rem suam. quia cū repræsentet personā defuncti, perinde est, acsi ipse rem suam promisisset. Sed licet hæres censeatur vna persona cū defuncto, bona tñ ipsius non censentur bona testatoris: vnde respectu iuris realis causati in rem suam non est perinde, acsi ipse constituisset ius: quia ex quo ad hoc non censetur eadem persona cū defuncto, sicut quo ad ius respiciens personam. Vnde Bal. in l. j. C. cōmunia de leg. expresse tenet, ꝙ etiā si testator specialiter velit, nō pōt causare hypothecā in rebus hæredis. quæ conclusio adiuuatur ex tex. in l. j. iuncto ver. cū enim. cōia de leg. dicit̃ enim in ver. cū enim. ꝙ ex legis dispositione data est potestas testatori inducendi hypothecā in rebus suis. Vnde patet, ꝙ secundū naturā vltimæ voluntatis nō potuisset testator inducere hypothecam in suis rebus: quia pignus & hypotheca est spēs cōtractus quæ cōtrahit̃ cōsensu: vt l. j. & ibi not. ff. de pign. act. Quòd ergo sola volūtas testatoris induceret hypothecā in rebus suis, hoc erat cōtra naturā obligationis, quæ cōtrahitur consensu: vt l. consensu. & ibi not. ff. de actio. & oblig. nec pōt dicere, ꝙ ista hypotheca inducitur ex quasi contractu hæredis, quo obligat se legatarius: quia iura dicunt, ꝙ inducit̃ ex dispositiōe testatoris: vnde opus fuit spāli commissione, cōtra regulas iuris. Sed in rebus hæredis ista promissio nō habet locū: vt patet ex si. d. l. ergo impossibile est, ꝙ etiam si testator velit causare pignus in re hæredis, vel hypotheca, possit: oritur ergo hypotheca, quā testator voluit causari ex rebus suis immediate ex testamento: vt dicit tex. in d. ver. cū enim. sed propter quasi contractū aditionis, per quem hæres obligatur personaliter, cui personalis accedit hypotheca: vt ☞ dicit tex. in d. l. j. in fine. † Et aduerte: qa aliud est dicere, ꝙ testator legat simpliciter bona hæredis, non sunt hypothecata: & aliud est dicere, vel quęrere, vtrū si expresse vult ea obligare, hoc possit. nam etiā aliàs videmus, ꝙ res possessa à bonæ fidei possessore non venit in generali obligatione bonorū: & tamen potest specialiter obligari, secundū glo. Insti. de actio. §. itē Seruiana. & in l. j. C. de serui. interdi. de cuius intellectu multa ponit Bal. in l. itē quia. ff. de pactis. Licet ergo testator simpliciter legādo forte nō videret̃ velle obligare rē hæredis: per hoc tñ nō tolleret̃, nisi vellet specialiter, qn si vellet specialiter, hoc posset. Sed tñ non pōt, ratiōe quā suprà dixi. ¶ In eadē gl. ibi: veritate inspecta. in inspecta fictione legatarius censet̃ retro fuisse hæres à tēpore mortis: vt sentit gl. dū dicit. veritate inspecta. ista solu. nō posset procedere: quia actio quæ competit domino ratione dominij delicto, habet locū etiā in eo, qui retro fingitur fuisse dominus: vt l. si Titio. ff. ad l. Aquiliam. cū l. sequen. vnde satis posset cōpetere legatario actio furti, si absolute retro fingeretur fuisse dominus, sed non cōpetit: vt patet in l. huic scripturæ. in principio. ad l. Aquiliam. Ergo non est dicendū isto modo: sed sicut dixi in l. seruū filij. §. j. s. eodem. ꝙ licet forte, quo ad aliquos effectus, posit inueniri ista fictio introducta, nō tamen operatur effectū suum in alijs casibus: vnde appellatione domini non comprehendetur legatarius ante aditam hæreditatem: vt l. eleganter. §. si seruum. & quod ibi not. Bar. ff. de dolo. & l. j. §. si pater. s. ad Sylle. Non obst. tex. in l. à Titio. quia vt patet expresse ex verbis iurisconsulti, actio furti non competit ibi contra legatariū pro furto facto à seruo hæreditario hæreditate iacente. quia retro fingatur esse dominus. hoc enim non est necesse: quia cùm teneatur ibi actione noxali pro furto, etiam si retro non fingatur fuisse dominus, tamen ex nouo dominio potest teneri: quia noxa sequitur caput: vt Insti. de noxa. circa medium. & lege, si seruus communis. cum multis alijs. ff. de noxali. Dubitabatur autem ibi, vtrum competeret actio furti noxalis ex alia causa: quia hæres adeundo hæreditatem videbatur factus dominus serui: & sic videbatur extincta actio noxalis: vt ibi dicitur in text. quod remouet iurisconsultus: quia dominium recta via transiuit in legatarium: vnde hæres nunquam fuit dominus. In casu autem nostro ideo pro furto facto hæreditate iacente non acquiritur actio hæredi, sicut in d. l. huic scripturæ. quia ista actio concurreret in hæredē actiue & passiue, cùm ipse teneatur pro furto serui sui, quod est impossibile. l. ij. cum ibi nota. ff. de stipu. seruo. & ideo recurritur ad actionem in factum in subsidium, secundùm Ioannem de Imo. & vere, licet ipse non respondeat ad legē, à Titio. nec etiam ratio tacta in gloss. quia si retro fingitur fuisse dominus legatarius, ergo sibi videbatur competere actio furti: vt suprà dixi. & ista solu. multum placet: quia tamen etiam aliqualiter diuinat ad literam, plus placet solu. Iaco. de Are. quam sequitur Bartol. Nam solutio Petri de Bella Pertica, quam refert domi. Ioann. non placet. dicit enim, quòd actio furti competit legatario, quando res fuisset furata post accep. legati. quo tēpore legatarius est dominus irreuocabiliter. ita intelligit l. si dominium. cū alijs concordantibus. ff. de fur. Et licet domi.

cet domi. Ioan. dicat hoc dictum esse notabile, non tamē placet sibi, quia est contra generalitatem illarum legum. Tu dic, ꝙ est contra l. & rat. contra l. quia contrarium dicit text. in actione l. Aquiliæ, quę similiter non competit, nisi domino: in l. liber homo. §. fina. ff. ad leg. Aquiliam. vbi pro damno dato ante accep. legati competit act. legatario, si postea accept. rati. quia post accep. retro fingitur irreuocabiliter fuisse dominus: vt l. si tibi homo. §. cùm seruus. ij. eo. & vidisti tactum in l. seruum filij. §. j. suprà eod. & istud fictum dominium sufficeret: vt suprà est probatum in lect. præcedenti. vnde ista solutio non placet. ¶ † Extra glo. domi. Pau. hic vltra docto. dat nouam solutionem ad contrarium formatam in glo. dicit eīm præsupponendo, ꝙ legatarius esset dominus rei legatæ: quòd tamen hic competeret actio in factum. pro cuius declaratione præmittit, ꝙ si legatarius ageret act. furti, vtiq; posset eam intentare in casu nostro: quia dominus est. ideo autem hic debet agere ad pœnā pro furto, sed agebat ad pretium, quod peruenerat ad dominum. quo casu medium agendi est, ne dominus locupletetur cum aliena iactura: pro qua æquitate competit actio in factum ex l. si me & Titium. si certum petatur. & isto modo omnia sunt plena, secundū eum: quia pro isto pretio nō competebat alia actio: vnde bene competit act. in factum in subsidium. Non obst. secundū eum, ꝙ si ageretur ex æquitate illarum legum, non videretur seruus dari posse pro noxa: tū quia leges permittunt simpliciter dari act. ad interesse suū consequendū: tum quia cùm ista actio in factum non oriatur ex delicto, sed ex contractu, non debet posse dari seruus pro noxa: quia ista facultas conceditur domino tantùm, quādo cōuenitur pro delicto serui: vt patet in toto ti. de noxa. & Instit. eo. in princ. & §. j. Sed ad istam obiectionem respondit, distinguēs, ꝙ si res vendita in casu nostro esset perempta vel præscripta, tūc actio cōpeteret contra dn̄m absolute sine noxę deditione. Sic intelligendū est in tex. nostro, ꝙ res alienata non erat præscripta, & extabat: tūc capimus hoc casu viā mediā secūdū eū, vt posit agi act. in factū ex illis ll. cum tēperamento tñ, vt posit euitari iudiciū, dando seruū pro noxa. Et idem credit, qñ res esset perempta, vel præscripta, & pretiū non fuisset cōuersum in vtilitatē domini, vt posit agi ex l. si me & Titium. præallegata. & tamē conuentus liberetur, dando seruū pro noxa. Et similiter in his duobus casibus ipse dicit, soluēdo secundū contrariū, ꝙ dominus pro pretio rei nō tenetur actiue in factū prædicta, nisi de peculio tātū: sicut hic videtur probari in tex. nam præter hos duos casus videretur danda actio in factum in dominum insolidum, nō de peculio. Contra ea quæ dicit in prima oppo. multa faciunt. & primò, quia si legatarius erat dominus, poterat agere condictione furtiua ad consequendū rem, & si non poterat consequi rem ad æstimationē: vt l. in re furtiua. ff. de condi. fur. cū ibi no. quomodo ergo competit actio in factū ad pretium ex æquitate l. si me & Titium. cū ista actio nō cōpetat, nisi in subsidiū, vbi deficit actio ordinaria? vt in ll. superius alleg. in glo. Secundò cōtra hoc facit: quia si res erat in rerū natura, & nō prę scripta: ergo poterat auocari à legatario rei vend. & sic nō habet locū remediū l. si me Titiū. qđ est remediū subsidiariū: vt tenet glo. expresse in l. si cū seruū. ff. si cer. pe. & Bar. hic, & in l. si me & Titiū. & est cōforme rationi regulæ positæ in l. in prouinciali. §. j. de no. ope. nū. vbi tangitur de remedio ordinario, & extraordinario. Tertiò & potius facit contra istā opinio. quia pro eo qđ peruenit ad dn̄m ex re furata, etiā si agereť actione immediatè descēdēte ex delicto, vt cōd. furtiua, nō tñ liberareť dn̄s dādo seruū pro noxa: vt est casus clarus in l. si seruus. la j. ff. de condi. fur. ergo multominus liberabiť in ista actione, quæ nō descendit immediate ex delicto. Quartò, licet ista actio descēdēs ex contractu habeat originē à delicto: non tñ debet sortiri naturā delicti, imo inspicitur natura ipsius: vt est casus in l. iij. §. idem scribit. ff. de pac. quā ita exēplificat Bar. in l. tutor. in prin. ff. de fideiuss. Sed ista vltima impugnatio forte posset euitari, dicendo ꝙ tex. in §. idem scribit. loquiť in actione ordinaria, quæ loquitur ex cōtractu: nos aūt loquimur in actione extraordinaria, quæ est debilior. prima tamen placet. Et aduerte, quia in quātū dicit hāc l. posse intelligi, qñ res fuit perempta, vel prę scripta, sed pretiū non peruenit ad dn̄m, hoc videť contra tex. expresse in fi. ibi, ꝙ ex vēditione rei eius haberet. Vnde sequere so. Iac. de Are. & Barto. quæ minus diuinat ad tex. vltra doc. opponitur fortiter contra istū tex. Et primò dū dicitur, quòd potest dare seruum pro noxa in isto casu: nam hoc videtur falsum, cùm dicatur in text. ꝙ ex isto delicto peruenit aliquid ad dominum, quo casu non videtur, ꝙ posit dari seruus pro noxa, pro eo quod ad eum peruenit: vt l. si seruus. de condi. fur. ē. alleg. Secundò, si dominus non vult dare seruum pro noxa, non videtur ꝙ dominus teneatur de peculio duntaxat, imò quòd teneatur ad veram æstimationem: vt l. miles. §. decem. de re iudi. & l. j. cum alijs. ff. de noxa. & l. prima. §. si seruus. cum glo. ff. de his qui deiece. vel effu. Ad primū, qđ est difficilius, potest dici, ꝙ refert qualiter damnū passus agat: nam si agit ex furto facto per seruum, ex hoc medio quia tenetur ex delicto serui, tunc poterit dari seruus pro noxa: quia dominus ex delicto serui non obligatur aliter, vt in iuribus præallegatis. Si verò ageretur cōtra dominū serui, ex hoc medio, quia res furata ad eū peruenit, vel ęstimatio ipsius: & tunc non posset dare seruum pro noxa. ita intelligatur l. si seruus. & erit sing. limitatio ad illam l. Vel potest dici, ꝙ in d. l. si seruus. res peruenerat ad dominū aliter, q̄ quia seruus haberet eam in peculio: quia conuerteret in vtilitatē suam, vel apprehēderet rem per alium, quā seruus fuerat furatus. Sed in casu nostro res dicebatur esse apud dominū, nō prædictis modis, sed quia erat in peculio serui, per quem acquiritur domino. Vnde nō dicitur proprie peruenisse ad eū, ita vt teneatur insolidum sine noxæ deditione. Sed ista solu. non multū placet: quia ex quo per seruum fuit acquisitum sibi dominiū pecuniæ rei venditæ, nō potest negari, quòd pretium ad eam peruenerit. Ad secundum respondetur, quòd licet hic dicatur pecuniam istam præstari ex peculio: per hoc nō negatur, quin teneatur soluere pretium in totum sine æstimatione rei: potuit enim contingere, quòd pretium rei erat iusta æstimatio rei: & ideo dicitur, quòd præstabitur ex peculio, quia dn̄s non teneatur vltra id qđ erat in peculio. Sed quia in peculio reperiebatur totum pretium, & tota æstimatio rei: & ideo signāter tex. dicit, ꝙ præstabit pretium ex peculio, qđ ex venditione eius rei haberet. quę verba significant id, quod dixi, nō quòd posit cōueniri act. de peculio tantùm, per quam dominus nō teneretur insolidum, si totū pretium nō esset in peculio.

SVMMARIVM.

1 Legatum cùm est vnum in substantia, sed distributio temporum apponitur præstationi, tunc legati solutio est facienda in fine anni.
2 Verba ista, post annum, significant post annum, scilicet perfectum, non autem incœptum.
3 Ablatiuus dicitur significare tēpus imperfectum.
4 Persona vna quādoq; nominatur in legato, & tamen actio cōpetit alteri, non nominato, si eius interest, & nō illius qui fuit nominatus.
5 Interest fideiussoris potius nō soluere, quàm solutū repetere.
6 Fideiussor an posit esse iudex vel testis in causa debitoris sui principalis.

SI cui legetur. Si tēpus certæ ætatis adijcitur honorato per genitiuū, vel accusatiuum, cū verbo significāte perfectionē tēporis, annus debet esse perfectus, & exinde currit tēpus prę stationis, quam testator iussit fieri, nisi aliter ex mēte testatoris appareat. h. d. Secunda est ibi: ita. Tertia ibi: ergo. Quarta ibi: hoc ita. ¶ † Not. primò ibi: annua, bina[a] &c. iuncto, ver. perinde. & sequēti, ꝙ quādo legatū est vnū ī substātia, sed distributio tēporum apponitur prę stationi, tūc solutio legati semp debeť fieri in fine anni. & ideo est in cōtrarietatibus: vt l. lecta. in fi. ff si cer. peta. secus si legatum nō sit vnū à princ. quia tēpora adijciunť substātię legati, vt cū legatur aliquid annuū: vt l. j. C. qñ dies le. ce. de quo hic per Bar. & in l. qui hoc anno. de verb. oblig. ¶ † Secūdò not. ibi: post biennīū &c. ꝙ post annū. ꝙ ista verba, post annū, significāt post annū, scilicet perfectū, nō post annū, scilicet initiatū. & idem ꝓbat tex. clarus in l. si ita fuerit. in ver. multū eīm interest. ff. de manu. testa. Per quā l. videtur decidi qō notab. quā format Bart. in l. ij. in prin. ff. si cert. pet. de testib⁹, quorū vnus dicit, ꝙ fuit post guerrā, & alter ꝙ ante guerrā: vtrū posint reduci ad concordiā, vt probent? de quo dic, vt ibi per eum, & in l. insulā. ff. solu. matr. & per Mod. in c. cum filij. extrà, de te. vbi ponit do. Ant. ¶ † Tertiò no. in ver. hoc ita. ꝙ qñ terminus adijciť dispōni, & nō pōt referri ad tp̄s, ad qđ testār se expresse retulit, si relatio ista fuit facta ex certa sciētia, ne appositio tpis censeať esse nugatoria, qđ nō debet p̄sumi, intelligeť ꝙ terminus currat à tpe testamē. & ꝓ hoc videť, ꝙ Bar. hic nō bene dixerit, q volu it ꝙ in dubio qñ apponiť à testatore, nec designať terminus à quo debeat, à tpe mor. p l. qui filiū. §. j. de manu. testa. nō imo videtur à tēpore testamēti: cū enim hic relatio facta ad certū tēpus habeatur pro nō apposita: ergo perinde est, ac si terminus esset simpliciter statutus: & sic in dubio subintelligiť tempus testamēti. Non obst. tex. in l. qui filium. §. j. quia ibi fit illa

a ¶ Annua, bina. Ad de l. pœnales. in §. annua. ff. ad legem Falci. & in l. iij. ff. q̄ annu. leg. Nico. Super.

a ¶Ista dictio, per. Adde l. vrbana. in §.pernoctare.ff. de ver.sig.gl. in c.si cō stiterit.de accu. gl. in verbo, perlecto. in cle.cām.de ele.licet aliqñ denotat perfectionē, vt per Bar.in l. quinquaginta.ff.de exc. tu. & per Car.Zaba.in c.licet.in §.ex pmissis.de pro.Ni. Sup.

b ¶De dictione autem,ad. Addē quòd ista dictio aliquando ponit incœptiue,vel causa ornatus, qñq; pro sed, qñq; pro quia.secūdū Ang.in l.ius autē.in princ.ff.de iu. & iu. Itē est aduersatiua pcedētibus, secūdū Bar.in l.j.in §.vsufr.ff. de noui ope.nū. Arch.in c. j.xlvij.dist. Phili. Cor.consi.xciiij. in ci.dñis in suprascriptio.in j.volu.Nic. Super.

c ¶Ablatiuus. Adde ꝙ ablatiui resoluūtur in conditionē, si cautio offerat.l.à testatore.ff. de condit.& demonstr.& in l.ab emptore. ff. de pac. Nic. Super.

d ¶Quādo dictio, ad. Adde ꝙ qñq; denotat extrinsecā qualitatē, scdm Bar.in l.nec putabā. ff.de cōdit.& demōst. & per Abba.in cle.si. de ęta.& qua.in apostil.qñque denotat ad locū,vt vado ad ecclesiam, scdm Bald.in c.ego N.de iureiur.qñq; denotat intentionē, qñque cōsequentiam, qñq; terminū,secūdùm Bald.in d.c. ego N.Nico. Super.

interpretatio:quoniā si intelligeremus de tēpore testamenti, legatū libertatis esset inutile,vt ibi expresse dicitur. Sed vbi non resultaret ista absurditas,verius videtur,ꝙ incipiat à tempore testamēti:sicut quādo tempus adijcitur ad implementū conditionis,quæ de sui natura potest impleri ita viuo testatore,sicut mortuo:vt fatetur Bart.hic,& est casus in l.Thais. §. hærede.ff.de fideic. liber.¶ In glo.j.ibi.j.de manu.test.l.si ita relicta libertas.Pro declaratione istius cōtrarij,& eorum quæ scribit hic Barto.& in l.qui hoc anno.ff. de verborum obligationibus.videndum est, quando non sunt faciendæ plures præstationes,sed vnica præstatio post certum tempus,vtrum annus cœptus habeatur pro completo.Secūdò erit videndum, vtrum vltima dies anni cœpta habeatur pro completa.¶ Circa primum adde dictis Bar.dum ipse dicit simpliciter,ꝙ quando verba proferuntur in casu ablatiuo,distinguitur,vtrum referantur ad honoratum,vel ad grauatum,ꝙ ista distinctio seruatur,quando est facienda vnica pręstatio:secus si sunt plures præstationes:quia tunc aliter distinguitur:vt videbis in gl. vlti.ita declarat ipse in dicta l.qui hoc anno. Secundò aduerte: quia hic ipse vult satis clare,quòd accusatiuus per se nō significet tēpus perfectū, sed propter verbū,peruenerit, inducat vt significet perfectio tēporis secūdū dictam l.qui hoc anno.simpliciter dicit,quòd quādo est facienda vna præstatio,& in dispositione apponitur genitiuus,vel accusatiuus,semper debet tempus esse perfectū,per l.non putabam.& per l.si in annos. de conditio.& demonstrationibus.vbi non apponitur dictio, ad,neq; verbum,peruenerit:& tamen præstatio debet fieri in fine temporis.Sed possunt concordari ista dicta hoc modo, quòd accusatiuus de se significet tēpus perfectum, sicut genitiuus,nisi proferatur cum dictione,ad,quæ significat satis esse,quòd aliquis appropinquet ad tempus perfectū,nisi sit adiectum tempus, peruenerit, quod significat perfectionem: vt l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verbo.sig.Et licet ista dicta possint cōcordari hoc modo,verior videtur simpliciter opin. Barto.in d.l.qui hoc anno.l.etiam ratio.l.quidem.quia textus in l.Seius Saturninus.j. ad Trebellianum.videtur velle, iuncto prin.cū medio ipsius,ꝙ idem significent ista verba,cùm ad annum decimum quartū peruenerit,vel cū annū decimumquartum haberet.quæ verba vltima sine dubio non significāt perfectionem temporis:possunt enim significare tempus perfectum,& imperfectum,vt patet ex his quæ tradit Bar.in l.j.§. de iur.codi.Ratione autē,quia si dictio,per,apponeretur ad tēpus:vt verbi gratia,in §.pernoctare.tūc bene significarēt perfectionē temporis. Vñ dicunt Archidi.& dominus Io. And. in capi.j.de vita & honesta.clericorum.lib.vj.†ꝙ verbū, per annum,vel per terminum,significat tempus perfectum, quo ad imponēdā pœnā illius canonis.Sed hic ista dictio,per[a], nō apponitur ad tempus,sed ad actum perueniendi ad certum tēpus.vnde ista dictio determinatur secundùm tēpus,ad quod debet perueniri.Si ergo illud tempus de sui natura potest etiā significare tempus imperfectum,satis dicitur ad illud peruētum,cùm illud tēpus est initiatū.De dictione autē,ad,[b] quòd significet cohęrētiā ad rem,& nō intrinsecitatē ad rē:vide oīno qđ no.Bar.in l.meminisse.ff.de officio procōsu.& tex. & qđ ibi per Bar.in l.militis cod.ff.de testa.mi.& qđ ponit Io. And.in c.si gratiose.de rescri.libr.vj.Ioā.autē de Imo.hic,& in l.qui hoc anno.præallegata.per multa verba,in effectu recedit à distinctione Bar.dicit enim,ꝙ siue tempus referatur per ablatiuum,siue per alios casus,eadem ratio videtur esse in vtroq;:ergo idem ius:vt l.illud.ff.ad l. Aquiliā.Vnde dicit aliter distinguendum,videlicet aut tempus profertur in plurali, id est per numerum annorum,mensium,& dierum in plurali:& tunc debeat inspici finis temporis,& non initium:ita intelligit l.si in singulos.præallegatam,ita dicit probari in l.si ita fuerit.de manu.testa.dum iurisconsultus dicit,quòd est differentia inter ista verba,xiiij.anno.& post annos xiiij.& sic videtur fieri differentia inter numerum singularem, & pluralem.Sed ille textus cum reuerentia nihil facit pro opinione sua:quia ibi nō fit differentia ex numero singulari,& plurali: sed ex casu ablatiuo,qui potest significare tēpus perfectū,etiā quando tēpus apponitur per dictionē,post,quæ dictio significat tempus finitum de sui proprietate:vt probatur in text. nostro,in versicu.post biennium.& in versi. præsentibus. & plene per Barto.in l.ij.in princ.s.alleg.Præterea ista sua differentia est contra tex.nostrum,iuncto princ.cum verb.quo & dānatus.hic expresse in gl.Nec ob.verbū,peruenerit,quia per illud verbū,vt s.declaraui,tēpus imperfectū à se nō efficeret magis perfectū. Vñ reiecta ista distinctione,quæ vult ꝙ qñ tēpus pfectū prætereaꝙ in duobus casibus,quos ibi tāgit,sequēdo dicta Bartol.in d.l.qui hoc anno.† Et ꝙ ablatiuus[c] significet tēpus imperfectū,patet per tex.clarū in l.j.in princip.iuncto §.hoc interdicto . ff. de itinere actuꝙ priua. vbi in dispositione ll.ille dicitur vsus itinere hoc anno, qui est vsus aliqua parte anni,licet nō toto anno. Vñ non credo gloss.no. dicere verū in d.c.j.in verbo,triēnio.de sequestra.posses.& fru. quę vult,ꝙ ista verba,si quis possederit triēnio:intelligat de triennio cōpleto.Sed quęritur,quæ possit esse differētia inter casum ablatiuū,& alios casus. Iuriscōsultus in d.l.si ita fuerit.videt se fundare in cōi vsu loquēdi, qui ita interpretatur casum ablatiui.Sed cur nō ita interpretatur casum genitiuū,vel accusatiuū,nō dicitur ibi.sed potest assignari talis ratio: quia qñ tēpus profertur in casu ablatiuo:verbi gratia,si bene respicias constituitur,cū dictione,in,subaudita,id est in hoc anno,quæ dictio sine dubio si exprimeret, importaret sufficere aliquid euenire intra annū,licet annus nō esset perfectus:sicut dictio, intra:quia vtraq; istarū dictionū significat, ꝙ in ipso tēpore, nō post tēpus aliquid fieri potest,vel cōtingere:vt l.si ita fuerit.in fi.præallegata. facit qđ habet in l.Gallus.§.ille casus.s. de lib.& posth.†& ideo glo.dicit no.ꝙ ille qui debet ordinari in anno trigesimo,sufficit ꝙ ordinet initiato anno : quia hoc important ista verba:vt not.glo.in clemē.generalē.de ęta.& qualita.Sed in alijs casibus nisi insistat cōsuetudo loquendi,cū sit mētio anni, vel mēsis,vel diei,quia nō subaudit dictio,quæ significet vltimū tēpus, sicut in ablatiuo,annus dicitur annus cōpletus:vnde nō requirit perfectio temporis ex natura casus, sed ex natura tēporis expressi. Ista cōclusio probatur expresse in l.anniculus.ff.de verb.sign.vbi patet, ꝙ ille dicit habere annū,qui habet annū cōpletum.Idem em̄ significat anniculus, qđ habēs annū,vel qđ homo vnius anni:& istud est rōnabile,quia nō pōt negari,ꝙ magis proprie dicitur annus,qñ est pfectus,& sic de alijs tēporibus,ꝙ quādo est initiatus,& nō perfectus:vnde verba in dubio debent assumi in potiori significatu:vt l.j.§.qui in perpetuū.si ager vect.vel emphy.pe.cū si.Et aduerte,quia licet tēpus appositum vni præstationi per ablatiuū significet regulariter tēpus imperfectum, cū est appositū in persona honorati:vt dicit Bar.ꝙ istud est verum , nisi fieret mētio de vnico tēpore per ablatiuū,& si interpretarētur de tēpore imperfecto,apposito termino redderet inanis & superflua.exemplū secundū Iaco.de Aret.& Bald.hic in l.qui hoc anno.præallegata.Nam cū in stipulatione apponat annus immediate,currit post promissionē,si intelligeremus de princ.anni,dilatio nihil operaretur:quod videt esse cōtra mentē contrahentiū.Vnde vt verba aliquid operentur, intelligemus de tēpore pfecto.Pro ista decisione est casus,quē etiā adducit Imol.in d.l.qui hoc anno.in l.qui filium.§.j.& ij.respōso.ff.de manu.testa.vbi iussus esse liber ad annum post mortē testatoris,nō potest esse liber,nisi in fine anni.& istud est,quia si esset liber incōtinēti,frustratoria videretur ista dilatio,& ista in dictio.pcederet tamē opi.Barto.hic,ꝙ quādo dictio,ad[d], cōiungitur cū accusatiuo,significet tēpus imperfectum. nam tūc in d.l.qui filium.§.j.nō posset assignari alia ratio,cur tēpus deberet esse perfectū.Sed si tenes id,qđ ego s.dixi, videt tenere Barto.in d.l.qui hoc anno.tunc ibi esset casus pro opi.mea,ꝙ dictio,ad,nō faceret significari tēp⁹ imperfectū, nec faceret ad propositū huius solutionis.dictū tamē credo esse verum in se. ¶ Circa scdm articulū dic breuiter,ꝙ vltima dies anni cōputatur,licet nō sit perfecta in casu l.nostræ,vt quis possit consequi legatum:ita tenēt hic Modern.reprehendendo d. Angel. qui tenet oppositū per tex.in §.hoc autē.ibi:annus sit completus.Sed ille tex.nō obstat:quia licet dies vltima anni non sit perfecta,annus tamē diceretur perfectus:vt d.l. anniculus. & ibi per glo.& est bonus tex.quem adducit hic Pau.de Castro in l.si in singulos.j.de cōdit.& demonstra.facit optime tex.in l.si vsucapionibus.in princip.ff.de diuer.& tempo.præscrip.cętera dic vt per Bald.qui multa ponit ad intellectum l.qua ętate.s.de testamen.& in lege iij.§.minorem.ff. de minoribus. ¶In gloss.posita super verbo,residuis.ibi:secus si simpliciter. hanc glo.declara,vt hic per Bartolum,& conclude secundùm eum,quòd quando est vna oblatio,& distributio temporum, opponitur præstationi regulariter,solutio debet fieri in fine temporis:quia terminus iste videtur appositus fauore debitoris. Sed quando tempus distributiuum apponitur substantiæ legati,& dispositionis: tunc videtur apponi fauore creditoris ad multiplicandas obligationes, in quarum multiplicatione potest esse fauor: quia non tolleretur ita faciliter per præscriptionem, sicut si esset vna obligatio:iuxta ea quæ habentur in lege,de pupillo.§.si pluribus.ff.de noui oper.nuncia. & in lege,si quis emptionis.§.primo.de præscript.xxx. annorū. & ideo debet fieri sol.in prin.tpis tunc.& ita loquit cōtrariū alle.in gl.& tex.in l.nec semel.in prin.ff.qñ dies le.ce.Hoc tñ fallit

fallit in duobus casibus. Primus est, quando præstatio est facienda ex sumptibus seu prouentibus certæ rei: tunc enim non fit præstatio in initio, sed tempore quo colliguntur fructus, vt l. firmio. quando dies leg. ce. Secundus est, quando præstatio annua debet fieri cum certa necessitate: tūc enim non fit præstatio in initio, sed tempore necessitatis: vt l. nec semel. §. si in habitis. quando dies leg. ced. quibus dictis adde. Et primò quando dicit, adiecta præstationi, ex qua non multiplicatur obligatio, facit vt solutio debeat fieri in fine temporis: nam istud dictum videtur dubium valde, primò per tex. in d. l. firmio. in fin. vbi dicitur in versic. sed non initio cuiusq; anni. ꝙ ideo in casu illius §. præstatio non debet fieri in princi. anni, quia debet solui ex fructibus agri: & sic apparet, quòd nisi esset ista causa, legatum ibi esset soluendum in princi. & tū ibi legatum erat vnū diuisum in diuersas præstationes, vt patet in ver. sed vtrum esse &c. ¶ Secundò arguo sic, & fortius, etiam in contractibus, quando fit promissio annua, debet fieri solutio in initio: vt fatet Bar. & omnes ī l. q hoc anno. de ver. ob. & est casus in l. eum qui ita. §. qui ita. eo. titu. & tamen stipulatio annua vna est, nec multiplicantur obligationes, sed præstationes duntaxat. l. Stichum. §. stipulatio. eod. titu. nec potest dicere, quòd licet stipulatio sit vna: verba tamen ibi fuerunt adiecta ad verbum significās obligationem: hic autem ad verbum significans executionem, nā hoc est contra tex. in l. si cum præfinitione. quando dies leg. cedat. vbi dicatur, ꝙ legatum annuum est vnum: licet ista dictio, annuo, fuerit adiecta ad verbum depositum, nihilominus præstatio videtur facta gratia exonerandi hæredem. quo casu solutio debet fieri in fine anni. l. nec semel. ver. sed si quot. in fi. eod. titu. Præterea dummodo legatum sit vnum, non vr̄ esse differentia inter istos casus. Sed sustinendo communem opinio. possum dicere, quòd ibi non est sumendum argumē. à contrario sensu, hæc tamē responsio non est omnino tuta, vt dixi in voce: quia si omnino non deberet fieri solutio in prin. etiam si præstatio annua non deberetur ex fructibus, ergo etiam quando debetur ex fructibus, deberet fieri in fine temporis, non tempore fructuum perceptorum. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ ex mente testatoris videtur esse, vt ex quo pēsio debet solui de fructibus, vbi aliàs expectaretur finis anni, tunc non expectetur: vel potest dici, ꝙ ibi præstatio facienda ex fructibus facit, ꝙ legatum non debet præstari in initio: quia per hoc ꝙ voluit præstari annua ex fructibus, apparet quòd voluit facere vnum legatum, & non plura. sed diuisit præstationes quę debebāt fieri ex certo loco, seu prædio necessario: quia nisi collectis fructibus fieri non poterat. Ad secundū respōdeo, ꝙ si tenerem opi. Bal. & Ang. in l. Stichum. §. stipulatio. s. allega. stipulatio annua dicitur esse vna, quo ad essentiam obligationis, & acti. quæ ex eo oritur. Sed quo ad ipsas præstationes dicitur non esse vna, sed multiplex: vnde quia hic agitur de modo præstandi: vtrum in fine, vel in prin. debeat fieri præstatio: ideo quantū ad hoc, dicuntur plures stipulationes: & ita intelligunt tex. in l. si seruus. §. fina. de stipulatio. seruo. Sed quia illa solut. communiter reprehenditur per Moder. qui simpliciter dicunt, ꝙ etiam respectu præstationis est vna stipulatio diuisa in præstationes plurium temporū: ideo possumus dicere, ꝙ in ij. qui ita. speciale est in eo, qui stipulatur vsq; ad vitā, aliquod annuū: cū enim illa stipulatio, quo ad aliquid, censeatur continere tot obligationes, quot sunt anni: vt l. sancimus. §. si quis autem. C. de dona. ne vna & eadem res diuerso iure cēseatur: dicemus quòd illo casu, quo ad omnia, erunt plures obligationes. Nō ob. l. si seruus. §. fin. quia secundū intellectum Barto. ibi stipulatio non est vna, sed continet plures: quia erat implendum aliquod cohærēs personę stipulatoris: vt ibi p eum: licet nō omnes sequantur illum intellectum, de quo tetigi in l. si ex toto. §. si. s. eod. †Secundò adde, ꝙ quando testator in vna oratione legat aliquid annuum simpliciter, & aliquid annuū præstandum ex fructibus: tunc vna oratio pariformiter determinat ambo legata, debebuntur tempore collectorum fructuum: ita determinat Bart. in l. si legatarius. §. fi. ff. de leg. ij. quod dictum ego prius videram. & do. meus allegat. in l. q hoc anno. Tertiò adde, ꝙ quando præstatio annua debet fieri ab eo, qui debet aliquid implere ex parte sua: tūc nunq; fit in initio anni, sed post implemētum. Vnde si non possit impleri perfecte, nisi in fine temporis, tūc fiet sol. secundū Barto. in d. l. si seruus. §. fi. & Cy. & Pet. in l. qdē. C. loca. Quartò adde, ꝙ quamuis legatum annuum, quod fit propter necessitatē aliquam, non debeat solui in initio anni: dies tamen legati cedit initio anni, quo ad effectum transmissionis. casus est quem ibi Bart. not. ad hoc in l. habitatio. ff. de vsufruct. leg. secundū vnam lectu. Vltimò adde, quòd quando legatur alicui vsusfructus, qui subrogatur loco annui legati, assumit naturam annui legati, quo ad solutionē: vnde licet si vsusfruct⁹ moritur in initio anni, fructus non pertineant, casus est vnicus, quē ibi Barr. & Dy. ponderant in l. generali. §. hęre. de vsufru. lega. ¶ Extra materiam huius princ. Barto. hic per ea quæ dixit in tertio & vltimo articulo, dum alleg. l. iij. §. si hęredi. ff. de sta. libe. determinat nota. quęstio. dicit enim, quòd si ego vendo tibi rem sub conditione, vel pure cum termino vnius anni, ad pretium soluendum: iste terminus non currit, nisi impleta conditione, & facto implemento ex pacto venditoris ita tradita re, per textum in d. §. si quis hęredi. & per tex. in l. tali. in prin. ff. de iure dot. & in l. si in diem. in princip. j. de conditio. & demonstratio. cum quo transeunt hic communiter omnes. Ipse tamen in d. l. si in diem. dicit. quòd istud est verum, nisi essent apposita verba ita expressa, quòd non posset fieri subauditio, tunc enim præcise curreret terminus à tempore dispositionis factæ. Sed quæ sint ista verba, non declarat. Vnde Salyc. plenius attingens articulum in l. ij. in fi. C. de contra. emp. dicit, ꝙ illud qđ dicit hic Bart. est verum, nisi venditor diceret, cū hoc ꝙ soluas pretium hinc ad vnum annum, vel ab ista die ad vnum annum, vel apponendo tempus in specie in termino ad quē: verbi gratia, ꝙ habes terminum vsq; ad calendas Ianuarij proxime futuri: tunc enim quia tempus nō exprimitur in genere, sed in specie, sicut species non potest solui pro alia, quia non respicit functionē sicut genus: vt l. si is qui duos. de so. ita vnum non ponitur pro alio: vt est casus clarus, quem ibi Bart. no. ad hoc in l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufru. leg. facit quod not. Bar. in l. si prius. versus fi. ff. de no. operis nuncia. & in l. si & ideo hæsitatur. ff. de verbo. sig Et hanc conclusionem in si. q. confirmat Bal. in l. j. ff. si quis cau. vbi vult, ꝙ quamuis terminus assignat⁹ à iudice absenti non currat in dubio, nisi à die notificationis: istud est verum, nisi iudex dicat, assigno terminum hinc ad octo dies, vel ab ista die: quia cū retulerit se ad tempus in specie, nō potest subrogari tempus, quod curret à die notificationis loco istius: vt d. l. si vsusfructus. & quod ibi not. facit optime pro his q̄ ponit Bar. in l. nec non. §. si quis sæpius. ff. ex quib. cau. maio. vbi dicit, ꝙ quando terminus ad quē designat̄ in specie: verbi gratia, vsq; ad calendas Maij, vt dixi: nunq; pōt illud tempus in aliud commutari: & licet ista opi. seruaretur in practica, tamen contra eam multum facit text. in d. §. si hæredi. & gl. in l. fin. C. de iure delib. & in aut. hodie. C. de app. nam in omnibus prędictis iuribus tēpus videtur in termino, à quo, præfigi in specie. dicitur enim in §. si hæredi. ꝙ libert⁹ debet implere cōditionē à tēpore mortis testatoris: vt ī aut. hodie. ꝙ termin⁹ currit à die scietię: & tū supplet̄. s. & scietię. & eodē modo supplet̄ in l. quinquaginta. ff. de excu. tut. dū dicit, ꝙ excusatio debet ꝓbari à die creationis factæ infra quinquaginta dies: & tamē supplet̄ ibi per glossam & Bald. à die scientię. Vnde Ioan. And. in c. quia. de except. lib. vj. dicit quòd ille terminus octo dierum, de quo ibi, licet currat ex dispositione illius decretalis à die propositæ exceptionis, nihilominus suppletur, supple & admisse. Sed possumus respondere saluando communē sententiam, quòd non ita demonstratur tempus in specie in dictis casibus, sicut in casu nostro: quia quando dicitur, quòd currit à die scientiæ vel mortis, & sic de singulis, dies ibi ponitur pro tempore, vnde non ita indiuidualiter fit relatio ad speciem, sicut quando demōstratur aliter ista dies, quæ nunc est. Istud contrarium est resolubile: & adde ad prædicta, & quando terminus præfigitur ad impugnandum actum, nunquam iste terminus currit, nisi à die implendæ conditionis, vel à die, qua actus nulliter erat celebratus, efficitur validus per confirmationem. Primum probatur in l. j. §. annus. quando act. de pe. est anna. & tradit Bartolus in lege, ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in vlti. charta. ff. ex qui. cau. maio. Secundum in lege, Caius Cassius. & ibi per Baldum. ff. de excus. tuto.

Hoc autem. Cùm tempus certæ ætatis apponitur honorato, facit conditionem: & si tempore testamenti illa ætas non erit completa, tempus annuæ præstationis computatur ab ætate completa post testamentum. hoc dicit. Secunda est ibi: & ideo. Tertia ibi: quod testamentum. ¶ In glossa super verbo, completus. ibi: quando dies lega. ced. &c. Bar. hic plene discutit, qn̄ tēpus certæ æta. appositū honorato, vel tertio, vel grauato, faciat cōditionē, vel diē: nec est addendū aliqđ, nisi ad vnū cōtrariū tantū, qđ est difficile, videlicet ad l. liberto. §. ab hęredibus. j. de ali. & cib. leg. p quē text. in effectu ipse ponit regulā l. ꝙ qn̄ tps certæ ætatis adijcitur grauato, non facit cōditionē, sed diē. Sed qn̄ adijcitur honorato, vel tertio, facit cōditionē. Et est ratio differentiæ scđm eū: qa primò vocatus à testatore præsumitur magis dilect⁹: vt l. Publius. in fi. j. de condit. & demon. & bene facit text. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pup. Si ergo testator voluit præstari in fi. ætatis adiectæ in testamento legatū ab hærede primo vocato: ergo multofortius videt̄ voluisse præstari ab hęrede ipsius primo vocati, q presumit̄ minus dilectus: econtra autem, qn̄ tempus ętatis adijcitur honorato, ideo facit conditionē: quia ex quo plus videtur diligere primo vocatum, quàm hęredē eius: ista stant simul, quòd voluerit primo vocatum habere legatum, si perueniret ad illam ætatem, quem plus dilexit, & tamen quòd hęredē eius, quē minus dilexit, noluerit habere. Sed ista ratio reprehenditur per Ioā. de Imo. nā scđm hoc sequeretur, vt ipse dixit, ꝙ si testator legat aliquid, cùm hęres suus morietur, sicut voluit grauare hęredem primo vocatum, multofortius videatur voluisse grauare hęredem ipsius ratione prædicta, & sic ꝙ ista dies mortis adiecta grauato non faceret conditionem, sed diē: & per cōsequens legatarius interim moriēdo transmitteret, contra legē, hęres meus. §. fina. j. de conditio. & demonstratio. & contra l. si cùm dies. j. quando dies leg. ced. Sed ad hęc posset responderi, quòd ipsa interpretatio, de qua dicit Bar. debet fieri, quando apponitur dies, quę non est omnino incerta, sicut tempus ętatis. sec⁹ qn̄ apponitur dies omnino incerta: vt in l. hęres meus. in fi. quia tunc verba facilius inducunt conditionē: vt patet ex solutione, quam dedit Bart. hic ad l. quibus diebus. §. quidam Titio. j. de cond. & demon. sicut etiam videmus, ꝙ qn̄ tēpus certę ętatis exprimitur per si, semper facit conditionē: vt l. si seruus. ff. de sta. lib. & tradit Barto. hic, & hoc est, quia dictio, si, est magis accommodata ad faciendum conditionem, quàm dictio, cū, quæ principaliter significat tēpus: vt l. si Titio. quando dies leg. ced. Vnde similiter possun⁹ dicere, ꝙ dies ora

nino incerta, quia magis est similis conditioni, q̃ dies aliquo modo certa facilius faciet condtio. Aduerte tamen, quia tex. in dicta l. si Titio. q̃n dicit, ꝙ ista conditio apponit in persona honorati, facit conditionẽ, nõ fundat se in pręsumpta mente testatoris, sed in significatu verborũ. quia ista dictio, cũ, ex proprietate sermonis primò importat tempus, secundario conditionem: sicut dictio, si. & inde est, ꝙ quãdo tẽpus certæ ætatis apponitur in persona tertij, adhuc facit conditionem: vt l. si ita scriptum. de manu. testa. & tamen ibi non cadit ista cõsideratio & differentia, quę fit inter grauatum & honoratum. Præterea ista positio Bar. vere est contra tex. in l. fideicõmissaria libertas. §. etiã. de fideicõ. lib. Nec valet rñsio sua, ꝙ est differẽtia inter cũ, & post: vt l. illã. ff. de ver. sig. quia vt dicit hic Io. de Imo. & recte, differentia inter istas duas dictiones per illam l. non est in hoc, vt per vnam dictionẽ inducatur conditio, & per aliam nõ: sed stat in hoc, scilicet si conditio apponitur per dictionem, cùm, citius intelligitur impleri, q̃ cùm apponitur per dictionem, post, in casu d. l. inter illã. Et ꝙ hoc sit verum, ostendunt manifeste verba text. quæ confundũt sol. Bar. quia ibi iurisconsultus appellat vtranq; condi. Vnde d. Io. hic ponit aliam so. dicẽs, ꝙ ideo ista dictio nõ facit cõditionẽ §. ab hæredibus. quia ibi erat apposita alia conditio expressa, scilicet si manserit cum filio &c. Vnde tũc tẽpus certæ ætatis non facit conditionem, quia videtur apponi in consequentiã ad conditionem prius expressam. quòd autem venit in consequentiã, non solet considerari: vt l. rogasti. in prin. & l. si quis nec causam. in fin. ff. si cert. peta. & l. j. §. si te rogauero. ff. depo. Sed ista ratio concludit, ꝙ tẽpus ætatis ibi appositum non faceret etiam diem, nec differret exactionem, si non est in consideratione, quia venit in consequentiam, imo statim mortuo filio ante xxv. annos, ex quo conditio habetur pro impleta, vt intra diẽ deberet solui legatum. Nec obstat secũdũ cum l. Thais. §. libertate. de fideicommis. liber. quia ibi tempus ætatis non videtur appositum in consequentiam ad aliam conditionem, sed principaliter: sed in §. ab hæredibus. videtur appositum in consequentiã. Sed cur magis ibi videatur appositum in consequentiam, q̃ in §. libertatis. nõ declarat: sed forte posset dici, quòd qualitas cõditionis in §. ab hærede. hoc facit, quia debebat impleri in xxv. annis: & sic in tempore ætatis adiecto in legato. Ipse tamen non habet hanc mentem: imo dicit, quòd ætas ibi videtur adiecta in consequentiam ad conditionem: quia testator prius voluit implere conditionem, q̃ veniret ætas. Sed ista verba nõ habent iuris saporem: tum quia non semper voluit impleri conditionẽ, sed solùm si filius non viueret vsq; ad annum xxv. Præterea etiam, quando filius moritur intra illã ætatẽ, quia conditio habetur pro impleta, vt statim dicam, hoc procedit magis immediate ex dispositione l. fauore alimẽtorum, q̃ ex voluntate testatoris. Vnde istæ differentiæ videntur esse inanes. Nec fuit omnino istud de mente istarum legum. Tu ergo dic, & clarius, & ad mentem literæ, quòd ætas adiecta in §. ab hæredibus. facit diẽ & conditionem in persona grauati. Sed ista conditio, quæ resultat ex ętate apposita, sortitur naturam conditionis alterius expressæ in testamento, quæ fuit causa huius secundæ conditionis: vnde sicut si testator apposuisset simpliciter aliam conditionem, hoc modo, volo comparari liberto meo militiam, si steterit cum filio meo vsq; ad xxv. annum, filio moriente, ista conditio habeatur pro impleta fauore alimentorum, quando legatum fuit factum gratia alimentorum, quod in dubio præsumitur: vt patet ex notatis in l. illis libertis. de conditio. & demonstratio. & in l. concubina. §. vxori. de leg. iij. ita quando testator apposuit conditionem de manendo cum filio vsq; ad xxv. annum legato prædicto: licet prius incontinenti apposuerit tempus certæ ætatis de per se, istæ duæ conditiones habentur pro vna: quia ex hoc quia testator voluit libertum esse in seruitio, & in domo filij, antequam consequeretur legatum militiæ vsque ad ætatem xxv. anno. vt patet in versicu. si tamen. in dicto §. ab hæredibus. apparet quòd tempus erat, quod prius præfixerat huic legato: ideo apposuerat, quia volebat prius filio seruiri vsque ad illam ætatem. Vnde licet, quo ad formam verborum, videatur apposita duplex conditio: quantum tamen ad mentem testatoris, ista cõditio habetur pro vnica, quo ad effectum, vt habeatur pro impleta, quia pendet à prima, sicut à sua causa: & tamen vt distinctio ætatis conditione expressa operetur aliquid, videtur fuisse de mente testatoris differri exactio. vsq; ad tempus xxv. an. ad quod aliàs non fieret: vt patet in d. l. illis libertis.

Si Titio. Si debitor mandat legatario, vt soluat debitum, vel legatum, respectu hæredis ipsius, & etiam respectu fideiussoris ipsius, sed non respectu creditoris. hoc dicit, vsq; ad l. fideiussor. Secunda ibi: hæres verò. Tertia ibi: sed si testator. ¶ 4 †Not. in versic. hæres verò. quòd aliquando vna persona nominatur in legato: & tamen actio competit alteri non nominato, si eius interest, & nõ illius qui fuit nominatus. concordat text. in lege, fideicommissa. §. interdum. j. de legatis iij. & in l. seruum legatum. §. si testator. j. eo. Quinimo in isto tex. videtur probari, quòd legatum in dubio videtur factum non solùm cõtemplatione eius cuius principaliter interest: sed etiam contemplatione alterius, cuius minus interest: vt patet in versicul. sed si testator. vbi conceditur actio non solùm hæredi, cuius plus interest: quia si solueret, non haberet repetitionem solùm. & tamen etiam conceditur actio fideiussori, cuius minus interest: quia si solueret posset repetere: vt dicitur in fine tex. Hoc autem videtur contra tex. expresse in d. §. interdum. versic. plerunq;. vbi deciditur expresse, ꝙ in dubio legatum videtur factum contemplatione illius solùm, cuius maxime interest. Vnde nisi dicas, quòd iste text. non loquitur in dubio, sed quãdo apparet, ꝙ fuit factum etiam contemplatione fideiussoris, quo casu sine dubio actio competit illi cuius interest. Sed ista sol. manifeste diuinat ad text. vnde contrariũ est difficile. Sed forte potest dici hic esse casum singularem, ꝙ quando testator grauat legatarium de soluendo legatũ, si hæres conuenitur, & soluit, possit repetere à legatario id quod soluit: vnde plus interest isto casu hæredis, q̃ fideiussoris. & esset not. sol. super qua est cogitandum: & causa dubitationis est, si hæres possit repetere à legatario, sicut fideiussor. Iurisc̃osultus etia in hærede posuisset vtrunq; casum, scilicet quando legatarius esset soluendo, vel non: sicut posuit in fideiussore in fin. vnde satis posuit tex. quòd ista distinctio non fit in hæredem, quia non posset repetere. ¶ 5 †Tertiò not. in versi. interest. quòd fideiussoris interest potius non soluere, q̃ solutum repetere: & hoc est ideo, quia multi casus possunt cõtingere, in quibus, si soluit, nõ poterit repetere, vel propter inopiam debitoris superuenientem, vel quia debitor sit difficilis exactionis, licet sit soluendo: vt exemplificatur in l. j. ff. qui satisd. cogan. & hinc oritur ęquitas. l. si pro ea. cum materia. C. manda. & l. Lucius. eo. titu. ff. quòd quando fideiussor stetit diu in obligatiõe, potest petere se liberari, vt ibi dicit. posset etiam esse alia ratione, semper staret intricatus ꝑ aliena obligatione: de quo tamen dic vt ibi. ¶ In gl. super verbo, nõ valet. ibi: alius nõ debitor legauit. glo. potuit habere bonum intellectũ, assignando rationẽ diuersitatis: vt j. dicam. sed quia nõ assignat, & eadem ratio videt esse in vtroq; casu; ideo quia vtrobiq; potest interesse creditoris, ꝑpter duos reos: ideo ista solut. remanet dubia. Hanc tamen approbat Pau. de Ca. sed non respõdet obiectioni pdictæ. Ioan. tamen de Imo. nititur respondere, ꝙ in l. nostra ideo nõ valet legatum, quia poterat euenire casus, in quo effectu videretur legatum ab hærede isti creditori: videlicet si legatarius acceptasset quidem legatum, sed nõdum percepisset realiter: tunc enim si ageretur contra legatarium, liberaretur cedendo actio. contra hæredẽ: vt l. imperator. in princi. j. titu. ꝓximo. Sed ista solut. non multum placet: quia arguendo de re ad tempus, vel ad casum, sicut legatum factum alicui vel fideicommissum potest valere ꝓ parte, & ꝓ parte non valere: vt l. cogi. §. hi qui solidum. j. ad Trebel. ita videtur, quòd ꝑpter casum, quo legatum esset inutile, non debeat vitiari casus, in quo legatum esset vtile, scilicet quando hæres actualiter percepisset legatum. Quinimo in istum casum duntaxat videretur factum legatum, ex quo in alium non posset valere. & verba aliquo modo possunt adaptari ad istum casum magis, q̃ ad alium. l. fideicommissa. §. si filio. j. de le. iij. & l. vbi pure. cum ibi nota. ff. ad Trebel. Testator enim mandando legatario, quòd solueret debitũ, quia illud non tenebatur soluere, nisi postq̃ percepisset legatum: vt in dicta l. imperator. satis videtur reliquisse legatum in hunc casum, scilicet quòd legatarius præcise teneatur soluere, & non liberatur cedendo actio. Vnde dicendum est aliter: quia etiam sequens solutio, quam approbat Bartol. diuinat ad text. in l. iij. in fin. præalleg. quia diuersitas rationis inter istos casus est ista, quia ibi per interuentum nouæ personæ prima obligatio nõ tollitur de iure isto, ex quo non interuenit stipulatio: vt l. item illa. §. fina. ff. de constit. pecu. & not. Ang. in l. delegare. la prima. ff. de nouat. quem sequitur hic Ioan. de Imol. Sed in casu nostro si legatarius obligaretur, hæres esset liberatus: quia quando noua persona obligatur ex mandato debitoris, ista vocatur delegatio, in qua semper ille qui obligatur videtur obligari vice primi debitoris: vt l. delegare. palleg. & ideo dicit l. quòd delegatio habet virtutem soluti: vt l. quãuis. §. interdum. ff. ad Velleia. & ideo legatarius, qui obligatur hoc de mandato testatoris, remaneret obligatus solus, & tolleretur obligatio in persona hæredis. Vnde dicit Ang. nota. in l. delegare. quòd etiam si per nouam personam fiat promissio aliter, quàm per stipulationem, dummodo promittens dicat, vice debitoris. tunc tolleretur semper prima obligatio. Vnde in casu nostro tam ex natura delegationis, quæ est, vt fiat vice debitoris primi, quia legatarius videtur grauari tanq̃ repręsentans personam debitoris, cùm grauatur ratione emolumenti, quod percipit ab eo, manifestũ est, quòd prima obligatio tollitur: & ideo cessat interesse, propter quod valet legatum, in dicta l. iij. in fin. Pro ista conclusione adduco tibi text. in l. si ab vno. in verbo, solum. j. de lega. ij. vbi probatur, ꝙ quando onus põt per viam legati seu prælegati imponi vni soli ex hęredibus, ex hoc quòd vnus grauatur præstare insolidum, cæteri videntur liberati pro rata sua, & sic prima obligatio est sublata. Sed quia posset esse aliqua differentia inter illum casum, & nostrum, quam non curo prosequi nunc, sufficiãt iura s. alleg. & per hæc est expedita glo. tua. ¶ Contra istam meam solu. arguo dupliciter. & primò, quia cùm delegatio fiat solùm per stipulationem, vel litis contestationem: vt l. prima. C. de noua. & l. delegare. præallegata. non videtur quòd ex dispositione testatoris mandantis legatario soluere possit resultare delegatio. Secundò, & fortius, quia delegatio ꝓprie non potest fieri, nisi det debitorem delegantis, secundùm glo. nota. in l. q̃uis. §. si mulier. ff. ad Velleia. & in l. si Titius. ff. de nouati. & tenet Bald. in l. j. C. eo. & Specul. in titu. de obliga. & solut. §. nunc dicamus. circa principium. Ergo cùm iste legatarius in casu §. nostri, grauatur soluere creditori, nõ esset debitor ipsius testõris, nõ videt ista posse appellari delegatio. Sed ad primũ respõdetur, ꝙ illa regula procedit, quando delegatio fit

tio fit per viam cōtractus: secus si fiat in vltima voluntate, in qua multa inducuntur, quę non possunt fieri per viam contractus: verbi gratia, quòd dominium transfertur[a] solo titulo sine traditione, & acquiratur etiam ignoranti: vt l. cùm pater. §. surdo. j. titu. proxi. & l. fin. C. de curato. furioso. Ad secundum respōdetur tripliciter. Primò negādo illas gl. esse veras. nam contrarium sentit Barto. clare in l. delegare. allegata. & contrarium videtur probare in l. si Titius. & in l. pure. §. si in eum. ff. de doli except. non impropriando verba text. vnde aliàs respondendo de iure, si bene memini, in casu magnifici domi. Angel. de Angelotis: vnde ego nō sum secutus istam viam, quia ad esse delegationis, sicut dicit diffinitio in dicta l. delegare. satis est, q debitor creditori offerat alium qui promittat, & efficiatur reus loco sui. vnde quicunq; sit ille, siue debitor delegantis, siue non, nihil ad rhōbum. Vel potest dici, tenendo illas glo. quòd licet ista non possit dici propria delegatio, sortitur tamen naturā delegationis, quia est species contractus sibi similis, propter mandatum creditoris, quod præcedit: & ideo iura largo modo appellant eam delegationem: vt probatur in dicta l. si Titius. iuncta gl. sicut dicimus, quòd contractus innominatus sortitur naturam contractus nominati, cui est magis similis: vt l. j. §. si quis seruum. ff. depo. & l. Titius. ff. de præscrip. verb. facit q̄d habetur in l. si olei. C. mandat. Sed ista secunda responsio potest satisfacere etiā primæ obiectioni, si bene inspicias. ¶ † Extra gl. inducitur iste tex. per Dyn. & Bar. & alios ad quæstionem, vtrū fideiussor possit esse iudex, vel testis in causa debitoris sui[b] principalis. In qua quæstione adde dictis docto. breuiter, & primò inquantum Bar. hic distinguit, quòd fideiussor renunciauit beneficio excussionis, tunc nō posset esse testis: secus si non renunciasset. nam licet ista distinctio videatur multum æqua, tenet contra eam Ioā. Andr. in tit. de test. §. j. ver. quid si fideiussor. vbi dicit, q dictum Spec. qui dicit fideiussorem posse esse testem, quando debitor principalis est soluendo, ipse addit, q hoc est falsum, maxime si fideiussor renunciauit bñficio excussionis: & sic manifeste sentit, quòd idem, & si non renunciasset. Et hanc opin. sequitur hic Ang. & clarius Io. de Imol. & vtit̄ ratione ex similitudine rationis quidem: quia licet respectu præsentis temporis, quo petitur à debitore, fideiussor non possit cōueniri, si non renunciauit beneficio supradicto: qa tñ posset effici non soluendo ante soluti. considerato hoc quod potest euenire, vt hic iste dicat̄ testificari in causa propria, secundū eum. ¶ Cōfirmatur ista ratio, quia etiam qñ debitor est absens à prouincia, pōt agi cōtra fideiussorem, nō excusso principali: vt in cor. de fideius. §. j. & hoc facilius posset contingere. Sed forte posset dici, quòd iste casus nō posset habere locū, quando debitor principalis iam cœpit cōueniri. Vnde melior est ratio præcedens, per quā ego istam opin. secutus sum in c. super. extrà, de test. & videtur esse cōmunior opi. Ange. autem in cōsi. ccxc. solenniter attingendo articulū istum, dicit, q opi. Ioan. And. est vera, nisi esset verisimile, quòd fideiussor, qui vult testificare, non esset passurus aliquod incōmodum ex fideiussione. exemplum, secūdùm eum, si debitor principalis est mercator diues, & communi opi. legalis, & fidus: tūc enim nō est verisimile, quòd debitor iste patiatur fideiussorem molestari & cogi ad soluendum. allegat gloss. & quod ibi notāt doctores in l. j. ff. de solu. quæ dicit, quòd debitor legalis & honestus præsumitur magis velle soluere debitum, in quo alius obligatus est pro eo, quàm illud in quo ipse solus est obligatus sub vsuris. potest eñ iudex audacter confidere, si debitor est locuples, & valde legalis persona, quòd ipse faciet debitum: vt l. si res pupillaris. ff. de admini. tuto. & l. argētum. in fi. ff. cōmo. hoc tamen intelligit, & temperat, quando quantitas debita nō erat magna, inspecta persona debitoris. Sed in isto exemplo pōt cadere consideratio d. Io. qui antequam soluat, poterit effici nō soluēdo: vnde adhuc stat ratio suspitionis. Secundò exemplificat iste in debitore principali, qui deposuit pecuniam: ita quòd certum est pecuniam esse soluendā à debitore. Sed ista ratio adhuc non est multum firma prima, vt obuietur fraudibus, ne scilicet in fraudem creditoris debitor faciat depositū, vt possit habere fideiussorem in testem: pro qua ratione, vt dicit Guil. de Cun. in l. & hære. §. nos autem. ff. de pact. vt refert hic Bald. quòd cedens non possit testificari pro cessionario, ne sic aperiatur via fraudi. contra l. cùm hi. §. si cùm ius. ff. de transact. Preterea depositum posset reuocari à debitore: vt l. acceptam. & ibi not. C. de vsur. Item posset perire culpa debitoris. vnde adhuc remaneret obligatus ex dispositione, iuxta not. in l. qui decem. in princ. ff. de sol. Sed prima ratio, quo ad mentem iuris magis vrget. ¶ Tertiò exemplificat, quādo fideiussor esset bene cautus, quòd non deberet molestari vel cogi ad soluēdum: verbi gratia, cùm debitor prīcipalis dedisset bonos fideiussores, & idoneos, quod ipse seruaretur indemnis, & non molestaretur: sed quia illi etiam possunt effici non soluendo, adhuc videtur durare ratio domini Ioan. per quam videtur esse tutius tenere communem sententiam.

SVMMARIVM.

1 In materia stricti iuris appellatione debitoris continetur fideiussor.
2 Fideiussor quando mandat hæredi, vt soluat id quod debet ex illa causa, heres soluens repetere non potest à debitore principali.
3 De pretio vbicunq; explicite vel implicite fit mentio, intelligitur de iusto & communi.
4 Dispositio de re vendenda valet, quamuis certum pretium non adijcia-

tur à testatore.

SI fideiussor. Licet expressum non valeat, valet tamen tacitum, quod nō venit accessorie ad expressum, sed stat per se principaliter. Vel sic, & clari⁹: Si fideiussor legat creditori, competit actio ex legato debitori principali, non ipsi creditori, & etiam hęredi ipsius fideiussoris, quando legatarius esset grauat⁹ soluere hoc debitum. h. d. Secunda est ibi: quod si eidem. ¶ † No. ibi: qđ ei deberet. nam hic satis clare probatur, quòd etiam id quod quis debet, tanquam fideiussor, proprie potest appellari debitum: & ex hoc sequitur, quòd etiam in materia stricti iuris appellatione debitoris continebitur fideiussor: & hoc tenet Bartol. expresse in l. j. in vlti. col. ff. si certum peta. per l. & magis. ff. de solu. per quā Io. de Imo. dicit not. in l. j. ff. eo. quòd statutum disponens de captura debitoris habebit locum in fideiussore: & idem dicit Ange. fuisse determinatum Perusij de facto in auten. vt hi qui obligatas. §. j. in fine commenti. vbi dicit obtinuisse, quòd in illa materia correctiua & pœnali appellatione debitoris venit fideiussor per iura allegata, per Bar. in d. l. prima. ¶ † Secundò nota singulariter secundùm Bal. quòd quando fideiussor mandat hæredi vt soluat id quod debet, ex illa causa hæres soluens non pōt repetere à debitore principali. Et licet glos. in verbo, non poterit, intelligat hoc esse verum, quando apparet de animo fideiussoris iubentis: hæc tamen gloss. videtur destruere text. qui loquitur in casu dubio, vt dicit Bald. hic, & Moder. post eum. Est & ali⁹ casus, videlicet quando testator mandat hæredi, vt fideiubeat pro alio: tunc enim soluendo nō repetit: vt l. tribus. ff. de vsufruct. earum re. quę vsu consumun. quam etiam adducit hic Bal. & per istum textum infert ipse, quòd si testator mādat creditoribus suis solui id, quod ipse debet, & aliquid debeat tanquam fideiussor, hæres soluēdo non poterit repetere per istum textum. Nec obstat, si dicas, quòd hic loquitur, quando mandauit in specie: secus si mādasset in genere: quia ista responsio est iuridica, secundùm eum: quoniam regulariter tantum valet genus quo ad genus, quātum species quo ad speciem: vt l. si duo. in princi. ff. de administra. tutorum. & tradit Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau Do. Paul. de Castr. hic dicit, quòd istud prima facie videtur absurdum, sed cur sit absurdum, non declarat Ioā. de Imo. dicit, quòd istud dictum non transit sine scrupulo, per l. & magis. ff. de solu. vbi soluens in dubio magis videtur soluere pro debito ꝓprio, quàm pro alieno, pro quo est fideiussor: sed illa l. non facit ad q. qua ibi actus soluentis non respiciebat totum genus, sed de necessitate vnum de contentis in genere: nam fiebat solutio in vnam causam. Vnde hoc casu verum est, quòd potius videtur intelligere de debito proprio, quàm de alieno. Sed in casu nostro sermo testatoris respicit, & potest respicere omnia contenta in genere. vnde licet senserit de debitis proprijs, potuit etiam sentire de alienis. Aduerte tamen, quia alia ratio fortius facit contra istam doctrinam. nam testator qui mādat isto modo solui creditoribus suis, solùm videtur hoc facere pro exoneratione conscientiæ suę, secundùm Bald. in dicta leg. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. & in l. & si inutiliter. C. de fideicommis. Vnde cùm exoneratio conscientiæ respiciat solùm ipsum creditorem, cui debitor debet restituere, non videt̄ quòd intētio testatoris sit, hoc casu velle prouidere alteri, cuius interesset: & istud multū ratio naturalis dictat. doctrina tamē est pulchra. ¶ In gloss. super verbo, non poterit. ibi: item no. quod expressum &c. Ista est materia satis vulgaris, in qua tria breuiter videntur addenda. Et primo inquantū Bar. dicit, quòd ad hoc vt actus tacitus, qui non venit accessorie ad actū expressum, valeat vitiato expresso, requiritur quòd eodē modo est fact⁹ vnā

[a] ¶ Dominium transfertur. Adde l. pen. C. de rei vendi. l. traditionibus. C. de pactis. Iaso. in l. si ex supplicatione. in j. nota. ff. de acquire. possessio.

[b] ¶ Vel testis in causa debitoris sui. Adde Io. Andr. in addi. Spec. tit. de iudice delegat. in §. superest. versicul. sed nūquid fideiussor. Angel. in l. ab executore. in §. j. ff. de appel. Bar. in l. si qs ita. ff. de reb. du. Io. de Imol. in l. à sententia. in prin. ff. de appell. Floria. in l. dictantibus. C. de test. Alex. de Imo. consil. lxxvij. inci. in causa & lite vertente inter Bartholomæum. in j. volu. Ang. consil. cclxv. inci. visis attestationibus. Io. de Imol. consil. lviij. incip. in casu præmisso videtur breuiter dicendum.

tum expresso valeret, & posset fieri de per se, sine actu expresso. quod habet locum in legato secundùm eũ: nam potest fieri nutu, etiam sine verbis: vt l. nutu. j. de leg. iij. Ista enim restrictio videtur esse necessaria, per tex. in l. fi. C. de hære. insti. & per ea quæ posuit idem Bar. per illam l. & per hæc not. in l. j. in vlti. q. & in alia præcedenti. s. de vulga. & pup. vbi dicit, quod substitutio pupillaris facta extraneo continet tacitam vulgarem: & tamen tacita vulgaris non posset fieri de per se, sine verbis: quia nomen hæredis debet exprimi, vel scribi à testatore: vt l. iubemus. C. de testa. Secundò adde, quòd quando tacita dispositio oritur virtute repetitionis, quæ censetur facta de conditione expressa in vno legato ad aliud legatum: tunc si conditio nihil operaĩ in expresso, nihil etiam operabitur in tacito virtute repetionis: vt est casus not. & ibi per Bar. in l. si dic. §. fi. j. de cõdi. & demõ. Tertiò adde, secũdùm Io. de Imo. hic, ꝙ Bar. non bene videtur respõdere ad l. si sponsus. §. j. de dona. inter virũ & vxo. nã ibi dicitur, ꝙ liberatio facta vxori per acceptilationẽ nõ prodest correo debẽdi, qui erat secum obligatus: poterat enim ibi liberari æque principaliter: ergo videtur, ꝙ tacitũ non vitietur per expressum. Sed ipse respõdet, ꝙ Barto. forte ibi ideo ita dicit, quòd cùm liberatio per acceptilationem non posset fieri, nisi præcedente Aquiliana stipula. ista stipulatio nõ potuit fieri in persona correi, siue non potuit procedere, ex quo reus nõ erat ibi præsens, vel saltem si fuisset præsens, posset dici quòd ex quo reus ipse nihil promisit post stipulationẽ, acceptilatio non potuit valere ęque principaliter in persona ipsius. Sed tunc ob. secũdùm eum, quia saltem potuit valere acceptilatio, vt pactũ: quoniam in actu liberatorio, si nõ valet quod ago vt ago, valet vt valere potest: vt l. an vtile. §. j. ff. de accepti. nec potest dicere secũdùm eum, quòd hoc pactum nõ posset sibi prodesse, tanquã absenti, per ea quæ habẽtur in l. non solũ. §. liberationis verba. de libe. lega. quia istud nõ est verũ in tacito pacto liberatorio: vt l. ij. C. de pac. & l. si creditores. & ibi per Bar. C. eo. vnde ipse dicit, illũ tex. intelligendum, ꝙ ideo ibi liberatio non prodest correo saltem in vi pacti, quia isti duo rei erant socij: vnde si liberatio prodesset correo, prodesset etiam vxori. & sic per indirectum concederetur id, quod non conceditur directo, contra l. fraus. ff. de lega. & l. pupillus. cum vulg. ff. de auto. tu. Tu autem dicas altero de duobus modis, vel quòd licet ibi correus posset liberari ęque principaliter, non tamen creditor liberans hoc voluit, quia liberauit vxorem principaliter contẽplatione ipsius. Vnde cùm liberatio correi veniat accessoriè, si non valet principale, non valet accessorium. l. iij. in fi. de serui. rusti. prædio. Vel potes dicere, quòd etiã si voluisset ęque principaliter liberare vtrũq;, illa liberatio non valebat in forma acceptilationis ratione supradicta. & quod dicitur, saltẽ potuit valere in vim pacti: hoc est negandũ, duplici ratione. Prima est, quia ex quo præceptũ correi nõ pcesserat, stipulatio Aquiliana videĩ esse pactũ in forma: quo casu datur regula, ꝙ si non valet quod ago vt ago, non valet vt valere potest, etiam in actu liberatorio: sicut traditur in l. j. §. j. vel ij. ff. de verb. obli. Sed posito ꝙ isto respectu non impediretur valere in vim pacti, quando correus esset absens, manifestũ esset eum nõ valere in vim pacti, valet, ne duo specialia concurrerent circa idem, & codẽ respectu. s. fauore liberationis, cõtra l. j. C. de dot. promis. nã fauore liberationis est, ꝙ si non valet quod ago vt ago, valet vt valere potest. Idem eius fauore est, ꝙ quando liberatio est tacita, possit fauere absenti, contra ea quæ habentur in dicto §. liberationis verba. & ita posset intelligi ille text. quem etiam in absente videtur intelligere Ioan. de Imol. in dictis suis.

Meminisse. Damnatus vẽdere rem simpliciter, tenetur eam vendere iusto pretio, nisi pretium sit taxatum à testatore. h. d. Secunda ibi: quod si certum. ¶ †Not. ꝙ vbicunq; explicite vel implicite fit mentio de pretio, etiam in dispositione hominis, intelligitur de pretio iusto, & communi: de quo in l. vt pretia rerum. j. ad l. Fal. & in l. mortis causa. §. fi. de dona. causa mor. Quid autem esset hoc casu, si alius offerret maius pretiũ hæredi, vtrum legatarius illud idem teneatur soluere, vel pretium commune, est no. q. quam format Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de emp. & ven. §. nunc dicendũ. in ver. sed quod statim. cuius dicta licet non alleget eum, sequitur Barto. no. examinans q. l. ij. in vlti. q. C. de rescind. ven. & Moder. reprehendentes ibi Ang. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. & ibi scripsi. ¶ †Secundò no. ꝙ remediũ l. ij. de rescin. vendi. nõ videtur habere locũ in eo, qui est iussus vendere à testatore certo pretio. & ad hoc not. singulariter Bal. hic istũ tex. quẽ allegãt Mod. in l. si quis cùm aliter. de verb. obli. & etiã referũt hic, pro quo vide tex. lõge meliorẽ in l. etiã. §. quid si quis. circa mediũ. ff. de peti. heredi. vbi tex. dicit, ꝙ dispositio testatoris habet locũ etiam pro exiguo pretio, si sit iussus hæres vẽdere. quod verbũ significat valde modico. ¶ †Tertiò not. ꝙ dispositio, de vendendo rẽ, valet, licet testator non adijciat certum pretium. & idẽ est in promissione de vendẽdo, secũdùm Bal. hic, qui allegat Cyn. hoc tenentẽ, quãuis ipsa vẽditio sine pretio certo celebrari nõ possit: vt in d. §. pretiũ. Insti. de empt. & vẽdi. ¶ Quartò ponit hic Bal. ar. ꝙ si beneficium est taxatũ in curia pro certa quãtitate, sufficit impetranti exprimere id quod continetur in taxatione curiæ, licet vere ad maiorẽ quãtitatẽ ascendat: ar. huius tex. hic, qui bene probat hoc. Quia in glo. doc. nihil scribunt, addẽdum est etiam breuiter aliquid ad ea quæ tangit hic Bartol. & primò, cùm tangit illam quæstionem in eo, qui est iussus vendere, vtrum oblato pretio venditio habeatur pro perfecta. & posito ꝙ habeatur pro perfecta, vel posito quòd vẽditio vere sit facta, vtrum transferaĩ dominiũ rei venditæ ipso iure in legatarium. ¶ Super primo cõcludit Bart. in l. vxorem. §. agri plagã. j. de leg. iij. ꝙ venditio habetur pro facta, per l. Labeo. ff. de contrahen. empt. quæ l. modicũ facit, quia ibi venditio erat apposita in condi. ad purificandum alium contractum. Vnde secundùm regulas iuris est, ꝙ si nõ stat per volentem vẽdere, conditio habeatur pro impleta: vt l. iure ciuili. de condi. & demonst. Sed qñ venditio ponitur in dispositione, quia quis obligaĩ vendere vel reuendere, contra naturam obligationis est, quòd venditio habeatur pro perfecta: quia cùm ista promissio contineat factum secundùm glo. in l. certi cõdictio. si cer. pet. & Bar. in loco præallegato. quatenus continet factum, deberet succedere obligatio ad interesse, si promittens nollet factũ implere: vt l. si quis ab alio. cum materia. ff. de re iudic. hic autẽ cogeretur ad plus. i. ad factum præcise, si venditio haberetur ꝓ perfecta. qđ non videtur rationabile, & contra text. in l. ij. de pact. inter empt. & ven. vbi probatur, ꝙ ex pacto de reuendendo competit actio ex vendito ratione primi contractus, & actio præscrip. verbis. Modo cõsidera, ꝙ si venditio haberetur pro perfecta, tũc superfluum esset, ꝙ competeret actio ex vendito ex primo cõtractu, ex quo cõpeteret ex secundo ad tradi. rei. Vnde non possumus dicere in illo casu, quòd virtute pacti ille qui teneĩ reuendere, habeat actionẽ ex vendito etiã ad tradendũ: vt l. si hæres. ff. de act. emp. nam hoc posset esse verũ, qñ ex facto resultaret alia actio ad tradẽdum, quàm actio ex vendito, quæ oriretur ex venditione, quæ habetur pro facta, sicut act. ex testamento in d. l. si hæres. Sed quãdo oriretur eadem ratio, tunc superfluum esset ex primo & secundo contractu dare eandem act. iuxta l. qui bis idem. ff. de verb. obli. & bene facit ad idem text. in l. si cùm venderet. in princip. ff. de pignor. actio. vbi ex pacto de retrouendendo apposito per venditorem competit venditori act. in factum, quæ videtur esse act. subsidiaria. ergo si venditio haberetur pro perfecta, non deberet competere. †Scias tñ, ꝙ quando contractus est rescindendus in fauorem vnius ex partibus, sola pronunciatio iudicis facit, vt contractus habeatur pro rescisso, absq; eo ꝙ interueniat consensus partiũ: vt est tex. not. quẽ ad hoc no. Bar. in l. fundus Lucij Titij. ff. de rescin. ven. Aduerte etiã: quia gloss. in dicta l. ij. de pact. inter empt. & ven. videtur dicere clare, ꝙ illa actio ex vẽdito, quæ competit ibi, est actio orta ex primo cõtractu, quæ vocatur actio informata à pacto: & sic sequitur ratio, quã s. dixi. optime etiã facit text. in d. l. si cũ venderet. intelligendo de act. in factum subsidiaria, vt dixi, de qua in l. quoties. de præscrip. verbis. Et licet gloss. ibi intelligat de act. in factum. i. præscrip. ver. quæ est orta ex primo contractu, propter pactum incontinenti appositum: tamen ille intellectus non videtur posse procedere: quia tex. dicit ibi, quòd creditor potest agere contra debitorem, vt cedat sibi act. ex vendito: & sic datur intelligi, ꝙ nõ erat quæsita creditori ipso iure actio ex vẽdito: ergo similiter non potuit acquiri actio, præscrip. verbis, ex primo contractu. Inde intellectus docto. & glo. ibi, nõ põt procedere: quia non põt assignari ratio, vt cur ex facto creditoris magis esset acquisita vna actio debitori ipso iure, quàm alia quæ nasceretur ex eodem contractu. Et ideo Angel. in l. in æstimat. ff. de peti. hæ. dicit, ꝙ qñ legatarius offert pretium, & hæres non vult vendere, nõ potest. transferri ius ex venditione, quæ nulla fuit sic, & præsupponit, ꝙ non habeatur pro facta, vt dicit Bar. Intelligas ergo tex. in l. vxorem. §. agri plagam. de lega. iij. qñ præcessit venditio iuxta voluntatem testatoris: sicut diciĩ in l. si hæres. ff. de act. empt. & ꝙ promissio de cõtrahẽdo cõtineat factum & interesse, si non seruetur promissio: vt est text. cum glo. in l. ex ea parte. in prin. ff. de verb. oblig. ¶ Super secundo articulo, in quo quæritur vtrum facta vẽdit. vel quãdo, habetur pro facta, secundùm Bar. transferatur dominiũ ipso iure, sunt opi. de quibus hic ꝑ Bal. & ꝑ Bart. plene in d. §. agri. quorũ dictis breuiter adde, ꝙ tota difficultas quęstio. pendet in hoc, vtrum promissio de vendendo, vel iussus de vendendo, principaliter & ex vi verborum contineat traditionẽ rei, vel potius in isto legato traditio rei veniat in consequentiã ad legatũ venditionis. Super quo Bar. dixit in d. §. agri. ꝙ ex proprietate verborum iussus vendere vel ꝓmittens obligatur tradere. & ideo dicit, ꝙ facta venditione vel habita pro facta dominiũ transferĩ ipso iure in legatarium: quia satis dicitur legatum esse expressum, qđ est expressum verbis generalibus: vt l. fi. & ibi not. C. qđ cum eo. Quòd aũt sub verbo, venditio, obligatus vendere virtute verborum teneaĩ ad dandũ vel tradendũ: allegat tex. in l. certi cõdictio. ff. si cer. pe. & idem dicit in l. cùm vsusfructus. ff. de vsufru. leg. per eandem glo. Sed in contrarium est glo. ordi. quam ibi summè no. Ang. in l. in æstimationibus. ff. de peti. hæredi. de qua etiam Bal. meminit hic. & istam sequitur ibi Ange. & ista opin. placet, quam etiam approbat hic Io. de Imo. primò per tex. in d. l. si hæres. de actio. emp. vbi dicitur, ꝙ iussus vendere ea quæ sunt propria contractus emptionis, etiam veniunt ad contractum in consequentiam obligat. ac. ex testamẽto: & sic patet, ꝙ obligatur ad ea, vt accessoria contractus, nõ vt aliquid, qđ sit pars essentialis venditionis, & quod contineatur sub hoc nomine, venditio. Et licet Bar. hic in alia qõ. quam hic format, videatur intelligere illam l. ad accessoria venditionis, quæ tamen non sunt venditam, sed ad rem venditam accedunt. exẽplum in l. si prægnans. & l. vaccę. ff. de euict.

ff. de euict. ista tamen est nimis magna restrictio ad illum tex. Præterea sequeretur secundùm hoc, ꝙ venditio non perficeretur solo consensu ante traditionem perfectione essentiæ, qđ est manifeste contra text. in l. consensus. circa medium. ff. de act. & obliga. & contra l. j. C. de peri. & commo. rei ven. Vnde tex. in d. l. contractus, in fi. dixit, ꝙ ex contractu facto consensu oritur obligatio ad præstationem rei: & sic patet, ꝙ præstatio rei est ius surgens ex contractu præcedenti, non pars ipsius contractus. Vnde secure tenenda est ista opi. quòd in legato de ꝓmissione de vendendo traditio rei veniat in consequentiam, & vt legatum tacitum accessorie non ex vi verborum. & ex hoc sequitur, si teneas cōmunem opi. quæ ponitur in l. j. & in l. seruum filij. §. fina. s. eo. quòd ex tacito legato, qđ venit in consequentiam, nō trāsferatur dominium ipso iure, & verbum, petitio, qđ ponitur in d. §. agri. capietur impropriè pro actione personali: sicut capit̄ in d. l. is qui. & in l. ex promissione. ff. de act. & oblig. secundùm Ioan. de Imo. Si autem teneres opi. meam, quam posui ī l. seruum filij. in fi. s. eod. ꝙ etiam in legato tacito transferatur dominiū ipso iure: tunc possumus sequi sententiam Dy. & Barto. simpliciter. & verbum, petitio, positum in d. §. agri. stat impropriè pro actione reali: vt l. actio in personam. de act. & obliga. Specul. tamen in tit. de locat. §. nunc aliqua. ver. xcv. dicit, ꝙ prohibitus venderē sub pœna nō incidit in pœnam, nisi traditione secuta: quia verba debent intelligi cum effectu: vt l. j. in fin. ff. quod quisq; iu. & forte propter istam rationem nō posset sustineri hoc dictum, sed propter aliam, quam subiungit: quia contract' non est perfectus, ideo non posset: sed satis dicitur perfectus, quo ad essentiam, licet nō quo ad executio. vt declaratur in dicta l. j. C. de pericul. & commo. rei ven. Ang. tamen in d. l. in æstimatio. dicit, ꝙ si sit facta vēditio ab hærede, tunc res iudicabitur simpliciter ex natura contractus vēditionis. & ideo nō trāsferetur dominiū ipso iure, sed perīde erit, ac si venditio esset facta iussu non præcedente. Si autem legatarius offerat ꝑtium, & hæres non velit vendere, non pōt hic considerari venditio, cùm nulla facta sit. Sed tunc transferetur dominium ipso iure ex legato, ac si res simpliciter fuisset legata. & ita intelligit tex. in §. agri. Sed ista opin. non placet: quia etiam facta venditione, & secuto pretio, res dicitur possideri titulo legati, & vltimæ voluntatis. Casus est notabilissimus, & ibi hoc tangit Ang. in l. etiam. §. quod si quis. ff. de petitione hæreditatis. vbi ille qui emit hæreditatem ab hærede, quæ debuit sibi vendi ex iussu testatoris, appellatur fideicommissarius vniuersalis. Præterea in §. agri. non apparet, vtrum fuerit facta venditio, vel non. dic ergo, vt s. diximus, ꝙ res etiam secuta venditione est in legato in cōsequentiam, & tacite: vt dicit tex. in d. l. si hæres. Tene tamen menti duo notabilia dicta, quæ ponit Ange. in d. l. in æstimationibus. vult enim, ꝙ si de quolibet contractu debet solui gabella, soluetur & de cōtractu seu venditione facta iussu testatoris. & similiter si res prohibetur legari, sed nō vendi, valebit venditio facta iussu testatoris. Contrarium tamen tenuit Guil. de Cun. & Bald. in l. cùm hi. in princip. ff. de transact. & sequitur ibi idem Ange. vbi tenent, ꝙ sicut super alimentis legatis non pōt fieri trāsactio, nisi visis & cognitis verbis testamēti & c. & autore prætore: ita non poterit fieri super alimētis venditis ex iussu testatoris. Posuit etiā hic Bar. aliam quæstionem de arbitro, qui condemnauit in laudo suo Titiū locare domum Sempronio sub pœna contenta in compromisso. vtrum si locauit, & postea non patiatur eum vti & frui, incidat in pœna compromissi? Et concludit ꝙ à pœna compromissi fuit liberatus locando rem, per l. in numerationibus. in fin. ff. de solut. per l. Stichus si hæredi. ff. de statu libe. vnde licet postea non patiatur eum vti & frui, non incidat in pœnam compromissi: vt habetur in l. inter Castellianum. ff. de arbi. responde, vt hic per eum. Ad l. si hæres. de actio. emp. respondet, ꝙ inquātum illa l. dicitur ex iussū de vendendo posse agi actione ex testamento, ad ea quæ veniunt in consequentiā venditionis, istud intelligitur de his quæ veniunt accessorie ad venditionem, non tamen continentur in ipsa venditione: sicut res quæ accedunt rei principaliter venditæ: & sic manifeste vult, ꝙ ipsa rei traditio vel patientia vtendi & fruendi in locatione non possit peti act. ex testamento: quia res vendita & locata cōtinetur in venditione & locatione expresse: & sic non veniunt in iussu vel promissione de vendendo. Sed ista doctrina nō est vera, & ex dictis suis met cōfunditur, quę ego s. retuli in alia q. dum dixi, ꝙ promissio de vendendo seu iussus cōtinet non solū fructus, sed dationem vel traditionem rei. & hoc probatur expresse in d. §. agri plagam. quęcunq; intellectum teneas. Nam siue dicas, ꝙ ibi agatur actione personali, postquā vēditio fuit facta, vel habita pro facta ad ipsam rem. ibi est casus clarus, ꝙ pro re quæ venit in ipsa venditione pōt agi ex promissione vel iussu de vendendo. Si aūt dicas, ꝙ ibi agitur rei vendi. secundū Dyn. & Bart. adhuc elicitur idem. quia si cōpetit rei ven. & dominium fuit trāslatū ipso iure: ergo manifeste patet, ꝙ etiam res ipsa censetur legata ex iussione facta de vendendo: ergo pōt competere actio personalis ex testamēto: vt in l. nostra. Insti. de leg. Vnde Ioā. de Imo. hic reprehendit ista dicta Barto. in ista q. quia sicut in legato de vendendo cōprehenditur traditio rei, licet in consequentiam: vt declaraui s. ita arbiter condēnando ad locandum videtur voluisse obligare partem, non solùm ad id qđ venit in ea, in obligatione principaliter, quod est locare: sed etiam ad id qđ venit in consequentiam, id est ad patientiam vtendi & fruendi: quia istud est implemētum, qđ debet fieri ex parte locatoris: vt l. si in l. §. fi. ff. locati. & l. ædem. C. eod. & per Bar. in l. si seruus. §. fi. de sti. ser. Non obst. tex. secundùm eum in l. in numerationibus. in fin. quia concedo, dicit ipse, ꝙ ille qui locat, est liberatus ab vna ex duabus rebus, quæ veniunt in præcepto de locando. Sed per hoc nō sequit̄, ꝙ sit liberatus ab alio, qui videtur contineri in præcepto in consequentiam, scilicet ad patientiam vtēdi & fruendi: sicut videmus, ꝙ in consti. vsusfruc. vel alterius seruitutis, licet quis liberetur ab obligatione ista de cōstituendo vsumfructum, in quantum continet ius per actum momentaneum, non tamen liberatur ab alio, quod continet ipsa obligatio, scilicet à præstatione patiētiæ vtēdi & fruendi, quæ continet factum: vt l. iij. §. dare. ff. de vsufruct. in tex. & glo. & l. corruptionem. in tex. & glos. in l. pluribus. §. & si placeat. de verbo. obliga. & hanc similitudinem adduxit hic Ange. contra Bart. Et quando vna obligatio continet plures res de volūtate creditoris, possit satisfactio sequi in vna, ita quòd non in alia, probatur in l. & si vnus. ff. de actio. empt. & plene declarat Bar. in scire debemus. in prin. de verb. obliga. probatur etiam ista cōclusio optime in l. Iulianus. §. si fundum. & quod ibi per Bartol. ff. de verbor. obligationi. vbi patet, quòd quando res fuit tradita, sed aliqua deficiebant, quæ veniebāt accessorie ad traditionem rei, licet possit agi ad rem tradendam, acsi non esset tradita, tamen debet exprimi in libello, ꝙ res petitur, vt consequatur actor id, qđ sibi deest. & sic patet, quòd respectu eius, qđ fuerat traditum, non durabat amplius obligatio. Vnde ista dicta Barto. male possent sustineri: qa impugnantur à dictis suis met. & ideo Bar. vbiq; præter hic, sentit oppositum, videlicet in l. Titio centum. in princi. j. de condi. & demon. & in l. si quis hæredem. C. de insti. & sub. & in c. j. §. si pater, si de feud. fue. contro. inter do. & agna. Prima duo loca allegat etiam do. meus in l. ꝓmisceri. §. species. de acqui. pos. vltimum non allegat. Posset tamen defendi opi. Barto. noua ratione in casu suo: quia iura introducta cōtra eū loquuntur in materia fauorabili, vel saltem non odiosa, seu pœnali: in pœnis autem fit strictior interpretatio, vt in regula, in pœnis. de regul. iur. Ideo in casu Bartol. vbi agitur de pœna committenda, ex quo in promissione vel iussu de vendendo seu locando traditio vel patientia vtendi venit in consequētiam, pœna apposita super principali propter odiū accessorie non extendatur ad id, quod venit in consequentiam. Ista distinctio videtur probari ex l. venditor. iuncta l. si pręgnās. & l. vaccæ. ff. de euict. & ex his quæ not. gloss. in l. non quocunq;. §. Iulianus. j. eod. in quibus probatur, quòd licet in actione ex empto veniant res accessoriæ ad rem principaliter venditam: non tamē comprehenduntur in stipulatione duplę, quæ est pœnalis. facit optime tex. & quod ibi per Bar. in l. fina. §. Lucius. ff. de condi. indebi. vbi restitutio in integr. cōcessa sup principali, † quia sententia iudicis est stricti iuris, vt l. diu fratres. ff. de libe. causa. & quia restitutio minoris inducitur de iure speciali, non extēditur ad accessoria illius rei. Quod ergo operantur ibi illæ duæ qualitates, operabitur hic incursus pœnę. facit tex. & quod ibi not. in l. quāuis. & l. per retētionem. C. de vsuris. Secundò adde ad pe. q. quam s. tetigi, ꝙ quando id qđ venit accessorie ad rem, quæ est in compromisso, accederet ita, vt expediretur per officium iudicis mercenarium: tunc videretur, quòd pœna imposita pro eo, quod pricipaliter est deductum in laudo, haberet locum etiam in eo, quod venit accessorie: per ea quæ habētur in gloss. ordi. in l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. quę vult, quòd compromissum factum super re principali sub pœna extendatur, vt arbiter possit pronunciare de fructibus. & idem dixit Angel. de expensis in l. si vacantia. C. de bo. vacan. libr. x. in vj. charta. Vnde sicut partes deducendo in compromisso rem principaliter, videntur etiam deducere tale accessorium: ita posset dici, quòd quādo ad cōdemnationem factam super vno iure tacite veniret in cōsequentiam præstatio alterius iuris, per iudicis officiū mercenarium, etiam ad illud extenderetur sententia arbitri. Consequenter etiam tetigit hic Ioan. de Imo. illam not. q. nunquid condēnatus restituere rem per sententiam, ipsam tradendo fit plene liberatus ab act. iudicati: ita quòd si res iterū perueniat ad eū, nō possit res ab eo auferri act. iudicati, vel officio iudicis. de qua quæ. vide vltra ipsum qđ not. Barto. in duobus locis, videlicet in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis pig. vel hypothe. solu. & in l. Clodius. ff. qui pot. in pig. habe. quę dicta etiam adducit do. me. in l. permisceri. §. species. ff. de acquiren. pos. Et quia satis placet mihi distinctio domi. Ioā. hic, & in §. species. quam etiam sequitur ibi dominus meus, duo tantum sunt addenda. Primū, quia inquantum dominus meus ibi respondet ad l. sed & si possessori. in princi. de iureiur. quòd ideo ibi durat actio in factum orta ex iuramento: quia ille qui iurauerat in casu illo, erat possessor tempore iuramenti. Vnde non pōt dici aduersarius liberatus ab act. iudicati, vel ab actio. in factū, ex eo quia restituerit rē: quia non restituit. & ideo si res postea perueniat ad eum, competit cōtra eum act. ex iuramento. allegat gloss. not. in fi. in l. si à te. §. j. ff. de except. rei iudi. quę dicit, ꝙ si actor in rei ven. declaratur dominus, & absoluitur reus, quia reperitur nō possidere, ista sentētia facit ius, ita quòd si possessio ad eū perueniat, poterit conueniri virtute sententiæ. Sed isti casus sunt diuersi: qa quādo sententia absolutoria fertur pro reo, quia possidet, quia ipse est dominus, sententia trahit secum executionē perfectam ipso iure: vt l. merum. §. si pretor. ff. quod met. causa. vnde agēs contra eum, in quē fuit lata ab

ſolutoria, perfecte dicitur liberatus à reſtitutione rei: quoniam habetur pro reſtituta per ſentētiā, quę trahit ſecū executionē, vt dixi. Sed in caſu l. ſi à te. executio nec erat ab homine, neq; à l. vnde nō eſt ſimile. Et ideo Bar. no. in iſta q. in illa l. Clodius. qui po. in pigno. ha. inter iſtos duos caſus non facit differentiam, imo in vtroq; concludit, ꝙ liberatio ſequitur perfecte ex ſententia, ita ꝙ ſi res perueniat poſtea ad agentem, nō obligabitur amplius ex prima ſententia. Et adde ad vltimā q. hic tactam per Ioan. de Imo. de qua ſ. dixi, ꝙ Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de arbi. §. j. verſicu. arbitrator. expreſſe tenet poſt Iac. de Are. ꝙ condemnatus ad rē reſtituendā liberetur ex reſtitutione rei, ita ꝙ actio ex ſentētia non duret amplius contra eum. & ſic approbat opi. Barto. in §. ſequen. Secundò eſt addendū: quia iam vidi dubitari in practica in ciuitate Ferrarienſi, præſuppoſita diſtinctione do. Ioan. de Imo. dicentis, ꝙ quādo res auferretur incontinenti ab eo, cui fuit reſtituta: tunc iudex ex officio ſuo poſſet facere eam reddi: ſecus ſi ex interuallo, quomodo intelligatur illud incontinenti. ſcis enim ꝙ iſta dictio capitur diuerſimode, ſecundùm diuerſas materias: vt plene declarant Mod. in l. j. in principio. & l. continuus. j. de verb. oblig. & glo. in c. cū ſit. de appel. & quod tangitur in l. iij. §. cùm igitur. ſ. de vi & vi ar. & in l. fi. C. de iudi. cum multis alijs locis, & male fuit declaratū: tunc fuit allega. doc. glo. in c. cum ipſa. de elect. li. vj. & in c. quærenti. de offi. delega. in antiquis. Ego crederem, ꝙ ſecundùm diuerſitatem factorum plus & minus temporis deberet accipi. & ſic hoc penderet in arbitrio iudicis: vt colligitur in ll. ſ. alleg.

SVMMARIVM.

1 ☞ Sententiam iniquam pro ſe latam non poteſt quis dicere iniquam.
2 Verbum, defendere, ponitur quandoq; pro agere, vel accuſare.
3 Sentētia condēnatoria lata in odium delinquentis, nonnunq; ei prodeſt.

SI ſeruus plurium. In tex. ibi: pro dominica portione &c. intellige q̄n fuerunt expreſſa nomina appellatiua. Secus ſi nomina propria, quia tunc acquireretur eis pro virili. Si autem vtrunq; eſſet expreſſum, attenderetur q̄d procederet. l. ſi ſeruus cōmunis Meuij & caſtrenſis peculij. & quod ibi no. ff. de ſtipu. ſer. & hic per Cy. & Moder.

☞ Si hæreditatis. †Sententia lata contra hæredem non nocet legatarijs, ſi hæres non defendit cauſam, vel colluſit, vel culpabiliter nō appellauit. & ſententiam latam pro ſe non poteſt aliquis dicere iniquam. h. d. Secunda eſt ibi: quid ergo. Tertia ibi: ſi tamen. ¶ No. tres caſus, in quibus ſententia lata contra hęredem non nocet legatarijs, cùm regulariter extra iſtos caſus noceat: vt l. Papi. §. ſi ex cauſa. ff. de inoffi. teſta. & l. j. ff. de excep. rei iudica. Ex tertio caſu ſ. dicto in ſummario notabis diligenter, ꝙ ille qui non appellat cū probabiliter debeat appellare, dicitur eſſe in culpa. facit quod habetur in l. j. ff. quādo ap. ſit. ¶ †Secundò not. ꝙ ſententiam iniquam pro ſe latā quis non poteſt dicere iniquam, quia allegaret turpitudinem ſuā. quod regulariter fieri non poteſt: vt l. tranſactionem. ff. de tranſact. & l. alias. & ibi per Bar. ff. de iureiurā. etiam ex hoc ſequitur tertiū notabile, ſecundùm Bal. hic, ꝙ ſententia lata pro aliquo pręiudicat ſibi in eo, quod neceſſario ſequitur ex ſentētia, cōtra regulam poſitā in l. quod fauore. C. de ll. ☞ optime in fine. vide text. in l. legatorum. §. fina. ff. de interdi. & relega. ¶ †In text. ibi: vel luſorie agentem. adde ad iſtum tex. ꝙ ſententia reſcinditur non ſolùm ſi colluſio ſit ad præiudicium alterius: ſed etiam ſi per eā fiat fraus legi, & reſcinditur aut per indirectum, aut directo, ſi forte per directum reſcindi non poſſet. caſus eſt nota. in l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. ff. de dona. inter virum & vxorem. per quē Bald. in lege, cùm allegas. C. de vſur. dicit, quòd ſi debitor colluſit cum creditore, ſuper cauſa vſuraria, ſententia poteſt reſcindi, probata colluſione. facit optime tex. in l. ſi cui. §. iiſdē. & quod ibi not. ff. de accu. ¶ In eodem text. ibi: non agentem. Iſtud dictum debet limitari, & omnia ſimilia iura, per ea quæ no. Barto. eleganter in l. ſi ſuperatus. in principio. ff. de pigno. quòd debent intelligi iſta iura, quando reus fuit contumax in proceſſu: ſed ſi ſolùm fuit abſens, & contumax in prola. ſententiæ: tunc ſententia noceret. Et licet ipſe aliter dixerit in lege, qui repudiantis. in fi. de in officioſo teſtamto. primum tamen dictū videtur verius, & approbat Bal. in lege, ingenuum. ij. col. ff. de ſtatu homi. allegans gloſſ. notabi. in l. ij. C. de contrario iudi. tute. ſuper quo vide eundem Bald. in l. ij. C. quibus res iudic. non noc. Adde etiam ad hoc verbum, quòd quando ſententia fertur contra abſentem, non ſolùm non præiudicat tertio: ſed etiam non præiudicat ipſi condemnato ſuper principali, quo ad incurrendam pœnam. caſus eſt ſingularis, quem ibi not. Ange. ad hoc in l. Papi. §. meminiſſe. ff. de inofficioſo teſtamento. per quem limitat dicta Barto. & aliorum in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verbo. obliga. Ad vltimū notabile, & ad verſi. nec enim. adde gl. notabi. in l. Modeſtinus. ff. de excep. per quam Bald. dicit in l. creditoribus. C. de ſeruo pigno. da. vel ma. quòd ille qui obtinuit ſententiam pro ſe, ſi ſuccedit condemnato, non poteſt eam dicere iniquam. Quid autem ſit de iudice, qui tulit ſententiam, vide per eum. ¶ In gloſſ. j. ibi: pro legitimo &c. hanc gloſſ. approbat hic Barto. & communiter docto. quę in effectu voluit, ꝙ ſiue teſtamentū expugnetur per querelam, ſiue dicatur nullum, vel falſum, ſemper ſententia lata contra hæredem præſentem & legitime defendentem nocet legatarijs, & ita etiam tenet Bar. in l. j. ff. de execu. rei iudi. licet glo. ibi teneat aliter. & in l. Pap. §. ſi ex cauſa. de inoffic. teſtamē. Sed veritas eſt pro communi opinione. quia eſt caſus clarus in l. fina. verſus fi. C. de peti. hære. vbi ex quo ſatis apparet, quòd ſiue dicatur teſtamentum falſum, ſiue aliter nullum, ſententia lata contra hæredem præiudicat legatarijs: non enim pōt intelligi ille verſicul. ꝙ ageretur querela: quia dicitur, quòd agebatur petit. hære. querela autem eſt præambulum peti. hæredi. & ſimiliter dicit tex. in l. ſi ſuperatus fundū. vbi dicit, quòd hæreditas petebatur p legitimum. iſta ſufficiāt. ¶ In gl. ſuper verbo, non nocebit. ibi: quia aget contra inſtitutum. pro intellectu huius verbi diſtingue, vt hic per Bartol. vide etiam quod ipſe poſuit poſt glo. in d. l. qui repudiantis. in fi. Sed inquantum Bar. hic dicit, declarando iſtam gloſſ. quòd quando hæres ſuccumberet, quia non defendit diligenter cauſam, vel quia non appellauit cùm poſſet: & tunc non pōt agi contra eum, q vicit hæredem rei vēdicat. ſed ſolùm agetur cōtra hæredem ſcriptum: quia imputet ſibi, qui fuit in culpa. Hoc dictum nō placet Ioā. de Imo. per iſtum textum, qui æquiparat iſtos tres caſus, & eſt melior textus in §. ſed in verſiculo, vel minus plene. iuncto verſicu. exēplo ſtatim ſequenti. vbi probatur, ꝙ ſententia lata contra eum, qui non plene defendit cauſam, non præiudicat legatarijs, exemplo eius qui colluſorie pro hæreditate litigauit. Et ſic patet, quòd iſti caſus determinantur tanquā ſimiles in eodem modo, intelligūtur determinate. & hoc eſt maxime dicendum: quia text. quem allegat Barto. non probat hanc differentiam, videlicet in l. ſi ſuperatus. ff. de pigno. intelligitur enim ibi, ꝙ ſententia præiudicat legatarijs, quo ad omnem effectum: quia hęres plene defendit. nam ſi hæres fuiſſet in culpa, nō diceret textus ſimpliciter, quòd ſententia præiudicaret legatarijs, ſed limitatiue, quo ad ipſum hęredem, ſecundùm diſtinctionem Barto. vnde non loquitur in caſu Bar. Fateor tamē, ꝙ in tex. illius l. facilius pręiudicat ſentētia legatario, quàm creditori, non quia culpa fuerit cōmiſſa per hęredem: ſed ponderat iuriſconſultus, quòd quia legatum magis pendet à teſtamento, quàm ius creditoris, & debitoris: vnde facilius admittitur, quòd fiat præiudicium legatario, quàm creditori: quia & ſi nō appareat de culpa, ex hoc tamen non fiet pręiudicium, quia debitor potuit ex culpa ſua ſuccūbere, prout ibi dicitur in tex. ¶ In gloſſ. ſuper verbo, per iniuriam. ibi: cuius cauſam præbuit hæres. iſta glo. relata ad tex. eſt falſa, licet doctores non aduertant: nam ſi hæres fuiſſet cauſa iniuriæ, tūc hoc ſolùm ſufficeret, vt ſententia non noceret legatario, vel ſi fuiſſet negligens in proceſſu, ſecundùm Barto. hic. Cùm ergo tex. noſter requirat, quòd ad hoc vt ſentētia iſta non noceret legatarijs, quòd hæres fuerit in culpa, non appellando: ideo non debęt intelligi, vt dicit gloſſ. ſed debet intelligi, vt quòd per iniuriam fuit lata ſententia, ſine culpa tamen ipſius hæredis, cuius culpa ſolùm reprehenditur hic, quia non appellauit. ¶ In glo. poſita ſuper verſiculo, non nocebit. ibi: quia appella. iſta prima opinio pręſupponit, quòd quando hęres fuit in culpa, vel fuit colluſum, ſententia noceat legatarijs ipſo iure: ſed quo ad hoc dicatur nō nocere, quia ipſi poſſunt appellare, per l. ſi perluſorio. in prin. ff. de ap. & hanc ſequebatur Petr. Sed eſt alia opi. in gloſſ. quæ cōmuniter approbatur, ꝙ in his tribus caſibus ſententia non noceret ipſo iure, etiam ſi legatarij non appellant. Nō ob. tex. in l. ſi perluſorio. licet doc. non reſpondeant hic: quia ſecundùm Bart. ibi, & recte, ibi non cōſtabat de colluſione, licet allegaretur, intellige ꝙ non conſtabat plene, erat tamen qualiſqualis ſuſpitio: ſicut innuit tex. in verſicu. ſed & cauſam ipſam. vbi ponitur dictio aduerſatiua, cū copula, quę importat idem eſſe in caſu ſequenti, q̄d in præcedenti, & ecōtra, vt ſæpius fuit dictū hoc anno: & plene vide per Barto. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. Sicut ergo in illo verſi. dicitur, ꝙ ſi legatarij habent hæredem ſuſpectum, licet non cōſtet de colluſione, poſſunt aſsiſtere in cauſa principali: ita intelligitur verſic. præcedens, ꝙ de colluſione non conſtabat plene, ſed legatarij volentes appellare ſuſpicabantur: & iſtud eſt verū tam in alijs cauſis, quàm in cauſa inofficioſi teſtamenti, vt probatur ex generalitate iſtorum iurium: licet glo. hic aliter dixerit, & non bene, ſecundùm Io. de Imo. Hæc tñ dicta limitat ſingul. Ang. in l. Papi. §. ſi ex cauſa. ff. de inoffi. teſt. videlicet inquantū doc. hoc dicunt, quòd q̄n hæres fuit pręſens, & plene defendit, ſententia præiudicat plene legatarijs: nam iſtud eſt verum, ſecundùm eum, quando legatarij ſciebant cauſam agi: ſecus ſi ignoraſſent. alleg. Inno. in c. ex inſinuatione. extrà, de proc. & eſſet magna limitatio ad iſta iura, ſi eſſet vera, ſed non placet, quia eſt contra tex. prout communiter intelligunt docto. in l. ſi ſuperatus. ff. de pigno. nam ibi ſi creditor fuiſſet ſciens, ſententia lata contra creditorem præiudicaret ſibi, vt l. ſępe. ff. de re iudi. & ita dicit ibi glo. & Bart. & ſic non eſſet differentia inter legatarium & creditorem: q̄a vtriq; pręiudicaret. quę ſit ibi manifeſte, quoniam legatario præiudicat, creditori nō pręiudicat. Vt ergo differentia procedat de neceſsitate, debet ponere, ꝙ legatarius & creditor ignorabant. Pau. autem de Caſt. hic videtur dupliciter limitare text. noſtrū, quatenus dicit, ꝙ in his tribus caſibus ſententia nō nocet legatarijs. Primò ſecūdū eū, quādo legatarij ſciuiſſent cauſam agi. per l. ſępe. cum materia. ff. de re iu. Secundò, quando fuit ſolicitatus ſaltem à domino: tunc enim ſententia noceret eis, propter culpam eorum, qui citati nō cōparuerunt. allegat ea quæ habentur in l. j. C. de aduo. diuer. iud. & in c. inter quatuor. de ma. & obe. & per gl. in l. cū miles. §. j. ff. ex quib. cau. ma. & vtrum ſint vera, declarabo plene in addi. in lect. ſeq.

Si quis

e ¶ Citatio est de substãtia processus. Adde an sit de processu: vide gl. ĩ verbo, citationes. in c. quoniã contra. de proba. gl. in verbo, formam. in c. prudentiam. de offi. deleg. Do. de sancto Ge. in c. statutum. in §. cùm vero. de rescri. lib. vj. Archi. in c. placita. xv. quę. iij. doct. in rub. C. de in ius vo. Paul. de Cast. in l. j. ff. eod. titulo.

quod fere.ff.de pactis.¶†In ea.glos.in l.codicillis.§.fi.licet gloss. bene soluat in effectu, est tamen dicendū formalius, secundùm Moder. quòd dispositio testatoris apponētis istā clausulam in d.§.fi.non valuit, vt volebat testator, vt testamētum: & ita loquitur hic. Habet tamen ista clausula hāc virtutem, vt testator videatur velle, ꝙ valeat iure codicillorum: sicut dicemus in iuramento l.cùm pater.§.filius matrem.j.titu.j.secundùm Paul.de Cast.hic. Tu dic magis proprie, ꝙ ista clausula videtur esse quædam adiectio contra substantiam testamenti: vt s.dixi. ideo si non potest valere, vt voluit testator, trāsit in dispositionem similem illi, quā voluit facere testator: nam largo modo codicillus dicitur testamentū: vt plene declaraui in rubri.istius titu. & sic extenditur text.no.in lege, inter donatos.ff.de dona.cau. mor. quòd sicut pactum appositum contra substantiam contractus transit in contractum illi cōtractui similem: ita etiam punctualiter in vltima voluntate. quod est semper menti tenendum. Sed pro declaratione glo. quid econtra, si testator adhibita solennitate, quæ sufficeret ad testamētum, dixit se velle codicillari: vtrū ista dispositio valebit vt codicillus, vel vt testamentum. Hanc quæstio.mouet Paul.de Cast.hic, & Dy.consulendo tenuisse, quē refert & sequitur Io. And.in titu.de instru.edi.§.compēdiose.ver.porro. si dubium sit, quòd testator non potest facere, vt illa voluntas sit codicillus. vnde valebit vt testamentum, ex quo est ibi hæredis institutio, & numerus legitimus testium. Ipse autem tenuit contrarium per tex.in l.fin.C.de codi. vbi probatur iuncta gl.quòd si testator vult valere testamētum iure testamenti & codicillorum, est in electione instituti, vtrum velit agere ex testamento, vel codicillis: & sic patet, quòd etiam quando est seruata solennitas cōueniens testamētis, tamen testator potest velle, vt illa dispositio sit codicillus, & non testamentū: quia secundùm eum quāuis lex non velit testamētum posse fieri sine solēnitate, nō tamē necessitatur adhibere solēnitatem testatori si non vult. vnde potest codicillari. Tu autem aduerte, quia Ioan. And. & Dy.in loco præallega. dicūt idem, quod Paul. de Cast.hic dicit, præterquā in vno casu posito ibi per eos, in quo fideicommissum non poterat habere locum, & sic voluntas non poterat valere iure codicillorum. vnde vbi non esset istud inconueniēs, ipsi fatētur de plano per eandem l.quòd voluntas ista valeret vt codicillus, nō vt testamentum. Vnde iste doc.fuit deceptus, credo quòd de recenti nō viderat illa dicta. Reperitur tamen casus, in quo ille qui vult codicillari confert in codicillis hæreditatem directo, & tunc idem esset effectus codicillorum, & testamenti: & in milite hoc esset indubitatum: vt l.militis codicillis.in princip.s.de testamen.mili. Sed in alijs, qui possunt minus solenniter testari, sicut pater inter filios, vel instituens ecclesiam vel locum pium: vtrum si dicit se velle codicillari, adhibita solennitate, quæ sufficeret, ad testamentum, valeat dispositio in vi dispositionis directæ: est notabilis quæstio. quam tetigit Bart.in dicta l.militis codicillis. & in l.hac consultissima.§.fin.C.de testamen.de qua dic vt in dictis locis, & p Bal. in d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. Et ad ea quæ diximus de solēnitate testium, vtrum sit substantialis, vel nō: adde Bal.in capitulo primo.in fine.quid sit inuestitura. vbi videtur ponere regulam, quòd solēnitas testium in dubio censeatur probatoria, & non substantialis: nisi l. procedit ad annullationem actus, sicut facit in testamēto: & de ista solennitate testamenti tetigit aliquid etiam Ang.in consilio suo octogēsimo tertio. quæ solennitas licet non possit remoueri per testatorem, potest tamen remoueri per statutum, & diminui: vt concedit Bart. & plene per eum in l.prima.C.de summa trinitate. vbi reprehendit Iaco.de Aret. & in l.tertia.s.de testa. vbi per Moder. vult etiam Bald.in l.si non speciali. C.de testamen.¶†Extra glo.in hac prima parte tetigit hic Barto. nunquid si ex forma statuti testamentum debeat insinuari post mortem testatoris, testator possit disponere, vt valeat, nō obstāte insinuatiōe: & cōcludit quòd non, per optimas rationes, & per simile: quia videmus ꝙ nō potest renunciari insinuationi donationis, quæ de iure communi requiritur per easdem rationes, secundùm Cynum in l.fina.in fine.C.de donatio. Cuius dictis adde breuiter. Et primò inquantum in prima ratione cōcludit, ꝙ iuri introducenti solennitatem in actu non potest renunciari: adde quòd hoc est verum in solennitate & forma, quæ inducitur à l.secus in forma, quæ imponitur in mandato superioris: quia illi potest renunciari conuētione partium, si principaliter respiciat vtilitatem ipsarū partium: ita dicit Innocen.in capitulo, prudentiam.in princip. extrà, de offi.deleg. & probatur in c.fi.§.j.eodem titu. quod intellige, vt possit renunciari etiam tacite: vt est casus not.cum glos.sua in clemen. sæpe.§.fi. in verbo, non contradicentibus. extrà, de verbo. significatio. nisi l. vltrà procedat, quia requirit renunciationem expressam: vt in c. statutum.§. in nullo.de rescrip.in vj. Et attende diligenter ad illum tex. iuncto §.fi. eiusdem capituli, quòd valet renunciatio, etiam si in lege sit expresse positum decretum irritans & annullans. Hæc autem sunt vera in literis iustitiæ: nam in literis gratiæ intellige, quæ sunt odiosa, & præter formā mandati diligenter seruandi: quia non potest renūciari formæ inductæ in fauorem partis. gloss. est not.in c.quamuis.de præben.in vj. in verbo, pensione. & idem sentit in clemen. j.de conces.præben.in ver.infra mensem. Hęc tamen regula hic posita per doct. videtur destrui per text.in c. tuos.extrà, de testibus. vbi partes possunt remittere testi solennitatem iuramenti, & sic renunciare solennitati datę à l. super qua est cogitandū. Ad secundum dictum eius, inquantum tangit, ꝙ insinuationi non potest renunciari. adde quòd idem tenuit, & plenius in l. Modestinus.ff.de donatio, idem Ioan. And.in titu.de instru.ædi.§.porro.in addi. quæ incipit, dubitatur. ibi tamen dicit sing. quòd si interueniat iuramētum, per quod specialiter iuretur non venire contra rationem insinuationis, firmabitur donatio. & hanc opi. semper sum secutus: quod etiam Moder. sequuntur in c.cùm contingat. ad fi.de iureiur. licet Bald. aliter dixerit in l.illud.C.de sac.san.eccle. quod non examino nunc, quia non est nostra materia. Vnum tamen dico, quòd qui allegant Fede. de Se. in contrariū in consil.clxxiij. sicut facit Paul.do.me.in d.l.Modestinus. non rectè intelligunt. Nam Fede.loquitur, quando simpliciter fuit iuratū seruare cōtractum, quo casu videtur sublata nullitas superueniens post contractum ex omissione insinuationis: quia iuramentum non trahitur ad ius futurum: vt in c.cùm inter P.extrà, de renun. Sed quando esset iuratum non venire contra rationem insinuationis, quæ omitteretur: tunc nō haberet locum ista consideratio.¶†Tangit etiam hic Bar.illam quæst.no. videlicet nūquid testator possit remittere tutori confectionem inuentarij. In qua concludit breuiter, quòd sic. dicit tamen, quòd iudex potest non sequi voluntatem defuncti, quando hoc non esset vtile pupillo, per l.vtilitatem. & l.confirmando.ff.de confirma. tu. & per l.j.in princip.ff. vbi pupil.edu.de. & ita refert tenuisse Mar. Sylli.in sua dispu. Sed Cyn. in l.fin.C.arbi.tute. & Ioan. And.j.in addi.Specu.in ti.de tut.§.generaliter.ver.hoc autem notādum. aliter referunt dicta Mar. dicūt enim, quòd ipse distinxit inter testatorem, qui præcepit non fieri inuentarium, & qui remittit tutori confectionem inuentarij. Primo casu debet seruari præceptum, nisi ex causa ignorata à testatore, vel de nouo superueniēti iudex recedat à voluntate ipsius: vt in ll.alleg.in fin. tamen videtur se restringere ad istos duos casus: sed simpliciter remittere in arbitrio iudicis, vtrum hoc sit vtile pupillo, vel non. In secūdo casu dicit simpliciter, quòd remissio non valet: quia cùm sit inducta in fauorem publicum, ista dispositio conficiendi inuentariū.s.ne detur materia delinquendi & malignandi tutoribus, non potest hic valere aliqua renunciatio, vel remissio: vt l. si vnius.§.igitur nuda.ff.de pactis. & l.conuenire.ff.de pac.do. & ita trāsit Io. And.in d.addi. Sed ista differentia nō placet Cy.in d.l.fina. nec etiam Specu. in dictis locis hic alleg. per Bar. qui ita determinat in vtroq; casu. & ita sentit Bart. hic: sed Saly.in d.l.fi.sequitur eam.mouetꝰ: quia quando testator prohibet fieri inuentarium, tunc solùm hoc videtꝰ facere contemplatione pupillorum, & ob eorum vtilitatem. vnde si cessat vtilitas, iudex recederet à pręcepto, aliàs seruabit præceptum. Nam si videretꝰ hoc fecisse in fauorem testatoris, satis est, quòd poneret hic in volūtate eorum. Quæ opinio videtur satis probabilis, licet communiter doct. dicant idem in remissione inuentarij, & de pcepto, de non faciēdo inuentarium: quod etiam sequitur Angel.consi.suo cxlv. Qua opinio.communi præsupposita pro vera, aduerte: quia sicut superius dixi: Martinꝰ de Fano in dispu. prædicta videtur primò velle, quòd à iudicio, & à dispositione testatoris iudex nō possit recedere, nisi ex causa de nouo superueniente, vel à testatore ignorata. Sed postea in fin. videtur magis generaliter hoc relinquere arbitrio iudicis, vt etiam vltra illos duos casus iudex non teneatur sequi iudicium testatoris: & hoc videtur sequi opinio Barto.hic, si bene inspicias verba sua. Angelus in consilio prædicto videtur se limitare ad d. duos casus, pro quo multum facit textus. in lege, vtilitatem.ff.de confirmatione tuto. vbi videtur dici expresse, quòd tunc receditur à voluntate defuncti, quando causa, propter quam superuenit de nouo, fuit ignorata. Pro ista cōclusione facit text.in l.tres tutores.in fi.ff.de admi.tu. vbi dicitur, quòd quando testator commisit admi.vni ex pluribus tutoribus, si ille male administrat, non imputatur alijs, ex quo fuit approbatus per testatorē, vel nisi testator habuerit animum remouendi eum, sed morte præuentus non fecerit: & sic videtur, quòd quamuis testator cognita qualitate personæ, ita non ignorauit factum, cœperit malum consilium, iudex non possit recedere ab opinione sua: & ita videtur posse restringi text. in lege prima. in princip.§.vbi pup.edu.de. & in istam partem inclinabam prius, postea inueni textum valde notabilem qui videtur approbare aliam opinio. in lege tertia.§.si pater.cum versicu.sequē. vsque ad §.quod in tutoribus.ff.de administratio.tutorum. vbi iurisconsultus dicit, quòd iudex non tenetur sequi in committendo administra.iudicio testatoris, non solùm si testator fuit deceptus per ignorantiam facti, vel casus, qui de nouo superuenit, vel etiā si testator est visus malo consilio. quod facile præsumitur in minore vigintiquinque annis, de quo ponit ibi exemplum iurisconsultus. Quia tamen exemplum non restringit l.j.§.quod vulgo.de vi & vi arma. edictū procedit in genere: sine dubio dicēdum est, vbicunq; constaret iudici de malo cōsi.testatoris: & hoc videtur satis clare probari in versic. nam & in vnum.eiusdem §.vbi non ponendo exemplum in minori ætate dicitꝰ, quòd superior potest non sequi iudicium testatoris, si non videtur sibi vtile pupillus: & hoc videtur tenendum. Scias, quòd Paul. de Castr.hic credidit Bar.formasse q.inuentario hæredis: & illam persequitur, dicens in effectu, quòd quo ad præiudicium creditorū, nō potest remittere hæredi confessionē inuentarij. Sed quo ad præiudiciū legatariorū, potest disponere, ꝙ licet hęres non fecerit inuentarium, non teneatur vltra vires hæreditarias: quia si non potuit totum auferre eis legando, multo for-

tius potest limitare eis legatū, vt nō possit exigere vltra vires hæreditarias, quia tamen potest relinquere, potest etiam grauare: vt lege, si fundum per fideicōmissum. §. fi. cum seq. j. eo. Sed cōtra hoc facit, quia quādo hæres cōmittit confectionem inuentarij, præsumit malignari, & esse in dolo, & cōuenit à legatarijs vltra vires hæreditatis in pœnā sui delicti: vt dicit tex. expresse in aut. de hære. & fal. §. si vero nō fecerit. Sed iuri introducto in odiū alterius nō videtur posse renunciare: vt l. nam & si. in tex. & gl. ff. ad Maced. ergo videt ꝙ istud ius à testatore tolli non possit. Sed saluando dicas, illa pœna imponit ꝓpter dolū præsumptū, qui cessat, ex quo testator remisit confectionē inuentarij: vt l. qui cū maior. §. fi. j. de bo. liber. & præcipue istud est verū, si teneremus Dy. in l. diuus. ff. ad Syll. per quē tex. ibi dixit, ꝙ in delictis in omittēdo, sicut est in casu nostro, pœna potest remitti per testatorem. Sed illa lex loquit in dolo præterito, qui potest remitti: nos autē loquimur in dolo futuro, qui non pōt remitti. Vñ retenta etiam opi. Dy. illa l. nō probaret hoc. melior ergo est prima expositio, quam dedi. Et quia s. in ista gl. prima fuit tactū de solēnitate testiū, vtrum sit substātialis: adde tex. qui hoc dicit, ꝙ est substantialis, in l. si qs legatū. in secundo respōso. ff. de fal. vbi tex. dicit, ꝙ quādo in testamēto in scriptis desunt signaturæ testiū, testamentū est īperfectū, nec pōt dici testamētum, seu habere formā testamēti: ergo ista est solennitas substātialis, cùm sine ea actus nō possit nominari talis. ¶ Item adde ad ea quæ diximus ad intellectum capituli, tuis. extrà, de testibus. qui videtur ꝓbare, ꝙ solēnitati vel iuri introducto pro forma possit renūciari: nam doctores ad illū tex. respōdēt diuersimode. Bar. enim in l. si quis legatum. in prin. in penul. quæst. ff. de fal. expresse dicit, ꝙ ideo partes possunt renūciare iuramento testis, iuxta not. in l. prima. §. primo. ff. de ser. qa iuramentum non est de solennitate formali testificatus. Sed istud dictum non potest stare aliquo modo, per ea quæ suprà dixi: quia cùm testificatus sine iuramēto sit nullus ipso iure: vt patet in l. iurisiurandi. C. de testi. ex hoc datur intelligi, quòd iuramētum est solēnitas substantialis, cuiꝰ solennitas reddit actum nullum. Vnde glos. quā sequuntur ibi Moder. in dicto c. tuis. expresse tenet, quòd ideo potest renunciari illi solennitati, quia est principaliter introducta in fauorem partis: & sic videtur, quòd quādo solēnitas nō est inducta in fauorem publicū principaliter, vel ne detur materia delinquendi, possit tali solēnitati renunciari. Pro ista cōclusione facit quod no. Bar. in l. j. §. si filius. j. ti. ij. vbi dixit, ꝙ quando actus est nullus ex defectu solēnitatis inductæ in fauorem ptis, pōt ex postfacto ratificari: alle. tex in l. filio pterito. ff. de iniu. testa. Sed salua reuerētia ille tex. facit in oppositum: quia ibi ratificatio approbatur de æquitate prætoris: & sic patet, ꝙ de rigore iuris aliud esset. Vnde illa est ęquitas prętoria, quæ inducit in fauorē testamenti. vnde nō est trahenda in cōsequētiam. Vnde Bar. alibi in l. si quando. §. generaliter. de inofficioso testamēto. in illa quæstione, vtrum pater de voluntate filij potest præteriri, dicit, quòd filius non potest renunciare solennitati inductæ per legem, inter cætera. de liberis & posthumis. alle. l. Paulus. §. patroni. ff. de bonis liberto. & ideo Bartol. vbique in lege, ius publicum. de pactis. & in l. si qs in conscribendo. eodem titulo. simpliciter ponit istam regulam, quòd solennitati inductæ per legem, non potest renunciare, quòd intelligat, etiā si respiciat principaliter fauorem priuatum. patet, quia post istam regulam in alijs casibus ipse distinxit, vtrū aliquid sit inductum in fauorem priuatum, vel publicū. Eodem modo dicit Ant. de Butri. qui sequitur ista dicta in capitu. si diligenti. de foro cōpe. & ad tex. in. cap. tuis. possumꝰ dicere, ꝙ ibi pmittit renūciatio istius solēnitatis, ratione quadam speciali, quæ assignat ibi in glos. quia pars, cōtra quam producuntur testes, si vellet, posset stari dicto aduersarij: vt l. fina. C. de fideicommiss. ¶ Vltimò adde, inquantum suprà tetigi in voce, quòd quia non potest allegare contractum simulatum, si iurauit in instrumento vera esse: nam Imo. hoc tangens hic dicit, quòd hoc est verum, nisi petatur absolutio à iuramento: & ita dicit tenere Barto. in l. fina. C. de non numera. pecu. & in duobus errat manifeste: nam primò Barto. in d. l. fina. non dicit hoc, non enim loquitur in iuramento assertorio, sed iuramento promissorio: videlicet quòd quis renunciauit exceptioni non nume. pecu. & non contrauenire. Secundò errat, quia hoc non est possibile, quod ipse dicit: nam hoc ipso, quòd peteret se absolui à iuramento, quia falsum allegaret se periurum, & sic non admitteretur ad allegandum turpitudinem suam: iuxta not. in l. alias. de iureiuran. nisi prius esset detecta per alium, quia pars esset passa probari de simulatione: ita decidit Bal. in d. l. fi. ita etiam tenet dominus Ant. expresse in c. cùm contingat. in penul. char. extrà, de iureiur. & ita debes intelligere. aliàs esset error. † Et tangit etiam hic Bar. vtrum à sententia arbitri possit appellari, [a] maxime quādo est appositum pactum expresse, ꝙ appellari non possit. Cuius dictis adde breuiter à princi. secundùm Imo. inquantum ipse sequendo glo. in l. ij. ff. de arbi. quòd emologatio laudi, & dispositio l. cum antea. C. de arbi. habet locum, quando est apposita pœna cum clausula, rato manente contractu. nam licet ista opi. sit communis, secundùm eū, videtur vera: quia l. cùm antea. fuit inuenta in subsidiū, vbi aliàs nullū remediū dabatur actori. In casu autem nostro datur remediū petendi pœnā. ergo non videtur eadē ratio extendendi illam l. ad casum nostrū. & idem tenuit in c. per tuas. extrà, de arbi. vbi plene tāgitur de materia, & sine dubio de subtilitate iuris ista opi. videtur verior, ratione prædicta. Tex. tamen de iure cano. probat contrarium expresse in d. c. per tuas. Sed doc. ibi dicunt, ꝙ ille text. procedit de iure cano. qui videtur probare, ꝙ etiā si sit apposita pœna sine ista clausula, rato &c. tamen laudū potest approbari, & emologari. ¶ † Secundò adde, inquantum Bar. hic dicit, ꝙ si compromissum est factum sine pœna, potest appellari à sententia arbitri: quia appellando videtur approbare sententiam, vt latā, sed non bene latā: per l. iij. §. falsus. ff. rem ra. habe. & per ea quæ habētur in l. Pomponius. ff. de neg. gest. & hoc tenuit vbiq. s. in l. j. ff. de arbi. & in l. ij. ff. eo. & in l. arbitro. in fi. ff. qui satisda. cogan. nā istud dictū communiter reprehenditur per Bal. in l. j. C. eo. & per dominum Anto. & Moder. in c. cùm dilectus. extrà, de arbi. & in c. Quintauallis. in xvj. differentia. vbi est omnino videndū. extrà, de iureiur. quod etiam reprehendit Imo. hic. Est enim regula, secundū eū, ꝙ sententia quæ est nulla ex defectu iurisdictionis, non potest approbari per consensum partiū, secūdùm glo. in l. instar. C. de iure fis. lib. x. & Inno. in c. prudentia. de consue. vide melius, qđ ponit Bart. super hoc in l. j. C. qui pro sua iur. & in l. obseruare. §. fi. in vlti. quæstio. ff. de offi. procon. & leg. ff. Sed sententia arbitri est nulla ex hoc capite: quia ideo non valet eius sententia, quoniā non habet iurisdi. ergo videtur, ꝙ à partibus non possit appellari, nisi in casibus in iure expressis. q. d. ꝙ iste modus reprobandi, vt approbet, non est expressus, neq; in l. neq; in arbitris, neq; in l. cùm antea. quod j. melius dicam. Secūdò dicit ipse, ꝙ iste modus reprobandi esset superfluus: quia sufficit parti infra x. dies simpliciter protestari iudici, vel parti aduersæ, quòd non vult stare sententiæ. ergo non est opus introducere nouam speciē approbationis: vt possit appellare. Et hanc rationē sensit Bar. in l. C. eo. licet enim non debet vti remedijs superfluis: vt l. j. §. dixerit aliquis. ff. de pu. & l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. caue. Non ob. tex. in l. iij. §. falsus. qa ibi sentētia erat aliqua quo ad procuratorē: sed nulla, quo ad dominū, quæ nullitas inducitur in fauorem domini. Vnde non est mirum, si potest probare sententiam: quia quilibet potest renunciare fauori suo: vt l. si quis in conscribendo. Tu autē dic, secūdùm Anto. de But. in dictis locis: vbi tangit bonū verbū, quod ego addendo perfecte declarabo, ꝙ sicut probat tex. clare in d. l. cùm antea. in ij. respōso. ibi permittitur approbatio sententiæ ad finē, vt sentētia consequatur effectū & executionē: vt ibi clare dicitur. Sed quādo quis approbat sententiā, vt appellet, ista approbatio non tendit ad hūc finē: sed potius ad impugnandū sententiā. ergo isto casu sine dubio nō loquitur l. illa, vt dicit dñs Anto. in dictis. Sed posset respōderi, cùm sumus in materia exorbitāti, si esset eadē ratio, posset fieri extēsio de casu ad casum: iuxta ea q̄ tradit Bar. in l. si cōstante. in princi solu. matri. Et ꝙ ita sit, patet in ista materia: quia licet illa l. loquat in cōpromisso facto sine pœna, extēditur tamen ad compromissum cū pœna, nō quando est apposita clausula, rato &c. quæ videtur esse eadē ratio, secundùm cōmunē sententiā, quā tetigi s. in prima additio. Vt ergo nō fiat extēsio ad istum casum, oportet ostēdere, ꝙ non sit eadē ratio: quod ostendo dupliciter. primò quidē, quia in casibus positis in l. cùm antea. potest approbari sententia, quādo ex ista approbatione imponitur finis litibus, cùm sententia habeat executionē. Sed ista ratio nō habet locū in casu nostro, in quo per approbationē finitur lis. est enim fauor publicus, quòd lites finiantur: vt l. properandum. in princip. C. de iudi. Secundò, & fortius, quia in casibus dictę legis, cùm antea. illud remedium ad validitatem sentētię est necessarium. Sed in casu nostro hoc remedium approbandi, vt reprobem ad eneruandam sententiam, non est necessarium, quinimo est damnosum: nam si pars simpliciter dicit, non velle stare sententiæ, eneruatur sententia ipso iure

[a] ¶ Vtrum à sententia arbitri possit appellari. Adde c. à iudicibus. ij. q. vj. c. ab arbitris. de offi. de leg. li. vj. doc. in c. ij. & in c. per tuas. de arbi. doc. in c. Quintauallis. de iureiur. Bald. in l. cū quidā. ff. de lega. ij. secꝰ qñ sunt arbitri electi ex necessitate iuris, vel statuti: vt in d. c. ab arbitris. & per Bart. & doc. in l. cū specialis. C. de iud. et per glo. & doc. in c. nō sine. de arbitris.

ipso iure absque alio processu appellationis. & sic apparet, quòd iste processus est superfluus. item est dãnosum: quia ex sola voluntate posset euitare sententiã appellãdo, hoc non poterit, imo erit in arbitrio iudicis, vtrũ sentẽtia confirmetur, vel ne. Non ob. tex. in l. iij. §. falsus. quia sicut dicit dominus Ant. in d. loco, & bene, ideo ibi potest approbari sententia vt lata, sed non vt bene lata: quia approbatio non est inducta ad hunc finẽ limitatũ, vt sententia habeat executionẽ, & effectum: sed solùm ad hunc finem, vt factum procuratoris noceat domino eo modo, quo præiudicaret ipsi procuratori. Sicut ergo procurator, cõtra quẽ fuit lata sentẽtia, posset appellare: ita poterit etiã dominus. quod nõ posset, si non approbaret factum cũ procuratore, quoniã negocium nõ pertineret ad eum. ij. q. vij. c. non solũ. & in l. à sententia. cum materia. ff. de appella. Posset etiam dici, ꝙ in l. iij. §. falsus. ideo videtur approbari sententia, quia aliter nõ posset appellare dominus, cùm negociũ pertineret ad eum: vt dixit. †Sed quando appellans non posset appellare ex eo, quia sententia alia ratione: sicut est in casu nostro. tunc appellando non videtur approbare sententiam. hoc patet: quia appellans simpliciter à sententia deducit etiam nullitatem sentẽtiæ: vt l. quædã mulier. ff. fami. ercis. & vt in l. fi. ff. de iure pa. & plene in l. si expressim. per Barto. & alios. ff. de appella. ergo appellando non videtur approbare sententiam: quæ est nulla. Licet autem regulariter à sententia arbitri nõ possit appellari, hoc tamen fallit in arbitris iure, qui eligunť de necessitate à partibus: vt in c. ab arbitris. de offi. dele. lib. vj. & ibi per gl. Dubitať tamẽ, nunquid sicut in casibus illorũ iurium põt appellari, ita possit appellari ab arbitris, qui eligunť à partibus, ex forma statuti, ex cuius forma ptes cõpellunť ad cõpromittendum. in qua quæstione Bartol. sentit in prima constitutione C. in §. quibus. quòd non possit appellari. Contrarium tenuit in l. fi. C. de iudi. dicens per illum text. quòd illi sunt iudices delegati, & habeant iurisdictionem. & sic potest appellari ab eis. Primam opi. sequitur Ant. de But. in d. c. cùm dilectus. & melius in d. c. Quintauallis. in differentia præalleg. ad tex. in d. c. ab arbitris. respondet, ꝙ ibi appellatur, nõ ex eo, quia arbitri sunt electi de necessitate, sed qa sunt electi in articulo emergenti, vel incidẽti in iudicio, sup quo si arbiter eligereť, speciale est, ꝙ potest ab eius sentẽtia appellari: vt l. arbitro. ff. qui satis. cog. & l. si. quibus ap. non licet. & ratio specialitatis dicitur ibi per Barto. secus si arbitri eliguntur ex forma statuti ad totam causam. & hanc opi. sequitur Domi. in d. c. ab arbitris. præallegato. Sed Ioan. de Imo. & alij Moder. in c. cùm dilectus. de arbitr. distinguunt concordando opiniones, quòd aut compromissum est factum sine pœna, vel cum clausula, rato permanente[a] contractu: & tunc vera sit opinio Barto. in d. l. fi. quia isti arbitri videntur & censentur delegati. Aut statutum mandat fieri cõpromissum cum pœna: & tunc non possit appellari: quia isto casu non loquuntur iura allegata. & regula est, quòd à sententia arbitri non appelletur: vt l. j. C. de arbi. Tamen aduerte ad vtrumque membrum. nam tota difficultas pendet in primo mẽbro, videndo vtrum isti censeantur habere iurisdictionem: nam si censentuť habere iurisdictionem, cùm sint iudices, vtique ab eis potest appellari, si non censent tunc satis sufficienter esse responsum. d. c. ab arbitris. Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de accu. §. fi. versi. sed nunquid. dicit, quòd habent iurisdictionem, non tamẽ omnino delegatam, neque omnino ordinariam, sed est quædam species de per se. & hanc opinio. sequitur Abb. in c. fina. de re iudi. vbi vide, quæ videtur esse communis sententia: licet ipse alibi sentiat oppositum in titu. de arbi. §. sequitur. ver. sed nunquid. quem adducit ibi Abb. Super quo articulo est indubitanter dicendum, quòd ipsi habent iurisdictionem quasi delegatam. casus est clarus in l. apertissimi. C. de iudi. & ideo etiam si isti arbitri assumerentur ad totã causam, potest ab eis appellari. casus est expressus in l. fi. C. de iudi. per quam cõfundiť responsio, quam facit dominus Ant. de But. ad tex. in d. c. ab arbitris. Et licet in c. suspitiõis. in fi. de of. deleg. dicat, ꝙ quando arbitri electi super accusatione sunt in discordia, ipsi possint eligere tertium: ex quo videtur significari, quòd non sint veri iudices: quia in iudicibus, quando discordant, recurritur ad superiorem: vt l. iubemus. & ibi per Bart. & Bald. C. de appella. propter quandam similitudinem, quam habent cum arbitris, qui eliguntur à partib⁹. Super secũdo mẽbro dic, quòd oppo. modo potest esse vera: quia quãdo statutum vult eligi arbitros cùm pœna, & sic vult adhibere prouisionẽ hominis, videtur recessisse à prouisione iuris specialis, quæ est, ꝙ arbitri electi de necessitate habeant iurisdictionẽ cõtra l. ait prætor. §. j. de re iudi. iuxta regulam quam ponit Bart. in l. j. §. vnde queritur. ff. de pub. in illa quæst. quæritur ꝙ prouisio hominis tollat prouisionem l. & idem crederem, si partes ipsæ compromitterent sub pœna, licet statutum hoc nõ mandaret per eandem rationem. & ad materiam vide Bal. in c. j. de inuestitura in maritum facta. vbi dicit, quòd sentẽtia arbitri electi ex necessitate vigore consuetudinis est efficax, & parit actionem. ¶†Quærit etiã hic Ioan. de Imol. circa istam materiam arbitrorũ, quid si ille qui est electus arbiter & arbitrator, in sententia dicit, quòd fert sentẽtiam, tanquã arbiter, & arbitrator: in qua virtute valebit ista sentẽtia? Super quo Bal. in l. seruus plurium. in fi. s. eo. dixit, quòd valebit tanquã arbitratoris: qa ista via est æquior, cùm pateat per eam correctio iniquitatis, quę fit recurrendo ad arbitriũ boni viri. Sed in l. nõ codicillũ. C. de test. quę dicta etiã adducit hic Io. de Im. ipse dicit, ꝙ valebit in vi sẽtẽtię arbitratoris, qa ista via est fortior: quoniã arbitramẽtũ est quędam trãsactio, quæ trãsac. parit actionẽ ex se: vt l. quãuis. & l. cum mota. C. de transac. Sententia autẽ arbitri non parit actionẽ, nec valet de se, vt s. fuit dictũ. Io. de Imo. dicit hic primò, ꝙ ista doctri. Bal. in l. si seruus plurium. est singularis, & ꝙ debet limitari, nisi in fine sententiæ sit adiecta clausula. & hanc sententiã pertulit omni meliori modo, & via: & tũc em̃ videtur electa via, quę est fortior. & sic videtur electa via arbitri, & nõ arbitratoris: quia non potest impugnari, & sic est fortior: vt l. diẽ proferre. §. stari. ff. de arbi. & postea in fi. cõmenti dicit, ꝙ ista dicta non videntur vera. Et ita residet: qa cùm istæ duæ vię sint incõpatibiles, vt etiã fateť Bar. in l. si societatẽ. §. arbitrorũ. ff. pro soc. ille qui pronũtiat vt arbiter, & arbitrator, videť dicere duo incõpatibilia, & per consequẽs dispositio nõ valet: vt l. repugnãtia. de reg. iur. Tu dic breuiter, ꝙ qualitas fortior & fauorabilior in dubio videtur primo loco data, per ea quæ habenť in l. si via. ff. pro dona. per Bar. & per Bald. in l. qui posthu. in prin. ff. ad Sylle. vbi optime loquiť. Facit optime text. & qđ ibi not. per Bar. in l. si pupillus. in fi. ff. ad Fal. vñ videbiť electa qualitas arbitratoris, quę ex se est fortior, vt s. dixi. licet quo ad effectũ, via arbitri possit dici fortior, quia nõ potest corrigi dictũ arbitri, & absolute cõmittiť pœna: habet em̃ sentẽtia arbitri, vt obseruet nõ à se, sed ab alio. s. metu pœnæ ꝓmissæ, sentẽtia arbitratoris habet hoc à se, qa est transactio, ex qua oriť actio, vt dictũ est: fortius autẽ est ius, quod qs habet à se, ꝙ̃ qđ qs habet ab alio: vt l. si filius. §. erit. ff. de fideicõ. lib. & l. quod prin. & l. si Augustæ. ff. de lega. ij. & hoc est, qđ dixit Bal. in l. nõ codicillũ. Non ob argu. de repugnãtia: qa dico, ꝙ illa copula, vt saluet dispositio, quæ aliàs esset nulla, habet rationẽ ordinis, ac si dixisset, pronuntio vt arbitrator, si possum: & si non possum, pronũtio vt arbiter. forte enim eligeret viam arbitri in processu: vnde non poterat redire ad viam arbitrat. secundùm Bart. in d. §. arbitrorũ. & plene in l. dominium. ff. de fur. sicut dicit tex. in lege, Gall⁹. §. quidam recte. ff. de liberis & posthu. quòd copula posita inter alias ꝑsonas, quę de natura sui vocaret alias ꝑsonas similes, vt l. si duobus. in princ. s. eo. intelligitur subordinat. vt vnus vocetur post alium: quia nõ valeret alias dispositio: quinimo ista interpretatio fit aliquando, etiam si dispositio valeret ex præsumpta mente defuncti. casus est in l. cùm ita legatur. §. in fideicommis. de legatis secundo. secundùm intellectum Barto. qui est verior, vt ibi per eum. ¶In gloss. super verbo, finiri. ibi: sed tamẽ exceptione potest repelli. Ex ista glos. relata ad princip. l. arguit Bartol. quòd similiter quando testator noluit solennitates iurium habere locum, hæreditas vel legatum pariat exceptionem legatario, vel hæredi: licet ipsis non competeret actio ex minus solenni voluntate: vnde infert ipse, quòd legatum relictum in minus solenni voluntate debebitur naturaliter legatario, & similiter hereditas relicta in minus solenni voluntate: vnde si res sint penes eum, potest eas retinere ope exceptionis, dummodo nõ sint sine vitio, secundùm Bart. Do. Ioannes hic impugnat dicta sua in hæredem, sed in legatario fatetur esse vera. Ista quæstio est longa, & de apicibus iuris. quam plene vide per Bartol. Bald. & alios in lege, cùm quis. C. de iur. & fac. igno. & in lege prima. ff. de condic. indebi. Forte tamen posset attentari, quòd dato, quòd alias non oriretur obligatio, nihilominus oriretur, quando testator expresse derogauit solennitati testamentorum: & hoc probat fin. iste textus adaptando secundum responsum, quo ad omnia, ad primum, & est rationabile, ex quo expressius constat de voluntate testatoris. Cætera dic vt suprà in dictis locis. ¶†Sed q̃ritur incõtinẽti sup eodẽ verbo, nunquid sicut per pactũ non põt limitari obligatio perpetua: ita per pactũ nõ possit tolli præscri-

[a] ¶ Clausula rato permanẽte. Adde tex. & doc. in l. cũ ꝓponas. C. de trãsac. doc. in l. stipulatus magna. ad fin. ff. de verbo. oblig. Bar. ĩ l. pater. in §. libertus. ff. de leg. ij. gl. & doc. in c. fi. de loca. doc. in c. cũ inter R. seniorem. de elect.

ptio, seu exceptio præscriptionis, quæ acquiritur ex cursu temporis: de qua quæstione plene vide hic per Dynum, & Bart. & per eundē Bar. in l. j. ff. de vsuca, & per Bal. in l. pacisci. in fi. ff. de pactis, & per Ang. solēniter in aut. vt de cætero cōmuta. §. fi. & in consi. suo liiij. ponit etiam Bal. in aut. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. & in c. j. §. præterea. de ca. Corra, quæ loca etiam allegat domi. me. Lud. Pon. & Ioā. And. in addi. Spec. in rubri. de præscrip. quem allegat Ant. de Butr. vbi plene tractat articulum in c. cùm non liceat. de præscript. vbi vide. Et quia super hoc sunt variæ opiniones, præmitte pro euidentia, quòd Bartol. in l. j. de vsuca, non distinguit aliter, quàm hic, nec discordat à Dy. Imo. sequitur dicta Dy. sed addit, nam Bar. voluit, quòd pactum, ꝙ non currat præscriptio, impedit cursum præscriptionis, propter malam fidem, quæ est in paciscente; quia scit ius pertinere ad alium. Sed vbi præscriptio procederet cum mala fide, tunc Dy. nihil determinat, sed Barto. addit hic, & in d. l. j. ꝙ in istis casibus non valeret pactum, per quod tollitur præscrip. hic autem addit, ꝙ idem esset, si res transiuisset ad tertiū, qui esset ipse in bona fide. Sed hoc vltimum reprehendit Ioan. And. post Rofre. in loco præallega. quia pactum factum cum venditore nocet emptori: vt l. vēditor. ff. cōmunia prædio. & l. emptori. de euic. Sed hoc non videtur verum, quia illa iura loquuntur in iure reali, quod comitatur rem: hoc autem pactum obligat personam, vt ibi etiam do. Io. And. & ideo transit contra singularem successorem: vt l. fina. §. Titius. de contrahen. emp. & l. j. §. hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. Item regulariter mala fides autoris non nocet successori singulari, præterquam in casibus notatis in auten. malę fidei. C. de pręscrip. long. tempo. & in l. Pomp. §. j. de acquirē. possesione. In illis vero casibus opi. Bar. esset vera in hoc vltimo dicto. Sed quando mala fides autoris noceret successori, tunc procedat dictū Ioan. And. & Rofre. Bal. hic, quem sequitur Ioan. de Imol. dicit, ꝙ communiter docto. sequunť opi. Dyn. in omni genere pręscriptionis. Et cùm dicit, ꝙ præscriptio vel vsucapio est introducta in fauorem publicum: vt l. j. de vsucapi. cui non videtur posse renunciari ex pacto: vt l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pac. Respondet subtiliter Bal. hic, & clarius Ioā. de Imo. dicens, quòd ista ratio non cōcludit, ꝙ non obstante pacto præscriptio curret ipso iure: sed tamen renunciatio operabitur hoc, ꝙ videbitur factum pactum in fauorem creditoris; vt contra exceptionem pręscriptionis creditor possit vti replicatione. ¶ Confirmatur ista conclusio secundùm Ioan. de Imo. quia Bar. met respondet ad l. cùm notissimi. §. sed & si quis. de pręscri. & fatetur tamen, ꝙ iuri quęsito per pręscriptionem postquam est quęsitum, quis potest renūtiare: quod est verissimū, quia si potest renunciari tacite omittendo exceptionem pręscriptionis: vt l. emptor. de pręscrip. lōg. temp. multo fortius expresse. Et hanc opi. sequitur dominus meus in l. j. de vsuca. Ego dico, ꝙ ista conclusio est contra casum in terminis in l. quod de bonis. §. j. iuncta l. fina. C. eo. Dicitur enim in l. fina. ꝙ post mortem testatoris, & aditam hereditatem, hęres promittendo nō vti Falcidia, potest sibi preiudicare. Sed si hoc promittat ante ius sibi quęsitum, id est viuente testatore, pactum nō valet. Modò arguo sic: si potest tolli id, quod est inductum in fauorem publicum, ante ius quæsitum, sicut post ius quęsitum, referendo pactum ad tēpus, quo ius erit quęsitum, tunc in l. quod de bonis. in §. primo. licet ipso iure hæres possit retinere Falcidiā, per pactum tamen videtur inductū, vt aduersus exceptionē daretur replicatio: cuius cōtrarium dicit ibi expresse quia ibi Falcidiam retinet cum effectu. Licet ergo post ius quæsitum vere tali iuri possit renunciare: non tamē ante ius quæsitū potest apponi hoc pactum: quia esset facere fraudem legi per indirectum, cōtra l. fraus. ff. de leg. Vnde alibi dicit Bar. ꝙ sicut dolus futurus non potest permitti directo, ita nec potest remitti, conferēdo in tempus iuris quæsiti contra dolosum. Vnde si testator dixit, nolo tutorem filijs meis obligari in futurum, ad reddendam rationem, & in quantū fuerit condemnatus, damno hæredem meum, vt restituat ei, aut liberet eum: non valebit ista cautela, vt per hoc per indirectum administrator liberetur à dolo: ita dicit ipse in l. Aurelius. §. Caio. de lib. legata. dum dicit l. si quis rationē. eod. ti. quę ponit istum casum loqui in dolo præterito, non in futuro. & hoc est verum, licet Ang. consuluerit contrarium, sequēdo Ray. cōsilio suo cxcviij. Vnde ista responsio non est bona, quam etiā impugnat Bal. alia ratione in d. aut. quas actiones. Sed do. Anto. in d. c. cùm non liceat, respondet aliter ad dictum Bar. & est responsio Ange. dicens, quòd quia præscriptio principaliter tendit ad vtilitatem priuatā, ideo principaliter videtur inducta fauore priuato, secundùm Bar. in l. j. solu. matri. Et licet in consequentiam sit inducta in fauorē publicum, hoc non attenditur: vt plene dixit Bar. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. Et ad hoc respondet Bar. solenniter, quod tetigit Ioan. de Imo. respondendo ad istam rationem, & non meminit de Barto. nec etiam loquitur clare, vt debet, quòd quāuis in dubio id quod respicit vtilitatem priuatam, videatur principaliter inductum in fauorem priuatum: si tamen expresse apparet de intentione condentis l. ꝙ non propter vtilitatem priuatam, sed propter publicam, vel odio aduersarij facit legem, lex dicetur inducta principaliter in vtilitatē publicam, ita dicit Barto. solenniter in l. ius publicum. in vlti. col. de pac. Vnde cùm appareat, quòd præscriptio fuerit inducta expresse ob bonum publicum, non potest ei renunciari. Ista responsio probatur expresse in l. fideicommissa. §. interdum. de leg. iij. vbi dicitur, quòd quando legatur vni, in dubio legatum videtur factum contemplatione illius, ad quem principaliter vtilitas pertinet. Si tamen apparet, ꝙ testator fecit legatum contemplatione eius, ad quem non pertinet principaliter vtilitas, tunc ille erit principalis legatarius. Vnde ego sequor opi. Barto. limitatam & declaratā, vt s. Cætera dic vt plene refert & dicit dominus meus Ludo. Roma. in l. j. de vsuca. cui ego multa adderem, sed non possum breuitatis causa, quia lectio est vltima.

FINIS.

Regestum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K L M.

Omnes quaterniones, præter M ternionem.

D. FRANC.
Aretini
I.C.
Accoltis
in Prim. et Secund.
Infortiati part.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm